

M · I · I · V · S ·

· 1 · 6 · 3 · 5 ·



2979

Reverenda & celeberrima memoria

TILEMANNI HESHUSII,
S. Theologiæ Doctoris exercitatissimi,

Commentarius

IN OMNES D.
PAULI EPISTOLAS,
ET EAM QVÆ SCRIPTA EST
AD HEBRÆOS:

IN QVO

*PRAETER SOLIDAM ET NERVOSAM TEXTVS APOSTO-
lici explicationem, collatis tam veterum Græcorum, Latinorum; quàm recentium interpretationibus,
Loci Doctrinae præcipui & controversi, per occasionem textus illustrantur, & adver-
sarium fundamenta dextrè refutantur:*

Editi plane Nova:

QVA NON SOLVM EA QVÆ OLIM EX AVTHORIS
novissima recognitione accesserant, habentur, verùm etiam complurima alia, à
multis hactenus desiderata, ex manuscripto ipsius
prodeunt,

Opera & Studio,

GOTFRIDI SCHLUTERI, IN
Ecclesia & Pædagogio Göttingensi Theologiæ
Doctoris.



MVLHVSII TYRIGETARVM,
Typis & Sumptibus Iohannis & Martini Spiessij.

M. DC. V.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several horizontal lines across the page.

116
117
118



EPISTOLAE DIVI PAULI AD ROMANOS

Tradita pie juventuti in Academia Jenensi;

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,
D. ALBERTO FRIDERICO MARCHIONI BRANDE-
burgensi, Prussiae, Stetini, Cassubiorum & Vandalorum Duci, Principi
Rugiae, & Burggtaui Noribergensi, &c. Domino suo
clementissimo.

*Salutem à filio Dei Domino nostro Iesu Christo, qui fidus est Ecclesia
sua custos & adiutor in oportunitate.*

Inclyte & Illustrissime Princeps, Domine Clementissime.



*Vm animi timentes Dominum, stamentum Domini nostri Iesu Christi, quales Synesio
& de salute sua serio solliciti, hoc sunt Calvinista: Alij qui se successores Martini
tempore circumspiciunt & qua- Lutheri iactitant, explosa doctrina Apostoli-
runt, an adhuc aliqua restet ve- ca de seruo arbitrio, Pelagij veteri errori atq;
ra & electa Christi Ecclesia, in qua vere praesens synergia patrocinantur. Non pauci ministri
sit Deus, & a qua recte inuocetur & colatur: & Maiori ad stipulantur, pertinaciter adserenti,
vbinam ea sit; dubium non est, quin ingenti as- Bona opera necessaria esse ad salutem. Rursus
ficiantur dolore & perturbatione: ac dubitent alijs adiaphorismum & collusionem cum Pon-
quodammodo num in hac languida mundi se- tifice Romano excusant & defendunt.
necta, & tanta omnium rerum confusione cer- Quas turbas Osiander nouo suo & bla-
to sit aliquis cætus, qui vere gloriari possit, quod sphæmo dogmate non solum in Borussia, sed in
sit populus Dei, & ad hereditatem vitæ aeternæ alijs quoque Ecclesijs Germania excitauerit,
sit electus. Quocumq; enim oculos & mentem quis potest sine dolore animi recordari?
quis conuertit, passim occurrunt tristissima spe- Iam in exiguo cætu, qui & refutauit cor-
tacula & offendicula grauissima, qua tãquam ruptelas verbi, & illustri confessione tanquam
in cœnum demergunt Ecclesiam, vt conspici Christi ducis vexillum monstrauit, nouum ex-
nequeat. Nihil tam dicam de Turcis manifestis oritur incendium ac dissidium graue, de peccato
Idolatriæ & hostibus filij Dei, quibus nihil com- originis, num sit ipsa hominis substantia, an ve-
mune est cum Ecclesia, nihil etiam de Pontifi- ro accidens vitium: Et Ecclesia vix spiritum
ctorum turba: constat enim non esse Ecclesiam ducẽ præsenio, nouũ & triste accipit vulnus.
Christi, cum manifesta & Ethnica Idola furen- Quotidie fere noua certamina & dissidia
tes defendat, & Apostolorum doctrinam cru- excitantur: errores manifesti pertinacissime
delissime persequatur: Sed de eo cætu loquor, qui defenduntur. Plurimi abijciunt veritatis pro-
doctrinam Euangelij profitetur, & palam testa- fessionem. Difficulus vllus cætus monstrari
tur, se abhorre ab idolis & blasphemijs Pon- potest, in quo sincerus sit de omnibus fidei arti-
tificiorum, & repurgata Ecclesiae titulum præ- culis consensus, & concors studium propagandæ
se fert. Quam varijs lectis diuisus est hic exi- incorruptam veritatem.
guus cætus? Quam crassi errores hic palam de- Hac tristissima offendicula, cum mens non
fenduntur? Quanta animorum contentione secura, sed timens Dominum intuetur, fieri non
doctores inter se digladiantur? Qui præ cateris potest, quin vehementer perturbetur, & in tri-
æelum pietatis iactant, palam corrumpunt Te- stem dubitationem conijciatur.*

Piorum
tentatio
an sit Ec-
clesia.

Scandala
et Sectæ
Ecclesiæ
obscurâ
reddunt.

Calui-
niani.

Synesio

gista.

Maiori

ristæ

Adia-

phoristæ

Osiander

driftæ

A

Verum

P R A E F A T I O.

Verum in ipsa perturbatione erigendus & confirmandus est animus in dubia atque immota promissione divina, qua testatur, & esse & semper mansuram esse in mundo Ecclesiam, qualescunque ingruant rerum confusiones, & scandala. Nam filius Dei inquit: Ego vobiscum sum omnib. diebus, usque ad consummationem seculi: Matth. 27. v. 28. Et rursus: Porta inferorum non praevalent adversus eam: hoc est, uniuersa Satana & mundi potentia, non poterit delere Ecclesiam. Matt. 16. v. 18. Et in Esa. 59. v. 21. inquit Deus: Hoc est foedus meum cum eis, Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quae posui in ore tuo non recedant ab ore tuo, neque ab ore seminis tui, neque ab ore seminis seminis tui in aeternum. Et Paul. 2. Tim. 2. v. 19. firmum stat fundamentum, habens hoc signaculum, Dominus nouit suos.

Haec divina maiestatis amplissima promissiones certo testantur, semper esse & fore Ecclesiam in mundo, qualescunque accidant vel imperiorum ruina, vel religionum confusiones, & quantumcunque creuerit hominum malitia, & multorum defecerit fides.

Hac ergo certissima consolatione primum confirmemus animos nostros, ut sine omni hesitatione statuamus esse in mundo veram & electam Christi Ecclesiam, in qua lucet vera Dei agnitio: & qua recte Deum inuocat & celebrat.

Christus et Apostoli praedixerunt scandala.

Deinde, ut minus perturbemur istis tristissimis exemplis dissidiorum, defectionum, scandalorum, & haesum, qua magna caligine involuunt faciem Ecclesiae, repetamus memoria Christi & Apostolorum uaticinia, quibus praedixerunt ventura eiusmodi scandala, atque etiam nostra pectora praemuniuerunt, ne propter ea turbaremur: sed nihilominus statueremus mansuram Ecclesiam, quam inferorum porta non possint excindere. Christus inquit, Matt. 18. v. 7. Necessesse est venire scandala: sed uae homini, per quem ueniunt. Et cap. 24. v. 10. inquit: Multi, inquit, scandalizabuntur, & surgent multi Pseudoprophetae, & seducent multos, & propterea, quod multiplicata fuerit iniquitas, frigescet multorum charitas. Et Paulus inquit: 1. Tim. 4. v. 1. Spiritus diserte praedicit fore, ut postremis temporibus deficient aliqui a fide attendentes spiritibus seductionibus. Hac ideo per Spiritum sanctum praedicta, & toties repetita sunt, ne pusilli Christi hac postrema mundi senectate plane desponderent animum, quasi necesse sit inserire Ecclesiam in tantis rerum confusionibus, & adeo inualecente malitia.

Vbi sit et quibus si

Tertio, postquam pectora nostra munita

sunt uaticinijs & promissione Christi, tum mente & oculis circumspectiamus, & quaramus, ubi nam sit in hac mundi senectate, & quibus signis certo agnosci possit, ille catus, qui iure Ecclesiae angustum titulum usurpare potest. Hic uero rursus memores nos esse oportet dicti Christi: Oues meae uocem meam audiunt, & ego noui eas & sequuntur me, & vitam aeternam do eis: Et rursus, alienum non sequatur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt alienorum uocem. Ioan. 10. v. 27.

gnis agnoscat Ecclesia.

Hoc grauisimo testimonio testatur filius Dei, caput & rex aeternus Ecclesiae, se pro ouibus suis agnosce eos catus, qui eius uocem audiunt & sequuntur, & ab alieno fugiunt. Qui ergo retinent incorruptam Iesu Christi doctrinam: per spicua confessione Euangelij, & legitimo usu Sacramentorum, discedunt a falsis doctoribus, & fugiunt corruptelas, etiam si multiplices circumferant infirmitates: tamen Christi testimonio ornantur, quod sint electa & sancta Ecclesia. Ac Dei beneficio sunt adhuc catus passim in Germania, qui salutarem doctrinam, quam Deus his postremis temporibus, per organon Spiritus sancti, Martinum Lutherum mundo reuelauit, qua est aeterna ueritas, & ipsissima uox Christi, pie amplectuntur, & Euangelij puritatem constanter tuentur: nec patiuntur confessionem suam fermento humana doctrina adulterari, sed omnes corruptelas toto pectore abhorrent. Idque pii homines non tantum in ijs locis testatum faciunt, ubi confessio sine periculo edi potest: uerum etiam in plurimis locis, ubi falsi doctores sedent ad gubernacula Ecclesiae, atque grauisimis minus confessionis lucem opprimere atque extinguere nituntur: erumpit tamen splendore suo priorum confessio, & gemitus, qui testatur, ipsos non sequi alienum, nec se adprobare: sed detestari corruptelas. Quod euidens est argumentum Deum sibi reueruasse ad huc septem millia, qui non curuarunt genua ante Baal, 1. Reg. 19. v. 18.

Vbi uerbum Dei incorruptum et uerus Sacram. u. sus ibi uera est Ecclesia.

Veritatis confessio in persecutionibus Ecclesiam monstrat.

Singulare uero Dei beneficium est, quod non solum in ipsa captiuitate Babylonica pusillum suum gregem conseruat: sed etiam scholas & Ecclesias in illustri & libero loco collocat, in quibus clara & alta uoce sonet publice in corrupta uox Euangelij, edatur illustris & toti mundo conspicua confessio: legitime administrantur Sacramenta: atque etiam corruptela grauius ex uerbo Dei refutantur.

Talis Dei beneficio, Ecclesia in hac Thuringia, sub tutela & patricinio Illustrissimi Principis ac Herois Domini Ioannis V Vilhelmi Ducis Saxoniae, conspicitur. Haec gloria, ut lato animo usurpamus: ita eam nobis eripi

Academiae uerum Ecclesiae membrum.

non pa-

P R A E F A T I O.

non patimur. Est enim ab aduersarijs & corruptelarum patronis, horrendis conspurcamur conuicijs, & multorum hominum odia sustinemus: adeo tamen hac conditio, quam nobis cum filio Dei, Apostolis & Prophetis communis est, non infringit nostram gloriationem: ut eam potius confirmet atq; stabiliat. Clarissima enim lux confessionis, in qua ipsissimam vocem Iesu Christi filij Dei sequimur, dispellit omnes istas nebulas: & valde refellit mundi calumnias.

In vestra quoque Ditione degens, & tua Cels. Patrocinio gaudens Ecclesia, pra multis alijs hanc laudem obtinet, quod publice dicat in orbe testimonium illustre de Deo, & beneficijs mediatoris: quod fidelis custos sit salutaris doctrina, per virum Dei Mart. Luth. sparsa in orbe, quodque abhorreat ab omnibus fanaticis opinionibus & corruptelis, quibus Satan Euangelion Iesu Christi falsare, & salutarem Dei notitiam obscurare conatur.

Corpus enim doctrinae Prutenicum ante paucos annos editum in lucem, in quo omnes articuli fidei iuxta Prophetiam & Apostolicam doctrinam, pie, perspicue, & neruose exponuntur: fanatica vero opiniones, & pestifera corruptela, quibus turbatur Ecclesia, expresse & diserte reijciuntur & refutantur, infallibili documento est, colligi in istis locis immensa Dei bonitate veram Ecclesiam, qua vera inuocatione Iesum Christum colit, & ductu Spiritus sancti regitur.

Accum in Thuringica nostra, tum in Prutenica vestra Ecclesia, edidit Deus singularia & admiratione dignissima signa sua praesentia. Cum enim in his locis ingens esset facta vastitas per Victorinum, qui Pelagianorum errorem de viribus Liberi Arbitrij, magna auctoritate pastoribus & Ecclesijs obtrudebat: essetq; adeo miser & tristis Schola & Ecclesia status: Siquidem falsa doctrina & impietas tum dominabatur, ut nulla spes amplius resurgeret, fore ut aliquando in integrum restitueretur. In vestra vero Borussia, Osiander cum suo nouo & impio commento de essentiali iustitia: quo praecipuum articulum nostra fides de iustificatione hominis peccatoris coram Deo prorsus corrumpebat, turbasset omnia, & eorum perduxisset, ut in istis locis errori suo perpetuam sedem polliceretur: Ex tamen clementia & bonitas adfulsit de caelo vtrig. loco: ut hinc fermentum Pelagianum Victorini sit purgatum: isthinc Osiandricum virus eiectum: Utrobique vero salutaris doctrina puritas restituta, & Ecclesia Iesu Christi atque schola laudabiliter instaurata. Quod ingens Dei benefi-

cium, ut vtrig. terra praeter meritum corrigi: soli enim beneficentiae Dei hoc adscribendum est: ita aeternis laudibus indefinenter pradicandum atq; celebrandum est.

Sed haud dubie spirituale hoc vestrum gaudium, quod ex instaurazione Ecclesia percipitis haud dubie nunc interturbatur, ingenti luctu, in quem vos conijcit praematurus obitus Reuerendi & praestantis viri Domini Ioachimi Morlini, felicitis memoria, Episcopi Sambien-sis. Et sane causas luctus habetis ut necessarias, ita longe grauisimas. Nec vero tantum Prutenica Ecclesia suum luget excellenti virtute & doctrina praeclarum Episcopum: verum etiam Germanica Ecclesia, & omnes p̄j, quibus Euangelica doctrina puritas, & salutaris Ecclesia Christi adificatio cordi atq; cura est, & qui a pestiferis corruptelis & fanaticis opinionibus, totum abhorret tristitiam & dolorem hunc cum Borussiae communem habent. Erat enim hic Morlinus noster non aliquis de grege doctorum in Ecclesia, sed vir eximius & praestans, multis & praclaris donis a Deo instructus. Excellentis doctrina, & sacrarum rerum cognitio lucebat in eo. Multos annos magno studio audiuit docerem Martinum Lutherum, magnū illum nostrae aetatis Eliam: Atq; adeo carus fuit Luthero Morlinus, propter facundiam & pietatis studium, ut eum in ministrum Ecclesiae Vvittenbergensis legerit, & deinde hortator illi fuerit ut gradum doctorum in facultate Theologica adsumeret.

Habuit Lutherus quosdam κηβδνλγς μαθητάς, quos ille magno spiritu praecepit, non secuturos esse sua doctrina & constantia vestigia: At hic noster Morlinus γμοι & fuit discipulus Lutheri: cui nihil fuit antiquius quam depositum Lutheri summa fide & religione tueri. Magna fuit viri grauitas, & vita sanctitate ornabat doctrinam Euangelij, & singularem apud omnes auctoritatem sibi conciliabat. Quanta dexteritate, quam impigro zelo, quam fruente studio, quam salutaris & ad erudiendam inuentum accomodata simplicitate, tradiderit & viderit paruum Lutheri Catechismum, quem iudicio grauisimo commendare solitus erat, quod ab ipso spiritu sancto esset compositus, Ecclesia, in quibus docuit, restari possunt, imprimis Brunsvicensis, Regiomontana, & Göttingensis: quibus in locis, plurima sunt honestissima familia, qua in extremo iudicio, & caelesti illa vita immortales gratias agent Morlino pro illa fidei institutione. Vidi ipse aliquoties stantem eum medium in magna frequentia puerorum & puellarum, & examinantem singulos, quomodo quaestiones Catechismi intelli-

A 2 gerent:

Academia Regiomontana.

Corpus doctrinae Prutenicum.

Victorinus Strigelius.

Osiander.

Ioachimus Morlinus Episcopus Sambien-sis.

Morlini laus.

P R A E F A T I O.

gerent: Idque tanta humanitate, gratia, & fa-
cilitate praestabat, ut pueri sponte se offerrent
tam sancto examini. Libellus eius Catechisti-
cus publice in lucem editus documēto est, quam
ille religiose retinuerit, quam grauitate ponde-
rauerit, quam luculenter exposuerit Lutheri,
imo Spiritus sancti verba in paruo Catechismo.
Non ille habuit hoc studij, quod pro dolor,
nunc multis Doctōrib. Ecclesia nimis familia-
re est, ut verba Lutheri falsaret, vel vere-
mosis Lutheri definitionibus suspecta fidei
substitueret, utque sub nomine Lutheri fa-
naticarum opinionum venena incauta inuen-
tuti propinaret. Huiusmodi artes Satana ma-
gno Zelo detestabatur. Quia ipse ita fuit adse-
ctus, ut summum nefas esse duceret, vel unam
vocem data opera surripere ex Catechismo.
Hoc ardens propagandi veritatem studium
cum insigni constantia animi, & praclaro ro-
re spiritus erat coniunctum, ita ut potētum o-
dia & minas non magnificeret, neque propter
imminentia pericula a veritatis confessione se
dimoueri pateretur: quae de re luculentum dicūt
testimonium crebra eius in ministerio perpe-
ssa exilia, Arnstetēse, Göttingenle tempore In-
terim Regiomontanum propter Osiandri-
smum. Cum speciosa illa chimara, quae in versu
pingitur: ὁ πόδες λέων, ὀπίθεν δὲ δράκων μέσ-
σιν ἐ χιμῶν. (Habebat enim in fronte specie
quandam religionis & sapientia: sed reuera
fuit confusio veritatis & mendacij: finis autem
erat crudelis oppressio regni Christi:) obrude-
retur Germanicis Ecclesiis, & multi celebres
doctores vacillarent, & metu crucis, & nimio
amore huius vitae propemodum supplices fie-
rent Romano Antichristo, hic noster heros in-
fracto animo perstitit in confessione veritatis,
& cum ingenti periculo vitae Romanum Anti-
christum in clamauit, eiusque idola & blasphe-
mias constanter refutauit, ac auditores suos ad
constantiam in agnita veritate totis viribus
adhortatus est. Andreae Osiandri τὸ ἐγὼ το-
λῶν & errorem perniciosissimū ipse inter pri-
mos deprahendit, constanter posthabitis omni-
bus periculis impugnavit, & solidis scripturae
testimonijs refutauit.

Nec Deus deseruit hunc fidelem suum mi-
nistrum: sed in summis periculis contra poten-
tissimos hostes, qui vitae eius insidiabantur, &
odio eius toti ardebant, clementer protegit at-
que defendit, donec suum absolueret curricu-
lum. Quale fuerit Principum atque ordinum
imperij iudiciū de hoc praestante viro, inde col-
ligi potest, quod anno 1557. ad colloquium
Vormacientē, cum pontificijs decretum a
20to imperio una cum paucis praecipuis Augu-

stana confessionis Theologis sit deputatus. Ac
sape mihi cōquestus est, se cū ingenti dolore in-
terfuisse isti colloquio, eo quod animaduertisset
magni nominis Theologos Augustanae cōfessio-
nis, tam arduae religionis negocia, quae ad aeter-
ni Dei gloriam, & vniuersae Ecclesiae salutē spe-
ctarent, neque eo zelo, quo debebant, neque ea
fide tractare: sed manifestis corruptelis, ut
Caluinitimo, Osiandrisimo, Maiorismo
patrocinari: & contra Pontificios nec calidos
nec frigidos esse. Vnde & de imminente rui-
na Germanicarum Ecclesiarum est vaticina-
tus. Anno 1561. cum Lüneburgi esset indi-
cta Synodus praecipuorū Doctōrū in Ecclesijs
inferioris Saxoniae: Morlinus nō solum istius
conuētus singulare fuit decus & ornāmētū: ve-
rum etiam consilio, auctoritate & doctrinā re-
xit eam Synodum: quorundā conatibus, qui co-
thurnos parturiebant, prudenter atq; magno
spiritu restitit, atq; demonstrauit perspicuam
& illustrem cōfessionem in hac Ecclesia neces-
sitate a nobis flagitari. Ac Lüneburgensis Sy-
nodi articuli a Morlino conscripti, documen-
to esse possunt, quantum ille vir in Theologia
praestare potuerit, & quam egregium habuerit
de omnibus cōtrouersijs iudiciū. Status enim
cōtrouersiarum dilucide indicauit, & neruos
vera sententia praecipuos paucis ante oculos po-
suit. Non illi placebāt cothurni, impia concilia-
tiones, incrustationes errorum, seu pallationes:
sed disertis verbis & constāti animo errores &
corruptelas improbabat, refutabat, damnabat,
execrabatur. Idq; praestabat vna voce, & stilo
publico posthabitis omnibus periculis. Aduersus
pontificis Rom. Idolomaniam & blasphemiam
totus ardebat Zelo: Atq; adeo placuit illi meus
libellus, cui titulus est, Gratiarum actio,
pro conuersione Eduardi, &c. in quo ali-
quot crassi errores Papisici taxantur & refu-
tantur, ut in tantis suis occupationibus in Ger-
manicam linguam transfulerit.

G. Maioris corruptelam de necessitate bo-
norum operum ad salutem, publicis scriptis &
additis propositionibus refutauit, & Ecclesiā fi-
deliter monuit, ut sibi ab hoc fermēto caueret.

Cinglianos & Caluinitas odio perfectō
prosequabatur, & tanquam fallarios testamēti
Iesu Christi execrabatur. Pauca pagella, qui-
bus titulus est (Ländlügen der Theologen zu Hey-
delberg) euidenter testantur, quod totus in hac
cōtrouersia arserit, & pro doctrina & confes-
sione Martini Lutheri, tanquam pro aris &
focis pugnandum esse, censuerit. Idem testatur
cygnea ipsius cantio, quam paucis ante migra-
tionem ex hac arumnosa vita, cecinit. Nimi-
rum praefatio illa praemissa celsurae ministerij

Vormacientē.

Synodus Lüneburgensis.

Articuli Lüneburgenses a Morlino conscripti.

Scripta Morlino.

Cygnea cantio Morlino.

Brun-

Catechismus Morlini.

Exilia Morlini.

Ordinū imperij de Morlino iudiciū. Colloquium

Brunsvicensis, de Catechismo Vviteber-
genſi. Quam libere, quam grauter, quam
neruoſe iſtic pronuntiat, de iſto nouo libello, in
quo Vvitebergēſiū Theologorū ſpiritus,
qui longo tempore Caluini virus in ſinu fouit,
tanquā ſorex ſeſe prodidit ſuo iudicio: quanta
fide & diligentia tam in limine ſtans mortis,
monet vniuerſam Eccleſiam, vt ſibi caueat ab
huiusmodi firmamento Vvitebergēſium? In
taxandis vicijſ magnatum, magna utebatur
pappoſa, Eccleſiaſtica quoq; diſciplinam, ma-
gna ſeueritate exercebat, ita vt Comites non
agentes pœnitentiam, a communione Sacra-
mentorum magno zelo arcere non dubitaret.

Tali ergo tamque præſtante Epifcopo &
Theologo, cum orbata ſit Prutenica Eccleſia, nõ
immerito & luget & dolet. Sed tamen & mo-
derabitur huic quamuis iuſto dolori, erigens
ſe hac conſolatione: Quod Deus omnium re-
ctiſſime nouit, quando ſuos ex hac mortali vi-
ta euocare debeat: Quod ipſi Morlino, tam
beatam agentem vitam, non ſit inuidendū, quod
Ieſum Chriſtum, quem tanto zelo prædicauit,
coram nunc intuetur & audit: tum etiam,
quod accessus ad Deum nobis patet, & ius ha-
bemus petendi a Deo, vt pro ſua miſericordia
largiatur pium, eruditum, conſtantiſſimam & fide-
lem Epifcopum, qui veſtigijſ Morlini, pia me-
moriam ſtudioſe inſiſtat.

Quod vero veſtra Celſit. Illuſtriſſime
Princeps, atque ampliſſimi ordines Prutenici
miſſa ſolenni legatione ad Illuſtriſſimum no-
ſtrum Principem Ducem Saxoniae me vocauit,
in Epifcopum Sambieſem, equidem agno-
ſco in eo veſtra Celſit. & ordinum Prutenico-
rum ſingularem erga me beneuolentiam: ac
optarem me idoneum eſſe tãto muneri, & eum
eſſe huius Eccleſia & Schola ſtatum, vt Celſit.
veſtra & ordinum petitioni locus dari poſſet.
Quia vero Illuſtriſſimus Princeps Dux Saxo-
niae, pro ſua ſingulari pietate & ſapientia, hu-
ius Eccleſia & Academia, quam Deus huſce
temporibus in prima acie aduerſus multiplices
hoſtes collocauit certamina, pericula, & ne-
ceſſitatem in timore Dei, perpendens iudica-
uit, me hoc tempore ſine graui incommodo non
poſſe dimitti, ex hac Schola ſubmiſſe ſpero me
apud tuam Celſit. & Ampliſſ. ordines Prute-
nicosexcuſatum fore.

Ipiſi Celſit. T. Legati vir Nobilis Sigif-
mundus Kirſtendorff, & Hieronymus
Rota LL. Doct̄or, teſtari poſſunt, quam gra-
uis deliberatio de hoc ipſo negotio ſit inſtituta.
Ac me ſane Prutenica Eccleſia orbitas & de-
ſiderium in tantum commouerat, vt ſtatue-
rem parere vocationi, ſi modo Illuſtriſſimus

Dux Saxoniae, clementer adſentiretur, &
ipſa Eccleſia in his locis, cuius intereſt, & cu-
ius graui iudicio me ſubmiſi, iudicaret, me cum
totius Eccleſia maiore commodo quam incom-
modo, ad Prutenicas Eccleſias migraturum.

Verum & ipſe inclytus Dux Saxoniae, He-
ros noſtri temporis præſtantiſſimus, ſingulare
exemplum pietatis, modestia, patientia, &
maximarum virtutum, qui ſalutem & edi-
ficationem Eccleſia, omnibus rebus huma-
nis anteponit, & nihil habet antiquius, quam
vt vera Dei notitia conſeruetur inter homi-
nes, & incorrupta doctrina Euangelij pro-
pagetur ad poſteritatem, qui etiam non du-
bitat grauiſſima ſubire odia mundi, & ſe ma-
ximis exponere periculis, propter illuſtrem
veritatis conſeſſionem, & pium Patrocinium;
quod præbet fidis Chriſti miniſtris, Iudica-
uit grauem neceſſitatem, ſua ceſſitudini in-
cumbere, me ex hac ſtatione non dimittendi.
Et ſenes & viri præſtantes, ſapientia, pie-
tate, eruditione, peritia rerum, ac qui ſunt
præcipua ornamenta huius Eccleſia, Theolo-
gi & Politici, qui vita ſanctitate oſtendunt,
quod ſint templa Spiritus ſancti, qui non
ſolum huius Thuringica Eccleſia ſalutem qua-
runt: ſed vniuerſa Eccleſia adificationem,
& commodum reſpiciunt, rationibus vtrin-
que diligenter examinatis, in timore Dei
pronuntiarunt, & maiorem eſſe neceſſitatem
in hac Eccleſia, & maiore cum fructu totius
Eccleſia, me in hac Academia operas Schola-
ſticas præſtiturum.

Eſtque hac deliberatio cum ſeria inuoca-
tione filij Dei ſuſcepta. Ac in mea conſcien-
tia tandem certus ſum, hanc clementem eſſe
Dei voluntatem, vt in hac Academia talen-
to a Domino mihi concredito, negocior. Qua
enim conſcientia poſſem ego diſcedere, a tam
pio & ſancto Principe, inclyto Duce Saxoniae,
qui ſuorum Maiorum pijs veſtigijſ magno ſtu-
dio inſiſtit, qui hoc vnum in votis habet,
vt puritas doctrina Lutheri illibata in his
& alijs locis conſeruetur, in quo tanta eſt libe-
ralitas erga exules Chriſti, tanta Reuerentia
erga miniſterium, tantus Zelus contra corru-
ptelas, tam ardens amor erga Eccleſiam, vt
cum ſanctiſſimis Regibus, Dauide, Iofaphat,
Hiſkia, Theodoſio, &c. omni iure conferri
poſſit, qui hoc nomine, quod Eccleſia Chriſti
præbet hoſpiciū, & patrocinatur incorrupta
veritati, ſuſtinet mundi odia, & exponit ſe
ſummis periculis? præſertim Celſit. ipſius ope-
ram meam requirente? & clementer rogan-
te, ne in acie ipſa meorum commilitonum la-
tera nudarem.

Dux Saxoniae
Iohan. V Vilhel-
mus.

Obitus
Morlini.

Heſhu-
ſius in lo-
cū Morli-
ni voca-
tus.

Sigifmū
dus a Kir-
ſtendorff
Hierony-
mus Ro-
ta. D.

P R A E F A T I O.

Qua etiam conscientia potuissem ego hu-
ius Ecclesiae grauiſſimo iudicio reluctari? praeser-
tim cum se verbo Dei tueretur: ut est, *Fontes*
tui deriuentur foras, sed tu Dominus eor-
um maneto: Non sic communicandum alijs
de nostris bonis, ut nos egere cogamur.

Cum ergo tam iustas, pias, & necessarias
causas habeam, modesta recusationis mea, &
totius Ecclesiae utilitatem & necessitatem, meis
comodus in timore Dei anteposuerim, submisſe
& reuerenter peto, ut Celsit. tua, & amplissi-
mi ordinis Prutenici, clementer locum dent
meae excusationi.

Defero autem omnia mea studia & officia
tua Celsit. Ordinibus, & toti Ecclesiae Prute-
nica. Ac indesinenter rogabo Dominum Iesum
Christum, ut pro sua immensa misericordia
largiatur Prutenica Ecclesiae, pium, eruditum,
fidelem & constantem Episcopum, qui magno
Zelo incorruptam doctrinam Euangelij propa-
get: omnis generis corruptelas ex istis locis ex-
punget: & plurimos Iesu Christo lucrifaciat.
Vs etiam publice testatum facerem, & pro

mea virili adiuuarem consensum in doctrina,
qui est inter Ecclesiam Thuringicam & Pru-
tenticam, visum est tua Celsit. amplissimo no-
mini inscribere hanc meam explicationem in
Epistolam Pauli ad Romanos: quam nunc ter-
tio retractaui.

Nam & ante decennium in Academia
Heidelbergensi eam Epistolam exposui iu-
uentuti scholastica: Deinde Magdeburgae eam
repetiui: Ita ut decennium in scriptione & e-
mendatione huius Commentarij laborauerim.

Oro igitur, ut tua Celsit. hunc meum la-
borem, quaecumque officium, & prompta vo-
luntatis significationem clementer accipiat &
interpretetur.

A Eternus Pater Domini nostri Iesu Chri-
sti illuminet & gubernet tuam Celsit. suo san-
cto spiritu, ut crescas, in chryse Princeps, in agni-
tione veritatis, confirmetur in pietate, sis pius Ec-
clesiae nutricius, ut omnia T. Celsit. consilia, a-
ctiones, & tota gubernatio cedat in gloria Dei,
adificationem Ecclesiae, & tranquillitatem Rei-
publicae, Amen. Iena 30. Augusti 1571.

Comen-
tatio hae
decennis
labore
colenda

Post obi-
rū Ducis
V Vilhel.
a Calui-
nia. Iena
pulsus
Heshu-
sius & se-
cundo in
Borussia
vocatus
eo con-
cessit.

Celsit. T.

Reuerenter colens

Tilemannus Heshusius D.





In nomine Iesu Christi.

ARGUMENTVM EPI-
STOLAE PAULI AD
ROMANOS.



Doctrina
Euange-
lii nō est
pars lucis
cum ima-
gine Dei
impressē

Consilium Dei de liberatione generis
humani per Filium suum ex regno
peccati & mortis: deque collectione
sanctae Ecclesiae, quae particeps futura
est sapientiae, iustitiae, laetitiae & omnium
aeternorum bonorum, quae regnum
Iesu Christi completitur, non est pars eius lucis & sa-
pientiae, quae in prima hominis creatione cum ipsa Dei
immagine, mentibus humanis est impressa: sed innotuit
novo ministerio aeterni filii Dei a Deo in Mediatore ele-
cti. Cum enim Adam & Eva violatione legis, quae ipsis
ut norma vitae & insita & praefixa erat: salutisq; iter non
aliud monstrabat quam per integram obedientiam, le-
gem ipsam sibi fecissent aduersariam: tantum absuit ut
in eius consideratione ullam reperirent consolationem:
ut eius censura atq; sententia se omnium grauissime condē-
nari sentirent. Ut enim iustitiae diuinae regulam monstra-
bat immotā: ita inobedientiae poenas decernebat aeter-
nas.

Euange-
lium a fi-
lio Dei
reuelatū.
Iohan. 1.
v. 18.
Primum
Euange-
lium.

At filius Dei λόγος αἰδιότατος πατρός & ge-
neris humani a Patre constitutus redemptor de maiesta-
tis suae solio descendens, ad primos parentes in peccatū
& mortem demersos, primam suscepit legationem: in
qua de coelo arcanum Dei consilium de abolendo pec-
cato, & ad vitam aeternam colligenda sancta Ecclesia re-
reuelatū. Nemo inquit Iohannes, Deum
vidit unquam: sed filius unigenitus, qui est in sinu patris,
ipse enarrauit nobis. Atque haec reuelatio statim post la-
plsum in Paradiso facta est his verbis: *Ponam, inquit Deus
inimicitiam inter semen tuum & semen illius: ipsum con-
terat caput tuum: & tu conteres calcaneum ipsius.* Gen. 3. v.
15. Hac admiranda promissione noua plane lux, atque
sapientia, non monstrata antea in lege: neque vlla ex
parte cognita rationi in Adae & Euae pectoribus est ac-
censa, & hic totius Ecclesiae iacta sunt fundamenta. De-
clarat enim filius Dei, se ab aeterno patre missum iri in
mundum, & assumpturum carnem humanam: se ita cō-
stitutum esse Mediatorem, & victimam pro peccato ge-
neris humani. Se itaq; morte sua placaturum iram Dei,
& diuina potentia sua destructurum regnum sathanæ
& peccati: atque ita omnibus vera fide hanc promissio-
nem amplectentibus viam patefacturum ad aeternam
beatitudinem consequendam. Ut igitur Adam & Eva
horredo pauore cōsternati fuerūt, cum voce Dei de pec-
cato accusarentur: & cōminationis de mortis supplicio
admonerentur: Ita rursus audita hac lætissima Euange-
lii voce, qua ipsis gratuito est oblata salus, & monstratus
uenturus Mediator, qui aboliturus esset peccatum &
mortem: & redditurus iustitiā & vitam, erecti sunt no-
ua consolatione, agnouerunt immensam Dei misericor-
diam, fiduciam in semen contriturum caput serpentis,
collocarunt: & incredibili lætitia sunt perfusi.

Ac quia immensum hoc beneficium offert Deus
Adae & toti eius posteritati, ut opera Mediatoris ex Sa-
thanæ tyrannide liberetur, & in regnum lucis trans-
feratur: Neque vlla alia existat ratio, qua quis mortem
effugere, peccatum superare, & iustitiam coram Deo
adipisci queat; nisi reuelatae promissionis beneficio: in-
telligit Adam quanta cura ac diligentia hic tantus the-

saurus custodiendus, & ad posteritatem sit transmix-
tendus.

Nec vero tantum *Ada, Seth, Noah, Sem,* & simi-
libus patribus sedulo commisit propagationem Euan-
gelii in orbe: ut Mediatoris notitia late spargeretur, &
ministerio promissionis colligeretur Ecclesia: Verum
ipse etiam Dei filius semper adfuit patribus, illustrauit
Euangelium, & testatus est de clementissima Dei volun-
tate erga nos: dixit consolationem in cordibus piorum:
& effuso Spiritu sancto conseruauit hoc ministerium
verbi.

Euango-
lium a fi-
lio Dei il-
lustratū,
A. 4.
v. 12.

In hunc finem & *Prophetas & Apostolos* excitauit
in orbe, ut hoc Dei admirandum consilium de nostri li-
beratione per Filium, & gratis donanda salute generi
humano annuntiarent, homines ad poenitentiam vo-
carent, & de beneficiis regni Iesu Christi in toto orbe
testarentur. *Non est enim in alio salus, neque est aliud no-
men sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen
Iesu Christi.* Hunc vnicum Mediatorem, propiciato-
rem & saluatorem mundi constituit Deus: Huius im-
mensa beneficia, quod peccatum nostrum in se susce-
pit, iram Dei sustinuit et sedauit, morte abolita vitam
ac iustitiam recuperauit: vult Deus agnosci, et omnem
fiduciam in ipsum collocari. Per hunc solum Mediato-
rem Iesum Christum patet nobis in fide aditus ad Dei
immensam misericordiam, fauorem, et aeternum ipsius
regnum.

Hanc ergo grauissimam et omnium saluberri-
mam doctrinam, quam omnes *Prophetae* mundo pro-
posuerunt: siquidem *omnes Prophetae testimonium perhi-
bent Iesu Christo, accipere remissionem peccatorum in no-
mine ipsius, quot quos in ipsum credunt.* Et *Apostolus Pau-
lus* in hac Epistola omnium luculentissime, et singulari
dexteritate, et Spiritus sancti artificio tractat atque ex-
ponit: erudite monstrat causas et fontes disputationis: Explica-
perspicue euoluit vberissimam doctrinam in Prophetiis
comprehensam testimoniis: ordine commodissimo
perspicuas totius religionis nostrae partes exponit. Non
tantum significanter ponit veram sententiam de iustifi-
catione nostri coram Deo: sed etiam aduersatiuam di-
serte rejicit atque damnat, fidelissime etiam monstrat
huius doctrinae solida fundamenta, et validissimos ner-
uos. Atque hoc modo non solum hanc controuersiam
eruditissime exponit: sed etiam viam patefacit ad vni-
uersam sacram scripturam recte percipiendam.

A. 10.
v. 43.
Proposit
thesia et
Antithe-
sin.

Si quis ergo hanc *Pauli ad Rom. Epistolam*, cla-
uem totius scripturae sacrae appelleret, non aberrabit. Cum
enim singulari perspicuitate tradat illustre discrimen
Legis et Euangelii, insigne lumen praebet omnibus *Pro-
phetarum* concionibus. Dignissima est igitur, quae ab
omnibus piis serio indagantibus veritatem, et salutem
experientibus, quam diligentissime legatur, et assidue
tractetur.

Epistola
ad Rom.
clavis
scripturae
Lumen
Prophe-
tarum.

Valde autem dolendum est a multis scriptoribus,
qui huius Epistolae explicationem promiserunt, tam
denlas nebulas huic nobili libro offusas esse.

Origenes suis expositionibus, non solum *Pauli*-
nae disputationis praecipuum statum transponit, verum
etiam generi

Exposi-
tio Ori-
geni

Epistolæ Diui Pauli

etiam ipsum Pauli dogma inuertit adeo, vt cum Paulus totis viribus detrahat iusticiam operibus: *Origenes* iusticiam operum Pauli verbis stabilire conetur. Atque hic interpres multis præbuit errandi causam.

**Chryso-
stomus,**

Chryso-stomus non vbiq; adsequitur Pauli mentem: sed Philosophicas imaginationes disputationi Paulinæ intempestiue infarcit.

**Hiero-
aymus.**

Hieronymus in suis commentariis multa Pauli dicta deprauat, nec constanter retinet naturam Pauli sententiam.

**Ambro-
sius.**

Ambrosius cæteris est sanior: quia religiose vrget Pauli verba, & fundamentum retinet: non nostris operibus, sed misericordiae Dei propter Christum oblatae, nostram adscribendam esse iustificationem. Sed tamen quoties *Origenem* & similes interpretes intuetur, genuinam Pauli sententiam emittit e manibus.

**Augusti-
nus.**

Augustinus Ambrosium maluit quam cæteros sequi: idque recto iudicio: Atque inuocatione & vsu tractandi sacras literas, plenius quædam tractauit, & propius aspexit Pauli disputationem, quam reliqui. Sed tamen inuenias vbi Pauli mentem non sit adsecutus: Vt cum iustificationem nostram coram Deo non in sola remissione peccatorum: sed etiam in renouatione & dilectione ponit, quam Spiritus sanctus effundit in corda nostra. Horum igitur patrum expositiones cum iudicio sunt legendæ.

**Cauenda
in synce-
ra expo-
sitione.**

I.

Hilarius.

Vt autem nos propriam & genuinam Pauli mentem intelligamus: primo cauendum est, ne ante conceptas opiniones, & peregrinas sententias in Pauli Epistolam importemus: Notum est enim *Hilarij* dictum: *Optimus est lector, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quam importet: & retulerit magis quam attulerit: neq; cogat id videri dictis contineri, quod antelectionem præsumserit intelligendum. Cum itaque de rebus Dei oritur sermo: concedamus Deo agnitionem sui: Discipulos nos esse decet, qui ab Apostolis discamus non magistros Apostolorum.*

II.

III.

Secundo statum disputationis λογιστικὴν ἀγαγὴν & argumentorum seriem & connexionem diligenter obseruemus. Tum etiam pondera Apostolicorum verborum attente expendamus: si quid videtur minus obuium non ex male diluta Philosophia: Sed ex aliis perspicuis scripturæ locis inuestigemus: & scripturæ certissimam interpretationem ex ipsa scriptura petamus. Ad hanc diligentiam si pia inuocatio accesserit, mentem Pauli de beneficiis Mediatoris concionantis, haud dubie recte percipiemus.

STATUS PAULINÆ disputationis.

Hic igitur status est Paulinæ disputationis præsertim in hac Epistola. Paulus vt summi Dei legatus & Apostolus Christi, docet genus humanum, quomodo nos peccatores Deo reconciliemur, & qua sit illa res, propter quam a Deo in gratiam recipiamur, pronunciemur iusti, & donemur hereditate vitæ æternæ, videlicet quod nemo sit in toto genere humano, qui propria iusticia in iudicio Dei consistere possit: Sed omnes simus obnoxij peccato, morti & iræ Dei: Quodque nemo suis viribus, vel operibus, vel sacrificiis, vel martyriis ex regno Sathanæ sese exoluere, & ad vitam æternam peruenire possit: sed omnes sunt conclusi sub peccato.

Deus autem ex immensa misericordia nostri miseratus, vnigenitum filium suum cōstituit mediatorem, qui pro nobis legi satisfecit, iram Dei placauit, & sua morte vitam & iusticiam nobis meruit. Hunc ergo posuit Deus propiciatorem, & omnibus vera fide ad hunc Mediatorem confugientibus, clementissime & gratis offert reconciliationem, iusticiam, Spiritum sanctum, & æternam beatitudinem. Postulat autem Deus vt hoc modo, videlicet gratis, absque operibus legis, sola fide in Mediatorem reconciliati, & hæredes vitæ adscripti, auxilio Spiritus sancti repugnent peccato: & Deo præstent obedientiam iuxta verbum diuinitus traditum.

Hoc est caput & præcipuus scopus totius huius Epistolæ Pauli ad Romanos, quem qui non obseruat, exiguum fructum ex huius Epistolæ lectione percipiet.

Tractat quidem luculenter fere omnes fidei articulos: sed ita vt semper in hunc collimet scopum: videlicet de gratuita iustificatione peccatoris coram Deo, cum qua reliqui articuli ita coniuncti sunt, vt vel viam monstrēt & præparent ad eam, vel tanquam riui ex hoc fonte scaturiant. Ac si quis grauissimam hanc doctrinam paucis vult animo complecti, ei præcipue ad hos 4. articulos est attendendum: quos non solum Paulus: sed omnes Prophetæ & Apostoli diligentissime vrgerent & inculcāt.

Primus est, quod omnes homines sint obnoxij peccato, filij iræ, captiui Sathanæ, & destinati damnationi. Ideoque impossibile est, vt vlla caro possit iustificari ex operibus legis. Iam enim damnati sumus non solum antequam operemur: verum etiam antequam hunc mundum contueamur: adeo ipse ortus in vicio est, vt inquit *Ambrosius*. Hoc membrum viam nobis sternit ad doctrinam de iustificatione: Ideo disertissime a Paulo ponitur, & validissime munitur, vt omne os obstruatur, inquit, & reus sit Deo totus mundus: eo quod ex operibus legis, non iustificabitur vlla caro. Non est distinctio: omnes peccauerunt & egent gloria Dei, conclusit Deus omnia sub peccatum. Mors in omnes peruasit, eo quod omnes peccauerunt. Item, reuelatur ira Dei super omnem impietatem omnium hominum. Eramus omnes natura filij iræ. Hæc grauissima accusatio non Philosophice & leuiter tantum accipienda est, de omnium hominum erratis, qualia dicta etiam apud Philosophos reperiuntur, vt: ὁ θεὸς ἀνθρώπων ἐστὶν ἅπαντα σόφῳ. Item, ἀμαρτάνει ἅσπασιν σφόδρα. Item, cum culpent alios nemo sine crimine viuere. Plurimum differunt Apostolicæ conciones Apostolorum ab istis philosophorum dictis: quibus sane infantes comprehendi nolunt. Apostoli enim totum genus humanum complectuntur: docent vniuersam hominum peccatonaturam peccato infectam, corruptam & deprauatam rû diffesse: vrget magnitudinem peccati, ostendunt grauitatem iræ diuinæ, atque æternum exitium, quod meriti losophorum denunciant. Deinde etiam probant nullius hominis eas esse vires, vt sese ex morte euoluere, peccatum deponere, & iusticiam, quæ coram Deo consistat, adipisci queat: sed omnibus quod ad proprias attinet vires, plane desperandum esse. Hunc articulum *Lex, que iram operatur*, patefacit.

Secundus Articulus est: Etsi Deus iustissimas habuerit causas, nos iuxta seueram legis sententiam in æternum abiiciendi: tamen ex immensa bonitate, nostri est miseratus, ac patefecit Euangelium, quod gratis absque nostra dignitate, merito & operibus, ex mera & gratuita sua misericordia velit remittere omnia peccata, condonare meritas pœnas, recipere nos in gratiam, reputare iustos coram se, donare Spiritu sancto, & transferre ad vitam æternam. *Iustificati autem gratis*, inquit Paulus, *ipsius gratia*, Rom. 3. v. 24. Item, *arbitramur hominem iustificari gratia, fide, absque operibus legis*, Rom. 3. v. 28. Item, *vbi abundauit peccatum, ibi superundauit gratia*, Rom. 5. v. 20. Item, *non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei iuxta dictum: Miserebor cuius miserebor, & clemens ero cui clemens fuero*, Rom. 9. v. 15. Hæc admiranda sententia ex lege peti non potest: sed ex Euangelio patefit mundo.

Tertius Articulus est de Mediatore, qui hanc partem erga nos peccatores clementiam impetrauit & acquisiuit. Non abolet Deus legis suæ sententiam, quæ mediainobedientiæ hominum, mortem & damnationem est tor satisfinata, neque voluntas Dei, quæ in omni æternitate fecit proaueratur & odit peccatum, mutari potest. Scire igitur peccatis necesse est, quomodo legis seueritati sit satis factum, & totius Dei consistat iusticia. Nisi etiam Christum Mediatorem mûdi, & agnoscas & intuearis, prorsus erunt contradictoriæ sententiæ Legis & Euangelij, quæ Deo tribui nullo modo rû remissionē possunt: altera enim seuerissime punit peccatum, altera clementissime peccatum condonat. Christus vero meruit. Mediator interueniens, elegantissime conciliat, adeo SineChrī vt in orbe nulla sine dogmata, quæ magis consentiant, sto medi-quam Lex & Euangelium. Hic enim filius Dei in se atore cō-transfert totius generis humani peccata, subiicit sese traditio legi diuinæ, sinit in se effundi totā Dei iram nostris ac- est Legis-cēliam peccatis, persoluit omnem poenam, quā propter & Euan-peccatum gelij.

Quatuor
in articulo
iustificati-
onis attēte cō-
siderāda.

I.

Omnes
dānatio-
nis rei
propter
peccata.

Ambrosij
cap. 3. v.
19.

v. 22.

c. 5. v. 18.

c. 1. v. 18.

Eph. 2.

v. 3.

II.

Ab istis
philosophorum
dictis: quibus
sane infantes
comprehendi
nolunt.

Apostoli enim
totum genus
humanum
complectuntur:

docent vniuersam
hominum
peccatonaturam
peccato infectam,
corruptam &
deprauatam rû
diffesse:

vrget magnitudinem
peccati, ostendunt
grauitatem
iræ diuinæ, atque
æternum exitium,
quod meriti
losophorum
denunciant.

Deinde etiam
probant nullius
hominis eas
esse vires, vt
sese ex morte
euoluere,
peccatum
deponere, &
iusticiam, quæ
coram Deo
consistat, adipisci
queat:

sed omnibus
quod ad proprias
attinet vires,
plane desperandum
esse. Hunc articulum
*Lex, que iram
operatur*, patefacit.

III.

Secundus
Articulus est:
Etsi Deus
iustissimas
habuerit causas,
nos iuxta
seueram legis
sententiam in
æternum
abiiciendi:

tamen ex
immensa
bonitate,
nostri
est miseratus,
ac patefecit
Euangelium,
quod gratis
absque
nostra
dignitate,
merito &
operibus,
ex mera &
gratuita
sua
misericordia
velit
remittere
omnia
peccata,
condonare
meritas
pœnas,
recipere
nos in
gratiam,
reputare
iustos
coram se,
donare
Spiritu
sancto,
&
transferre
ad vitam
æternam.

Iustificati autem gratis,
inquit
Paulus,
ipsius gratia,
Rom. 3. v. 24.

Item, *arbitramur
hominem
iustificari
gratia, fide,
absque
operibus
legis*,
Rom. 3. v. 28.

Item, *vbi
abundauit
peccatum,
ibi
superundauit
gratia*,
Rom. 5. v. 20.

Item, *non est
volentis
neque
currentis,
sed
miserentis
Dei iuxta
dictum:
Miserebor
cuius
misererebor,
&
clemens
ero
cui
clemens
fuero*,
Rom. 9. v. 15.

Hæc
admiranda
sententia
ex lege
peti non
potest:
sed ex
Euangelio
patefit
mundo.

III.

Tertius
Articulus
est de
Mediatore,
qui hanc
partem
erga nos
peccatores
clementiam
impetrauit
&
acquisiuit.

Non abolet
Deus legis
suæ
sententiam,
quæ
mediainobedientiæ
hominum,
mortem
&
damnationem
est tor
satisfinata,
neque
voluntas
Dei, quæ
in omni
æternitate
fecit
proaueratur
&
odit
peccatum,
mutari
potest.

Scire igitur
peccatis
necesse est,
quomodo
legis
seueritati
sit satis
factum,
&
totius
Dei
consistat
iusticia.

Nisi etiam
Christum
Mediatorem
mûdi, &
agnoscas
&
intuearis,
prorsus
erunt
contradictoriæ
sententiæ
Legis
&
Euangelij,
quæ
Deo
tribui
nullo
modo
rû
remissionē
possunt:

altera enim
seuerissime
punit
peccatum,
altera
clementissime
peccatum
condonat.

Christus vero
meruit.

Mediator
interueniens,
elegantissime
conciliat,
adeo
SineChrī
vt in orbe
nulla
sine
dogmata,
quæ
magis
consentiant,
sto
medi-

quam
Lex
&
Euangelium.

Hic enim
filius
Dei
in se
atore
cō-

transfert
totius
generis
humani
peccata,
subiicit
sese
traditio
legi
diuinæ,
sinit
in se
effundi
totā
Dei
iram
nostris
ac-

est
Legis-
cēliam
peccatis,
persoluit
omnem
poenam,
quā
propter
&
Euan-
peccatum
gelij.

III.

Tertius
Articulus
est de
Mediatore,
qui hanc
partem
erga nos
peccatores
clementiam
impetrauit
&
acquisiuit.

Non abolet
Deus legis
suæ
sententiam,
quæ
mediainobedientiæ
hominum,
mortem
&
damnationem
est tor
satisfinata,
neque
voluntas
Dei, quæ
in omni
æternitate
fecit
proaueratur
&
odit
peccatum,
mutari
potest.

Scire igitur
peccatis
necesse est,
quomodo
legis
seueritati
sit satis
factum,
&
totius
Dei
consistat
iusticia.

Nisi etiam
Christum
Mediatorem
mûdi, &
agnoscas
&
intuearis,
prorsus
erunt
contradictoriæ
sententiæ
Legis
&
Euangelij,
quæ
Deo
tribui
nullo
modo
rû
remissionē
possunt:

altera enim
seuerissime
punit
peccatum,
altera
clementissime
peccatum
condonat.

Christus vero
meruit.

Mediator
interueniens,
elegantissime
conciliat,
adeo
SineChrī
vt in orbe
nulla
sine
dogmata,
quæ
magis
consentiant,
sto
medi-

quam
Lex
&
Euangelium.

Hic enim
filius
Dei
in se
atore
cō-

transfert
totius
generis
humani
peccata,
subiicit
sese
traditio
legi
diuinæ,
sinit
in se
effundi
totā
Dei
iram
nostris
ac-

est
Legis-
cēliam
peccatis,
persoluit
omnem
poenam,
quā
propter
&
Euan-
peccatum
gelij.

III.

Tertius
Articulus
est de
Mediatore,
qui hanc
partem
erga nos
peccatores
clementiam
impetrauit
&
acquisiuit.

Non abolet
Deus legis
suæ
sententiam,
quæ
mediainobedientiæ
hominum,
mortem
&
damnationem
est tor
satisfinata,
neque
voluntas
Dei, quæ
in omni
æternitate
fecit
proaueratur
&
odit
peccatum,
mutari
potest.

Scire igitur
peccatis
necesse est,
quomodo
legis
seueritati
sit satis
factum,
&
totius
Dei
consistat
iusticia.

Nisi etiam
Christum
Mediatorem
mûdi, &
agnoscas
&
intuearis,
prorsus
erunt
contradictoriæ
sententiæ
Legis
&
Euangelij,
quæ
Deo
tribui
nullo
modo
rû
remissionē
possunt:

altera enim
seuerissime
punit
peccatum,
altera
clementissime
peccatum
condonat.

Christus vero
meruit.

Mediator
interueniens,
elegantissime
conciliat,
adeo
SineChrī
vt in orbe
nulla
sine
dogmata,
quæ
magis
consentiant,
sto
medi-

quam
Lex
&
Euangelium.

Hic enim
filius
Dei
in se
atore
cō-

transfert
totius
generis
humani
peccata,
subiicit
sese
traditio
legi
diuinæ,
sinit
in se
effundi
totā
Dei
iram
nostris
ac-

est
Legis-
cēliam
peccatis,
persoluit
omnem
poenam,
quā
propter
&
Euan-
peccatum
gelij.

Epistolæ Diui Pauli ad Romanos.

peccatum debebamus, exactissimam etiam, & omnino promissam: *Miserere mei Deus, inquit: Psal. 51. v. 1.* bus numeris absolutam perfoluit obedientiam, adeo ut secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. v. 2. Lex nihil amplius flagitare possit. Stabilita hoc modo nemis miserationum tuarum dele iniquitatem meam. v. 2. legis sententia, quæ immota erat nullum impedimen- *Asperge me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super cinerem dealbabor, id est, ablue mea peccata sanguine tui filii, quem sacrificia adumbrant.* Ac quia a Pro- pheta Nathan audit: 2. Sam. 12. v. 13. *Dominus abstulit peccatum tuum, non morieris, erigit se vera fide, qua promissioni Euangelii assentitur, & in misericordia Dei, & Messias merito, atque etiam absolute Propheta acquiescit.*

Hic iam Dauid tantus peccator, adulterio & carnalitate contaminatus, iustus est coram Deo, videlicet gratis, gratia Dei, per fidem in sanguine Christi: Atque sic reconciliatus Deo, videlicet gratis, gratia Dei, per fidem in sanguine Christi: Atque sic reconciliatus Deo, sentit in corde admirandam consolationem & lætitiã a Spiritu sancto accensam, qua deinde celebrat Dei beneficiã, ut Psal. 103. *Benedic animam meam Domine, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius: Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas.* In hoc exemplo euidenter adparet, quomodo iustificetur homo coram Deo.

Nec cogitandum est Dauidem alia ratione ante lapsum illum enormem adulterii, iustificatum esse. Et si enim pauores maiores extiterunt tam atroci scelere perpetrato, eadem tamen plane fuit iustificationis ratio, nullius enim peccati molem conscientia sustinere potest. Si, inquit, *iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit, Psal. 130. v. 3.* Nec vispiam tutam inuenit quietem conscientia, nisi in Dei misericordia, & vulneribus Christi: Exeplum igitur Dauidis, singuli diligenter expendant.

Consideremus nunc & Pauli exemplum, ut non solum doctrina nos erudiat, sed etiam exemplo suam doctrinam nobis illustret. Testatur ipse aliquoties, se inculpata vitæ fuisse, & iuxta Dei legem, absque reprehensione vixisse, se etiam nullius sibi conscium fuisse sceleris. Hæc sane magna fuit Pauli laus, nec facile in orbe inuenies, qui similem integritatis laudem vere obtinuerint. Quid vero num hac iustitia, obedientia & integritate coram Deo fuit iustus? nihil minus. Quin ipse fatetur nihil mihi conscius sum: Sed in hoc non sum iustificatus. 1. Cor. 4. v. 4. Et alibi: pro stercore & damno habet suam iustitiam operum, quæ sit ex lege: Phil. 3. v. 8. Intelligit enim Paulus externam illam qualemcumque disciplinam, & adfectuum cohibitionem, non esse integram obedientiam, qualem Lex spiritualis flagitat: idcirco eam iudicio Dei opponi nequaquam posse. Tum quia de coelo per filium Dei, ut hostis Dei, & persecutor fidelium accusatur, & potenti manu Dei prosternitur, non solum sentit sibi perfectam legis impletionem deesse, sed etiam audit, & cum horrenda trepidatione agnoscit, se horribiliter coram Deo esse pollutum, & dignum quod in æternos cruciatus seuerè abiciatur. Quid enim tristius dici potest, quam hominem esse conditoris & redemptoris sui hostem, & persecutorẽ filiorum Dei? Reus ergo fuit Paulus sanguinis Iesu Christi, & omnium martyrum, qui inde ab Abel trucidati fuerunt. Non igitur imaginatur se iustum esse suis operibus aut dignitatem sed potius cum ingenti trepidatione agnoscit & deplorat se in conspectu Dei horribiliter pollutum & reum esse, 1. Timoth. 1. v. 13. Ego, inquit, blasphemus fui, & persecutor & contumeliosus, 1. Corinth. 15. v. 9. Ego indignus sum, qui vocer Apostolus, quia Ecclesiã Dei persecutus sum. Ac cum tremens ac trepidans Christo de coelo clamanti responderet: Domine quid vis me facere? haud dubie eos sensit in corde pauores, qui nulla oratione exponi possunt.

Qua vero ratione Deo reconciliatus & iustificatus sit, ipse testatur: Misericordiam, inquit, consecutus sum, 1. Timoth. 1. v. 13. Certus est sermo, & omni acceptatione dignus, quod Iesus Christus venit in hunc mundum, saluos facere peccatores, quorum ego primus sum: sed misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostendat eorum qui credituri essent in ipsam in vitam æternam. Hic disertissime fatetur Paulus, ut & alibi, se nullare iustificatum esse, nisi immensa Dei misericordia, qua

Fundamentum
Euangelii.

17.
Sola fide
meritam
Christi
nobis applicatur.

Illustratio
per exempla

Dauidis

Psal. 51.
v. 13.

Quartus Articulus est de applicatione: quod nimirum sola fide, id est, fiducia acquiescente in Mediatore, hæc beneficia Christi nobis adplicemus & consequamur. Non enim alia ratione immunda hominum natura cum Deo agere potest, nisi fide quæ se totã committit misericordie diuinæ, & in eius promissione acquiescit. Ideo Paulus: Rom. 3. v. 28. *Arbitramur hominem iustificari fide, absque operibus legis.* Item, Rom. 4. v. 5. *Ei vero qui non operatur, credit autem in eum qui iustificat impium, imputatur fides ad iustitiam.* Item, Rom. 5. v. 1. *Iustificati fide, pacem habemus erga Deum.*

In his præcipuis membris consistit summa disputationis Paulinæ, ac si quis ea perpetuo in conspectu habuerit, nec se ab hoc scopo abduci passus fuerit, Pauli sententiam recte adsequetur. Ad pleniorẽ deinde considerationem huius capituli doctrinæ, illustra exempla adiungantur, videlicet Dauidis & Pauli, qui ad Timotheum scribens, se ipsum huius doctrinæ statuit exemplum, sed primum intueamur Dauidem.

Hic cum adulterium cæde cumulasset, & tantifacitoris a Propheta Nathan accusaretur, sentit se non tantum exutum esse priore gloria, iustitiæ & æquitatis in gubernatione; sed multo magis se reum agi in iudicio Dei, obrui ira Dei, & sibi imminere presentes & æternas poenas. Videt Deum horribiliter offensum esse tam atrocibus sceleribus, considerat & legis seueritatẽ, quæ inobedientibus maledictionem & æternam damnationem denuntiat, propius nunc aspicit, & naturæ depravationem, quæ ad scelera tam sit procliuis: & magnitudinem peccati, quam nulla creatura sustinere potest. Sentit igitur horrendos pauores in corde, vnde clamat in Psalmis: *Non est sanitas in carne mea a facie iræ meæ, non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, Psal. 38. v. 4.* facile etiam colligit tantam Dei offensam neque sacrificiis, neque ceremoniis, neque elemosynis, neque vllis vel externis vel internis operibus sedari & placari posse. Quod si igitur Dauid nullam aliam voluntatis diuinæ notitiam, quam quæ in lege patefacta fuit, habuisset, profuse ei desperandum, & sub mole peccati deficiendum atque succumbendum fuisset.

Verum hic Dauid in tantis conscientie cruciatibus, & iræ diuinæ sensu, conuertit sese ad immensam Dei misericordiam, quam Deus in verbo suo patefecit, eum inquit: *Exod. 34. Ego sum Dominus Deus, clemens, misericors, longanimis, immensa bonitatis & veritatis: custodiens misericordiam in millia, condonans iniquitatem, transgressionem & peccatum:* Scit ad confirmandam hæc Dei misericordiam, promissum esse Messiam, qui deriuata in se ira Dei, expiaturus sit totius generis humani peccata. Ad hunc igitur thronum gratiæ confugit, nulla adfert merita; nullam præterdit dignitatem, nullis confidit sacrificiis: *holocaustis inquit, non delictaris Domine, alioquin dedissem.* Sed omnem fiduciam collocat in immensa Dei misericordia, in Media-

toris promissam: *Miserere mei Deus, inquit: Psal. 51. v. 1.* bus numeris absolutam perfoluit obedientiam, adeo ut secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. v. 2. Lex nihil amplius flagitare possit. Stabilita hoc modo nemis miserationum tuarum dele iniquitatem meam. v. 2. legis sententia, quæ immota erat nullum impedimen- *Asperge me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super cinerem dealbabor, id est, ablue mea peccata sanguine tui filii, quem sacrificia adumbrant.* Ac quia a Pro- pheta Nathan audit: 2. Sam. 12. v. 13. *Dominus abstulit peccatum tuum, non morieris, erigit se vera fide, qua promissioni Euangelii assentitur, & in misericordia Dei, & Messias merito, atque etiam absolute Propheta acquiescit.*

Hic iam Dauid tantus peccator, adulterio & carnalitate contaminatus, iustus est coram Deo, videlicet gratis, gratia Dei, per fidem in sanguine Christi: Atque sic reconciliatus Deo, videlicet gratis, gratia Dei, per fidem in sanguine Christi: Atque sic reconciliatus Deo, sentit in corde admirandam consolationem & lætitiã a Spiritu sancto accensam, qua deinde celebrat Dei beneficiã, ut Psal. 103. *Benedic animam meam Domine, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius: Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas.* In hoc exemplo euidenter adparet, quomodo iustificetur homo coram Deo.

Nec cogitandum est Dauidem alia ratione ante lapsum illum enormem adulterii, iustificatum esse. Et si enim pauores maiores extiterunt tam atroci scelere perpetrato, eadem tamen plane fuit iustificationis ratio, nullius enim peccati molem conscientia sustinere potest. Si, inquit, *iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit, Psal. 130. v. 3.* Nec vispiam tutam inuenit quietem conscientia, nisi in Dei misericordia, & vulneribus Christi: Exeplum igitur Dauidis, singuli diligenter expendant.

Consideremus nunc & Pauli exemplum, ut non solum doctrina nos erudiat, sed etiam exemplo suam doctrinam nobis illustret. Testatur ipse aliquoties, se inculpata vitæ fuisse, & iuxta Dei legem, absque reprehensione vixisse, se etiam nullius sibi conscium fuisse sceleris. Hæc sane magna fuit Pauli laus, nec facile in orbe inuenies, qui similem integritatis laudem vere obtinuerint. Quid vero num hac iustitia, obedientia & integritate coram Deo fuit iustus? nihil minus. Quin ipse fatetur nihil mihi conscius sum: Sed in hoc non sum iustificatus. 1. Cor. 4. v. 4. Et alibi: pro stercore & damno habet suam iustitiam operum, quæ sit ex lege: Phil. 3. v. 8. Intelligit enim Paulus externam illam qualemcumque disciplinam, & adfectuum cohibitionem, non esse integram obedientiam, qualem Lex spiritualis flagitat: idcirco eam iudicio Dei opponi nequaquam posse. Tum quia de coelo per filium Dei, ut hostis Dei, & persecutor fidelium accusatur, & potenti manu Dei prosternitur, non solum sentit sibi perfectam legis impletionem deesse, sed etiam audit, & cum horrenda trepidatione agnoscit, se horribiliter coram Deo esse pollutum, & dignum quod in æternos cruciatus seuerè abiciatur. Quid enim tristius dici potest, quam hominem esse conditoris & redemptoris sui hostem, & persecutorẽ filiorum Dei? Reus ergo fuit Paulus sanguinis Iesu Christi, & omnium martyrum, qui inde ab Abel trucidati fuerunt. Non igitur imaginatur se iustum esse suis operibus aut dignitatem sed potius cum ingenti trepidatione agnoscit & deplorat se in conspectu Dei horribiliter pollutum & reum esse, 1. Timoth. 1. v. 13. Ego, inquit, blasphemus fui, & persecutor & contumeliosus, 1. Corinth. 15. v. 9. Ego indignus sum, qui vocer Apostolus, quia Ecclesiã Dei persecutus sum. Ac cum tremens ac trepidans Christo de coelo clamanti responderet: Domine quid vis me facere? haud dubie eos sensit in corde pauores, qui nulla oratione exponi possunt.

Qua vero ratione Deo reconciliatus & iustificatus sit, ipse testatur: Misericordiam, inquit, consecutus sum, 1. Timoth. 1. v. 13. Certus est sermo, & omni acceptatione dignus, quod Iesus Christus venit in hunc mundum, saluos facere peccatores, quorum ego primus sum: sed misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostendat eorum qui credituri essent in ipsam in vitam æternam. Hic disertissime fatetur Paulus, ut & alibi, se nullare iustificatum esse, nisi immensa Dei misericordia, qua

Pauli

Act. 9.
v. 6.

B

ipsum

ipsi condonata sunt peccata: Et quod Dominus Iesus in mundum venit saluator. Hac consolatione te erigit atque sustentat, & certa fiducia in merito Christi, qui pro genere humano sanguinem suum effudit, totus acquiescit, & statuit se iustum esse & placere Deo ad vitam æternam. *Vt inueniar*, inquit, Phil. 3. v. 9. *non habens meam iustitiam, qua est ex lege, sed qua est per fidem Iesu Christi, iustitiam ex Deo, in fide, ad cognoscendum ipsum, & efficaciam resurrectionis ipsius, & participationem passionis eius.* Prorsus abiicit omnem propriæ dignitatis fiduciam, & in solo mediatore omnem spem vitæ collocat. Per Christum vero iustificatus ac Deo reconciliatus, non solum pacem conscientiæ sentit, sed tanta in spiritu exultat lætitia, vt in ipsis etiam afflictionibus se gloriari testetur: Et confidenter ad Deum vt clementis. Patrem in inuocatione accedat: *In quo Christo*, inquit, *habemus libertatem, & accessum in confidentia, per fidem ipsius.* Ephes. 3. v. 12.

Pauli doctrina nõ securo animo estimanda.

Hæc duo admodum illustria exempla, sint nobis perpetuo in conspectu: tum perspicue atque expresse doctrinam de iustificatione intelligemus: In primis vero danda est opera, vt Pauli conciones non securis animis legamus, & rãtum de aliorum conuersione cogitemus: sed singula dicta ad nos ipsos accomodemus: certo & in timore Dei statuamus, Pauli ministerio & voce, nostram corruptam naturam & peccata accusari: Nobis denunciari iram Dei, & Legis maledictionem ob oculos poni. Idcirco vere expauescamus agnitione nostrorum peccatorum, & veros pœnitentiæ motus ad lætionem Pauli adleramus: sciamus nobis proponi immensam Euangelij consolationem de gratuita remissione peccatorum: vt erecti fide, pacem cum Deo & tranquillam habeamus conscientiam. Ad nos enim singulos pertinent hæc Pauli conciones de beneficiis mediatoris: Hunc timorem Dei, et veræ pœnitentiæ exercitium si cum lætionem huius Epistolæ coniungemus, et simul spiritus sancti illuminationem implorabimus, dubium non est, quin genuinam sententiam Pauli simus intellectu: et quod maius est, æterna Christi beneficiis cum admirabili conscientiæ gaudio percepturi. Si quis vero expertus motuum pœnitentiæ securitate carnali, in lætionem huius Epistolæ versabitur, quantumuis polleat ingenio, excellentem adferat eruditionem, assiduo labore euoluat, non solum hanc Epistolam, sed totam scripturam ad vnguem ediscat, neque mentem Apostolorum adsequatur vnquam, sed semper sese peregrinis sententiis torquebit frustra, et omni participatione regni Christi frustrabitur. Prodest etiam moneri studiosos, quas corruptelas adfixerint homines fanatici doctrinæ Pauli, vt eas tanquam monstratos scopulos diligenter vitent.

Qui Pauli doctrinam corruperunt.

I. Philosophi ignorant doctrinam cœlestem.

I. Primum Philosophi corrumpunt doctrinam de Iustificatione, quod sane mirum non est, cum prorsus ignorent doctrinam diuinitus patefactam. Quia vero ratio colligit esse Deum, eumque colendum: experitur etiã diuinitus puniri peccata, imaginatur, sic homines placere Deo, si iuste viuant, et Deo obtæperent, et hac obedientia impetrari Dei clementiã, et vitã æternã. Sic ille versus: *ὄσπε θεῶ ἐπιπείθεται μαλατ' ἔχλευν ἀναου.* Item, Cicero in somnio, Iustitiam cole et pietatem, hæc vita via est in coelum. Hæc sententia congruit cum lege, sed ignorat Cicero quod Lex perfectam flagitat obedientiam. Ignorat corruptam esse naturam, ideoque in crasso errore versatur.

II. Pharisei ex lege iustitiã querunt.

Secundo Pharisei corrumpunt doctrinam de iustificatione. Nam omnem fiduciam in lege polnerunt, et contenderunt hominem legis obedientia esse iustum vt Phariseus Luc. 18. Iam verum quidem est legem promittere obtemperantibus vitam: sed non attenderunt legem flagitare integram obedientiam, putauerunt externis operibus legi satisfieri, nec intellexerunt doctrinam de peccato originis, hi nõ procul a Philosophis distiti fuerunt. tantum hoc addiderunt non solum ad legem naturæ, sed etiam ad legem in monte Synai patefactam esse respiciendum. Præterea circumcisionem, sacrificia, ceremonias mosaicas & traditiones seniorum pertinere ad obedientiam: et in his consistere iustitiam. Verum et hunc errorem refutauit Christus.

Tertio doctrinam Pauli deprauarunt *Clemens Alexandrinus*, & eius discipulus *Origenes*, quod eo diligentius est obseruandum: quod hi claros Episcopos in errores induxerunt, & Pelagio & Monachis magnam præbuerunt erandi causam, fuit vero ipsorum sententia propemodum eadem, quæ & Philosophorum & Phariseorum, videlicet obedientia, operibus, merito, & pietate hominem esse iustum coram Deo, & mereri vitam æternam. Hoc tantum interest inter Philosophos & Origenis doctrinam, quod hic simul requirit fidem in Christum, id est, notitiam historiae de Christo, & professionem Apostolicæ doctrinæ. Si quando excidunt commodiore Origenis sententiæ, hoc potius perspicuitati diuinorum oraculorum, quam ipsius voluntati est tribuendum. Alias enim perpetuo tenore vrget hominem operibus esse iustum. Quam insulse loquitur *Clemens*, *primos homines & gentes lege natura & Philosophia peruenisse ad vitam: Iudæos lege Moysi: nos vero per legem Euangelij.* Et hanc ineptam sententiam multi patres admirati fuerunt.

II. Clemens Alexã. Origenes Philof. & Phariseorum lætentiam! secuti sunt. Fidem tamẽ simul exigunt.

Clemens

Quarto *Pelagius* totum Euangelium in Philosophiam transformauit: negauit peccatum originis: contendit lapsum Adæ non aliter nocuisse posteritati, nisi imitatione & exemplo: Vires hominum esse integras & liberat: legem Dei nihil amplius flagitare nisi externam disciplinam, siue ciuilem obedientiam. Ideoque non solum possibile, sed & facile esse homini perfectam præstare obedientiam, & hac obedientia hominem coram Deo esse iustum. Hic præstigiator vnica litura vniuersum deleuit Euangelium, frustra enim Deus promittit gratiam & remissionem peccatorum: frustra filius Dei factus est homo: frustra Christus est mortuus, & Mediator est constitutus, si in nostra potestate situm est, implere legem, & nostris viribus consequi coram Deo iustitiam. Animaduertitis autem, cum nihil præter Ethnicam docuisse Philosophiam. Prima vero principia doctrinæ cœlestis, ex fundamento sustulisse.

III. Pelagius Euangelium in Philosophiam transformat. Totum tollit Euangelij.

Quinto *Scholastici & Monachi*, etsi videri volunt, aliquanto plus se dicere, quam dixerunt *Origenes & Pelagius*: cõcedunt enim gratia Dei & auxilio Spiritus sancti opus esse homini ad præstandam Deo obedientiam: chitamen in errore plane cum *Pelagio* conueniunt, fingunt Pelagiũ enim, quando homo facit quod in se est, tunc ex merito sequitur congrui, & necessario infundi illi gratiam: qua accepta, Christũ totam possit implere legem, & de condigno mereri per bona opera vitam æternam. Hi quoque totum elidunt Euangelium & sepeliunt Christum cum omnibus regni beneficiis in exilium: fascinati enim fuerunt cogitationib. Philosophicis videlicet externam qualemcunque disciplinam esse iustitiam coram Deo. De Paulina vero disputatione nihil profus intellexerunt: sed violenta interpretatione Apostoli verba ad sua commenta contorserunt. Atq; alij alio modo verba eius deprauarunt.

IV. Scholastici & monachi. Deprauationes Scholasticorum

Alii dixerunt absq; operibus, id est, sine operibus ceremonialibus: sed non sine moralibus. Alii absq; operibus, id est, sine externis operibus: sed non sine internis cordis affectibus. Alii absq; operibus, id est, sponte electis: sed non variæ sine operibus a Deo mandatis. Alii absq; operibus, id est, ante fidem factis: sed Idem adhuc Bellar. lib. 1. de Iustif. Cap. 19.

Alii absq; operibus, id est, ante fidem factis: sed Idem adhuc Bellar. lib. 1. de Iustif. Cap. 19.

Alii absq; operibus, id est, sponte electis: sed non variæ sine operibus a Deo mandatis.

Alii absq; operibus, id est, ante fidem factis: sed Idem adhuc Bellar. lib. 1. de Iustif. Cap. 19.

Alii absq; operibus, id est, sponte electis: sed non variæ sine operibus a Deo mandatis.

Alii absq; operibus, id est, ante fidem factis: sed Idem adhuc Bellar. lib. 1. de Iustif. Cap. 19.

Alii absq; operibus, id est, sponte electis: sed non variæ sine operibus a Deo mandatis.

ventiæ excogitauit Sathan, vt clarissimam lucem nobis ex oculis subduceret, & summe necessariam consolationem omnibus conscientis eriperet. Ideo dent operam adolecentes, ne sibi natiuam Pauli sententiam sophistica interpretatione obscurari aut inuerti patiantur.

VI. Interimista partes duas iustificationis constituant. Remif. peccat. et renouatio:

VI. Sexto, Interim sic docet de iustificatione: duas eius esse partes: videlicet, & reconciliationem seu remissionem peccatorum, & renouationem seu sanctificationem: diffiteri non possunt Pontificii, gratiam significare Paulo gratuitam remissionem peccatorum: & a Paulo iustificatos pronunciar, qui Deo sunt gratis reconciliati, sed ne hanc salutarem consolationem conscientis anxii integram relinquunt, sed venenum suum admisceant: fingunt hanc iustificationem vnã saltem, vel partem vel speciem esse, eamque momenti minoris: alteram illam iustificationem, quæ in renouatione, dilectionis infusione & obedientia consistat & pleniorẽ & potentiorẽ, & hac potissimum in Dei iudicio videndum esse.

VII. Osiander nos iustificari docuit essentiali iustitia Dei efficientis in nobis iustitiã.

Septimo, Osiander nouo colore veterem pinxit errorem, docuit enim hominem non gratuita remissione peccatorum, nec Christi merito: sed essentiali iustitia Dei habitantis in cordibus piorum, & in eis efficientis iustitiam atque obedientiam corã Deo iustos esse, quod sane a Pontificia doctrina nõ multum differt: nisi quod Osiander causam efficientem titulo speciosiore potius nominare voluit, quam effectum: iam dudum a pijs doctoribus in doctrina de iustificatione explosum.

VIII. G. Major Opera ad salutem necessaria voluit. Paulus Eberus,

Octaui, Maior natiua Pauli sententia relicta nimium ad Pontificios accedit. Nam etsi iustificationem merito vel efficacis operum negat attribuendam esse, tamen contendit opera sic necessaria esse, ad iusticiam & salutem, vt absque illis homo coram Deo, salutem adipisci non possit: nec vllus saluatus sit. Quæ sane sententia ex diametro pugnat cum Pauli clarissimo testimonio, quod toties inculcat. Ac Eberus & alii pertinaciter huic manifesto errori patrocinantur: siquidem contendunt meritum, dignitatem, efficaciam, precium, glorificationem, fiduciam bonorũ operum in actu iustificationis recte excludi: præsentis vero necessitatem omnino requiri. Quod Sophisma diserte pugnat cum doctrina Pauli adseienti sola gratia Dei, solo merito Christi, sola fide sine operibus, hominem coram Deo iustificari.

IX. Matth. Lautenwald. Mar. Eif. Applic. tionem non fieri sola Fide. x. Mont. Anabap. Schvregel,

Nono, Matthaus Lautenwald, Martinus Eisengreinius Episcopus Labacensis, & similes præstigiatores aliam quærent rimam, dicunt, sola quidem Dei misericordia & merito Christi nos iustificari: sed adplicationem beneficiorum Christi, non fieri sola fide, sed simul & alijs operibus, vt pœnitentia, contritione, dilectione, patientia, humilitate, ieiunio.

Decimo, Montanus, Anabaptista, Schvrenckeliani, iusticiam coram Deo non ponunt in remissione peccatorum vel merito Christi: sed in ἐνδοξασμῶ ἐκ τῆς ἀρετῆς. & nouis illuminationibus, quas sibi sine atq; extra ministerium fingunt.

Tam multipliciter corrupit Satanas saluberrimam & summe necessariam consolationem de gratuita iustificatione peccatoris coram Deo. Vnde colligere possumus quam immani odio huic doctrinæ aduerletur. Tantoque maior nobis abhibenda est diligentia, vt his scopulis vitatis, rectũ navigationis cursum in hac Paulinæ Epistolæ lectione teneamus. Etsi autem magna opinionum & Sophismatum diuersitas, & varia erroris lenocinia deprehenduntur: tamen cordatus ac pius animus facile videt singula commenta ex vnã radice, videlicet male diluta Philosophia, & rationi insito iudicio pululascere, & tandem in vnum coire, videlicet hominem propria dignitate & operibus iustum esse coram Deo. Aliud enim ratio nõ illustrata Spiritu S. nec edocta verbo Dei, imaginari hac de re non potest. Sed Paulus validissime omnia ista rationis figmenta diluit, retundit & prostermit, & de coelo rationi incognitam iusticiam fidei per Christum reuelat.

Dispositio Epist. Pauli ad Romanos.

Membra quinq;. Nunc ergo quem ordinem Paulus in disputatione hac tota secutus sit, consideremus, In quinq; præcipua membra hanc totam Pauli Epistolam distingo.

I. Primum membrum continet grauissimam totius generis humani accusationem, quod nimirum omnes homines sint peccato obnoxii, & rei iræ Dei. Atque hoc modo primo ponit propositionem negatiuam: qua falsas omnium hominum imaginationes de propria iustitia operum reicit, explodit & damnat. In 1. cap. conuincit de peccato, & redarguit reas esse. In 2. cap. Iudæos ex ipsa lege de peccato accusat, & ipsis detrahit iustitiam. In 3. cap. coniungit & exæquat gentes & Iudæos, & totum simul genus humanum sub peccatum & maledictionem Dei concludit. Atque hæc est vna pars disputationis Paulinæ.

II. Secundum membrum est propositio adfirmatiua, qua discretissime adserit, quomodo iustificetur homo coram Deo, videlicet gratis, gratia Dei, per fidem in meritum Christi absq; operibus legis. Cui propositioni statim subnectuntur validissima atque insolubilia argumenta, quibus Paulus suam de iustificatione doctrinam demonstrat. Hanc partem exequitur in fine capitis tertii, & magna parte quarti.

III. Tertium membrum est ἀνάγνωσις, id est, resolutio. Cum enim propositio breuis de iustificatione hominis coram Deo res omnium maximas & grauissimas complectatur, opus erat singula illa amplissima capita aliquantulũ euolui & explicari vt grauissima propositio, & quidem longe posita supra humani ingenij captum plenius intelligi, & res tantæ propius possint atpici. Ordinetur igitur Paulus in fine quarti capitis explicationem singularum partium, ac primum exponit medium quo fit applicatio, videlicet fidem, docet quid sit fides, quæ eius proprietates, quomodo adplicet sibi Mediatoris beneficia: qui sunt eius fructus & efficacis, & eius obiectũ.

Deinde in quinto cap. exponit, vnde & quid sit peccatum: quomodo genus humanum inuaserit, quid efficiat & mereatur: quis sit eius introductor.

Tum docet, quid & vnde sit gratia: quis eam nobis impetrarit: quem nobis fructum adferat: quanto sit potentior regno peccati. In fine capitis quinti inchoat Paulus tractationem de lege: quid sit Lex, in quem finẽ sit data: & quod eius sit officium.

At in sexto capite interponit occupationem, qua refellit obiectionem eorum, qui calumniabantur Pauli doctrinam de gratuita iustificatione, concedere hominibus peccandi licentiam: siquidem peccatis nostris gloria misericordis diuinæ amplificaretur, & grauissimas adducit causas, cur reconciliatis sit sancte viuendum: & a sceleribus quæ Deus tam clementer condonauit, & a quibus per filium redempti sumus sit prorsus abstinendum.

In septimo cap. redit ad doctrinam de lege, eamq; solide & luculenter explicat, ostendens legem esse sanctam & salutarem doctrinam ad vitam quidem datam: sed propter naturæ nostræ corruptionem non conferre vitam: sed potius manifestare peccatum, incutere terrores conscientis, & facere vt peccatum sit in nobis supra modum peccans peccatum. Simul etiam exemplo & confessione sua docet, quanta sit carnis nostræ imbecillitas, nimirum tanta, vt ne renati quidem vniuersæ legi in hac vita satisfacere queant: sed sentiant in membris vim peccati, aduersantis Spiritui & nouo homini. Ideoq; nobis perpetuo opus esse Mediatore, qui sit vmbra culum nostrum aduersus iræ diuinæ æstum: & sanguine suo per fidem nos a sordibus nostris purget.

Totum octauum caput duas amplissimas atq; vberissimas continet consolationes, quarum prior opponitur terroribus conscientis agnoscetis peccati reliquias in nostra carne: et suauissime testatur, nullam esse condemnationem his qui sunt in Christo Iesu: etiamsi non prorsus omni careant peccato. Altera opponitur afflictionibus, quib; pii per fidem Deo reconciliati, sunt subiecti, et subinde exercentur. Ac multis comprobatur argumentis, calamitates piorum non esse signa iræ diuinæ: sed potius paterni amoris erga nos, et in nostram cedere vtilitatem: siquidem hoc modo nostra probatur et augetur fides, reddimur cõformes imagini filii Dei, sustentamur robore S. S. et vitæ æternæ gloria certo nobis promittitur.



4. Memb.
Fons to-
rius do-
ctrinæ de
iustifica-
tione.
9. 10. &
11. cap.

Quarto, iactis hoc modo solidis fundamentis huius doctrinæ de iustificatione, ac primum patefacto Dei iudicio aduersus peccatum ex lege: reuelata deinde imensa misericordia ex Euangelio, quod Deus gratis propter filium velit remittere peccata, & nos recipere in gratiam: luculenter etiam monstrato Mediatoris Iesu Christi officio, quod videlicet morte sua hanc redemptionem nobis impetrauit: Indicato præterea medio, quo necesse est fieri adplicationem, & tandem munitis & firmatis animis, efficacissimis cõsolationibus aduersus peccatum & omnis generis aduersitates, deducit Paulus Ecclesiam ad primum fontem huius arcanæ & rationi ignotæ doctrinæ videlicet ad æternam electionem seu prædestinationem sanctorum, ac docet Dei clementissimam voluntatem & propositum, quo statuit ab æterno, in filio suo colligere & sanctificare Ecclesiam esse vnicam & primam causam huius admirandæ iustificationis. Quam sublimem doctrinam duabus potissimum de causis, huic disputationi inseruit. Prima est vt vniuersam humani ingenij superbiam, semper cupientis aliquid meritorum in conspectum Dei adferre, hoc fulmine profus deijceret, frangeret, & funditus deleteret. Altera est, vt anxiiis conscientijs in tanta carnis imbecillitate & in constantia, & ingenti mole miseriarum & tentationum, quibus assidue concutitur pro ueritate fides, firmam atq; immotam salutis anchoram monstraret, utpote quæ nõ in nostra, sed solius Dei manu & proposito sit sita, qui eam ab æterno ita decreuit, vt nullius creaturæ vi impediri aut euertere possit. Et in hoc quarto membro docet, quæ sit vera Dei Ecclesia, vnde illa nascatur, qualis sit coetus: quod sit discrimen inter externum populum Israhel, & domum Dei spiritualement, in qua tantum sunt viua Christi membra: propter quas causas Deus elegerit semen Abraham, & constituerit politiam Mosaicam: & rursus propter quas rursus abiecerit Israhel, & eversa politia Mosaica gentes ad societatem Ecclesiæ adsciuerit: ac quousque nobis in inquisitione & consideratione huius arcani mysterii pro gredi liceat, vbi vero consistere ac pedem figere oporteat, fidelissime monet.

Prædesti-
natio san-
ctorum.

Cur hoc
cap. in-
sertum.

Quæ ve-
ra sit Ec-
clesia.

Cur abie-
cti Iudei.

5. Memb.
De bonis
operibus
12. cap.

13. cap.

14 & 15.
cap.

16. cap.

Quintum huius Epistolæ membrum est doctrina de bonis operibus, qui iustificationem per fidem impetratam omnino sequi debent. In 12. cap. tradit generalia præcepta, quæ communiter ad omnes pertinent Christianos, videlicet de colenda pietate, de confessione nominis Dei, de Inuocatione, patientia, de dilectione proximi, & reliqua obedientia quam Decalogus flagitat. In 13. munit ciuilem societatem doctrina de Magistratu: præcipit vt Christiani obtemperent Magistratui, & debita præstent officia: simul etiam docet, quid Magistratus debeat subditis. In 14. & 15. cap. Ecclesiastica tradit præcepta de suscipiendis infirmis, & prudenter vsurpanda libertate Christiana in rebus Adiaphoris. Tandem optat illis a Deo pium in Christo consensum & concursus studium celebrandi gloriam Dei, hortatur eos ad mutuam dilectionem & mansuetudinem. Immisceat & insignem locum de vocatione gentium, tum vt eos modestiæ admoneat, & testetur eos pertinere ad Ecclesiæ societatem. Postremo ministerium suum commendat, vt huius Epistolæ tanto maior sit autoritas. 16. Caput continet salutationes & commonefactiones de vitandis seductionibus & Ecclesiæ perturbatoribus & tandem pia ad Deum precatio, Epistolam concludit.

1. Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus ad Euāgelium Dei.
2. Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis.
3. De filio suo, nato ex semine David secundum carnem.
4. Qui certo cognitus est quod sit filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificantem, ex resurrectione

mortuorum Iesu Christo Domino nostro.

5. Per quem accepimus Apostolicam functionem ad obediendum fidei in omnibus gentibus, super nomine ipsius.
6. Inter quas & vos estis vocati Iesu Christi: omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis.

Ecclesia Christi intelligit Paulum grauissimis de causis in omnibus Epistolis & nomen suum edere, & Apostolici muneris mentionem facere. Cum enim in his Epistolis eam exponat doctrinam, qua salus nostra continetur, & cui omnes homines vult parere, scire necesse est, quis ille sit qui tanta autoritate concionetur generi humano: vnde hanc doctrinam acceperit: quis cum totius mundi doctorem constituerit: quæ adferat & suæ vocationis & certitudinis doctrinæ indubia testimonia. Religiones & dogmata incertis autoribus enata merito sunt suspecta. Et ipse filius Dei monet, vt a Pseudopphetis nobis caueamus. Edit igitur Paulus nomen tuum, vt certo constet, quis hanc doctrinam de Deo, & vita æterna adsequenda, in Ecclesia tradiderit: allegat & Apostolicam suam vocationem, in quam non per homines, sed a Iesu Christo est collocatus, vt sciamus eius doctrinam habere infallibilia testimonia, & non secus atque Dei vocem sine omni hæsitacione amplectendam esse.

Nomen
Pauli &
vocatio.

Hoc enim interest inter munus Apostolicum, & Apostoli functionem aliorum Episcoporum seu pastorum: Quod Apostoli, inter quos & Paulus est, immediate ab ipso filio Dei Mediatore electi, & ad spargendam lucem Euangelii per vniuersum terrarum orbem vocati sint, qui & peculiare sunt testes doctrinæ, miraculorum, mortis & resurrectionis Iesu Christi: in quos Spiritus sanctus visibili specie est effusus, qui & dono linguarum & edendium miraculorum a Deo ornati fuerunt: vt certo constaret orbi eos non errare, sed adferre doctrinam de Deo & beneficiis Mediatoris certissimam.

& pasto-
res diffe-
runt.

Apostoli

Alii vero ministri Ecclesiæ, vt Episcopi, pastores, doctores, non sunt eiusdem cum Apostolis autoritatis. Vocati enim sunt per homines, vel per Magistratum, vel per Ecclesiam: alligati sunt certo loco: non acceperunt Spiritum sanctum visibili specie: non sunt instructi miraculis: nec habent testimonia quod non errent: sed adstricti sunt adscripta Prophetarum & Apostolorum, quib. doctrinam quam profitentur, probare tenentur: A qua si discesserint, non necesse est illis adsentiri. Prudenter ergo monet nos Paulus ne omni Spiritui sine exploratione attendamus: iubet vt Apostolicam functionem a reliquo ministerio sapienter distinguamus: Apostolicæ functionis euidentia testimonia accurate expendamus: & voci diuinæ reuerenter & sine cunctatione adsentiamur. Hinc est quod Paulus tanta maiestate suam in orbe doctrinam sonet. Ecclesia inquit, adificata est super fundamentum Prophetarum & Apostolorum existente angulari lapide Domino nostro Iesu Christo. Et alibi: *Et si angelus de cælo aliud Euangelium docuerit, quam ego Paulus docui, sit anathema.* Ne ab angelo quidem vult redargui: imo angelum a se in prædicatione Euangelii dissentientem, pro anathemate habet.

Eph. 2:
v. 20.
Gal. 1:
v. 8.

Quod autem Paulus vere a filio Dei fuerit ad Apostolicum munus vocatus, idque singulari fide administrarit, non solum ex Pauli constat testimoniis, quibus adfirmat, se non esse inferiorem cæteris Apostolis: se Dominum Iesum vidisse: se signa Apostoli apud Corinthios & alibi edidisse: sed etiam filii Dei Iesu Christi voce est comprobatum. Cum enim Ananias Damascenus cunctaretur accedere Paulum: Christus de cælo inquit, vade: hic enim Paulus est mihi *καὶ ἐκλογὴς* vas electum, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus. Act. 9. v. 15. Et Act. 13. v. 2. Antiochena ieiunante Ecclesia Spiritus sanctus inquit: *separate mihi Barnabam*

Vocatio
Pauli im-
mediata
1. Cor. 15

barn

Vocatio mediata & immediata. *Paulum ad opus ad quod accersit illos. Hæc longæ sunt augustiora testimonia, quam si vniuersus orbi Paulum continuis laudibus eueheret. Et vult omnino Deus considerari in Ecclesia hæc testimonia, & maximum habere pondus. Singula igitur Pauli dicta, tanquam cœlestia oracula a Spiritu sancto profecta suscipiamus, & in pectoribus infigamus. Obseruetur in hoc initio Epistolæ discrimen inter *vocationem Apostolicam seu immediatam* quæ habet testimonium quod non erret, & inter *mediatam*, quæ sit per homines, cui necesse non est adfentiri: nisi quatenus profert perspicua sacræ scripturæ testimonia.*

Vox (*Apostolus*) innuit hanc de immediata vocatione doctrinam, quemadmodum & vox (*segregatus*) sumpta a ritu sacrificandi, indicat, Paulum non temere hoc tantum munus inuasisse: sed singulari consilio Dei electum: mandato Christi ablegatum: & Spiritus sancti donis ad hoc ministerium instructum esse.

Mosis & Prophetarum officium distinctum ab Apostolico. Discernit deinde Paulus functionem suam a munere Mosaico & Prophetico: ideo addit, *In Euangelium Dei. Moses* etsi aliquando promissionem Euangelii explicauit: tamen præcipuum munus habuit, legem a Deo latam, sonare & vrgere, maledictionem inculcare, & politiam Iudaicam constituere. Cæteri *Propheta* legis etiam præcones, & Politicæ quodammodo gubernatores erant: de Messia & Euangelii promissione concionati sunt: sed venturum vaticinabantur. *Paulus* vero non ad promulgandam legem, non ad gubernandam politiam Mosis: sed ad prædicandum in orbe Euangelium Dei de exhibitio Iesu Christo a Deo vocatus est. Sublimius igitur gerit officium, quam Moses vel *Propheta*, vt & 2. Cor. 3. luculenter exponit.

Vt autem intelligatur quale hoc sit Euangelium, ad quod spargendum vocatus sit, integram tradit definitionem: idq; in Epigrapha hoc consilio facit, vt quasi titulo sui libri argumentum indicet: & totius controuersie statum nobis ob oculos ponat. Estque hæc breuis descriptio Euangelii non solum huius Epistolæ, sed etiam omnium concionum, & Epistolarum Pauli summa. Nā

Definitio Euangelii. 1. Cor. 2. vt alibi dicit: *se nihil scire nisi Iesum & hunc crucifixum.* Ita hoc loco dicit, doctrinam suam quam adferat, esse Euangelium Dei de Iesu Christo Deo & homine, mortuo & resuscitato. Quanta autem doctrinæ amplitudo in hoc vno capite continetur, hoc aliquo modo conspiciatur, cum partes euoluuntur. Sit igitur tituli atque argumenti vice hæc descriptio: & simul veram Euangelii definitionem a Paulo discamus.

Titulus Epistolæ. *Euangelium* est doctrina non insita humanis mentibus: sed diuinitus patefacta de filio Dei Domino nostro Iesu Christo Deo & homine, quem Pater æternus constituit Mediatorem & liberatorem generis humani, propter quem Deus omnibus agentibus penitentiam, & promissioni credentibus gratiam, hoc est, remissionem peccatorum, imputationem iustitiæ, donationem Spiritus sancti, et hæreditatem vitæ æternæ, gratis offert & donat. Hanc Euangelii sententiam Christus dulcissimis verbis exposuit: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Ioan. 3. v. 16. *Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt mundus per eum saluus fiat.* Ioan. 3. v. 17. Hæc nequaquam est cōcio legis terrenæ nostram conscientiam, & denunciāns iram Dei & æternam damnationem propter inobedientiam, sed est nuncium latissimum, immensam Dei misericordiam prædicans erga genus humanum, & gratis absque merito offerens salutem.

Ne quis vero suspicetur nouum hoc esse doctrinæ genus, quod Paulus adfert, ostendit perpetuo illud sonasse in Ecclesia, et a Deo prædictum & nuntiatum fuisse per *Prophetas*, & in *sacra scriptura* contineri. Quod enim Deus in Paradiso statim post Adæ lapsum ex immensa misericordia reuelauit, semen mulieris contriturum caput serpentis: quod deinde omnes *Propheta* testati sunt Messiam venturum, qui futurus sit victima pro peccato, et abolita morte, et destructo regno Sathanæ, instauraturus sit iustitiam et vitam æternam: idem dicit se Paulus nunc docere, et vniuerso orbi annunciare, munere

Apostolico: et se testari Messiam dudum per *Prophetas* Eadem promissum, iam esse exhibitum. Vnica enim cum sit sacræ scripturæ via diuinitus patefacta et ostensa, necesse est perpetuo vnum doctrinæ genus in Ecclesia sonare. Deducit na semper autem nos *Apostolus Paulus* ad sacræ scripturas, quibus per in *Ecclia* Prophetica vaticinia de Christo continentur: tum vt in *Ecclia* dubia sacræ doctrinæ fundamenta monstret, tum vt sacræ scripturæ autoritatē nobis commendet, sacræ enim scripturæ diuinitus inspirata, vnica est fidei nostræ norma,

3. Illustre testimonium de tribus æternis personis in diuinitate hoc loco diligenter est obseruandum. Concionatur enim Paulus de Patre, Filio, & Spiritu sancto, personarum, & discrimina monarat.

Pater est persona, qui Filium genuit, & regnum Messie pro nati ac constituit.

Filius est persona æterna genita a Patre: qui omnipotens Dei Filius carnem nostram adsumsit, & de semine Dauid est natus.

Spiritus Sanctus est persona sanctificans vniuersam Ecclesiam. Inde manifestum est, esse æternum DEVM. Hanc sublimem de tribus in diuinitate personis distinctis, indicat Paulus secundo cum inuocat Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum.

4. Significat et quoque exprimit hic Paulus doctrinam Ecclesie de duabus naturis in Christo, videlicet humana & diuina, & quod vnione hypostatica sint in Christo vnita. Dicit *Christum natum esse ex semine Dauid secundum carnem.* Est igitur verus homo carne nobis similis, & habitu inuentus vt homo: non aliquod phantasma, nec indutus corpore allato de cœlis, vt *Marcion* & *Valentinus* finxerunt. Nec sunt duo filii alter Dei, alter Mariæ, vt *Nestorius* delirauit, sed filius Dei natus est ex semine Dauid.

Deinde diuinam in Christo naturam non tantum adserit: sed etiam validissimis demonstrat argumentis. *Christus* inquit, est *filius Dei declaratus atq; demonstratus*, nimirum vnigenitus de essentia, Patris ab æterno natus, non adoptatus per gratiam. Declarata est etiam eius diuinitas, potentia admiranda in miraculis eius fuit conspecta. Leprosos enim mundauit, omnis generis morbos curauit, & mortuos voce sua reuocauit in vitam.

Ita etiam per *Spiritum sanctificantem* apparuit eius diuinitas, illum enim a patre impetrauit, & effudit copiose in Apostolos & Ecclesiam. Dari autem Spiritus sanctus non potest, nisi ab æterno Deo. Præterea & *resurrectio Christi* a mortuis, qua ostendit se victorem esse mortis, inferi, & Satanae, euidentissimum est testimonium diuinitatis Messie, siquidem potestatem habet ponendi animam suam, & resumendi eam. His solidis argumentis addatur testimonium de Inuocatione Iesu Christi, quod mox sequitur. Cum enim Paulus filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, non secus atque patrem æternum inuocat pro salute Ecclesie, clarissime docet esse eum æternum Deum: siquidem honos Inuocationis nulli creaturæ est tribuendus, sed tantum æterno et omnipotenti Deo, qui et gemitus omnium hominū introspicit, et res omnes in sua potestate habet.

5. Beneficia Mediatoris postea copiose & luculenter exponit: non tamen voluit eam hoc loco in Euangelii definitione & disputationis summa præterire. Adfirmat igitur nos per Christum filium Dei adipisci gratiam, hoc est, remissionem peccatorum, & imputationem iustitiæ, cui adiuncta est semper donatio Spiritus sancti, & hæreditas vitæ æternæ.

6. Exponit præterea Paulus quæ & qualis sit Ecclesia, quæ per Apostolicum munus ipsius Deo colligatur: nimirum cœtus per Euangelii ministerium vocatus ab obedientiam fidei in nomen Iesu Christi collectus ex omnibus gentibus: qui cœtus Euangelio credens, diligatur a Deo, id est, habet remissionem peccatorum, est sanctus & heres vitæ æternæ. Non igitur alibi quam in cœtu vocatorum, & in doctrina Iesu Christi consentientium quærendi sunt electi. Et quamquā hi vocati ciues Ecclesie multas circumferant infirmitates, & peccatorum sordes, quas in hac mortali vita penitus deponere non possunt: tamen & a Deo diliguntur & sunt sancti.

Epistolæ Pauli ad Romanos Cap. I. v. 7. 8. 9.

Primum imputatione per fidem in Iesum Christum, qui seipsum pro nobis sanctificauit, vt & nos sanctissimus. Deinde inchoatione, nam credentibus datur Spiritus S. qui mundat nos a peccato, & transformat in nobis imaginem Dei a claritate in claritatem.

Vocatio gentium.

7. Septimus doctrinæ locus in hac epigrapha est, articulus de vocatione gentium, quod beneficia Mediatoris non tantum ad Iudæos, sed etiam gentes pertineant, & vniuerso orbi salus in nomine Iesu Christi offeratur. Accepimus, inquit, munus Apostolicum, prædicandi Euangelium, vt omnes obediant fidei in omnibus gentibus, non tantum in populo Iudaico. In singulis pene vocibus Paulus præparat sibi viam, ad statum causæ de iustitia fidei absque operibus. Cum enim gentes, quæ sine lege vixerunt, vocantur ad Ecclesiæ societatem, a Deo in gratiam recipiuntur, & per fidem iusti & sancti coram Deo pronunciantur: necesse est hominem non ex operibus, sed gratis per fidem in Christum mera Dei misericordia iustificari. Sequitur etiam promissionem euangelii esse vniuersalem, & quod omnibus sit exposita salus. Conclufit enim Deus omnes sub peccatum, vt omnium misereatur.

7. Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino nostro Iesu Christo.

Gratia quid sit.

Salutatio in Epistolis vsitata est. Significat autem Paulo gratia, misericordiam, dilectionem & fauorem Dei, quo nobis remittit peccata gratis absque nostra dignitate: acceptat nos ad vitam æternam. Sic enim Paulus exponit gratiam, Ephes. 2. v. 4. *Deus diues in misericordia secundum multam suam dilectionem, qua nos dilexit, cum mortui essemus in peccatis iustificauit nos in Christo.* Item Exod. 33. v. 19. *Miserebor cuius miserebor, & clemens ero cui clemens fuero.*

Pax.

Pax vero significat cætera omnia beneficia Mediatoris, quæ cum remissione peccatorum sunt coniuncta, videlicet pacem erga Deum, & conscientia tranquillitatem, liberationem a morte, & tyrannide Sathanæ, donationem Spiritus sancti, renouationem imaginis Dei, nouam lucem in mente, lætitiã spirituales in corde, iustitiam congruentem cum voluntate Dei, intellectum verbi diuini, consolationem in ærumnis, auxilium Dei, defensionem & gubernationem in hac vita, successum in vocatione, hæreditatem vitæ æternæ, & coelestem cum Deo consuetudinem. Hæc omnia, videlicet præsentis & futuræ vitæ bona, comprehendit vocabulũ (pax) in sacris literis. Vsitatum est Prophetis & Apostolis duo

Iohan. 1. v. 17.

Christi beneficia coniungere, vt Iohannes, *Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Docet autem hæc tanta bona, gratiam & pacem nusquam inueniri, nec ab vilo numine impetrari, nisi a Deo patre & Domino nostro

Quis verus sit Deus.

Iesu Christo. Neq; aliæ religiones de his beneficiis concionantur. Obseruemus igitur hoc loco, quis sit verus Deus, videlicet pater æternus, qui se per filium suum in Ecclesia patefecit: & ad hunc exemplo Pauli nostram dirigamus inuocationem. Monet præterea Paulus in hac salutatione, Iesum Christum esse æternum Deum, siquidem eum inuocat, quemadmodum & patrem: Inuocatio vero tribuit diuinam Maiestatem. Deinde ideo quoque cum patre filium eius Iesum Christum coniungit, vt significet nos propter Christum a patre exaudiri, & æterna bona impetrare iuxta promissionem: *Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Iohan. 16. 23.

8. Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quod fides vestra annunciat in toto mundo.

9. Testis enim mihi est Deus, cui seruis in Spiritu meo, in Euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio.

10. Semper in orationibus meis obsecras, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.

11. Vt aliquid impertiar vobis gratia Spiritualis ad confirmandos vos.

12. Ad mutuo percipiendam consolationem in vobis per eam qua inuicem est, fidem vestram atq; meam.

13. Nolo autem vos ignorare fratres, quia saepe proposui venire ad vos: & prohibitus sum vsq; adhuc, vt aliquẽ fructum habeam in vobis, sicut & in caeteris gentibus.

14. Gracis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.

15. Ita quod in me promptum est, & vobis qui Romæ estis Euangelizare.

Præmittit Paulus gratulationem, & pro fide Romanorum gratiarum actionem: tum etiam parati animi sui testificationem, priusquam disputationem ingrediatur non solum quia sic vsitatum est in epistolis: sed multo magis quod huiusmodi pietatis adiectus maxime decet Apostolum Iesu Christi. Cum enim filius Dei sedens ad dexteram Dei patris, Apostolis suis iniunxerit, vt Euangelii doctrinam per vniuersum orbem spargerent, & Ecclesiam in omnibus gentibus colligerent, decuit hic adfectus Apostolos, vt pro vniuersæ Ecclesiæ felici gubernatione & in e. emento essent pie solliciti, & Deum assidue precarentur. Cum etiam vt totius generis humani, ita & Romanorum atrociam peccata, grauissima voce sit accusaturus, vt ostendat, se officii necessitate & hominum salutis causa adductum id facere, nimirum vt veros poenitentia motus in ipsorum pectoribus accendat, commemorat cum attestacione nominis diuini, quantum lætetur fide Romanorum, quanto opere ipsorum sit salutem, quamque prompto sit animo ad communicandum ipsis spiritualia dona per euangelii prædicationem. Deinde vt in ipsis quoque studium & attentionẽ discendi Euangelium excitet, admiscet quædam de ministerii Euangelici dignitate, salutari efficacia, amplitudine & Maiestate. Ac vt totius Epistolæ scopus semper in conspectu sit, principalem propositionem indicat, nimirum quod in Euangelio reueletur, salus seu iustitia Dei, ex fide in fidem. Erudit autem Apostolus Ecclesiam in hoc exordio multis de rebus.

Affectus Apostolicus.

1. Quod enim gratias agit Deo pro fide Romanorum, eo testatur, non esse situm in arbitrio vel potestate hominis, vt ex sese Euangelii doctrinam intelligat, amplectatur, ei adsentiat, & in filium Dei credat: sed esse singulare beneficium & donum Dei, qui per Spiritum S. Fides aperit hominum mentes, conuertit corda & voluntates, & accendit in eis fidem adsistentem promissioni Euangelii, & in Mediatore acquiescentem. Sicuti & alibi testatur Paulus: *Gratia saluati estis per fidem, idque non ex vobis, donum Dei est: non ex operibus ne quis gloriatur.* Eph. 2. v. 8. Item: *Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere.* Phil. 2. v. 13. Sunt ergo ingrati gratia Dei, qui donum fidei humanis viribus adscribunt. Paulus vero omnes pios suo exemplo monet, vt Dei bonitatem & beneficentiam agnoscant, & pro tam salutari dono fidei, Deo gratias agant.

Assuerationis suæ testem Deum inuocat Apostolus Paulus non ex leuitate, sed graui de causa. Cum enim ignotus esset Romanis, ne quam dubitandi causam ipsis relinqueret de sua & gratulatione & assidua pro ipsis precatione, Deum est testatus se vera loqui. Hinc igitur liquet, non omnis generis iuramenta Christiano homini esse prohibita, vt Anabaptista contendunt: Quod enim Christus

Iurare

Matth. 5. Christus dicit: *Ne omnino iuretis*, de futilibus, non necessariis, & ex leuitate profectis iuramentis loquitur. Peccatum est enim nomen Dei sine causa vsurpare: atque etiam otiosum sonare verbum est peccatum. Cum vero legitimus Magistratus a nobis poscit iureiurando confirmatum testimonium veritatis: aut Dei gloria, aut proximi utilitas flagitat, vt Deum testem dictorum inuocemus, adeo nullū est peccatum, vt inter cultus Deo adprime gratos sit recensendum.

Iurandū quid. Est enim *iurandum*, adseueratio alicuius rei nobis perspectæ, cum inuocatione veri Dei, vt sit dictorum testis & iudex seuerus, ita vt innocentes & veraces clementer defendat: Fallentes vero & nomine diuino abutentes, puniat & coerceat. Hoc modo Christus, Paulus, Deut. 31. v. 7. & Ezech. 33. v. 11, sæpe iurauit.

Ethnicorum virtutes differunt a priorū virtutibus. *Spiritu dicit se seruire Deo in Euangelio.* Hac voce sua studia, labores, & cultus primum discernit ab Ethnicorum officiis et virtutibus. Ethnici et si res magnas gerant, et officia præclara non simulate: sed ex animo præstent, et magna animi contentione, vt *Camillus* ex animo fert opem laboranti patriæ. *Scipio* fortiter præbatur pro patria: tamen sunt absque spiritu, non agnoscunt Deum, non credunt in mediatorem, non reguntur ductu Spiritus sancti: nec referunt omnia ad gloriā Dei, et salutem Ecclesiæ. Nullum autē opus placet Deo, cui non præluceat fides. *Deinde* ostendit discrimen inter cultus Leuiticos, et interna Spiritualia sacrificia noui testamenti. Multi præstabant Leuitica sacrificia sine motibus penitentia, sine agnitione Dei, sine exercitio fidei. De his sæpissimè testatus est Deus per Prophetas Iesa. 1. v. 11. *Naomenias vestras ego odi* Item: *nunquid manducabo carnem taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua.* Paulus igitur ostendit se in spiritu seruire Deo, id est, se agnoscere verum Deum, se veros adferre penitentia motus ad Euangelii prædicationem, se duci Spiritu sancto, & vera in filium Dei fide præire Ecclesiæ Christi: Quemadmodum Christus verum Dei cultum describit: *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.* Ioan. 4. v. 23. Testimonium hoc loco obseruandum est, quod labores docendi & discendi Euangelium, sint Deo gratissimi cultus & sacrificia laudum. His enim & propagatur notitia Dei inter homines, & colligitur Deo æterna Ecclesia. Mundus autem superbe deridet nostros labores & certamina: arbitratur nos frustra consumere vires, aut rabiose nostrum persequitur ministerium, tamque omnium turbarum & dissidiorum facem. His prophanis & sceleratis iudiciis opponamus Spiritus sancti testimonium, qui palam adseuerat nos Deo seruire, & gratum præstare cultum, cum prædicamus Euangelium de Iesu Christo. Non igitur deterreamur a nostræ vocationis scholasticæ laboribus, vel Epicureorum sannis, vel tyrannorum minis, vel vllis periculis: sed sciamus nos Deo curæ esse cui seruimus: Et meminerimus semper dicti Paulini: *Labor vester non erit inanis in Domino.* 1. Cor. 15. v. 58.

Laboribus docendi sacrificia sunt Deo. Adhæc docet Paulus in hac gratulatione, qualis adfectus existere, & quo spectare debeat tam pius pastor, quam diligens discipulus. Cum enim Paulus dicit se orare Dominum, vt sibi occasio detur erudiendi & in fide confirmandi Romanos, monet: omnes pastores debere tanto flagitare studio promouendi Ecclesiæ salutem, vt eam omnibus commodis huius vitæ anteponant, nec dubitent pro ea et quasuis ærumnas et molestias, et pericula, et labores suscipere. Cum enim filius Dei nostre salutis causa non dubitauerit suam impedire vitam: omnino decet nos nullos defugere labores vel pericula, dum gloriæ diuinæ et salutis Ecclesiæ seruiamus. Vicissim vero et ardens discendi studium in auditore existere debet, agnoscat singulare Dei beneficium, quod excitat Prophetas, Apostolos et Doctores: reuerenter habeat pios Doctores, ardentem petat a Deo, vt ministerio Euangelii illuminetur: non augeat sua petulantia docentium ærumnas et pericula: serio inquirat indubitatam veritatem: nec defugiat ærumnas et miseras Euangelii professionem comitantes. Hæc cum fiunt vtrinque plurimum confirmantur animi in fide, et insignes capiunt

Affectus Pastorū. **Auditum.**

consolationes. Rudioribus enim et minus exercitatis vtilissimum est audire eruditorum testimonia de doctrina, commune fieri de Prophetarum et Apostolorum consensu, institui de genere sermonis, et moneri de cauendis hæreticorum præstigiis. His alitur et confirmatur fides: Deus enim per ministerium est efficax. Ad Petrum inquit Christus: *Et tu conuersus, confirma fratres tuos.* Cum Ecclesia Ephesina audiuit Iohannem Apostolum in summa senectute concionantem, etiam si ante didicerat a Paulo et Timotheo doctrinam Euangelii: tamen plurimum confirmata fuit tanti Apostoli testimonio. Sic Smyrnenfis Ecclesia cum audiret Polycarpum discipulum Iohannis, tanti viri doctrina et auctoritate, multum aucta est eius fides. Sic Irenæus et Tertullianus sæpe allegant testimonia Ecclesiarum, in quibus Apostoli docuerunt, vt Romanæ, Antiochenæ, Ephesinæ, Alexandrinæ, et Germanicarum Ecclesiarum, in quibus Apostolica doctrina lucebat, quam delirius hæreticorum opponebant: et restantur, se confessione et fide aliarum Ecclesiarum plurimum in vera sententia confirmari.

Quantam nunc nobis adfert consolationem, cum legimus veteris et purioris Ecclesiæ testimonia, quibus clare adseueratur *ἀγῶν* in Iohāne significare ὁ πῶς ἀμείνων, Spiritum sanctum esse æternum Deum, et erudite a patribus refutatos esse furores Samosatani, Arrii, Eunomii, Nestorii, Eutichetis, Pelagii et similium fanaticorum hominum. De re igitur magna loquitur Apostolus, cum dicit, se *impertiturum aliquid spiritualium donorum Ecclesiæ Romana.* Vicissim vero et Apostoli et reliqui ministri Iesu Christi, multum consolationis et roboris percipiunt ex eo quod vident, suos labores non esse irritos, sed per vocem ipsorum colligi Deo Ecclesiam, eripi homines ex faucibus Satanæ, accendi in piis admirandam lucem, donari eos iustitia, lætitia et vita æterna, et sublimia Spiritus sancti dona, singulis credentibus distribuit. Ita experiuntur Euangelium, quod circumferunt esse verum et efficax, animaduertunt suos labores, ærumnas et pericula cedere in Dei gloriam et emolumentum Ecclesiæ: atque ita augetur in ipsis quoque Apostolis et pastoribus fides, et docendi studium.

Non excedit Paulus modestiæ fines, cum dicit, se *debitorem esse Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus.* Adferre enim doctrinā humanæ rationi prorsus ignotam: et quæ omnem captum ingenii humani longe excedit. Ignorat enim ratio quis sit Mediator, quod eius officium, quæ sit benigna Dei voluntas erga nos, quomodo homo liberetur a morte, peccato & Satanæ tyrannide, quomodo reconcilietur Deo et vitam æternam consequi possit. De his summe necessariis rebus, ratio prorsus nihil videt. Patefacit autem illa Deus per ministerium Euangelii. Non igitur mirentur homines sapientes, quod Paulus profiteatur, se etiam sapientum et Græcorum Doctorem esse. Qui hoc discrimen inter humanam sapientiam, & diuinitus reuelatam doctrinam Apostolorum et Prophetarum non pendunt, illi iudicant, valde arroganter a Paulo dictum esse, quod adseuerat se esse constitutum doctorem orbis, et non solum Barbarorum, sed & Græcorum. Quid (inquit ratio) Istene homo miser et erro incertis per orbem vagans sedibus, qui nunquam ad maximarum rerum gubernationem fuit adhibitus, adferet nobis aliquid sapientius, quam apud Græcos summa ingenia, Socrates, Symonides, Homerus, Plato, Xenophon, Solon, Themistocles: vel apud Romanos Lælius, Scæuola, Famius, Acilius, Cato, Pomponius Atticus, M. Agrippa, et similes præstantissimi gubernatores tradiderunt et posteris reliquerunt. Hoc vero censet non tantum stolide asseuerari: sed etiam inepte cogitari.

Verum hoc prophanum iudicium oritur ex inscitia discriminis inter sapientiam humanam, et doctrinam Spiritus. Ratio in magnis ingeniis multa videt, sed quæ ad huius vitæ gubernationem pertinent: In spiritualibus magis cæcutit quam talpa: *Non percipit ea, quæ sunt Spiritus.* Placuit autem Deo per stultitiam prædicantis saluos facere credentes. Nisi igitur sapientes ab Apostolis seu Pastoribus didicerint, quæ sint Me-

Luc. 22. v. 32. Ecclesia Ephesina

Smyrnenfis

Paulus Doctor orbis.

Mundi iudiciū.

1. Cor. 21. v. 14. 1. Cor. 1. v. 21.

diatoris Sapientis

mūdi di- scipuli Pa- scorum. sciatoris Christi beneficia, quomodo accedendum sit ad Deum, quæ sit ratio consequendi vitam æternam, necesse est eos in morte manere. Ac quia Deus fons omnis sapientiæ, & scrutator omnium cordium, ac rerum futurarum cognitor, per Apostolos & Prophetas generi humano concionatur etiam de rebus ad vitam pertinentibus, vt de gubernatione politiarum, de instituen- da vita, de administranda re familiari, prudentiora con- silia nobis suppeditant Apostoli quam homines sapien- tissimi & ingeniosissimi extra Ecclesiam. Sic longe salu- briora præcepta vitæ sunt in Pauli Epistolis aut senten- tiis Salomonis, quam in Ethnicorum eruditissimis mo- numentis.

16. Non enim erubescō Euangelium: po- sentia enim Dei est ad salutem omni credenti.

Paulus simul occurrit tacitæ obiectioni, & commen- datione sui Euangelii attentum conatur reddere auditorem. Nec enim quis miretur Paulum Apostolum tantum operæ ponere in re tam sprete coram mundo ostendit se longe secus de Euangelio iudicare: quam mundus faciat & exponit, quanta eius sit & maiestas & dignitas. Horrendum plane est pio pectori intueri acerba & prophana iudicia mundi de ministerio Euangelii: quod non solum magna hominum pars secure contem- nit, verum etiam multi furenter oderunt & execran- tur. Vulgus occupatum studio cumulandi opes, & qua- rendi voluptates, hanc doctrinam totam, de notitia Dei, de peccato originis, de mediatore, de remissione pecca- torum, de extremo iudicio & vita æterna, iudicat ina- nem esse fabulam. Atque idcirco nos qui tantos labo- res sustinemus docendo Euangelium, qui que odia ho- minum, & atrocita vitæ pericula propter hoc doctrinæ genus non defugimus extremæ dementiae condemnat Magni vero rerum publicarum gubernatores, quorum plerique sunt ad hoc & Epicurei, siquidem posthabitis rebus cœlestibus, tantum huius vitæ bona magna magnifi- ciunt, vt opes, pacem externam, honores, florentem im- perii statum, successus in gubernatione, concordiam ci- uium: In his summam constituunt foelicitatem, angue- peius oderunt Euangelion: Eo quod doctrina Aposto- lorum accusans hominum peccata, & grauitur taxans idola & blasphemias, viderur turbare tranquillitatem Reipublicæ, & scindere ciuium concordiam. Itaque eam non solum vt rumores vacuos, verbaque inania deri- dent: sed multo magis vt impedimētum salutaris con- cordiæ, tubam bellorum ciuiliū, & omnis distractio- nis causam execrantur, & omnibus viribus procul e- finibus suis exterminare, & profus extinguere conantur. Quod veritatis odium in Epicureis gubernationibus, plurimum augent suis clamoribus hypocritæ & hære- tici, qui vociferantur, non solum turbati mundū Apo- stolorum doctrina: sed etiam gloriam Dei lædi, cultus diuinos euertere, & salutem hominum impediri. Ideoque Apostolos tanquam κατάρματα & ποριχίματα totis viribus persequendos, & e medio tollendos esse. Expen- de paulisper quale fuerit iudicium Achab de Propheta Elia, eiusque ministerio: palam obiecit ei Rex, quod om- nium turbarum autor sit in Israel. De Hieremia Pro- pheta sic decernunt Principes: Eradicemus arborem cum fructibus eius, & excindamus eum de terra viuentium. Christum filium Dei principem pacis, insimularunt Pharisæi seditionis. Sic Tertullus orator obiecit Paulo, quod totum mundū in conturbet sua doctrina. Neque no- stro hoc tempore homines ad hoc secus pronuntiant de nostris certaminibus & Confessione veritatis. Ac sane magno robore Spiritus opus est, vt tam acerba mundi iudicia, tamque atroces calumniæ contemni possint. Apostolus igitur Paulus magno Spiritu sceleratis mun- di iudiciis & conuitiis opponit hanc vocem: Non me pu- det Euangelii Iesu Christi, quasi dicat, non ignoro quam sinistre iudicet mundus: & quam superbe despiciat no- strum ministerium: Ego vero duco mihi gloriosum esse prædicare Euangelium, quantumuis inuisum mundo: cuius author est æternus Deus: quod filius Dei voce sua

reuelauit primum, quod summi viri Patres & Prophe- tæ annuntiarunt mundo, quod & nostram continet sa- lutem. Longe gloriosius est hoc munus docendi Euan- gelium, quam omnium Imperatorum & regum officia esse possunt. Vt autem Paulus posthabitis mundi iudi- ciis non erubescit docere Euangelium: Ita & nos mo- net nec calumniis impiorū turbemur, aut propter odia doctrinæ Professionem abijciamus: Sed Euangelium omnibus rebus huius vitæ anteponamus. Addit huius sententiæ rationem sumptam ab effectu: ac tradit hic locum insignem de efficacia & vi ministerii Euangelici, Cum genus humanum ingenii viribus & sapietia pro- pria non agnoscat Mediatorem, nec eius intelligat be- neficia, nec videat consilium æterni Dei de æterna salu- ta donanda nobis propter filium Mediatorem, ineffa- bili bonitate instituit ministerium Euangelii, misit fi- lium qui primum reuelauit promissionem de reparan- da hominum salute: deinde & Prophetas & Apostolos excitauit, per quos suam patefecit mundo voluntatem, ac voce ipsorum admirabiliter est efficax, inuitat homi- nes ad poenitentiam, incutit conscientiaæ terrores, con- uertit corda & accendit in eis fidem & nouam lucem, & salutem operatur. Hæc non sunt in homine per Philo- sophiam, vel humanæ rationis dogmata: Sed tantum ministerio Spiritus: In quo Deus ipse concionatur ge- neri humano de suo aduersus peccatum iudicio: & rur- sus testatur de immensa sua bonitate & misericordia: qua decreuit temperare legis suæ seueritatem: & offert in filio suo constituto Mediatore remissionem peccato- rum, iusticiam, donationem Spiritus sancti, & vitam æternam omnibus in ipsum credentibus. Hac concio- ne de coelis patefacta, retrahit Deus hominem ex mor- te, & transfert eum in regnum lucis & vitæ. Hinc igitur aliquo modo æstimari potest, quam sit horribilis furor eorum qui sese ministerio Euangelii opponunt, ac pro- prie salutis rabiose aduersantur. Opponendum est hoc testimonium fanaticis hominibus, qui negant Deum per externum verbum efficacem esse, & linguat ενθουσιαστας. *σλαομυς & ενθουσιος* siue raptus extra verbi mini- sterium, vt Anabaptista, Seruetsfeldius, Montanus, Pri- scilla, Manichæi. At Christus inquit: Sanctifica eos Pa- ter in veritate tua: sermo tuus est veritas. Per verbum Christi sanctificat Pater electos. Nisi dixerint iuxta verbum hoc, non oriatur illis matutina lux. Ioh. 17. v. 17.

Attente perpendenda est vniuersalis promissio, quæ omni credenti offert salutem. Nam enim sine causa passim inculcatur in Prophetarum & Apostolorum concionibus: sed vt immensam Dei bonitatem nobis ob oculos ponat, & nos ad fidem inuitet. Nemo homi- num quantumuis abiectæ conditionis, quantumuis magna peccatorū mole grauatus, sese excludat: Omni- bus enim credentibus offertur & iureiurando confir- matur salus. Nemo igitur iustam habet causam diffi- dendī Deo. Primas tenet Iudæus non dignitate neque merito: nullius enim hominis merita hic respiciuntur, omnes sunt peccatores, & omnibus gratuito offertur salus æterna. Antecellit autem iuxta promissionem. Semini enim Abrahæ promissio de Messia est facta. Iu- dæi fuerunt custodes oraculorū & testamentorū Dei: Ex Iudæis Christus est natus, & missus fuit ad oues perdi- tas domus Israel. Idecirco primum oportuit prædicari Iudæis Euangelium Christi, vt constaret impletam esse promissionem factam parentibus: Deinde vero ad gen- tes omnes transire prædicationem debuit.

17. Iustitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuet.

Expolitio est: declarat enim, quomodo Deus per Eu- angelium sit efficax, videlicet reuelatione iustitiæ suæ, quæ est ex fide, id est, quod Deus immensam suam bonitatem & misericordiam, qua offert omnium pec- catorum remissionem, & vitæ æternæ donationem, pro- pter Christum patefacit: quæ non est nostra, sed Dei iustitia. A Deo enim nobis & datur & imputatur, & non no-

Mūdi iu- dicio de Euan- gelio.

1. Reg. 18. v. 18. Iere. 11. v. 19. Acto 24. v. 5.

Maiestas Euangelii.

efficacia euangelii.

Contra Enthu- siastas.

Ioh. 17. v. 17.

Promis- sio vni- uersalis.

Iudæis prime.

Genibus deinde.

Quomo- do per Euan- ges- Deum a- gat.

non nostram, sed Dei stabilit iustitiam & bonitatem. Paulus denno scopum præcipuum disputationis Paulinæ nobis ob oculos figere conatur, vt in tota epistolæ lectione, huc respiciamus: quod homo ex immensa Dei misericordia gratis per fidem absque operibus iustificetur. Hæc enim est totius Euangelii summa. Atq; indicat hoc loco Apostolus discrimen esse inter iustitiam operum, seu legis seu carnis, quam nostram vocat: & inter iustitiam fidei, quam Dei vocat, nõ quia in Deo est, vel essentia Dei sit iusta: sed quod à Deo patefacta, donata nobis & imputata sit: & quod Deus sit qui tua misericordia sine nostris operibus nos iustificet, id est, iustos pronunciet.

Quod Paulus dicit *ex fide in fidem*, quidam sic exponunt, ex fide Dei in fidem nostram: quæ sententia etsi bona est, tamen minus huic loco congruit. Alii coactius, Ex fide patrum, in fidem nostram, qui sumus in nouo testamento. Ego simpliciter hoc sensu accipio.

Ex fide in fidem, id est, fides non est tantum præparatio ad iustificationem: nec est solum primum instrumentum, quod adprehenditur iusticia, quæ postea aliis rebus perficitur, consumetur & conseruetur: sicuti pontificis & Oslander de præparatione per fidem ad iustitiam nugati sunt: Sed vt fide iustificamur: ita & iustitiam fide conseruamus, & in principio, medio, & fine, quoad hic, vitam ducimus: fide sumus iusti, id est, misericordia Dei propter Dominum nostrum Iesum Christum fide adprehensum, sumus iusti. Nec male dicitur ex fide infirmiore, in fidem stabiliorē iustificamur. Sic alibi scriptura loquitur: 2. Cor. 3. v. 18. *De victoria in victoriam. Item: transformamur a claritate in claritatem a Domino spiritu.* Obleruabit hic studiosus lector, Paulo diuersas phrasas eandem vim & significationes habere. Rom. 3. v. 25. *Iustificamur per fidem in sanguine ipsius, ἰδὲ τῆς ἰσχυροῦς.* Item: cap. 3. v. 28. *arbitramur hominem iustificari, id est absque operibus τῆς ἰσχυροῦς.* Item Rom. 4. v. 16. *idcirco ex fide, vt sit, secundum gratiam, vt firma sit promissio, ἔκ τῆς ἰσχυροῦς.* Item Philip. 3. v. 9. *Vt inueniat habens iustitiam Dei qua est in fide, ἔκ τῆς ἰσχυροῦς.* Item: Rom. 3. v. 30. *Vnus est Deus qui iustificat circumcisionem ex fide: & præputium per fidem.* Has diuersas phrasas vsurpat vno & eodem sensu, videlicet de causa instrumentali adplicationis. Nusquam verò dicit Paulus, nos propter fidem tanquam opus iustificari: ne meritum iustificationis, quod soli obedientiæ Iesu Christi debetur, fidei nostræ assignet. Fides enim non est illa res, propter quam placemus: Sed propter filium Dei Mediatorem pro nobis passum, reputamur iusti coram Deo.

Explicatio dicti Abacuc. Cap. 2. v. 4. *Iustus fide sua viuet*, ex Epistola ad Galatas est sumenda. In eodem loco Apost. opponit hoc dictum, concioni legis. *Iustus*, inquit, *fide sua viuet: Lex autem non est ex fide: sed qui facerit ea, viuet in eis* Gal. 3. v. 12. Magnū igitur discrimen est inter iustitiam fidei, de qua concionatur Habacuc, & iustitiam Legis, quæ in operibus consistit. Lex, inquit Paulus, non est contenta fide: Sed requirit integram obedientiam operum. Qui vero credit in Mediatorem, is agnoscit suam immundiciem, quam ei Lex tanquam in speculo monstrat. Totus vero recumbit in Mediatorem Iesum Christum, qui vita est pro peccato generis humani: *Hac fide sua* inquit Habacuc, *viuet iustus*, id est, impetrat remissionem peccatorum, imputationem iustitiæ, donationem Spiritus sancti, & vitam æternam. Intelligatur igitur iustus non *νομικὸς*, sed iuxta doctrinam Euangelii, de eo qui placet Deo ad vitam æternam, licet iustitiam legis non habeat ex sese: Credit autem in Mediatorem IESVM CHRISTVM: qui pro nobis ius legis impleuit.

INITIVM PAVLINÆ
disputationis.

18. *Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiã hominum detinentium veritatem in iniustitia.*

AB accusatione totius generis humani, orditur Paulus suam de iustificatione hominis coram Deo disputationem. Vult enim Deus conspici suum iudicium aduersum peccatum. Totum genus humanum corripit viam suam, & vniuersa Adæ posteritas discessit à Deo, & in peccatum est prolapsa, ac omnes, æternam damnationem sumus meriti. Cum ergo Deus ex immensa bonitate statuisset redimere genus humanum ex peccato & morte: & æternam sibi per filium colligere Ecclesiam: non potuit id fieri cum detrimento iustitiæ aut labefactione veritatis diuinæ. In æternum verò obit Deus peccatū, & omne detestatur mendacium. Vt igitur vniuersæ creaturæ constet, Deum non discedere ab æterna norma suæ iustitiæ & veritatis: Primum denunciat suam iram aduersus peccatum: ostendit nobis immundiciem nostram & exitium quod meruimus: priusquam Euangelii promissionem de peccatorum remissione reuelat. Nobis quoque hoc ipso ordine concionandi consulitur. ratio enim non intelligit iudicium Dei aduersus peccatū: & à natura omnes sumus securi. Nullum verò maius est impedimentum fidei, quam vel carnalis securitas vel desperatio. Non enim quærit nec expetit Medicus operam, qui morbum non agnoscit. Vt igitur & iusta Dei seueritas vniuerso orbi constet immota: & in homine excitetur desiderium beneficiorum Christi: initiū prædicationis penitentiae ab accusatione peccatorum fieri necesse est. ac quo magis superbit ratio humana, sibi tribuens iustitiam & virtutem coram Deo, & molestè fert soli filio Dei omnem adscribi gloriam nostræ iustificationis, tanto magis necesse est acri accusatione peccatorum deiici superbas istas cogitationes de gradu, & iniectis conscientiae veris terroribus viam præparari filio Dei Mediatori. His de causis Paulus tam triste facit suæ disputationis initiū. Hic quoque mos fuit omnibus Prophetis: & omnes pii pastores hunc ordinem tenere debent. Deus in paradiso concionaturus Adæ & Eux, à concione legis orditur. Primum grauissimè accusans peccata: Adam ubi es? nunquid manducaisti de arbore scientiæ boni & mali? Postea subiungit Euangelii promissionem: Semen mulieris conteret caput serpentis. Sic & David in Spiritu ad penitentiam inuitans homines, à legis iudicio orditur: Psal. 14. v. 3. *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, an sit intelligens aut requirens Deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Eodem planè modo Elaias, Hieremias, & omnes Prophetæ ab accusatione peccatorum exorsi sunt. Iessi. Cap. 1. v. 2. *Audite cæli, & ausculta tellus: Heu gentem scelestam, populum iniquitate onustum, semen maliciosum, filios perditissimos: deseruerunt Dominum & sanctam Israelis. Et Osee: Cap. 4. v. 1. Audite verbum Domini filii Israelis, quoniam his est Domino cum habitatoribus huius terræ. Quia neque veritas, neque beneficentia, neque notitia DEI, est in terris.*

Atque non solum ipse filius Dei hoc ordine, Dei verbum auditoribus suis proposuit: Vt cum inquit: Mar. 1. v. 15. *Agite penitentiam & credite Euangelio: Verum etiam Apostolis vt eodem modo mundum ad penitentiam vocarent, mandauit: Sic, inquit, Luc. 24. v. 46 oportuit Christum pati & tertia die resurgere à mortuis, & prædicari in nomine ipsius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Ita perspicuè videmus, eandem esse docendi rationem & doctrinam, Cum omnium patrum: tum Prophetarum, atque in primis Christi & omnium Apostolorum. Qui consensus pias mentes haud dubie plurimum confirmat.*

Accusat autem Paulus omnium hominum impietatem: Omnes enim sumus natura filii iræ, & Lex seuerè

Ab accusatione generis humani cur ordiatur.

Scopus Pauli in hac Epist.

Iustitia leg.

Iustitia fidei.

Cont. Belar. lib. 1. de iustif. c. 19. Fides præparat & perficit iustificationem.

Phrasæ Pauli.

Non propter fidem iustificamur.

Lex non contenta fide.

Quid sit fide viuere.

Iustus non secundum legem intelligitur.

Deut. 27. v. 24.

senere damnat omnes, quia nemo est sine peccato: Omnes deliquimus contra legem. Illa vero fert sententiam: Maledictus qui non permanet in omnibus his, quæ scripta sunt in libro legis huius. Cum ergo nemo sit qui Deum diligat ex corde toto, & proximum sicut seipsum, omnes sumus obnoxii maledictioni legis, iræ Dei & æternæ damnationi, iuxta dicta: Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum celorum. Ioh. 3. v. 5. Item: Conclufit Deus omnes sub peccatum, vt omnium miseretur. Rom. 11. v. 32. Item Omnis homo mendax. Psal. 116. v. 11. Item: Qui non eredit filio, non videbit vitam: Sed ira Dei manet super ipsum. Ioh. 3. v. 36. Item: omnes tanquam oues errauimus, vnusquisque in viam suam: & posuit Deus in eum peccata omnium nostrum Iefa. 53. v. 6.

Cap. 1. ad. Cap. 2. Cap. 3.

Vniuersalis accusatio legis.

Hæc igitur concio vniuersalis nobis quoque concionatur, quod peccato polluti, & coram Deo reus sumus: Ideoq. nobis serio agenda est penitentiæ: In quo penitentiæ exercitio, & pondera verborum Apostolicorum, & ordinem Paulinæ disputationis planius & rectius intelligemus. Quia verò multum in hac parte est situm, siquidem Christo præparatur via, cui apud securos locus non est, vrget eam Paulus, duobus capitibus & parte tertii. Primo capite gætes redarguit peccati: In secundo Iudæos: In tertio vtrosque coniungit, & omnibus in vniuersum denunciat iram Dei, & hoc modo instigat, vt Mediatorem querant.

Primum igitur hoc loco obseruet pius lector, vniuersalem accusatorem omnium, cui nemo sese eximere potest. Etsi enim est discrimen inter homines, quorum aliqui modestè, castè, temperanter & iustè viuunt. Alii verò tetris sceleribus sese polluunt. Est sanè ingens discrimen inter Scipionem & Neronem: inter Camillum & Catilinam: inter Pomponium Atticum & Heliogabalum. Sit sanè verum, quod externa disciplina & iustitia splendidius luceat, & admirabilior sit quàm Hesperus vel Lucifer: nihil omnia tamen Lex omnes sine discrimen accusat & damnat, tam Scipionem quàm Neronem, tam Camillum quàm Catilinam, tam Pomponium quàm Heliogabalum. Omnes enim carent gloria Dei, & sunt polluti peccatis. Scipio, Camillus, Pomponius externa quidem scelera vitarunt: Sed interioribus sceleribus grauissimis polluti fuerunt, Vt ignoratione Dei, idolatria, odio Dei, admiratione suæ virtutis, superbia, flammis libidinum, ira, cupiditate vindictæ, impatientia in aduersis, & aliis plurimis peccatis. Sunt igitur obnoxii legis maledictioni & æternæ damnationi.

Corruptio naturæ humanæ, non nisi cælitus esse velata.

Authoritas ministerii.

Lex etiam interiora accusat.

Secundò monet hoc loco Paulus vires humanas in tantum esse corruptas, vt nostro ingenio aut sagacitate. ne quidem vulnera nostra & magnitudinè peccati hærentis in natura nostra adspicere, nec securitatem iudicii diuini per nos æstimare possimus. Idcirco inquit, iram Dei de cælo reuelari, quasi diceret, ab hominibus nec intelligi, nec expendi, nec metui Dei iudicium aduersus peccatum: Nam animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus. 1. Cor. 2. v. 14. Ita verò patet cum Spiritus sanctus in ministerio Euangelii legem exponit. Taxat hic etiam horrendam securitatem hominum, qui sceleribus eumulat scelera, & indes magis accendunt Dei iram. Ideo inquit: Deum nobis de cælo concionari, vt tandem Epicuream securitatem excutiamus. Commendat prætera nobis maiestatem & auctoritatem ministerii Euangelici, ne existimemus miseros homunciones & erroneos, qui sine certis sedibus vagantur nobiscum loqui quoribus ad penitentiam vocamur, & nostra peccata grauiter taxantur: Sed ipsum Deum cum comminatione æternæ mortis, iram suam nobis denunciare.

Tertio animaduertendum est in hac accusatione generis humani, Paulum vobis legis non solum taxare externam turpitudinem: Sed etiam interna peccata, Vt ignorationem & odium Dei, contemptum verbi diuini, incredulitatem & malum originis. Nam in secundo capite Iudæos qui studebant legi obtemperare, & iusticiam externam magno conata scela-

bantur, accusat, & gentibus pollutis exæquat, & capite tertio dicit, omnes carere gloria Dei.

Quartò ostenditur hic nobis, quod sit verum legis officium, videlicet non homines ex morte retrahere, & eis iusticiam & vitam conferre: Sed peccatum ostendere, iram Dei, & æternam damnationem denunciare, & hac concione dolorem & metum in cordibus accendere. Quemadmodum Paulus Cap. 5. & 7. latius exponit. Veritatem appellat Paulus veram de Deo noticiam, quod sit Deus, quodq. sit omnipotens, iustus, bonus, verax, vindex scelerum. Hanc veritatem, id est, veram noticiam de Deo detinent homines in iniusticia, id est, tanta est hominum malicia, vt etiam contra rationis iudicium Deum contumelia afficiant: & impio furore ipsam Dei noticiam obruant, & prorsus extinguere conentur. Nemo etsi dictante ratione sentit esse Deum: tamen sceleribus & furoribus obruit omnem de Deo cogitationem. Plato, Xenophon, Cicero, etsi retinent sententiam, esse Deum: tamen in ea non persistunt: Sed vel dubitatione eam conuellunt, vel fingendis idolis, obruunt. Est autem scelus grauissimum æterna morte dignum, opprimere veram de Deo sententiam, & impietati, ad fingenda idola, frenam laxare. Tale est igitur Pauli argumentum.

Legis officium arguere peccata.

Veritas qd Paulo.

Quomodo de detinetur in iniustitia.

Quicumque nouit esse Deum, nec tamen eum vt Deum colit, & honore adficiis sese grauissimo impietatis scelere inuoluit.

Gentes ex operibus creationis scire potuerunt quod sit Deus, sitque omnipotens, iustus & bonus &c. nec tamen vt decebat, eum honore, sed extrema contumelia adsecerunt seruido turpissimis idolis.

Ergo gentes grauissimis sceleribus pollutæ, & diuinæ iræ & damnationi æternæ sunt obnoxie.

19. Quod enim de Deo agnosci potest, notum est ipsis: Deus enim ipsis manifestauit.

20. Nam inuisibilia ipsius a creatione mundi operibus considerata, cõspiciuntur: aternæ eius potentia & diuinitas, vt sint inexcusabiles.

21. Eo quod cognoscetes Deum, non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: Sed frustrati sunt in cogitationibus suis, & obtenebratum est cor ipsorum insipiens.

22. Cum dicerent se esse sapientes, stulti facti sunt.

23. Et immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & reptilium.

Demonstrat Paulus gentes aliquam potuisse noticiam habere ex creatione rerum, cui innumera sunt impressa vestigia Dei. Tota enim mundi machina tanto artificio sapientissimoque consilio fabricata, testatur esse aliquod numen, cuius immensa sit & sapientia, & potentia. Fieri enim non potest, vt casu ex atomis Democriti conflueret mundus, aut a seipso exisset,

Natura testatur numen esse.

Cicero-
nis
Testimo-
nium.

existat: aut sit ab aliquo artifice, cuius finita sit poten-
tia: hæc ratio colligere potest. Vnde & in Ethnicorum
scriptis hoc Argumentum de Deo sæpe repetitur. No-
tus est perelegans Cicero's locus: *Præclare ergo Ari-
stoteles. Si essent, inquit, qui sub terra semper habitauis-
sent, bonis & illustribus domiciliis, quæ essent ornata fig-
nis atque picturis, instructæque rebus his omnibus, qui-
bus abundant hi qui beati putantur: nec tamen exissent
unquam supra terram. Audiuissent autem fama & au-
ditione esse quoddam nomen & vim deorum: deinde ali-
quo tempore patefactis terra faucibus, ex illis abditis se-
dibus euadere in hæc loca qua nos incolimus atque exire
potuissent, quum repente terram & maria cælumque
vidissent, nubium magnitudinem, ventorumque vim
cognouissent, aspexissentque solem, cuiusq; cum magni-
tudinem, pulchritudinemque: Tum etiam efficientiam
cognouissent: quod is diebus efficeret, toto cælo luce diffusa:
Quum autem terram nox opacasset tum cælum to-
tum cernerent astris distinctum & ornatum, Lunaque lu-
minum veritatem, cum crescentis tum senescentis, eorum
omnium ortus & occasus atque in omni æternitate va-
rii, immutabilesque cursus. Hæc cum vidissent, profecto
& esse Deum, & hæc tanta opera Dei esse arbitrarentur.*
Hactenus Cicero. Item igitur Aristoteles & Cicero
fassi sunt, quod hic Paulus de gentibus adfirmat, ni-
mirum ex admirandis operibus creationis colligi cer-
to, quod sit Deus, quod is sit omnipotens & æternus.
Sic & Prophetæ sæpe iubent cælum & Dei opera intui-
eri & considerare, & inde Dei potentiam & immen-
sam sapientiam colligere. *Attolle, inquit Isaias, Cap.
40 v. 26. oculos, & aspice cælum & stellas, quis ista om-
nia condidit: Interroga iumenta, & docebunt te: vola-
tilia cæli, & indicabunt tibi.* Ideo enim condidit Deus
pulcherrimum & amplissimum hoc domicilium, &
tanta rerum pulcherrimarum & utilissimarum varie-
tate instruxit & exornauit, vt suam nobis pateface-
ret & demonstraret cum sapientiam, tum bonitatem
& omnipotentiam. Omnino igitur aspicienda & cõ-
sideranda sunt tanta Dei opera, Et his vera Dei agnitio
alenda & roboranda.

St Tob. 12.
v. 7.

Aliam &
firmiorem
notitiam
verborum
Dei largi-
tur.

Non quidem satis est hæc Dei notitia, quæ ex
operibus creationis sumitur, ad vitam consequendam
æternam: Sed alia clariore & firmiore quam Spiritus
sanctus per verbum Dei suppeditat opus est ad adipis-
cendam salutem: de qua Christus inquit: *Nemo nouit
patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare.* Matth.
11. v. 27. Item: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te ve-
rum Deum & quem misisti Iesum Christum.* Iohan. 17.
v. 3. Non est tamen negligenda prorsus, siquidem tes-
timonium dicit de Deo, & de prouidentia. Ac si ac-
cedat ad eam notitiam, verbum Dei & illuminatio
Spiritus sancti, tum ad etiam pietatem conducit. Nam
firma fides de prouidentia Dei, fundamentum est
multarum virtutum.

Testimonia
de Deo va-
ria.

Ex confide-
ratione
cæli.

Ac innumera sunt eiusmodi opera, quæ testi-
monium de Deo dicunt, vt eleganter a Poeta dictum
sit: *Præsentemque refert qualibet herba Deum.* Nihil est
tam exiguum in tota rerum vniuersitate, cui non im-
presserit Deus suæ sapientiæ aliquod vestigium. Etiam
gentes ignaræ Dei, & homines fieri, dum attollunt
oculos ad cælum, & considerant pulcherrimum & ad-
mirandum hoc opificium, lucidissima corpora solis
& lunæ, rotum cælum distinctum luminibus, & stel-
las veluti instructam aciem, ordine decentissimo lo-
catas, cælum cum omnibus Planetis & Stellis, cursu
æclerrimo & tamen certissimo moueri, certas & desi-
nitas esse dierum & noctium, æstatis & hyemis, lucis
& tenebrarum vices, sole foueri terram & animantia,
generari in aere varia metæora, densari nubes, mitti
de cælo pluuiam, niuem, grandinem, rorem, pruina-
m, tonitru, fulmina: mox reddi serenum cælum: tantam
esse vim & varietatem ventorum, solis & lunæ Eclipses
tam exacte calculari, & momenta earum prædici
posse, non solum in admirationem rapiuntur: Sed
omnino fateri coguntur, esse aliquem architectum

huius admirandi opificii, cuius infinita sit potentia
& sapientia.

Nec tantum pulcherrimum hoc domicilium ita a
Deo exornatum est: Verum etiã hominum natura &
vniuersus orbis, egregium dicunt de Deo testimoni-
um, & omnino conuincunt esse aliquod æternum
numen. Elegans, decentissima, utilissima, & artificio-
sissima structura & dispositio singulorum membro-
rum in corpore humano, singularum partium sym-
metria, oculi veluti duces locati in capite, cor veluti
gubernator positus in pectore, epar tanquam æcono-
mus consitus in parte inferiore, admirabilis distribu-
tio neruorum, venarum, articularum, singulorum mē-
briorum peculiaria officia, vires, munimenta. Sympa-
thiæ, demonstrant plane, Corpora hominum a DEO
quodam formata esse.

Corpus
humanum

Mens ho-
minis.

Sed illustrius adhuc testimonium dicit mens
humana: Est enim mens humana substantia quædã
intelligens, longe præstantior bruta natura. Humã-
na ratio intelligit ordinem numerorum, eligit vtilia
& grata, respuit insuauiã & noxia: est capax discipli-
narum & artium: est idonea ad gubernationem fami-
liæ & politiæ. Iam fieri nullo modo potest vt præstans
illa natura, mens humana intelligens, ortum habeat
ab aliqua bruta re: Nunquam enim effectus præstan-
rior est sua causa. Consequitur ergo esse mentem ali-
quam æternam, sapientem & lucidam, quæ sit causa
& architectatrix humanæ menti.

Notitiæ
Naturales.

Ipsæ etiam admirandæ notitiæ a natura insitæ
menti hominum, & in omnibus hominibus lucen-
tes, quæ sunt initia artium omnium, & ratiocinatio-
num: Vt totum maius est qualibet sua parte:posito
effectu necesse est poni causam: Vita res bona est, &
conseruanda: Inter quas vel illa prima est, quod sit a-
liquis Deus: Omnibus enim hominibus ingeniã est
hæc prolepsis, quod sit Deus, nec vlla est tam fera gens,
quæ non statuat esse Deum etiam si ignoret, quis ille
sit, & quomodo colendus. Hæc in quã notitiæ in mētibus
omnium hominum impressæ, quid aliud loquuntur?
quã esse Deum æternum, quod lucis radios in mentem huma-
nã transfudit, eamque distinxit a brutis animantibus.

Discrimen
honestorū
& turpium

Ad hæc præclarum discrimen honestorum &
turpium, quod similiter lucet in mente humana, est
fons omnium legum honestarum, & norma vitæ
quam euidentissime ostendit esse Deum. A bruta na-
tura hæc lux oriri non potuit: nec habet a seipso ho-
mo, quod discernit inter honesta & turpia facta, inter
veritatem & mendaciam: Homines a natura intelli-
gunt libidines, turpitudines, cædes, furta, periuria,
parricidia, mendacia, esse res fædas: Contra vero vir-
tutem, castitatem, iustitiam, temperantiã, pietatem in
parètes, veritatem, esse res pulchras & laude dignas. Hoc
discrimen non potuit existere casu: Sed necesse est in-
ditum esse homini a Deo, qui est hostis omnis turpi-
tudinis, & amator virtutis & honestatis.

Storgæ nat-
urales.

Iam vero si admirandas *storgas* & naturalem
adfectum lucentem in pectoribus hominum, in ma-
rito erga coniugem, in parentibus erga liberos, vicis-
sim in liberis erga parentes, & in singulis erga cogna-
tos consideraueris, an non fateri te necesse est, opus
hoc omni admiratione dignissimum, & viuum esse
testimonium de Deo, qui hoc admirando nexu totū
genus humanum inter sese deuincire, & sui immen-
si amoris erga nos exemplar nostris animis imprime-
re voluit? Nullum est arctius nec fortius vinculum so-
cietatis hominum in genere humano naturalibus
storgis: & quomodo soboles educari, coniugia tole-
rari, & societas inter homines coli posset, nisi hi admi-
randi motus, flagrarent in hominum pectoribus? Nec
tamen nos ipsi nobis hos adfectus formamus, imo ne
in potestate quidem nostra sunt: Sed sæpe nobis inui-
tis ingentes cient dolores.

Admiranda quoque politiarum constitutio,
propagatio, conseruatio: Tum etiam coniugiorum
defensio, admodum est illustre & euidentis de Deo testi-
monium.

Constitu-
tio Politia-
rum.

monium. In tantis enim diabolorum furoribus, hominum malorum petulantiâ & malitia, potentia etiam licentia & audacia nec iudicia exerceri, nec legi auctoritas defendi, nec subditi in officio contineri, nec pax conservari, nec iustitia administrari, Neque etiam coniugiorum leges retineri possent, nisi Deus aliquis hæc sua opera muniret & tueretur. Ac varia & multiplicia testimonia præsentis Dei conspiciuntur, tum in politiarum, tum in coniugiorum defensione. Videmus enim magistratus diuinitus muniri auctoritate, ornari singularibus donis, defendi aduersus turbulentos & seditiosos homines: Coniugia quoque foueri benedictionibus Dei, variis beneficiis adfici, & diuinitus conservari.

Pæne scelerum.

Adde quod pæne atrocium scelerum diuinitus inflicta sine magistratus civilis opera luculenter testantur esse Deum æternam. Sæpe in potestate magistratus non est punire fontes: Sæpe magistratus peccat negligentia & coniuuentia. Non raro ipsi Magistratus, qui ad rerum gubernacula sedent, maxime sunt in culpa, & atrociam patrant scelera. De his, arbitrio hominum, supplicium sumi non potest. Et tamen atrocibus polluti non abeunt impune; sed plane diuinitus rapiuntur ad pænam, quemadmodum in versu dicitur.

*Ab miser & si quis primum perituria calor:
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.*

Item.

Quod eis à θρόνω ἀδικῶν τὸν θυμὸν ἀποτίθει.

Nero lumus fuit in orbe Monarcha: Sed luit tandem pænas flagitiorum & parricidiorum. Xerxes suarum libidinum tandem pænas dedit. Atque ipsa etiam suppliciorum genera testantur de Deo, dum plerumque congruunt circumstantiis cum admisis sceleribus: Si quidem sæpe eodem loco, vel simili momento temporis, vel pari modo, vel eodem instrumento, vel eodem genere scelerum puniuntur scelerati: vt de ille in Tragedia:

*Quod quisq; fecit patitur scelus
Authorem petit, suoque premitur exemplo nocens.*

Haman ab arbore suspenditur, quam parauerat Mardocheo. Brutus eodem pugione sese transfodit, quo inter fecit benefactorem suum Iulium. Et huiusmodi exemplis omnes historiae plene sunt. Quæ sane non acciderent, nisi Deus aliquis esset, qui & vindex esset scelerum, & circumstantiis demonstraret diuinitus illas infligi pænas.

Dolores conscientie

Recte etiam moti sunt homines sapientes conscientie doloribus, vt statuerent esse aliquod æternum numen. Notum enim est vniuerso generi humano, quam admirandi & intollerabiles cruciatus cordis sequantur scelera atrociam: quibus turis tanquam rædis ardentibus exagitantur facinorosi, quam ditis verberibus in pectore quatantur. Qui immensus dolor non oritur ex metu corporaliu suppliciorum: Multos enim inuadit, qui legibus sese exemptos esse putant. Vt Nero matre interfecta. Alexander trucidato Clito: & alii. Præterea multo acerbior est hic dolor conscientie, quam illa lacerationes corporum esse possunt. Vnde vero existerent admirandi isti dolores conscientie, peccato aliquo scelere: aut contra tranquillitas & lætitia animi vbi quis sibi bene conscius est, nisi diuinitus iustitia immitterentur? Humano arbitrio aut voluntate non suscipiuntur hi motus, nec deponi possunt, cum volunt homines. Deus est igitur author istorum admirandorum operum: ilque immittit, cuiusmodi fulmina in corda sceleratorum.

Ordo causarum in Natura.

Ordo denique causarum efficientium, in tota rerum vniuersitate, qui ostendit vnam pendere ab alia nec esse progressum in infinitum: sed oportere in vna aliqua prima & summa causa consistere. Similiter fines omnium rerum, quod nihil est tam exiguum tam vile, vel minutum, quod non ad certum aliquem finem & usum sit conditum, cuiusmodi esse Deum, qui

omnia sapienti consilio condiderit, & æterna potentia regat & sustentet.

Quid vero dicemus de motibus Heroicis in magnis & excellentibus viris: quos sane nemo hominum sibi sumere aut alteri potest largiri? Quam excellens fuit sapientia in Iosepho, Salomone, DANIELE: quanta fortitudo in Samson; Dauide, Iosue, Alexandro Magno, Iulio Cæsare: quanta morum sanctitas & patientia in Abraham, Iacobo, Ieremia: quantus Zelus, quanta constantia animi in Prophetis, Elia, Eliseo, Iesaja? Quanta vis ingeni in Platone, Archimede? Hi motus admirandi non extiterunt sine aduatu diuino. Sunt enim quiddam supra humanæ naturæ vires.

Virtutes Heroicæ.

Tandem futurarum rerum certæ prædictiones, ostenta, prodigia, & signa seculorum euentuum: in primis tam euidentia vaticinia de mutationibus imperiorum, & maxime rebus, testantur esse Deum, qui omnia gubernet & regat, omnesque euentus in sua habeat manu. Hæc & similia admiranda opera Dei, cum in cælo, tum in terra, & tota rerum vniuersitate, quibus omnibus insculpsit Deus vestigia suæ præsentis, omnipotentis & infinitæ sapientis, iubet nos Paulus intueri & expendere: & ex iis Dei potentiam & æternitatem colligere, cum dicit: ex operibus mundi, conspici inuisibilia Dei. Vt autem antea dictum est, omnino addenda sunt sacra scripturæ testimonia de Deo: tum vt indubitanter statuamus quod sit Deus: tum vt plenior & salutarem Dei cognitionem comparemus: Nam verbum Dei est testimonium de Deo omnium luculentissimum.

Futurorum prædictio.

24. *Quapropter tradidit etiam illos Deus in cupiditates cordium suorum, ad immundiciam, vt ignominiam adficiat corpora sua inter se mutuo.*

25. *Qui commutauerunt veritatem eius mendacio, & venerati sunt colueruntque creaturam supra eum qui condidit, qui est benedictus in secula, Amen.*

26. *Propter hoc tradidit illos Deus in cupiditates ignominiosas. Nam & femina illorum mutauerunt naturalem usum, in eum, qui est præter naturam.*

27. *Similiter & masculi relicto naturali usu femina, exarserunt per appetentiam sui, alius in alium, masculi in masculos scditatem perpetrantes, & mercedem quam oportebat erroris sui in sese recipientes.*

Non satis est Paulo conuicisse gentes de peccato, demonstrata horrenda ipsorum idolomania: sed etiam externa illarum scelera & scædas turpitudines recenset. Ratio enim peccata contra primam tabulam minus curat. Externa vero flagitia, quæ turbant societatem civilem, facilius agnouit, & magis detestatur. Ostendit igitur Paulus gentes, quod negare non poterant, pollutissime vixisse, & scædissimis cupiditatibus frenam laxasse. Nec tunc aliter fieri potest, quam vt homines carentes vera Dei notitia, orbati luce cælestis doctrinæ, & destituti gubernatione Spiritus sancti in tetra & horrenda scelera prolabantur. Sibi enim relicti homo variis agitatur inque impuris adfectibus, & scædis cupiditatibus, quas ratio non semper potest coercere. Et Satanas, cuius imperio subsunt impenitentes omnes, & ignari Dei, efficax est in eis accendit flagrantes adfectus, immittit furores, & impellit homines ad scelera, vt de Iuda dicitur, Luc. 22. v. 3. *Intrauit in eum Sathanas.* Et Paulus inquit: Ephes. 2. v. *Dei huius sæculi efficaciter operari in filiis dissidentis.* Et Christus inquit Luc. 11. v. 26. *Tum vadit & accipit septem Spiritus saeuiores, & ingressi habitauerunt ibi.* Cum horrebas turpitudines

Cur gentes um scelera recenset Paulus.

urpitudines & flagitia legitimus in Ethnicorum historiis, ut in vita Cambysis, Xerxis, Artaxerxis Memonis, in historia Thebana, Attridarum, Orestis, Neronis, Tiberii, Eliogabali, Commodi, & similium, obstupescimus. Et ipsi Ethnici honestiores cum stupore admirati sunt, tantam fœditatem in hominem ratione præditum, cadere posse. Ignorant enim potentiam Sathanz in genus humanum.

Causa peccati,

At vox diuina nos admonet, hominem esse subiectum tyrannidi Satanz, qui illum incitat, & impellit ad horrenda illa flagitia, videlicet adulteria, incestas consuetudines, cædes, parricidia, & similia scelera, quibus se & Deum contumelia affici, & eius iram aduersus nos augeri. Agnoscamus igitur non solum infirmitatem virium nostrarum: Sed etiam extremam generis humani miseriam, quod a natura Satanz tyrannidi subiecti sumus; & tanto maiore studio & conatu veram Dei agnitionem discamus, in verbo cælesti nos exerceamus, ut tenebræ nostræ mentis pellantur: Agamus vere pœnitentiam, & confugiamus ad filium Dei Mediatorem, ut per eum ex tyrannide Satanz & tenebrarum eripiamur, & in regnum lucis transferamur: donemur etiam Spiritu sancto, qui nos renouet, imbecillitati succurrat, & perpetuo nos iuxta Dei benignam voluntatem gubernet, quemadmodum David precatur: *Docce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu: Spiritus tuus bonus deducat me in viam rectam* Psal. 43. v. 10. Item: *Non declines cor meum ad rem malam, ne occuper operibus iniquitatis, cum hominibus operantibus iniquitatem, & non comedam de delicijs eorum.* Psal. 141. v. 4.

Idolatriæ poena cordis excæcutio.

In hac accusatione monet etiam Paulus, idolatriam & impietatem diuinitus puniri cæcitate cordis, ut deinde ruant homines in atrocia scelera, & fœdissimas turpitudines. Vnde videre est in Ethnicorum sacris, nefanda scelera commissa, & pro singulari cultu decorum habita esse. Fiant autem ista iustissimo DEI iudicio: quod excecantur idolatræ, & suis impuris traduntur cupiditatibus: Cum enim idolorum fædo cultu, Deum contumelia afficiunt, & religiosi sibi videri volunt, sinit eos Deus ruere in horrenda flagitia, quæ ratio iudicat, ut a propria conuincantur, & torqueantur conscientia. Quisquis ergo honestam & sanctam expetit vitam, a pietate in Deum ordiatur, discat verum Deum agnoscere, amplectatur eius verbum serio pœnitentiam agat: credat in Mediatorem, ardentius inuocet & recte colat verum Deum iuxta patefactionem: tum sequentur & honesti mores, Spiritu sancto illuminante & flecente, & corroborante cor in omnibus actionibus.

Quomodo Deus tradit gentes cupiditatibus.

Hic vero disputari solet de causa peccati. Cum enim Paulus aliquoties repetat, Deum tradidisse gentes in fœdas cupiditates & horrenda scelera, queritur num Deus sit causa aliqua peccati. Vel adprobet illud, vel incitet & impellat homines ad peccandum. Et si autem multi hic emulent varias & difficiles quaestiones, & iis sese disputationum labyrinthis inuoluant, quibus sese extricare non possunt: de Dei enim consilio, voluntate & conatu, amplius statuere conantur, quam nobis in verbo est reuelatum: nos tamen tutissimum & saluberimum iudicamus, modeste & cum timore Dei, consistere intra limites verbi diuini, & non plus sapere quam oportet. Est enim *docta quaedam ignorantia*, inquit Augustinus. Multas igitur in locis testatur Deus, quod nolit & prorsus detestetur omne peccatum. Idcirco enim promulgauit legem, ut vniuersæ creaturæ testatum fieret, Deum odisse peccatû. In 5. Psal. v. 4. inquit David: *Non Deus volens iniquitatem tuas. Neque habitabit in terra malignus.* Zach. 8. v. 17. *Ne malum cogitatis quisque aduersus proximum suum: & iuramentum falsum ne diligatis, quoniam hæc sunt, quæ odi dicit Dominus* Eph. 5. v. 6. *Propter hæc venit ira Dei in filios inobedientes.*

Deus peccata detestatur serio

Nec imaginandum est Deum per simulationem irasci peccatis, aut contrarias esse in Deo voluntates: Sed vere, horribiliter, & ardentius irascitur peccatis id.

que cum totius generis humani infanz calamitates testentur: tum etiam lucta & passio Domini nostri Iesu Christi vnigeniti filii Dei, euidentissime demonstrat: Christus etiam dicit: *Diabolus quando mendacium loquitur, ex proprijs loquitur: quia ab initio mendax est, & pater mendacij.* Paulus indicans propriam peccati causam, dicit: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum.* Nusquam in scriptura dicitur, Deum aut velle peccatum, aut incitare ad peccatum. Toto igitur peccatore prophana illa sententia abhorreamus, quæ Deum conatur peccati auctorem constituere.

Quod ergo ad hanc locutionem attinet, *Tradidit Deus gentes in reprobam sensum, & cupiditates ignominiosas*, modesta & pia antiquitas sic exposuit, permissione, non incitatione, desertione non effectione: In hac simplici & pia responsione acquiescamus Psal. 36. v. 7. *Iudicia enim Domini abyssus multa.* Et Paulus Rō. 11. v. 33. merito exclamat: *O altitudo diuitiarum & sapientia, & cognitio Dei* Verum quidem est nihil fieri posse Deo vel inuitio, vel incito, vel non curate. Cur autem non impediuerit omne peccatû cum potuerit, non possumus perscrutari: In iustitiæ aut stultitiæ accusari nullo modo potest. Nec de eius omnipotentia dubitari fas est. Ornauit Deus homines & Angelos libertate voluntatis ut obedientia esset conspectior. testatur etiam scriptura peccata peccatis a Deo puniri: diuinitus percuti homines cæcitate mentis: imitari hominibus furorem, quo perciti attrahunt maiores pœnas, & de se ipsi sumunt supplicia: tanta quoque in Deo est & sapientia & bonitas ut ipsis malis malorum hominum consilijs, voluntatibus & conatibus cum ad suam ipsius gloriam, tum ad Ecclesiæ ædificationem vtatur. Quemadmodum diserte de Pharaone dicit Deus. Exod. 9. v. 16. *In hoc ipsum te excitauit, ut ostenderem per te potentiam meam:* Sed tamen omnino fateri cogimur, nos Dei consilium, iudicia, & opera non posse penitus introspicere. Simplici igitur & pia hac responsione contenti simus, Deum desertione & permissione tradere homin. in cupiditates ignominiosas: & hoc modo similes scripturæ phrasas intelligantur, ut Exod. 4. v. 21. *Ego indurabo cor Pharaonis.* Item: *Isaia 64. v. 17. Cur nos errare fecisti a vijs tuis?* Item: *Psal. 105. v. 25. Conuertit cor eorum ut odissent populum eius.* Item: *Psal. 141. v. 4. Ne inclines cor meum ad rem malam, nec occuper operibus iniquitatis.* Item: 2. Paralip. 18. v. 21. *Egredere & fac sic: Et dominus dedit Spiritum mendacem in os omnium Prophetarum.* Item: 2. Samuel. 16. v. 11. *Dauid inquit: Dominus iussit eum, ut maledicat Dauidi.* Has & similes scripturæ locutiones de permissione & desertione intelligamus. Deus indurat cor Pharaonis, dum non emollit, excæcat dum non illuminat: Sed Spiritum suum subtrahit. Si quis existimat amplius quiddam in verbis tam emphaticis significari, certum est Deum iusto suo iudicio peccatam tantum sui contemptus spectare, eamque iustissime infligere: vel electorum explorationem & probationem vrgeri: Ipsum vero peccatum nequaquam vel le, nec modo eo delectari, nec eius esse causam. Sempiternim eius voluntas est iusta & sancta: Etiam cum tradit homines in reprobam sensum propter Idolatriam: Immittit furorem mentis propter blasphemias, non non discedit a regula iustitiæ, Sed iudiciû suum exercet: Vnde Paulus dicit: *mercedem quam oportebat erroris sui in sese recipientes.*

Ioh. 8. v. 44.

Rō. 5. v. 12.

Permissio Dei ne & desertione.

Cur non impediatur Deus peccata.

Emphatica verborum.

28. Et quemadmodum non probauerunt ut Deum cognoscerent: tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non decet.

29. Repletos omnium in iustitia, Scrotatione, nequitia, auaritia, malitia. Plenos inuidia cæde, contentione, dolo, malevolentia, petulantia.

Su. supro.

30. *Sufurvores, obtrectatores, Dei ofores, contumeliosos, elatos, arrogantes, inuentores malorum, parentibus immo- rigeros.*

31. *Ratione carentes, pactorum non tenaces, alieni a naturali affectu dilectionis, implacabiles, immisericordes.*

Satis longum Catalogum scelerum, quibus sese gentes contaminarunt, hic ponit Apostolus: Vult enim gentes convincere de peccato, ut sese nemo coram Deo excusare possit. Simul etiam docet Apostolica autoritate, quod peccata sint atrocia, quæ iram Dei & æternam damnationem mereantur: quæ gentes vel leuia errata esse arbitrabantur: vel etiam tanquam nullius momenti excusabant. Atq; ita hortatur gentes ad agendam pœnitentiam.

Vitiatissima autem fuisse hæc scelera apud gentes, vniuersa mundi historia testatur. Et qualis nam sit vita & mores, & quis animus in iis, qui sese impietati & Epicureo Dei contemptui dederunt, in hac quasi tabula videre licet. Satan enim eos, quos in sua tenet potestate de scelere in scelus impellit, & agit, donec tandem hominem in desperationem & æternum exitium præcipitet.

Singula vocabula obseruent studiosi, & iuxta præcepta Decalogi distribuant.

Iniustitia.

Αδικία: *Iniustitia.* Genus hoc est omnia scelera comprehendens, iniustitiam enim vniuersalem significat, impietatem erga Deum, & iniquitatem erga homines, pugnatque cum toto Decalogo: *ὅτι ἡ ἀδικία δόκειν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα. Extrema iniustitia est, cum velle videri iustum, qui non est.* Sic *Cambyses, Xerxes, Pericles, Alcibiades, Harpalus, Dionysius, Nero, Catilina, Verres,* fuerunt iniusti, violarunt omnes leges, diuinas & humanas: fuerunt crudeles, impuri, incesti, rapaces, iniusti: interfecerunt innocentes, nec vllum scelus formidarunt, ex quo lucrum vel commodum aliquod sperarunt.

Scortatio.

πορνεία. *Scortatio.* Pugnat cum sexto præcepto. Ac diserte recenset Paulus inter atrocia scelera, quæ damnationem merentur: quia gentes non iudicabant esse flagitium, nec legibus puniebant eam. Simul autem complectitur sub hac specie omnes prohibitas libidines.

Nequitia.

πονηρία. Id est *nequitia.* Pugnat cum 4. & 5. præceptis. Significat enim ingenii prauitatem, petulantiam, & nocendi cupiditatem. Cum peruerso homini volupe est aliis malefacere & nocere: Vt *Alcibiades, Antiochus, Epiphanes, Caligula, Nero, Domitianus, Iulianus.* Item: *Seianus, Eutropius,* fuerunt *πονηροί* cupidi nocendi, & versute & callide nocuerunt.

Auaritia.

πλεονεξία. *Auaritia* est contra septimum præceptum, & complectitur omnia vicina scelera, furta, rapinas, vsuras, iniusta aucupia. **πλεονεξικός** fuit *Dionysius tyrannus*, spoliator templorum. *Harpalus* qui 30. tonnas auri est furatus. *Demosthenes* qui auro se corrumpi est passus. **πλεονεξίας** & *Scipio Africanus* in historia accusatur. Insignes sunt Euripidis versus,

ὅστις ἐπὶ τὸ πλεονέχειν πέφυκ' ἀνὴρ

οὐδ' ἐν φρονεῖ δίκαιον, ἔδ' εὖ βέλεται:

φιλοῖτε ἀμικτος ὅτι καὶ πᾶσι πῶλεϊ.

Quisquis avaritia est deditus, hic nihil iuste cogitat, nec vult: neque amicis neque vniuersa ciuitati tolerabilis.

Malitia.

Κακία: *Malitiam* significat: Græci opponunt **ἀρετήν**. Latius igitur patet quam **πονηρία**. Nam complectitur commissionis & omissionis peccata, cum petulantiam, tum negligentiam **κακός** fuit *claudius*

Cæsar, qui multa in iuste & crudeliter fecit, & simul in gubernatione fuit negligens. Pugnat cum quarto, & septimo præcepto: *Commodus* imperator, *Heliogabalus, Prolomæus*, fuerunt **κακοί**, truculenti, crudeles, impuri & negligentes.

6. **φθόρου:** *Inuidia.* Pugnat cum quinto præcepto. *Inuidus alterius marcescit rebus opimis.* *Lentulus* inuidet gloriæ *Scipionis*. *Pompeius* gloriæ *Cæsaris*,

7. **φόνου:** *Cædes.* Prohibetur hoc scelus in quinto præcepto. *Caligula* exclamasse fertur. *Vtinam P. Rom. vnâ ceruicem haberet.*

8. **Εριδος:** *Contentione.* Pugnat cum quinto præcepto. **ἔρις ἔρι ἀντιφύβει** inquit ille. Et Philosophorum futiles rixæ & contentiones infinitæ testantur, quantum laborarunt hoc vitio gentes.

9. **δόλου:** *fraude.* Pugnat cum octauo præcepto. *Tuta frequensque via est, per amici fallere nomen.* Ipse igitur *Ethnici* fatetur de se, quod *Paulus* adferit. *Tryphon* prestigiator dolo & fraude circumuenit præstantem principem *Ionathan Maccabeum*. i. *Maccab 9.*

10. **Κακῆθίας** *Petulantia, malevolentia.* Cū ea est mentis prauitas, ut deleatur alterius perniciæ: deprauat recte facta & dicta: Semper male de aliis suscipitur: serit semina dissensionum, incendit odia & lites: nihil agit candide, nihil in meliorem partem interpretatur. *Tiberius* plenus est suspicionibus, malevolentia, & cupidus nocendi. Pugnat cum quinto & octauo præcepto.

11. **ψιθυρίσας:** *Sufurrones*, qui perferendis fabellis conantur gratiam inire: & clanculum mordent alterius honestam famam: quales passim sunt in principum aulis. Pugnat cum octauo præcepto. *Sufurro* fuit *Elianus* apud *Tiberium*, qui delationibus suis plurimos obiecit tyranni *Tiberii*. *Varinius* apud *Neronem*.

12. **Καλαλάου:** *Obtrectatores*, qui palam cō- uiciis proscindunt innocentem: quod vitium populo est vitiatissimum. Nam ut *Pindarus* inquit: **ὄφρονδε λόγοι φθονεργῆσι.** pugnat hoc vitium cum octauo præcepto. *Arthilochus* & *Theon* adeo celebres hoc scelere fuerunt, ut eorū nomina in prouerbiū abiuerint.

13. **θεοσυγεί:** *Dei ofores:* qui palam derident Deum & omnem religionem profitentur sese hostes Dei, ut *Mezenzius, Rabfantes, Sennacherib, Antiochus, Cyclops,* & alii **θεομαχοί.** Pugnat hoc scelus cum primo præcepto.

14. **ὕβρισας.** *Contumeliosos*, qui petulanter alios vexant: qui aliorum bona ferociter ad se rapiunt, nihil liosi. pensū habent quid ipsa æquitas postulat: qui cædibus & libidinibus grassantur, freti sua potentia, ut *Alcibiades, Antiochus, Epiphanes, Catilina, Clod. Nero, Iulianus* fuerunt **ὕβρισαι.** Pugnat hoc præceptū cum 4. 5. 6. & 7. præceptis. Quid **ὕβρις** sit, ex versu colligi potest.

Τίχλυτι κόρη ὕβρις ὅταν κακῶ ὀλβῶ ἔπηται. Item:

ὕβρις καὶ μαγνήτας ἀπώλεσε καὶ κολοφῶνα.

15. **ὕπερηφάνοι:** *Superbi*, qui non agnoscunt suam infirmitatem: Sed suam sapientiam & virtutem admirantur: & alios præ se contemnunt. Pugnat hoc præceptum cum primo & quarto præceptis. *Superbi* sunt, *Aiax, Antigonus, Pompeius.* Nota est *Asiaci* superba vox in tragædia.

Diis adiuantibus etiam ignaui vincere possunt.

Ego vero vel inuito Deo vincam.

Scribit *Alphonsus* regem castellæ eo superbiæ fuisse delapsus, ut in hac blasphemā vocem eruperit: *Si a principio creationis humana Dei consilio interfuisset, se nonnulla melius ordinatus, dispositum fuisse.*

Αλλῶ

Arrogātes. 16. *Ἀλάζονες*: Arrogantes, qui sese immodice iactitant & virtutes suas ebuccinant. Qualis de pingitur Thraso, Pyrgopolinices, Timotheus & Cleon Athenienses, Pugnāt hoc viciū cum 8. Præcepto.

Inventores malorum. 17. *Ἐφευρεταὶ κακῶν*, inventores malorum, qui novas fraudes, & technas excogitant: & authores sunt novorum scelerum. Vt qui in aulis Principum novas exactio- num species excogitant: aut novas suppliciorum formas inveniunt, quibus pii vexentur: aut in negotiatio- ne nova aucupia pecuniarum excogitant, Eutropius in aula Arcadii, novam excogitavit legem, qua tandem & ipse periit. Zoroaster rex Bactriano- rum primus dicitur inventor artis magicæ. Pugnāt hoc scelus cum toto decalogo.

Parentibus immorigeri. 18. *γονεῖσι ἀπειθεῖσιν*, Parentibus immorigeri: Cum gentes libidinibus sese horribiliter polluerunt: simul in semine horribiliter a Deo puniti sunt. Et apud gentes liberi raro parentibus obtemperarunt. Nota est tulliae historia apud Livium. Hoc scelus contra 4. præceptum pugnāt.

Desipiētes. 19. *Ἀσύνετοι*: qui sine mente cæci, & furenter ruunt in scelera, & sibi exitium attrahunt: qualis fuit Nero, Caligula, Vitellius, Heliogabalus, Antonius, Carilina, Clodius. Scelus hoc pugnāt cum tota secunda tabula.

Fædifragi. 20. *Ἀσύνοτοι*: Pactorum non tenaces, fædifragi, vt Metius Sufferius, qui equis est discerptus: Cleomenes qui pactus inducias, noctu oppressit Ariguos. Pugnāt hoc scelus cum 2. & 8. præceptis.

Charitatis expertes. 21. *ἄσποργοι* Alieni a charitatis adfectu, qui omnem prope exuunt humanitatem, & naturalem benevolentiam erga suos, vt Cain, Atreus Thyestes, Medea.

Implacabiles. 22. *ἄσπονδοι*: Implacabiles, qui semel irritati, nullo deinde officio placari possunt, vt Alexander Phereus, Tiberius, Nero, Bassianus Caracalla. Pugnāt cum 5. præcepto.

Immiseri- cordes. 23. *Ἀνελέημονες*: Immisericordes, qui alienis malis non tanguntur. Qualis fuit timon *μισάνθρωπος*. Pugnāt cum quinto præcepto.

Cur tot sce- ra recenscat Hunc prolixum catalogum scelerum recensuit Apostolus, vt gentium sceleratam vitam depingeret, eas quoque de peccato conuinceret, atque ita operum iustitiam detraheret: tum vt doceret hæc atrociora scelera, quæ gentes parvi faciebant, mereri æternas pænas atque ita ad pænitentiam omnes vocaret, & Ecclesiam moneret, vt a talibus sceleribus abstineret.

32. *Qui cum ius Dei nouerint, quod qui talia faciunt, digni sunt morte: non solum faciunt ea, Sed etiam consentiunt facientibus.*

Ius Naturæ. Conclufurus hic accusationem gentium, repetit sententiam ex iure naturæ desumptam. Ius naturæ quod gentibus notū fuit, dicitur, eos esse dignos morte, qui talia patrant scelera. Et tamen gentes eiusmodi scelera commiserunt, & iis consenserunt. Propriæ igitur conscientia testimonio conuicti sunt, quod res sint iræ diuinæ, & propria iusticia careant.

Diligenter hic locus de iure naturæ est obseruandus. Cum enim Apostolus legem naturæ quæ ostendit discrimen honestorum & turpium, & dicitur scelera mereri pœnas & mortem, nominet *δικαίωμα θεοῦ*, Ius Dei, testatur eam prorsus congruere cū lege diuina patefacta per Moysen. Inseuerat Deus radios suæ diuinæ sapientia in mentem humanam in prima creatione, ita vt Adam ante lapsum clare videret Dei voluntatem, & iudicium eius intelligeret: Haud dubie Adam plenius intellexit Decalogum, quam vlli postea Prophetæ, ne ipso quidem Mose excepto. Sed valde obscurata est hæc lux p̄r peccatum: Destitutus est enim Adam spiritu sancto, & tenebræ occupa-

Ius Dei. runt mentem, quæ impediunt noticiam Dei, & voluntatis ipsius. Non tamen omnis noticia de Deo penitus fuit extincta: Sed mansit in homine etiam post lapsum, & naturæ totius deprauationem, aliquis intellectus honestorum & turpium, & noticia quod sit Deus, cui sit obediendum, & qui sit seuerus scelerum vindex. Nisi enim hæc remansisset noticia nihil differret homo a brutis animantibus: neque ministerio verbi conuerti posset. Vt ergo restaret in homine testimonium quod sit Deus, qui vindex sit scelerum, vtq; homo disciplina regi posset, quasi scintillæ quædam prioris illius lucis in cineribus humanæ naturæ reliquæ manserunt. Homo enim post lapsum non edoctus Dei verbo, non regeneratus spiritu sancto intelligit tamen esse Deum, eique obediendum esse. Inobedientes vero dignos esse pœna. Hinc illæ sunt præclaræ sententiæ apud Ethnicos: Ab altero expectes, alteri quod feceris. Item: Illo nocens, se damnat, quo peccat dicit: & quæ sunt similes.

Hinc iam Definitio iuris naturæ peti potest: Definitio Ius naturæ est notitia naturalis diuinitus insita mentibus humanis etiam post lapsum, congruens cum iuris naturalis, norma iustitiæ diuinæ, quæ testatur quod sit Deus, & quod sit iustus & scelerum vindex, monstrans discrimen honestorum & turpium, & regens mores. Ac summa iuris naturæ in Decalogo comprehensa est: Voluit enim Deus illa repetitione suæ legis, et stabilire iudicium mentis humanæ de Deo: et illustrare atque excitare e cineribus scintillas reliquas in homine oppresse lucis: ac simul patetacere spirituale firum iudicium aduersus peccatum et immundam hominis naturam.

Gravis est sententia, quod Apostolus inquit scire homines ex iure naturæ huiusmodi peccatis pollutos, dignos esse morte: atque indicat se non loqui de iudicio ciuili, neque de securis animis: sed de examine conscientia in sensu iræ diuinæ, aspicientis suam deformitatem, et formidantis interitum. Multo enim secus iudicant mentes, dum peccatum adhuc dormit, et homo secure contemnit Dei iram: Vt Pharaë ridet antea mentionem de Deo: Sed cinctus vndique aquis, et videns imminere exitium, longe aliam in corde, de sua impietate pronunciat sententiam, et sentit se morte dignum esse.

Etsi autem homines impii iudicium hoc scientiæ delere conantur, et vel hypocrisis tegete, vel furore opprimere: tamen nihil aliud agunt, nisi quod lethales flammæ intus in corde alunt, donec vi erumpant. Singuli igitur et seueritatem legis diuinæ, et propriæ conscientia testimonium semper metuamus, magis, quam vlla supplicia corporalia. Non solum, inquit, faciunt: Sed etiam consentiunt facientibus. Docere vult Paulus non eos tantum Ethnicos coram Deo reos esse, qui externis sceleribus, quæ supra commemorauit, contaminati sunt: Verum etiam illos qui singulari studio scelera illa vitabant, et honestæ vitæ laudem mereri conabantur: Ac sane paucissimi fuerunt apud Ethnicos, qui non polluerent sese externis turpitudinibus, in castu, adulteriis, scortationibus, fraudibus, mendaciis, imposturis, furis, periuriis, et similibus: fuerunt tamen aliqui inter Ethnicos, qui magno studio conati sunt honestam ducere vitam: quales celebrantur, Palamedes, Socrates, Conon, Aristides, Plato, Xenophon, Item: Camillus, Fabricius, Scipio, Lælius, Cato, Ponponius Atticus, et similes. Sed et his detrahit Paulus iustitiam coram Deo, et eos de peccato in iudicio Dei redarguit: Vniuersalem enim conclusi- onem est positurus, videlicet totum mundum reum esse coram Deo, et omnes homines, nemine excepto, sub peccato esse conclusos.

Honestiores igitur Ethnicos a consensu scelerum redarguit. Etsi, inquit, fuerunt inter Ethnicos, qui se a sceleribus et turpitudinibus abstinuerunt, et honestam vitam instituerunt: nihilominus tamen sunt rei coram Deo, siquidem sceleribus consenserunt, id est, non prorsus abhorruerunt a sceleribus: Sed corda ipsorum ad scelera prona fuerunt, et turpitudine fuerunt

Nō omnis notitia Dei extincta.

Definitio iuris naturalis.

Conscientia

Honestissimi Ethnicorum rei sunt coram Deo.

Consenserunt sceleribus,

frerunt delectati: non expauerunt Dei iudicium: non doluerunt Deum contumelia adfectum esse sceleribus, quia nisi ignominiam & hominum iudicia, ac pœnas secuturas veriti fuissent, non abstinuissent se a libidinibus, furtis, vindicta, mendacijs: Sed ipsis etiam volupe fuisset patrare talia facinora. Quem admodum *Scipio* aperte de se fatetur, se impensius quidem alterius sponsam amare: Sed quia animum respublica occupavit, nolle se ætatis ludo frui. Consensit igitur in scelus, licet id non commisit *Scipio*. Reprimit sese *Achilles* ne *Agamemnonem* interficiat: Sed quantos irarum motus voluit sub pectore. Et in summa quasi qui temperantissime, iustissime & modestissime viuunt, gerunt tamen corda vacua timore Dei, plena superbæ, odij, liuoris, cupiditatis, vindictæ, libidinis, auaritiæ, iræ, æmulationis, & similibus atrocium scelerum, iam ius naturæ quoque dicit non eum tantum in culpa esse, qui comiserit scelus: Sed etiam qui voluntatē committendi habuerit.

Arguuntur iure naturæ.

Itaque ius naturæ tam honestos, quam sceleratos redarguit, & conuincit morte dignos esse. Propius sane hic introspicit ius naturæ *Apostolus*, quam omnes Philosophi: quotquot fuerunt. Adfirmat enim consensum in sceleribus, id est, interiores motus cordis impuros, & contra legem pugnantes, esse atrocia scelera: Atque etiam mortem mereri: Idque & sentit & fatetur conscientia, in terroribus mortis, & sensu iræ diuinæ.

CAPVT II.

1. *Quapropter inexcusabilis es o homo, quisquis es qui iudicas: Nam hoc ipso, quod iudicas alierum, te ipsum condemnas: Eadem enim facis tu, qui iudicas.*

Transitio ad accusa- tionem Iudæorum. Prima Gloratio Iudæorum ex legis scientia.

TRansit hic *Paulus* ad Iudæorum accusationem, quæ est aliquanto maioris operæ, eo quod populus *Israel* & lege diuinitus promulgata, erat instructus, & multo honestius quam *Ethnici* vivebat. Atque hinc gloriabatur se longe antecellere *Ethnicis*, & le obedientia sua coram Deo iustum esse, & vitam æternam mereri. Exemplum est *Pharisæus* *Luc. 18. v. 11. Ago tibi gratias Deus, quod non sum sicut ceteri, raptores, iniusti, adulteri, qualis etiam hic publicanus.* Item *Luc. 18. v. 21. Magister hæc omnia seruauit a iuuentute mea.*

Fons gloriationis ignorantia legis spiritualis.

Origo autem huius erroris & superbæ, inde est quod intellectus legis diuinæ insitus homini in creatione, per lapsum *Adæ*, & secutam totius naturæ corruptionem obscuratus est: neque nunc tam prope aspiciunt homines iudiciū Dei in lege patefactum. Atque hæc *Ethnica* inscitia populum *Israel* iam tum occupauerat, adeo ut Spiritualem sensum legis *Mosaicæ* non intelligerent: Sed *Decalogum* in *Philosophiam* *Ethnicam* transferrent, & existimarent tantum externa scelera in eo accusari & damnari: Quem *Pharisæorum* errorem, ut qui vniuersum delet *Euangelium*, & *Christum* cum omnib. suis beneficijs se pelit, grauissime reprehendit *Christus* *Matth. 5. vbi* sententiam legis *Mosaicæ* exponit.

Mutatio Decalogi in Philosophica præcepta. Litura *Euangelii*,

Sic igitur & hoc loco *Apostolus Paulus*, ut ostendat omnes homines carere propria iustitia, & indigere beneficio *Mediatoris*: docet non tantum impuros *Ethnicos* iudicio Dei damnari, verum etiam *Iudæos* de semine *Abrahæ* & promulgatione legis, & mōrum sanctitate gloriantes. Eadem enim scelera, quæ iuxta legem in alijs taxant, & de quibus sententiam mortis pronuntiant, committunt, cum gerunt corda inquinata prauis adfectibus. Propterea inquit: *inexcusabilis es, o homo, quisquis es qui iudicas.* Id est: Tu *Iudæe*, qui iudicium ters de gentibus ex lege, existimare non debes te inculpatum prorsus esse: Lex enim non tantum præcipit externis membris, sed etiam cordi & animæ. At negare non potes, cor tuum varios sentire errantes motus, sæpe irasci Deo, & tremere ad-

Sanctiores Iudæi non sunt innocentes.

uersus eum: Semper timere superbia, sæpe ardere flammis libidinum, sæpe flagrare ira, odio, liuore, dolore repulsæ, cupiditate vlciscendi, auaritia, & similibus atrocibus peccatis. Ex corde enim egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria &c. Cum autem Lex non solum externam disciplinam: Sed etiam internam, integram, & spiritualem obedientiam flagitet, quam nemo præstat, eo ipso quod quis in alium profert sententiam, seipsum condemnat.

Eadem enim facis, inquit, qui iudicas, videlicet corde impuro & adfectibus illicitis. Qui enim irascitur fratri, reus est mortis: Et qui aspexit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est in corde suo. *Matth. 5. v. 28.* Hinc *Moses* inquit: *Innocens apud te, non est innocens.* *Exod. 34. v. 7.* Et *Dauid*: *Psal. 43. v. 2. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Vult igitur *Paulus* hoc loco spirituale legis iudicium expendi, & immundiciem humanæ naturæ agnosci. *Paulus* hoc loco non constituit ciuilia iudicia, nec agit de ministerio: Sed demonstrat aenim vacare culpa: ne eos quidem qui honestis præditi moribus aliorum scelera graui iudicio condemnant.

2. *Scimus autem quod iudicium Dei est secundum veritatem super eos qui talia faciunt.*

Admonet hic *Paulus* de seueritate iudicii diuini, quod multo grauius pronuntiat de peccato, & iudicium multo exactius examinat latebras conscientiæ, quam Dei aliud frigida, coeca, & sibi nimium blandiens mens humana. Homo externa facta tantum iudicat, & de motibus cordis leuiter pronuntiat: At iudicia Domini abyssus multa: *Psal. 36. v. 7.* Deus probat corda & renes, intimos sinus animæ perscrutatur, & hominem propter impiam cogitationem, propter erratē cordis adfectum, propter otiosum verbum adiudicat morti æternæ. *Matth. 5. & 12.* Hinc *Dauid* inquit: *Domine si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit?* *Psal. 130. v. 3.* Hic igitur in timore Dei discamus, longe sublimius esse iudicium Dei de peccato, quam nostra mens intelligere potest. Vnde & *Paulus* dicit: *legem esse spiritualem.* *Rom. 7. v. 14.*

3. *Existimas autem hoc O homo qui iudicas eos, qui talia faciunt, & facis eadem. Quod tu effugies iudicium Dei?*

4. *An diuitias bonitatis ipsius, & patientiam & longanimitatem contemnis? ignorans quod bonitas Dei te ad penitentiam adducit?*

5. *Tu vero iuxta duriciem tuam, & cor impænitens, cumulas tibi iram, in die iræ, & reuelationis, & iusti iudicij Dei.*

Grauiſſimam adhortationem inserit hoc loco *Paulus*, qua omnes securos vocat & inuitat ad Inuitat se poenitentiam: & monet ne Dei bonitate, patientia & curo ad lenitatem abutantur. Non enim ideo suspendit Deus poenitentiam suum iudicium, & differt poenas scelerum, quod nihil curet res hominum, sicut impii interpretantur: Sed ut suam demonstret bonitatem et lenitatem: et Cur poenas Deus differat.

Si quidem nemo est absque peccato: et singuli meremur mortem in quocumque peccato. Sed tanta est tamque immensa Dei bonitas et misericordia, ut licet atroci adficiatur contumelia, non tamen mox infligit poenam: Sed differt eam, et largitur spacium resipiscendi, iuxta dictum: *Ose. 11. v. 9. Non taciām Euiorom iram meam, quia Deus ego sum & non homo:* Item: *Ezech.*

Ezech. 33. v. 11. Vivo ego nolo mortem peccatoris: Sed ut conuertatur & uiuat. Hinc iam peti potest solutio argumenti; quod ratio sæpe obiicit: Si est Deus, tum malis male esse oportet: sed id nunc abest: Ergo &c. Respons. malis omnino male erit, sed ad tempus Deus magna lenitate & longanimitate differt pœnas, ut peccatores ad pœnitentiam inuitet.

6. *Qui reddet unicuique secundum opera sua.*
7. *His quidem qui perseverantes in benefactendo gloriam & honorem, & immortalitatem quarunt vitam æternam.*
8. *Iis vero qui sunt contentiosi, & qui veritati quidem non obtemperant: obtemperant autem iniustitia, ventura est indignatio & ira.*
9. *Ad afflictio & angustia, aduersus omnem animã hominis perpetrantis malum, Iudæi primum simul & Græci. Gloria vero & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum simul & Græco.*

Euangelio quæ credentibus, gratis per & propter Christum promittit & offert reconciliationem cum Deo, iustitiã & vitam æternam petendum & discendum est. Et ut maxime phrasin legis retinet Paulus, de salute eorum qui perseverarunt benefaciendo: & bonum sunt operati: tamen illam vult iuxta Euangelium intelligi. Euangelium enim docet, qui sint, qui bonum operentur: vis delictet, non qui legis operibus cupiant mereri iustitiam coram Deo & vitam æternam: Sed qui credunt in eum qui iustificat impium. Rom. 4. v. 5. Hoc est opus Dei, inquit Christus, ut credatis in eum, quem pater misit. Iohan. 6. v. 29. Item: qui credit in filium habet vitam æternam. Ioh. 3. v. 36. Ergo pars illa de attribuenda vita æterna illis qui perseverarunt benefaciendo, ex Euangelij promissione est intelligenda. Nam qui in Christum credit, habet omnia opera quæ Lex requirit. Finis enim legis est Christus. Rom. 10. v. 4. & pronobis factus est peccatum, ut nos fieremus iustitia Dei in ipso. 2. Cor. 5. v. 21.

Ad hæc omnia iustificatorum bona opera, facta in fide Mediatoris, & diu est ad Dei gloriam in futura vita copiosissime compensabuntur. Mercedem enim copiosam repositit nobis Deus in cælis. Matth. 5. v. 12. adeo ut si quis potum aqua frigide det pauperi in nomine Iesu, non sit perditurus suam mercedem. Matth. 10. v. 42. Ita verissima est Pauli sententia, congruens cum tota lege Moïsi, & plurimis dictis Christi: Luc. 10. v. 28. Ut hoc fac & uiues. Item Matth. 19. v. 17. si vis in vitam ingredi serua mandata? Item; Iohan. 5. v. 29. Qui bene egerunt: prodibunt in resurrectionem vitæ: Qui vero mala patraverunt, in resurrectionem iudicij. Hoc sane certissimum est: sed quinam sint qui bene agant, ex Euangelio est discendum, videlicet qui credunt in nomen domini nostri Iesu Christi.

Doctrina hic consideranda est de præmiis bonorum operum. Nullum enim præstatur hic opus tam exiguum a pia mente in hac vita, quod non amplissima mercede & gloria immensam in vita æterna compensabitur.

11. *Non enim est acceptatio personarum apud Deum.*

Confirmat Apostolus rectitudinem & iustitiam iudicij diuini: quod exactissime iuxta normam suæ legis pronunciet, nullius causam inflectat, nemini pareat, nulli iniuriam faciat: nullius personam respiciat: Sed ex æquo & bono, omnes facientes mala iuxta legem pronunciat reos: Omnes vero credentes in Iesum Christum saluet, & omnia bona opera compenset. Tam irascitur Deus Dauidi Regi committenti adulterium & cædem, quam alicui ex infima plebe pollutenti sese adulterio & cæde. Lazarum pauperimum, sed in Christum credentem, tam recipit Deus in gratiam, & donat vitam æternam, quam Nebucadnezarum Monarchum potentissimum. Tam Cornelio gentili agenti pœnitentiam & credenti Euangelio donatur Spiritus sanctus, quam Apostolo Petro nota ex semine Abrahamæ. Hæc ergo sententia tam ad legem quam ad Euangelium pertinet. Deus enim omnibus peccantibus irascitur, sine acceptione personarum. Vicissim Deus omnes recipit in gratiam, & scribit hæredes vitæ æternæ, confugientes vera fide & filium Mediatorem. Nullus igitur hominum causam habet, vel contemnendi iudicium Dei seuerissimum, vel excludendi sese a promissione Dei benignissima. Augustinus sic recte describit *περοσωπολην*: August. *Acceptio personarum tibi recte dicitur, ubi ille qui iudicat, relinquens causa meritum, de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona, quod honore, vel miseratione sit dignum.* Hæc iniustitia est a Deo alienissima, camq; in iudiciis seuerissime prohibuit.

Compensatio operum in futura vita.

Confirmatio iustitia diuina.

Nec secundum legem nec Euangelium respicit Deus personam.

Obiectio Rationis.

Proponit extremi iudicii sententiam securis.

Pontificiorum Argumentum.

Sententia Pauli.

Legis sententia non aboleretur per Euangelium.

Lex omnes condemnat.

Salus creditibus ex Euangelio.

UT excitet homines securos ad agendam pœnitentiam, Apostolus ante oculos ponit seuerissimam sententiam futuri extremi iudicij, in quo singulis redditurus est Deus secundum opera sua. Hoc sane argumentum omnium est grauissimum, quo si quis non mouetur, frustra est omnis sermo, qui cum eo de pietate habetur. Quid enim potest dici grauius, quam Deum in extremo iudicij die, qui est præ foribus, iudicaturum esse omnia hominum facta, & arcanas cordium cogitationes: Ac eos qui pietati studuerint ornaturum esse vitæ æternæ gloria & immensa beatitudine: Impios vero & incredulos abiectorum in æternos cruciatu.

Abutuntur hoc loco pontificij ad stabiliendum errorem de iustitia operum. Quasi Paulus hoc velit, quemadmodum hi qui damnantur, propter peccata puniuntur: Ita qui saluantur non gratis, sed propter opera & merita fiant hæredes vitæ æternæ. Verum huic Sophisticæ interpretationi Paulus in tota Epistola reclamation, & diserte detrahit operibus iustitiam coram Deo, & meritum vitæ æternæ. Contra vero constanter tuetur hanc sententiam, Iustificari hominem gratis coram Deo, sine operibus legis & propria dignitate, fide propter filium Dei Mediatorem. Nequaquam igitur sibi contraria dicit Apostolus hoc loco. Verum cum Paulus homines impios & securos hypocritas ad seriam pœnitentiam inuitare conetur: viitur voce legis, & adfirmat Deum certo puniturum esse impios: Iustis vero daturum præmia. Legis enim sententia, cum sit æterna Dei sapientia, non mutata nec deleta est per Euangelium, quin Lex ipsa per fidem stabilitur, ut inquit Paulus. Rom. 3. v. 21. Verissimum est igitur Deum unicuique redditurum esse secundum opera sua. nec quenquam sua mercede fraudaturum. Qui enim legem non seruarunt, sed iniustitiæ operam dederunt, in æternum grauissimas luente pœnas. Qui vero iustitiam sectati fuerint, vitam æternam adipiscuntur. Iam si quæris quinam legi obedierint sectando iustitiam, nemo reperitur. Omnes ergo supplicio adficit Lex, & sic unicuique reddit secundum opera sua, dum omnes ex æquo damnat, siquidem omnes carent gloria Dei.

Sed dicis num ergo nemo saluabitur? Respons. Saluabuntur, & quidem pii; Sed quomodo & ex qua causa saluentur non ex lege, quæ omnes damnat: Sed ex

D

12. Qui.

12. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.

Occupatio. Occupatio est, qua tacite obiectiōni respondet. Poterat enim quis obiicere, cum gentibus non fuerit revelata Lex, quo nā iure possunt accusari & damnari: *Respons.* Gentes nihilominus iuste damnantur, etiamsi legem Moſis non habuerint. Qui enim sine lege peccaverunt, sine lege & peribunt. Loquitur Paulus de lege per Moſen data, quam gentes non habuerunt. Idem est quod dicit Rom. 5. v. 13. *vsque ad legem, peccatum erat in mundo:* Id est: Lex non primum inuexit peccatum in mundum, aut condemnauit homines: Sed antequam illa per Moſen daretur, iam peccatum in mundo erat, & homines rei erant mortis. Deus enim in prima creatione inſeuit hominum mentibus legis notitiam, dum condidit hominem ad imaginem suam; cuius ſcintillæ quædam reliquæ manſerunt poſt lapſum, quæ & teſtantur eſſe Deum, & conſcientiam peccato immundam accuſant. Vt ergo primi illi homines ante Moſen non erant excuſati coram Deo, eo quod Lex nondum erat repetita in monte Sinai: Ita nec gentes excuſari poſſunt, eo quod legem per Moſen datam ignorarunt. Nam ad conuincendum gentes reas eſſe iræ Dei, ſufficit quod iuſtitia careant, & peccato ſint pollutæ: Et huius a propria conſcientia arguuntur & conuincuntur. Hinc patet legis promulgationem, præclarum quidem extiſſe beneficium, quod Deus in gentem Iudæam contulit: non merito hominum, ſed immanſa ſua miſericordia: Sed tamen etiam ſi legem non reuelaret, potuiſſet iure optimo damnare Iudæos. Contulit autem in eos hoc beneficium, vt tanto facilius peccatum agnoſcerent, iram Dei metuerent, & ad promiſſum mediatorum pro impetranda ſalute conſurgerent.

Moſis lege caruerunt gentes.

Gentes nō habent excuſationē.

Iudæorum condemna-tio ex lege.

Legis verus vſus.

Lex non cognoscenda modo ſed & præſtanda.

Obiectio Pontif. Auguſtini reſponſio.

13. QUI VERO IN LEGE PECCAUERUNT, PER LEGEM IUDICABUNTUR.

E contrario inferit, Iudæos qui legem habuerint, & de ea multum gloriantur, per legem iudicatum iri. Grauis hæc eſt ſententia: Iudæi omnem ſpem in lege ponebant: & confidebant ſe coram Deo iuſtiores fore gentibus, eo quod Moſis legem tenerent. Sed Apoſtolus longe aliam illis concionatur ſententiam, quod per legem ſint de peccato conuincendi & iudicandi. Ita verum legis vſum hic monſtrauit, quo conſilio a Deo data ſit, nimirum, non vt iuſtificaret quæquam: Sed vt peccati admonerentur homines, & infirmitas hominis in ſeipſa deſiciens de gratia quaereret adiutorium, vt Auguſtinus præclare loquitur. magnum fuit Dei beneficium promulgatio legis: Sed quia Iudæi eam non ſeruabant, neque ea recte utebantur ad agnitionem peccati, & veluti pædagogus in Chriſtum Paulus inuuit fore vt Iudæis in interitum cederet Lex. Et per legem gratius iudicentur quam gentes, quæ legem non habuerunt.

13. Non enim auditores legis iuſti ſunt a pud Deum: Sed factores iuſtificabuntur.

EX ipſa legis ſententia probat Iudæos per legem iri condemnatum. Legis enim ſententia eſt, vt homines non ſolum audiant & diſcant legem: ſed etiam integra obedientia præſtent. Non ergo ſatis eſt quod Iudæi habent, & norunt legem, eamque in ſynagogis exercent: Opere etiam adimplere debebant, quod cum non faciunt: ſed a perfectione legis procul abſunt, per legem ſane condemnabuntur.

Opponi ſolet hæc ſententia doctrinæ de iuſtitia fidei: ſiquidem Paulus dicit, factores legis iuſtificari. Et Auguſtinus cum conatur eis reſpondere, qui dictum hoc contra iuſtitiam fidei citabant, ſic exponit. Sic intelligendum eſt, factores legis iuſtificari: vt

ſciamus aliter eos factores legis non eſſe, niſi iuſtificentur, vt non iuſtificatio factoribus accedat: ſed factores legis iuſtificatione præcedat. Verum necelle non erat vt tam anxie ſeſe torqueret Auguſtinus. Plana enim & ſolida eſt ſententia: Paulus hic agit de ſententia legis, quæ nec contraria eſt Euangelio, nec per Euangelium euertitur. Veriſſimum eſt igitur non auditores, ſed factores iuſtos eſſe coram Deo: id eſt, legem non ſolum notitiam præceptorum, ſed multo magis obedientiam ſtagitare: Et ſi quis eam præſtaret, omnino coram Deo eſſet iuſtus. Cum hoc dicto congruunt ſententiæ Chriſti: Hoc fac & viues. Luc. 10. v. 28. Item: Matth. 19. v. 17. *ſi vis vitam ingredi ſerui mandata.* Item: Leuit. 18. v. 5. *Qui fecerit ea, viuet in eis.* Verum numquid hæc pugnant cum Euangelii iuſtitia? numquid hinc ſequitur, homines per opera legis iuſtificari? nequaquam: Nemo eſt enim qui perfecte faciat opera legis: *Omnes enim peccauerunt & carent gloria Dei.* Rom. 3. v. 23. Ad hoc igitur valent omnes iſtæ legis ſententiæ, vt nobis denegent vitam, & de peccato conuictos excitent ad quaerendum mediatorem in Euangelio promiſſum. Nequaquam igitur ſibi aduerſatur Paulus: ſed quia ex lege Iudæos accuſat peccati, legis ſententiam, quæ perpetua eſt, vtget.

Alia verior

14. Quando enim gentes, quæ legem non habent, naturæ ea, quæ legis ſunt, ſatiſciunt: hi legem non habentes, ſibi ipſe ſunt Lex.

15. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum eſſe in cordibus ipſorum, at teſtante ipſorum conſcientia, & cogitationibus ipſorum ſeſe inuicem, vel accuſantibus vel excuſantibus.

16. In die quando iudicabit Deus occulta hominum, iuxta Euangelium meum per Ieſum Chriſtum.

Iuſte gentes damnari, quæ ſine lege peccarint, ex lege naturæ denuo probat. Ethnici, inquit, demonſtrant quibusdam operibus, opus legis ſcriptum eſſe in cordibus ipſorum. Ergo non omnino carent omni lege: Sed potius ipſo iure naturæ, quod reliquum adhuc eſt in natura corrupta, de peccato conuincuntur, & quod ſunt rei iræ Dei.

Gentes ex lege naturæ damna-ti.

Valde inſignis eſt hic locus de lege naturæ: quod a ex naturæ nimirum reliqua ſit aliqua legis notitia etiam poſt lapſum, videlicet diſcrimen honeſtorum & turpium: poſt lapſum & principia præctica de moribus: quodque hoc iudicium naturæ congruat cum iudicio Dei in lege patefacto: quodque ideo remanſerit hæc particula legis in homine, vt eſſet teſtimonium de Deo, vt homines diſciplina regi poſſent, & honeſtati externæ ſtudere & vt ſeipſos de peccato accuſarent. Luth. in Gen. cap. 21. ait quod nati ad ſeramur iudicium rationis & Legem.

Ex hoc ergo loco adoleſcentes petant primum diſcrimen legis & Euangelij, quod a notitiæ forma ſumitur. Lex naturaliter aliquo modo ſaltem eſt nota: Sed Euangelium eſt arcanum miſterium, totum rationi humanæ abſconditum, & per filium, qui eſt in ſinu patris reuelatum. Varie diſputatum eſt de hoc Pauli loco in Eccleſia. Pelagijs enim hinc conatus eſt ad ſtruere vim liberi arbitrij quod homo viribus legem præſtare poſſit: Quia Paulus dicat gentes naturaliter feciſſe ea, quæ ſunt legis. Ad Marcelli: Auguſtinus vt ſcopulum hunc præterlabatur, dicit: Pauli locum eſſe intelligendum, de gentibus ad fidem conuerſis. Sed hæc ſententia aliena eſt ab hoc Pauli loco: nec ſatis huic expoſitioni fidit Auguſtinus: Ideo & alteram quaerit: Si, inquit, de iis eſt dictum, qui fidem non habent: ad hoc eis proderunt cogitationes ſua excuſantes in die

Diſcrimen legis & Euang. a forma notitiæ

Pelagijs,

Auguſtinus.

In die iudicii, ut mitius puniantur: quæ naturaliter qua legis sunt utcumque fecerint. Mitius punietur Fabricius, quam Catilina: non quia est bonus, sed quia ille magis malus. Verum & hæc coacta est verborum Pauli interpretatio.

Utriusque.

Utriusque ita enarrat hunc locum, Paulum non asserisse, ut loquitur, sed conditionaliter hæc posuisse de gentibus: & vult hanc esse sententiam; si essent gentes, quæ naturaliter legem implerent, illæ sane præstarent Iudæis habentibus, & non facientibus legem, & iusti essent. Sed & hæc nimis longe petita & contorta est interpretatio: plane pugnant cum mente Pauli idoque explodenda. Paulus enim diserte & *διὰ τὸν δῆλον* adfirmat gentes ea quæ legis sunt facere. Retineamus igitur planam & simplicem sententiam, quam ipsa Apostoli verba, & disputationis series gignit.

Sensus Pauli.

Apostolus gentes conuincit, quod sint peccatis polluta: & reæ iudicio Dei, etiam si Moysi legem non habuerunt. Vtitur ad hoc argumento sumto a iure naturæ, quod in omnibus hominibus lucet etiam extra Ecclesiam: & hoc ius dicit esse vice legis. Probat autem ius naturæ ex quibusdam honestis factis Ethnicorum: Vt Aristides & Fabricius fuerunt iusti: Pausanias & Scipio temperarunt sibi a turpitudine: Xenophon & Pomponius Atticus fuerunt modesti & placidi: Canon liberalis in pauperes. Necesse est igitur eos partem legis a natura intellexisse. Deinde probat a testimonio conscientia, quæ vel tranquilla & læta est, cum sceleris vacat: vel seipsam accusat & damnat, cum se pollutam esse scelere agnoscit. Quæ euidētissima argumenta sumpta ex ipsa rerum experientia infallibiliter testantur gentes habuisse notitiam legis naturæ. Non ergo prorsus omni lege caruerunt. Hæc est genuina & simplex Pauli sententia: nimirum quod gentes non conuersæ ad Deum, ut Augustinus dicit, sed ignaræ Dei: Agit enim de iis, quibus Lex Moysi fuit incognita: naturæ instinctu opera quædam præstiterint, quæ aliquo modo cum lege congruerint, & hoc ipso testatæ sint, non eas prorsus omnino carere lege sed sibi ipsas esse legem: & factis quibusdam testari, opus legis scriptum esse in cordibus, nimirum in prima creatione, quando conditus est homo ad imaginem Dei: ad quod & vniuscunque accedat testimonium.

Conscientia conuincit gentes legem non caruisse.

Lex scripta in cordibus.

Non agit de spiritualibus.

Notitia legis Ethnicorum caro est non spiritus.

Cont. pelagium. Gentes non legem sed quæ legis sunt fecerunt.

Testimonium conscientia.

Quod vero verentur aliqui ne hic locus videatur patrocinari Pelagianis & Synergistis, si de gentibus non conuersis accipiatur nihil est. Non enim hinc sequitur existere in homine vim liberi arbitrii in rebus spiritualibus: quia reliquæ quædam legis naturæ residue sint in homine. *Notitia enim illa legis caro est, non spiritus & vita: 1. Cor. 2. 14. Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Caro & sanguis non reuelat Christum: Matth. 16. v. 17. quod nascitur ex carne, caro est. Ioh. 3. v. 6. Hæc igitur naturalis notitia legis nihil facit ad conuersionem hominis, & impetrandam salutem, ad quæ Spiritu est opus. Ad hoc autem sufficit ut gentes condemnent, quia proprio conscientia testimonio conuincuntur, quod iniuste vixerit.*

Neque Pelagius hinc erroris suis patrocinium petere potest: quasi gentibus tribuerit Paulus legis impletionem: *Non legem, sed ea quæ legis sunt* (inquit) *fecerunt, ex reliqua parte legis præceptis obediunt, externam disciplinam aliquomodo præstantes. Quam procul autem a perfectione legis abfuerint gentes: cum in primo capite, tum in tertio perspicue repetit, cum inquit: Omnes carere gloria Dei. Nihil itaque absurdum vel perplexum inest in simplici & nativo verborum Pauli intellectu.*

Dignum obseruatione est quod Paulus dicit conscientias sese vel excusare vel redarguere in die iudicij, quo Deus occulta reuelabit. Indicat etiam conscientia testimonium in die iudicij omnium fore grauissimum & euidētissimum. Magnæ efficaciam est testimonium conscientia etiam in hac vita. Nam quos di-

ri conscientia facti mens tenet attonitos, & surdo verbera cadit locutum quatiens animo tortore flagellum, in illis ineffabiles excitat cruciatus: ut Exempla Neronis, Alexandri, Orestis, & aliorum ostendunt. Qui vero conscientia sibi sunt recte voluntatis, etiam si sunt in erumnis, tamen latentur se vacare culpa sceleris, cuius accusantur. Ut Camillus, Scipio, Octavia, tranquilliore sunt animo, quod culpa vacent. Hæc quidem ita fiunt in notoriis. Interea multa sunt, de quibus conscientia in hac vita exacte non potest iudicare: sæpe vel excusat factum turpe, vel dubitat de honesto facto. Deducit igitur Paulus ad examen omnium exactissimum, videlicet ad diem iudicij extremi: in quo Deus per filium patefacturus & iudicaturus est etiam occulta cordis: Quando etiam vnius cuiusque conscientia de suis factis, vel honestis vel turpibus sine impedimento erroris, exactissime pronuntiabit.

Conscientia non omnia recte iudicare potest. Examen conscientia in iudicio extremo.

17. *Ecce tu Iudæus cognominaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in Deo.*
18. *Et nosti voluntatem, ac probas eximia: institutus ex lege.*
19. *Confidisque te ipsum Ducem esse cæcorum, lumen in tenebris versarium:*
20. *Eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem.*
21. *Qui ergo doces alium, te ipsum non doces: Qui prædicas non furandum, furaris:*
22. *Qui dicis non adulterandum, adulterium committis: qui execraris idola, sacrilegium admittis:*
23. *Qui de lege gloriaris: per legis transgressionem Deum dehonoras.*
24. *Nam nomen Dei propter vos blasphematur inter gentes sicut scriptum est.*

Redit hic Apostolus ad accusationem Iudæorum, Rursus Iudæos per quam in initio huius capitis inchoarat, & directe nunc pronunciat tam Iudæos esse sub peccato conclusos, & carere iustitia legis coram Deo, quam gentes. Huc enim tendit in hac parte disputationis Paulus, Scopus quod omnes homines tam Iudæi, quam gentes, sint coram Deo peccatores, careant iustitia, & indigeant beneficiis Mediatoris. Quemadmodum in tertio capite diserte ponit hanc conclusionem, ut *omne os obturatur, & totus mundus fiat reus Deo, eo quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.* Quia vero Iudæi supra modum gloriabantur de legis promulgatione, & externa disciplina, & præclara sapientia, qua omnes gentes in toto orbe antecellebant: Refutat Paulus illorum inanem persuasionem, quasi propter titulum, & doctrinae professionem, & legem quotidie in synagogis sonantem, vel iusti essent coram Deo, vel meliores Ethnicis: & deducit eos ad Spirituale legis iudicium.

Persuasio Iudæorum.

Fuit omnino excellens gloria populi Iudaici, quod voluntatem Dei in verbo expressam habuerunt, & in omni genere officiorum certo sciuerunt, quid Deo placeret, quid displiceret. Hinc est quod Moyses inquit, commendans doctrinam populi Iudaici: *Hæc est sapientia & intelligentia vestra coram populis qui audiunt omnia statuta ista, ut dicant, duntaxat populus sapiens*

piens & intelligens est gens hac magna. Deut. 4. v. 6. Et David Psal. 147. v. 19. *Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel: Non fecit taliter nationi, & iudicia sua non manifestavit eis.* Hæc Prophetæ ideo prædicabant, ut Deo pro immensa bonitate gratias agerent, tum ut Iudæos admonerent de agenda seria pœnitentia iuxta Dei verbum: tum ut gentes ad societatem Ecclesiæ invitarent.

At Pharisei & alij istis enonomiis ad suam superbiam abutebantur. Volebant enim haberi iusti coram Deo propter doctrinæ professionem, legis divinæ agnitionem, & qualemcunque externam disciplinam. Ut igitur Paulus eximat eis hunc perniciosum errorem, ostendit illos titulos, quod Iudæus quis nominetur, teneat legem, sit præceptor insipientium, doctor imperitorum, dux cæcorum: nihil faciant ad iustitiam coram Deo acquirendam. Quia Lex, inquit, non solum scientiam & professionem, sed multo magis integram, & omnibus numeris absolutam flagitat obedientiam. A qua cum procul absint Iudæi, eo ipso quod alios legem docere conantur, seiplos accusant. Nam quod alij flagitiosi & Epicurei opere externo complent, hoc ipsi cupiditatibus pravis & errantibus motibus cordis committunt. *Qui alium doces, teipsum non doces,* inquit, hoc est, qui alium doces per legem, ut sua agnoscat peccata, quæ in moribus commisit, teipsum quoque erudire debes, te non vocare culpa, sed gerere animum variis peccatis contaminatum.

Qui dicis non furandum esse, furaris, id est, qui per legem arguis externa turba, ipse laboras culpa furti. Cum enim cor tuum sæpe titilletur avaritia, & ardeat cupiditate lucri iniusti: eum negare non possis, te concupiscere rem proximi tui, tu quoque furtives reus.

Qui dicis non adulterandum, adulterium committis, id est, tu sentis in corde tuo impuras libidinū flammæ. Ergo violas sextum præceptum, quod totius cordis & animæ puritatem flagitat.

Qui idola exatraris, sacrilegium committis. Cum enim peccus tuum sæpe dubitet de Deo, cor tuum in afflictione fremit aduersus Deum, superbe confidas tuis viribus, dubites de promissione Dei: Spolias Deum sua gloria, & arguis eum mendacii, quod est sacrilegium omnium sceleratissimum. Nihil ergo iuvat Iudæos in iudicio Dei, quod legem tenent, quin per eam grauissime accusantur.

Prorsus idem hoc loco vrget Paulus, quod filius Dei tradit Matth. 5: cum legem exponit, & Phariseorum corruptelas refellit. Sic enim ait: *Audiuistis quod dictum sit antiquis: Non occides: Ego autem dico vobis, quicquid irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio.* Item: *Audiuistis quod dictum sit antiquis: Non machaberis: At ego dico vobis, quicumque aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo.* Hoc est: Lex diuina non tantum externam qualemcunque disciplinam flagitat: Sed multo magis integram, internam cordis & animæ, & externam corporis totius, atque ita perfectam, Spiritualem, & omnibus numeris absolutissimam obedientiam, iuxta sententiam: *Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima, ex totius viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum.* Cum vero nullus Iudæus hanc cordis munditiam, & integram omnium virium obedientiam præstet, fateri omnes necesse est, quod carent iustitia legis, & sint rei coram Deo.

Huic argumento sumto ex ipsos Spirituali legis iudicio, adiungit testimonium ex Ezzechiele cap. 36. v. 23. quo simul probat Iudæos non impleuisse legem, quia propter ipsorum impietatem & scelera, gentes blasphemarint nomen Dei. Ex hoc loco testimonium potest peti de tertio vsu legis: qui est docere renatos, quæ opere placeant Deo. Cum enim Paulus fateretur Iudæotum ex lege cognoscere Dei voluntatem, & pro-

bare ea quæ præstent, & esse ducem cæcorum: *lumen eorum qui versantur in tenebris, eruditorum insipientium, magistrum imperitorum, & haberi formam cognitionis, qua omnia legis doctoribus concedit,* fateretur omnino legis hunc esse vsum, ut Ecclesiam erudiat, qui cultus & quæ opera Deo placeant, quæ peccata sint vitanda. Nec refert quo Paulus cum Iudæis agit, qui legis notitia superbiebant, & ita a Dei iustitia erant alieni: Nam si impiis Iudæis propter legem hunc titulum concedit, quod sint Magistri imperitorum; quanto est verius, legis sapientia pios & ad Christum conuersos erudiri de obedientia Deo præstanda.

25. *Circumcisio quidem prodest, si legem obserues: Si autem transgressor legis fueris, circumcisio tua praputium facta est.*

Altera Iudæorum gloriatio fuit, quod non solum legem docerent, sed etiam ritibus & ceremoniis a Deo institutis, & in primis circumcissione essent ab omnibus gentibus circumcisis, distincti. Adfingebant enim his ceremoniis, quod essent iustitia coram Deo, & cultus quibus Deus vnice delectaretur: & quod Deus propter has ceremonias Iudæos pronunciatet iustos. Quemadmodum omnibus temporibus huiusmodi errores adfingit mundus ceremoniis. Sic Baalitarum mastrationibus pecudum tribuebant iustitiam. Sic Pontificij nostra ætate fingunt ritus Missæ, & ceremonias monachorum, esse iustitiam coram Deo, mereri remissionem peccatorum & vitam æternam: & esse cultus Dei necessarios. Quidam eo impudentiæ, abripiuntur, ut asseuerent, valere ceremonias ex opere operato sine motu bono vtentis, & mereri corporalia & Spiritualia beneficia. Similes errores & circumcissioni adfingebant Iudæi. Paulus ut obtineat suam propositionem, Iudæos carere iustitia coram Deo: refutat opinionem falsam de circumcissione, & docet, eam non esse iustitiam coram Deo. *Circumcisio, inquit, prodest, sed hac conditione, si totam præstiteris legem.* Circumcisio enim est tantum vana pars legis: quod si te abstineas ab adulterio & furto, contamines autem te cæde: non potes gloriari te iustum esse, & legem impleuisse. Ita nisi simul totam legem seruaeris iuxta omnia præcepta, nihil iuvat te ad obtinendam legis iustitiam, quod sis circumciscus.

Habebat quidem circumcisio & alium finem, de quo Paulus agit cap. 4. vbi dicit, *fuisse circumcissionem sigillum iustitiae fidei:* Sed quia nunc contra eos disputat, qui propter circumcissionem, vendicabant sibi iustitiam coram Deo, relinquit alterum vsum, qui ad promissionem Euangelii, & credentes in Mediatorem pertinebat. Hic satis est Paulo ad retundendam Iudæorum falsam fiduciam, demonstrasse quod circumcisio non sit integra legis impletio, nec quisquam propter eam sit iustus coram Deo. Et grauis est sententia quod dicit: *si transgressor legis fueris, circumcisio tua in praputium reputatur.* Hinc enim sequitur nihil prodesse nobis ad obtinendam iustitiam coram Deo, etiam si aliqua legis opera præstiterimus, nisi totam legem impleuerimus. Nam qui peccat in uno, omnium est reus. Iacob. 2. v. 10. Impossibile est igitur ex operibus iustificari hominem: nam quotidie in multis delinquimus omnes. Cumq; Iudæi negare hoc non possint, vana est gloriatio omnis, quæ de circumcissione instituitur.

Tractari hic solet doctrina de Ceremoniis, de De Ceremoniis. Sed prima genera ipsa discernenda sunt: Aliæ enim ex presse diuinitus sunt mandatæ, vt in veteri testamento circumcisio, oblationes victimarum, libamina, in-

Si Iudæis impiis Lex est norma operū multo magis Christianis.

II. Gloriatio Iudæorum ex ceremoniis.

Baalitarum.

Pontificij.

Circumcisio non est iustitia Legis.

Alter circumcissionis finis,

Genera Ceremoniarum.

Iudæi docendo Legem se accusant.

Lex obedientiam postulat spirituales.

Tertius Legis vsus confirmatur.

ensa & similia. In nouo testamento baptismus & cœna Domini. Aliæ nec sunt mandata, nec prohibita: sed autoritate humana boni in ordinis causa instituta in Ecclesia &c. Aliæ profus pugnant cum mandato Dei.

Primum genus.

Quod ad *primum genus* attinet, Ceteroniam diuinitus mandata omnino obseruanda sunt, nec possunt sine peccato mortali omitti, nisi interueniente aliquo casu necessitatis. Deo enim præstanda est obedientia. Circumcisio fuit Ceremonia veteris testamenti. Ac diserte dicit Deus, *si masculus non fuerit circumcisus die 8. excindetur de populo suo.* Sed homines impii & prophani varios adfingebant huic Ceremoniæ errores. Imaginabantur enim esse iustitiam coram Deo, mereri remissionem peccatorum, valere ex opere operato. Sine pœnitentiæ moribus, esse per se cultus, quibus Deus vnice delectatur: hos errores sæpissime taxant Prophetæ, vt Mich. 6. *Numquid placari potest Dominus in millibus arietum: Iere. 7. Holocausta vestra addite victimis vestris, & comedite carnem quoniam non sum locutus cum patribus vestris, neq; præcepi eis de ratione victima, nimirum hoc sensu.* Item: Psalm 50.

Ceremoniæ sine fide non placet Deo.

Numquid comedam carnem taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Sciendum est igitur, ceremonias à Deo mandatas non placere Deo, neq; in veteri neq; in nouo testamento, nisi fiant prælucente fide in Mediatorem Iesum Christum. Neq; Baptismi, neq; cœnæ Domini vsus placet Deo, aut est efficax ad salutem, nisi accedat vera fides in Mediatorem Iesum Christum. Hic est enim finis illarum ceremoniarum, vt iis fides in Mediatorem Iesum Christum accendatur, alatur, & confirmetur.

II. Genus ceremoniarum.

Alterum genus est Ceremoniarum, quod non est mandatum à Deo: sed humana autoritate vel à pastoribus vel ab Ecclesia institutum, boni ordinis causa, nec pugnat cum aliquo Dei mandato. Vt cum Paulus Corinthiis distribuit lectionum in Ecclesia concinnum ordinem: Timotheus Ephesiis, Titus Cretensibus. De his sciendum est, Pastoribus piis & Ecclesiæ licere instituere Ceremonias, quæ non pugnant cum verbo Dei: Sed seruiunt bono ordini & decori. Paulus enim inquit. *omnia fiant apud vos ordine & decenter.* 1. Cor. 14. v. 40. Sed nequaquam docendum est, quod sint iustitia coram Deo, aut quod mereantur remissionem peccatorum, aut quod per se sint cultus placetes Deo ex opere operato: aut quod sint necessariae ad consequendam salutem, aut quod in omnibus locis oporteat esse similes. Hi perniciosi errores profus sunt fugiendi: pugnant enim cum expresso Dei verbo, & cū libertate Christiana. *Nemo vos iudicet,* inquit Paulus, *in cibo aut potu, aut vicissitudine dierum festorum.* Coloss. 2. v. 16. Itaq; extra casum scandali licet humanas illas Ceremonias omittere. In casu vero Confessionis, non solum ad externas Ceremonias, Sed ad liberam Confessionem nominis diuini respiciendum est: ne illa vlllo modo obscuretur. Sed de hac doctrina copiosius dicetur volente Deo in capite: 14.

III. Genus ceremoniarum.

Tertium genus est, quod institutum ab hominibus pugnat cum aliquo expresso Dei verbo. Huic Ceremoniæ non solum non parendum, Sed etiam contradicendum est. Nam oportet Deo magis obedire, quam hominibus.

26. *Quod si igitur præputium ius legis seruet, nunquid præputium eius pro circumcissione imputabitur.*

27. *Et iudicabit præputium, quod ex natura est, & legem seruat, re qui per litteram & circumcissionem transgressores legis.*

Ambrosius.

Placet mihi hoc loco Ambrosii expositio, qui hæc Pauli verba iuxta Euangelium interpretatur, quod tandem totius legis sententia est referenda. Nam finis

legis est Christus. Et memorabilis est sententia, quam ponit Ambrosius. *Omnis salus in lege de Christo est. Hic enim seruat legem, qui credit in Christo. Si autem non credit, transgressor est legis: quia non recipit Christum, quem Lex ad iustificationem venturum cecinit, quam ipsa dare non potuit.* Est ergo sententia Pauli: Quod si Ethnicus non circumcisus iustitiam legis seruarit, sane præputium eius in circumcissionem imputabitur: & condemnabit te Iudæum, licet circumcisum, qui non seruas legem, hoc est, præputiū non impedit iustitiam vel salutem, modo Lex præstetur. Neq; iuuat circumcisio si lex non præstatur. Hic vero nunc querendum est, quomodo gentilis præstet iustitiam legis: Cum Ambrosio respondeo: hic seruat legem, qui in Christum credit: hoc est, si gentilis non circumcisus ex lege agnoscat sua peccata, expauescat irā Dei, & metuat præsentis & æternas pœnas: Deinde confugiat ad Mediatorem Iesum Christum, vera fide, qui pro omnibus & totam impleuit legem, & vitam æternam sua obedientia & passione promeruit, is legis impletionem habet: Imputatur enim illi filii Dei obedientia. Paulus inquit: *Christus de peccato damnauit peccatum, vt iustitia legis impleretur in nobis.* Rom. 8. v. 3. 4. Item: *eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum, vt nos fieremus iustitia Dei in ipso.* 2. Cor. 5. v. 21. Hoc modo gentilis conuersus per fidē ad Deum, & impletionem legis ornatus imputatione iudicabit Iudæū circumcisum, qui multū de hac cerimonia gloriatur: sed transgressor est legis, non solum peccando contra legē: Verum etiam dum Pædagogū ducentem ad Christum non sequitur. Alii intelligūt hunc locū conditionaliter hoc sensu: Si dari posset gentilis, qui totā legem præstaret, is sane iustus esset corā Deo, etiam si non esset circumcisus. Nā Lex præcipue hoc flagitat vt integrā præstemus obedientiam: Et longe præstantior est coram Deo legis impletio, quā circumcisio. Frustra igitur tu Iudæe de circumcissione gloriaris, nisi & integram obseruaueris legem. Satis concinna est & hæc sententia: conuincit enim Iudæos propter circumcissionem coram Deo non esse iustos. Sed Ambrosii explicatio magis mihi placet propter sequentem locum de distinctione inter carnalem & spiritualement circumcissionem.

Quomodo gentilis legem præstet.

Aliorum explicatio.

28. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; qua in manifesto in carne circumcisio:*

29. *Sed qui in occulto Iudæus est, & circumcisio cordis, in Spiritu, non littera: cuius laus nō est ex hominibus, sed ex Deo.*

Insignem hic tradit doctrinam de discriminē inter externam Professionem & titulum, & inter internos Spirituales motus cordis. Fuerunt omnino præclara Dei beneficia, quæ contulit Deus in gentem Iudæicam. Nam in hoc populo sese admirandis modis patefecit, huic genti dedit promissionem, in hac repetiuit legem, & hūc populum seiunxit ab omnibus alijs gentibus circumcissionis ritu. Sed hæc omnia eo spectabant, vt pœnitentiam agerent, peccata sua agnoscerent, & à promissio mediatore iustitiam & salutem peterent. Verum Iudæi secui neglecto hoc sine præcipuo, abutebantur Ecclesiæ titulo, & fingebant se propter externam professionem & ritū circumcissionis coram Deo esse iustos. Hunc errorem vt refellat Paulus, docet, magnum esse discrimen inter externos ritus, & internam iustitiam ac motus Spirituales. Externæ Ceremoniæ absq; fide existere possunt. Iustitia vero coram Deo ex fide est, qua cor vera fiducia apprehendit mediatoris beneficia. Sic alibi Paulus: *Non omnes qui sunt ex Israël, sunt Israël: neq; quia sunt semen Abrahæ, statim omnes filii:* Rom. 9. v. 6. 7. hoc est, multum differunt Israelitæ circumcisi, & externa professione socii huius populi, ab illis qui Spiritu sunt renati, & sequuntur vestigia fide Abrahæ. Christus de

Discrimen inter verā & simulatam pietatem.

Iudæorum simulata pietas.

Vera pietas.

Nathanaele dicit: *Ecce verus Israelita, in quo non est dolus.* Ioh. 1. v. 47. Quo dicto notat eos simul, qui titulum quidem Ecclesię vsurpant, sed à veris pœnitentię motibus sunt alieni.

Externus & internus iudæus.

Sic & hoc loco discernit Apostolus Paulus Iudæum externum ab interno: *Non is, inquit, Iudæus est, qui in aperto, neq; circumcisio qua in manifesto in carne fit, hoc est, non is est viuus Ecclesię membrum, & iustus reputatur coram Deo, qui externa professione est Iudæus, & iuxta legem est circumcisus: Sed qui in occulto est Iudæus: & circumcisio cordis in Spiritu, non litera, hoc est, is verus est Iudæus, qui Deo est cognitus & probatus: qui Spiritu est renatus: Qui corde est circumcisus in Spiritu, hoc est, qui serio iuxta legem agit pœnitentiam, metuit Dei iram, petit à Deo veniam peccatorum, & firma fiducia credit in filium Dei mediatorem, atq; ita Spiritu regeneratus ducitur iuxta Dei voluntatem. His internis motibus à Spiritu Sancto in corde accensis, delectatur Deus, non illis externis Ceremoniarum laruis.*

Hinc illę sunt Prophetarum conciones, vt Deut. 10. v. 16. *Circumcidite praputium cordis vestri & circumcitem vestram ne induretis amplius.* Item: Ioc. 2. v. 13 *Scindite corda vestra & non vestimenta vestra.* Item, Iere. 9. v. 26. *Omnes gentes habent praputium: Omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.* Item: *vbi habitabit dominus? In Spiritu contrito & tremente sermones eius* Esa. 66. v. 2. Frequentissimę sunt hæ Prophetarum conciones, quibus persuasionem de iustitia coram Deo propter externos ritus refutant, & seuerè postulant, viuos & Spirituales cordis motus, tum contritionis, tum verę fidei. Vt Psal. 145. v. 18. *Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: innocantibus eum in veritate.* Item: Christus: Ioan. 4. v. 23. *Veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & veritate.*

Verus & simulatus Christianismus.

Quod hic Paulus pronunciat de Iudaismo: hoc etiam de Christianismo intelligamus: Non enim qui in manifesto est, statim est Christianus: id est, non iudeo verum est te esse viuum Ecclesię membrum, quod es Baptizatus, profiteris nomen Christi, frueris societate Ecclesię, accedis ad sacram Synaxin. Sed qui in occulto est, hoc est, necesse est te corde esse Christianum, te veram agere pœnitentiam, te regenerari per Spiritum sanctum, te vere credere in Mediatore Iesum Christum, & duci Spiritu Christi. Hi cordis tui Spirituales, & viui motus non possunt nisi à Deo *εξαρτησθαι* cognosci & diiudicari. Veri igitur Christiani sunt populus occultus, qui soli Deo est cognitus, iuxta dictum: *Fundamentum firmum est habens hoc sigillum Dominus nouit suos.* 2. Timo. 2. v. 19.

Opus operatum.

Valide hic confutatur error monachorum, qui finxerunt Sacramenta, & ritus externos valere in nouo testamento, esse coram Deo iustitiam & cultus, & mereri vitam ex opere operato, sine bono motu vtentis. Si enim circumcisio externa à Deo mandata, & patribus data nihil valet apud Deum, nisi & accedat Spirituales cordis circumcisio: Ergo nec alię ceremonię siue sint à Deo siue ab hominibus institutę, Deo placere possunt, nisi fiant prælucente vera fide in Mediatorem Dominum nostrum Iesum Christum.

Origenis de prauatione.

In Spiritu non litera: plane deprauat hunc locum Origenes, qui literam hic intelligit Grammaticum seu historicum sensum scripturę: Spiritum vero allegoricam interpretationem, & figurarum concinnam expositionem. Vt si historiam Abrahamę, mariti Sarę liberę, & Hagar ancillę. Primum iuxta Grammaticam intelligas de ipsa re, quę sic est gesta: hoc vocat literam. Quando vero Paulus *ἀδυνατείαν* istius historię monstrat, de duobus testamentis, vno quod generat ad seruitutem, altero quod generat liberos, hoc nominat Spiritum. Atq; hanc verborum Pauli ineptam de prauationem multi sunt secuti.

Itera quid Paulo.

Longe vero aliud vult Paulus his vocabulis. Quia enim tota Lex Moſis cum omnibus sacrificiis, Cere-

moniis, circ amcisione, & omnibus exercitiis, non adfert homini iustitiam, & vitam: sed relinquit eum in morte & peccato: Quia etiam nullius hominis vires tantę sunt, vt quis Spirituales & viuos motus inchoare, vel in se excitare possit: Paulus totum hoc, quod Lex efficit, nimirum quod aliquomodo cœceret homines disciplina, quod extorquet qualemcunq; externam iustitiam, studium, conatum, liberum arbitrium, voluntatem, doctrinam, sapientiam, virtutem, & quicquid in homine non renato existeret, & lege ex primi potest vocat literam, id est, vmbra, rem mortuam, non viuam.

Spiritum vero vocat ipsum Spiritum sanctum, qui Spiritus prædicatione Euangelii datur, & per fidem accipitur. quid. Et deinde nouam lucem, iustitiam, vitam, læticiam, pacem conscientię, & similes viuos cordis motus, qui per Spiritum sanctum accenduntur, & sunt vitę æternę initium. Quemadmodum & Christus loquitur: *Quicquid ex carne nascitur, caro est: Quicquid ex Spiritu, Spiritus.* Ioan. 3. v. 6. *Et veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & veritate:* v. 23. Hic spiritus & veritas, opponuntur carni, mendacio, simulationi, vmbrae, literę.

CAPVT III.

1. *Quid est igitur in quo præcellat iudæus? Aut qua utilitas est circumcisionis?*
2. *Multum per omnem modum. Nam primum quidem illud est, quod illis commissa sunt oracula Dei.*

Postquam refutauit Paulus inanem persuasionem Iudæorum, qua fingebant se propter circumcilionem esse iustos coram Deo: & luculenter demonstrauit Iudæos in lege eruditos & circumcisos, non magis esse iustos coram Deo, quam Ethnicos, qui & lege carebant & circumcissione: Videt statim exoriri hanc quæstionem: Cur ergo promulgata est Lex? Cur instituta circumcisio? Cur condita est à Deo tanta pompa, & tantis miraculis defensa & propagata est politia Mosaica? Ad hanc quæstionem instituit quidem & inchoat responsionem, non tamen eam hic integre pertexit: sed differt eam in locum commodiorem, videlicet cap. 9. Hic breuiter attingit quædam & statim transit, ne interrumpatur principalis disputatio de iustificatione.

Occupatio.

Iudæus, inquit, multum per omnem modum præstat gentili, & grauiſsimę sunt causę constitutę Politie Mosaicę, & promulgatę legis & institutę circumcisionis. *Nam primum credita illis sunt oracula Dei,* id est, sunt constituti custodes doctrinę cœlestis. Gentes plane caruerunt omni notitia Dei, & fuerunt alienę à testamentis Dei: At in populo Israel Deus se se admirandis modis patefecit: Ipse locutus est cum patribus, promissionem de Messia alligauit ad familiam patrum, propria voce legem repetiuit, excitauit in hoc populo excellentes Prophetas, sæpe ornauit hunc populum præclaris victoriis, constituit in ea regnum, dedit huic Ecclesię certam sedem: & innumera sunt beneficia, quę Deus in hunc populum contulit sed omnium summa gloria fuit, quod essent constituti custodes promissionis, & quod Messias de semine Abrahamę erat nasciturus: Hinc est quod Christus inquit: *nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudais est.* Ioh. 4. v. 22. Docet ergo hoc loco Paulus, propter quas causas constituta sit à Deo politia Mosaica: & semen Abrahamę in populum Dei peculiarem electum.

Præstantia iudæorum.

Vt insignis Pauli sententia attentus possit expendi, hæc 4. (causę) pie considerentur.

Causę ob quas Constituta Mosaica Politia.

CAVSÆ CONSTITVTÆ politie Mosaicę.

Prima ac præcipua causa, cur Deus Abrahamum & eius posteritatem in peculiarem populum elegerit, sit,

1. Vt promissio Messis sit,

Et eumque certis legibus & Ceremoniis à reliquis gentibus seiuixerit: fuit hæc, vt nimirum promissio de Mediatore liberaturo genus humanum diligentius adseruaretur, vt sciri posset, ex qua familia nasciturus esset Messias & quo tempore aduenturus, vbi docturus & editurus miracula: vbi inchoaturus regnum suum: vbi passurus & resurecturus. Idecirco toties in hoc populo est repetita promissio, & subinde noua indicata est circumstantia, vt Messias tanto facilius inueniri posset. Nathan monstrat familiam Messiae: Micheas locum natiuitatis: Haggæus templum: Daniel momentum temporis, quo aduenturus erat: Zacharias ciuitatem, quam insidens asino erat ingressurus. Quæ omnia eo spectabant, vt promissio de venturo Messia diligenter adseruaretur. Et hoc est quod Paulus dicit, *commissa esse Iudæis oracula Dei*, id est, custodiam promissionis de Messia.

II. Vt Ecclesia esset conspicua.

Secunda causa voluit Deus conspicuam esse Ecclesiam in orbe, quæ ipsum vere inuocat, & de ipsius veritate dicit testimonium. Ideoque hunc populum peculiarem elegit, & circumcisione distinxit ab aliis gentibus, excitauit in hoc populo reges & Prophetas excellentes sapientia & claris miraculis, vt celebres essent, & fide digni testes de doctrina promissionis. Sæpe etiã magnis victoriis hunc populum ornauit, vt per Ecclesiam fama promissionis quã latissime spargeretur.

III. Vt Gentes conuerterentur.

Tertia causa præclaris & multiplicibus beneficiis in populum Iudaicum collatis, voluit Deus reliquas gentes inuitare ad societatem veræ Ecclesiæ, atque illis occasionem dare inquirendi promissionem de Messia.

IV. Vt Lex intelligeretur.

Quarta causa vt populus legis, periculum faceret, an obedientia sua legem implere, & vitam æternam consequi posset: & tandem legis mole oppressus, non tantum ipse ad Mediatorem Christum vera fide confugeret: verum etiam gentibus argumento esset, quod nulli hominum possibile sit per legem vitam æternam adipisci: Vnde Petrus Act. 15. v. 10. *Cur gentibus imponitis onera legis? quod neque nos, neque patres nostri ferre potuimus.*

Has grauissimas causas complectitur Paulus breui dicto: *Commissa sunt eis*, inquit, *eloquia Dei*: Verum hæc vt sunt verissima & maximi momenti: tamen hoc nequaquam efficiunt, vt Iudæi propter circumcisionem iusti sint coram Deo: sed prædicant Dei immensam erga Iudæos beneficentiam, & demonstrant Iudæorum felicitatem, quam ex promissione, cuius fuerunt custodes, habuerunt: & omnium grauissime arguunt Iudæorum malitiam & impietatem, qui tantis propter promissionem cumulati à Deo beneficiis, tamen eam furenter spreuerunt: & propriam iustitiam stabilire conati sunt.

3. *Quid enim si quidam illorum non crediderunt: num incredulitas ipsorum, fidem Dei euacuauit? Absit.*

Occupatio.

NÉ quis obiciat, Maiorem partem gentis Iudaicæ fuisse securam & impiam, & contempsisse promissionem: Ideoque eam fuisse irritam: respondet Paulus: Deum nihilominus ex immensa sua bonitate persistisse in proposito suo colligendi Ecclesiam, & mittendi Mediatorem, & eo usque conseruandi politiam Mosaicam. Atque ita Dei immensam misericordiam ex contraria ingratitude & impietate Iudæorum mirum in modum amplificat. Iudæi enim subinde rebelles Deo extiterunt, vt testis est historia Moysis. Sæpe proiecerunt veram de Deo doctrinam & verum cultum: vt temporibus Iudicum, sinxerunt idola & cultus, sine, imo contra verbum Dei, Vt Ierobeam, Ahas, Achab, Manasse, & alii trucidarunt Prophetas, contaminarunt se variis sceleribus, adeo vt sæpe peiores essent gentibus: nec tamen mutauit Deus consilium & voluntatem suam, de mittendo Messia ex stirpe Abraham & Dauidis: Sed clementissime seruauit promissionem, etiam si non tantum gen-

tes, Sed etiam Iudæi ea essent indigni: Deus enim non mutat propositum suum: nec promissa sua retractat.

Ampla doctrina in hoc breui Apostoli dicto continetur. *Primo* enim hic ostenditur impietas, & alia grauissima peccata Iudæorum. Cum enim ingens esset Dei beneficium, quod sese tam illustribus testimoniis in hoc populo patefecit, tot excellentes excitauit inter eos Prophetas: toties repetiuit promissionem de Messia: tam euidentia edidit inter illos miracula: tam admirabiliter eos protexit, & in medio ipsorum habitauit: decussit Iudæos singulari pietate & reuerentia, ista omnia agnoscere, & gratis pectoribus celebrare, & illis summis beneficiis ad exercitia penitentiae uti: sed tanta fuit malitia, securitas, & impietas in ipsis, vt Deum maiore sæpe contumelia adficerent, quam gentes. Et Prophetas eius rabiosissime persequerentur. Hinc ergo liquet Iudæos non propter circumcisionem, aut reliquas politiam Mosaicæ leges, coram Deo iustos esse: sed multo grauius eos accusari.

Accusatio Iudæorum impietatis.

Deinde consolationem ingentem suppeditat nobis Paulus in his verbis: Cum anxie mentes intuentur horrendam ingratitude mundi erga immensa Dei beneficia: ac considerant maximam partem contemnere Dei patefactiones, ridere promissionem Euangelii, non curare æternæ vitæ bona, relicere oblatam salutem, persequi immani odio & furore veritatem, & eius fidos præcones, & variis sese contaminare sceleribus: expendunt etiam ne pios quidem satis firmiter amplecti promissionem: nec satis diligenter tueri conscientiam puritatem, magna sollicitudine inuoluunt, ne Deus propter mundi extremam impietatem & piorum imbecillitatem & lapsus retractet suam promissionem, & abiciat consilium de collectione Ecclesiæ. Intelligunt enim vniuersum mundum indignum esse hoc tanto beneficio: hinc sunt illi profundi gemitus. Psal. 77. v. 8. *Nunquid in æternum proiciet Dominus, & non aduertet vt beneuolus sit amplius? nunquid deficiet in æternum misericordia eius? & nunquid desit promissio in generationem & generationem? Quam anxio animo trepidat Moses, cum audit à Deo, quod cogitet delere totum populum, quod nolit cum eis proficisci?*

Solacium Deum non abiecit Ecclesiam.

Huic ergo grauissimæ tentationi opponit summam hanc consolationem Apostolus, quod nimirum diffidentia hominum non infringat fidem Dei, id est, etsi Deus vehementer irascitur diffidentia & sceleribus mundi: tamen propter ea nequaquam retractat suam promissionem, & consilium de mittendo Messia, & per eum colligenda Ecclesia. Deus non patitur fontem suæ bonitatis obstrui hominum impietate, nec mutat ille suum propositum. Etsi igitur nunc in vltima mundi fece viuamus, & scelera hominum in infinitum crescant: tamen certo statuamus Dei tantam esse bonitatem, vt non sit passurus deleri suam veritatem, aut prorsus opprimi Ecclesiam. Infideles quidem & impii non fiunt participes vitæ & regni Christi. Nam illi quo ad se attinet, irritam faciunt promissionem: semper tamen aliqui erunt, qui beneficia Mediatoris amplectentur: & per fidem hæredes fient æternorum bonorum.

4. *Set potius Deus verax: Omnis vero homo mendax.*

PAulus vult certitudinem promissionis diuinæ non ab hominum indignitate: sed à Dei veritate æstimari: promiserat Deus se missurum mediatorem: ideoque mitti eum oportuit, qualescunq; fuerunt Iudæi. Sic promisit Deus seruaturum se Ecclesiam omnibus temporibus: Erit ergo & manebit, qualescunq; extiterint furores mundi.

Certitudo promissionis diuinæ à veritate Dei æstimanda.

Tristissima est autem descriptio & accusatio generis humani, quod citans ex Psalm. 116. v. 2. dicit: *Omnis homo mendax est.* Indicat enim non tantum Iudæos esse peccatores: sed totam nostram naturam esse indignam beneficio Dei, esse contaminatam peccato,

Tristis generis humani descriptio.

carere

Nō tantum de actuali loquitur sed & de originali.

Lux naturæ in spiritualibus tenebræ & mendacium.

carere iustitia vera, & esse à Deo alienam. Loquitur enim Paulus non tantum de peccato actuali, aut de civilibus negotiis: sed de vicio Originis, & summis animæ potentiis: & in primis accu at eam, quod caret vera Dei notitia, quod plena sit erroribus & dubitationibus de Deo, quod abhorreat à veritate Spiritus, & delectetur blasphemias, idolis, erroribus pugnantibus cum verbo Dei: quodq; errores pertinaciter contra verbum Dei defendat. Quærent homines quanta sit lux reliqua in homine, & multi lumen naturæ admirantur: *ὁ λόγος θεὸς τὰ ἄερα φεραλαί* inquit ille. Quod si hæc sententia de discrimine honestorum & turpium intelligatur de vita civili, aliquo modo tolerari potest. At si ad agnitionem Dei, & iustitiam coram Deo transferas, fallissima est. Nam in spiritualibus omnis homo est mendacium, & nihil nisi tenebræ: nihil videt, nec intelligit, nec ad probat, nisi mendacia & blasphemias. Mendax vero caret iustitia coram Deo: Nam mendacium non solum est horrendum peccatum: Verum etiam radix, ex qua omnis generis peccata nascuntur. Ita Paulus tubindè vrget principalem scopum suæ disputationis.

Psal. 51. v. 6. 4. *Quemadmodum scriptum est, ut iustificeris in sermonibus, & vincas cum iudicaris.*

ET accusationem totius humanæ naturæ, & consolationem, quod nihilominus constet Dei veritas, atq; etiam nostra Confessione illustretur, probat altero scripturæ testimonio. Dauid cum in summo dolore esset propter lapsum, & sentiret iram Dei, paulo propius tanti mali fontem adspexit, & naturæ humanæ prauitatem considerauit. Ingenue itaq; confessus est suam immundiciem: & tribuit Deo laudem iustitiæ. Fatetur se reum esse, se iuste accusari & puniri. Agnoscit veras esse vniuersas legis comminationes: Deinde etiam promissionem Euangelii certam & indubitatam esse. *Vt iustificeris*, id est, ideo edo hanc Confessionem mei peccati, & corruptæ meæ naturæ, vt constet te Deum esse veracem, iustū, & bonum in sermonibus tuis. Quando totum genus humanum accusas de peccato, & testaris nullum esse iustum in conspectu tuo. Iudicium tuum rectissimum est: qui vero se ipsos iustificat mendaces sunt. Deinde cum offers iustitiam tantum in filio Mediatore, per fidem sine operibus iustissime pronuncias.

Et vincas cum iudicaris, hoc est, superba hominum natura non submitit se Dei iudicio: non assentitur accusationi legis, quæ clamat omnes esse peccatores: Imo cōtendit se magna ex parte iustā & innocentem esse: Deū vero accusat crudelitatis & iustitiæ, qui multos homines preter meritum puniat, & calamitatibus & morte oneret. Sic Palamedes, Miltiades, Iphicrates, Antigone, Othavia, Pompeius, Cicero, Cato, &c. horribilem ferunt de Deo sententiam: quia non agnoscunt peccatum: Sed Dauid dicit, *vincere Deum cum iudicatur*: Psal. 51. v. 6. quando expenditur peccatum in natura humana hærens, tum conspicitur æterna Dei iustitia, quod nemini iniuriam faciat.

Manasses agnoscens sua peccata, fatetur iustum esse Deum. Sic fratres Iosephi, cum hærent in periculo, & memoria repetunt scelus suum, tribuunt Deo laudem iustitiæ. Sic Mauricius imperator, cum filii & filiarum eius, ac deinde coniunx in conspectu eius à Phoca tyranno trucidarentur, & tandem ipse quoq; ceruicem carnifici præbere cogeretur, clamauit: *Iustus es Domine & Rectum iudicium tuum*: Psal. 139. v. 137. Insigni exemplo penitentia agnouit Imperator Mauricius, etiam si tristissimam calamitatem sustineret, sibi tamen à Deo non fieri iniuriam, non se premi nec puniri præter meritum. Intellexit aliquomodo magnitudinem suorum peccatorum: memoria repebat se auaritia sua multa millia hominum perdidisse: Et non solum in tanto imperio sæpe contra Deum

deliquisse, sed immundam plane gerere naturam, & se infinitis peccatis contaminatum esse, se præsentis, & æternas pœnas meritum. Tribuit igitur Deo laudem iustitiæ, quod iustissime iudicet, & hominum peccata non relinquit impunita. A deo conspectus nostrorum delictorum, & confessio commendat Dei iudicium, iustitiam & veritatem.

Hanc vero laudem iustitiæ tantum homines conuerſi ad Deum & fide apprehentes beneficia Mediatoris, tribuunt Deo: Cateri omnes Deum arguunt iustitiam mendacii, & insimulant iniustitiæ. Primum enim Hypocritæ non agnoscunt suam immundiciem, & naturæ prauitatem: non fatentur se æternas & præsentis pœnas meritos esse: sed potius tument opinione iustitiæ & sanctitatis: ac sibi persuadent, se non solum nullo supplicio dignos, sed & huius vitæ bona & cœlum ipsum meritos esse. Hi cum adiunt à Prophetis & Apostolis atrocibus verbis accusari totam hominis naturam, & omnes adiudicari morti, indignissime ferunt, & Spiritus sancti accusationem mendacii arguere conantur. Ac quod si morbis & aliis ærumnis premantur, grauissimam sibi iniuriam fieri conquerrunt. Talis fuit Phariseus Luc. 18. Ita adfecti sunt Monachi, qui abstinent se ab externis sceleribus, & omnes iustitiam.

Alii qui negare non possunt, se sceleribus iram Dei accendisse, & pœnas graues, quas sustinent meritos esse: cum hærent in pœnis, non tamen tribuunt Deo laudem iustitiæ: Sed potius accusant eum crudelitatis, vt qui miseram naturam supra modum oneret, & in exercendo iudicio & pœndis pœnis iustitiæ & æquitaris metam transgrediat. Nō enim intelligunt atrocitatem & turpitudinem peccati: non intuentur altitudinem iudicii diuini, nec magnitudinem iræ Dei aduersus peccatum considerant. Saul, Achab, Iezebel, Zedekias, Achitophel, Iudus, non ignorant se iram Dei prouocasse, & sceleribus suis attraxisse sibi calamitates: Et tamen fremunt aduersus Deum, tamque tyrannum sæuum, qui modum in puniendo excedat, & longe inclementius eos tractet, quam meruerint.

A deo cæca mens hominum, quia peccatum non intelligit, nec videt iudicii diuini profunditatem, Deum semper iniustitiæ accusat. At Spiritus sanctus ministerio verbi accendit hanc lucem in mente, vt homines videant aliquo modo quam procul natura humana absit à perfectione legis: quam tercia res sit peccatum: quanta seueritate Deus irascatur peccato: quod ira Dei sit ignis consumens: & quod homo non solum præsentis, sed etiam æternos cruciatus sit meritus legis transgressione. Atq; in hac luce in mente homines accensa, & accedente simul consolatione Euangelii, quod pater æternus propter intercessionem & obedientiam filii sui vnigeniti Iesu Christi Mediatoris, velit remittere iram, & pœnas æternas condonare, incipit cor se subiicere iudicio Dei, patienter sustinet ærumnas, & tribuit Deo laudem iustitiæ.

5. *Si vero iniustitia nostra, Dei iustitiam commendat: quid dicemus? num iniustus est Deus qui infert iram? secundum hominem loquor?*
6. *Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus mundum?*
7. *Si enim veritas Dei in mendatio abundauit in gloriam ipsius, cur ego tanquam peccator iudicor.*
8. *Et non sicuti blasphemamur, & quemadmodum aliqui dicunt nos dicere: faciamus mala, vt eueniant bona: quorum damnatio iusta est.*

QVIA

refutat ra-
tionis in-
stantias.

Quia ratio humana non intelligit mysteria regni Christi, ex responsionibus datis ad obiectiones, noua textit sophismata & calumnias. Audit ratio fidem Dei adeo non infringi hominum impietate, vt magis ea illustretur. Hinc nouam quærit calumniandi causam, & obicit: Ergo peccemus, vt tanto fiat cōspectior Dei bonitas. Hanc extremam petulantiam refellit hoc loco Paulus. Primum opponit summum totius mundi iudicium:

Impossibile est iudicem totius mundi, quo nullus est superior, male agere.

Sed iudex supremus totius mundi irascitur hominum peccatis & sceleribus.

Ergo sceleribus hominum iuste infertur ira.

Deinde autoritate Apostolica compescit petulantiam humani ingenii, quæ immensam Dei bonitatē in calumniam rapit. *Quorum*, inquit, *condemnatō iusta est*: quasi dicat, omnes sanos fateri oportet, iuste eos condemnari, qui immensam Dei bonitatem blasphemant, ea abutuntur, & calumniōse interpretantur. Omnibus fere temporibus, mundus tam petulanter excepit doctrinam Euangelii, eamque est calumniatus, quasi flagitiosam morum licentiam concederet. Sic nostro tempore cum docemus, hominem gratis absque operibus, sola fide iustificari coram Deo, mox derisores diuini verbi subiiciunt. Ergo non demus operam iustitię indulgeamus ingenio, contaminemus nos sceleribus. Nam iniustitia nostra Dei misericordiam commendat. Sciamus igitur Paulum Apostolica autoritate retulisse eiusmodi blasphemias: talesque calumnias certissimum esse impietatis iudicium.

Idecirco gratuita est promissio, non vt ea ad peccandum abutamur, sed vt misericordia Dei fiat nobis cōspectior, vt beneficia Mediatoris sint illustriora, vt fides nostra in conscientię lucta sit firmitior. Nisi enim Deus gratis remittat peccata, & regnum Christi sit potentius regno peccati, & certitudo promissionis diuinę solo Dei verbo nitatur, fides certo consistere nō potest. Quo autem maior est Dei erga nos misericordia: hoc atrocius scelus est, misericordia Dei ad licentiam peccatorum abuti velle. In hunc enim finem non solum conditi, sed etiam per filium Mediatorem liberati sumus, non vt in sceleribus viuamus: sed vt Deo in iustitia & sanctitate seruiamus. Hanc sententiam Paulus hoc loco non persequitur, ne interrumpat disputationis seriem: Integre vero eam tractat, adductis multis argumentis. cap. 6. Sophisma impiorum paucis sic potest solui.

Quod Dei commendat iustitiam, non meretur eius iram.

Sed hominū peccata commendant Dei iustitiam. Ergo iram non merentur.

Resp. Est fallacia accidentis: Quod enim per se Dei iustitiam commendat, id non meretur Dei iram: Per se autem commendant Dei iustitiam, quod sit iuxta Dei mandatum, ex vera fide in Christum, & vt Deo prestetur honor. Non hoc modo, sed per accidens peccata hominum illustrent Dei iustitiam: quia sunt occasio, qua Deus ad testificandam suam bonitatem vtitur. Tanta enim est Dei sapientia, vt pessimis hominū operibus ad laudem suam vtatur. Sic etsi paupertas occasio sit diuiti, declarandę liberalitatis tamen nisi animus diuitis per se promptus sit ad beneficentiam, non est satis, esse pauperes in promptu.

Quod Paulus mentionem facit summi illius iudicii diuini, huic pertinet, vt acuat grauissimam generis humani accusationem: & commune faciat nos in hoc iudicio de omnibus rebus omnium exactissime & iustissime iudicatum iri.

regula.

Regula etiam diligenter obseruanda est: *Non esse facianda mala, vt eueniant bona.* Vult enim Deus nos parere suo præcepto, non respicere ad euentus, qui nobis ignoti sunt. In Deo quidem tanta est sapientia, vt hominum malis operibus in suam laudem vt possit. Sed hoc in hominum potestate si tum non est, nos

neq; videre, quid sit euenturum, neq; regere euentus possumus. Idecirco nobis præstanda est obediētia Deo, qui in verbo expressit, quid à nobis fieri velit. Euentus vero sunt committendi Deo.

Multipliciter contra hanc Apostoli sententiam delinquent homines. Multi enim dum metuunt ne in grauiora mala incidant, committunt quædam contra conscientiam: Aut dum sperant insigne aliquod Ecclesię emolumentum, multorum hominum conuersionem, vel regni Christi amplificationem sibi imaginantur: Colludunt eū hostibus veritatis. Omittunt necessariam Confessionem, & adprobant vel dissimulant manifestos errores. Hęc prophana consilia reluctantur hac Apostoli sententia, quæ iubet nos respicere non in euentus, qui nobis sunt ignoti: sed in expressum Dei verbum. Atque ipsa testatur experientia, non solum non sequi speratos illos euentus, cum committitur Confessio veritatis: sed multo magis hostiū animos in impietate confirmari. Non igitur sunt facienda mala vt eueniant bona.

9. *Quid igitur, præstamus? nullo modo: Nā ante causis redactis ostēdimus, & Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.*
10. *Sicut scriptū est: Psal. 14. v. 3. & Psal. 53. v. 4. Nō est iustus, ne vnus quidem.*
11. *Nō est intelligens, nō est qui requirat Deum.*
12. *Omnes declinauerunt, simul facti sunt inutiles: nō est qui faciat bonum, ne vnus quidem Psal. 5. v. 11.*
13. *Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis suis dolose egerunt: Psal. 140. v. 4. Venenum aspidum sub labiis ipsorum: Psal. 10. v. 28.*
14. *Quorum os maledictione & amarulentia plenum est. Prouer. 1. v. 16.*
15. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: Esa. 59. v. 7. 8.*
16. *Cōtritus & calamitas in viis eorum:*
17. *Et vitam pacis ignorant.*
18. *Nō est timor Dei ante oculos ipsorum, &c.*

DE NVO proponit Paulus quæstionem de prerogatiua Iudæorum: ac quia satis luculenter ostendit grauissimas causas constitutę politię Mosaicę, & exposuit amplissima beneficia, quæ Deus in gentem Iudaicam contulit, tenet suę disputationis cursum, & vrget propositum: videlicet quod Iudæi quo ad iustitiam coram Deo, non præcellant gentibus. Vtrique enim sunt peccatores. Ac Iudæis idecirco Lex data erat, vt eos tanquam assiduus Pædagogus de peccato admoneret, & ad Christum inuitaret. Quod dicit se causis redditis ostendisse nihil præcellere Iudæos, argumenta illa intelligit, quæ supra posuit: *nō auditores sed factores legis esse iustos.* rom. 2. v. 13 Itē, *circumcisionem prodasse, si tota obseruetur Lex.* rom. 2. v. 25. Sciamus igitur hęc esse argumenta validissima contra iustitiam operum.

Phrasis Apostolica *sub peccato esse*, attente consideretur & ponderetur. Significat enim peccatum esse onus intolerabile, quod ceruicibus nostris incūbit, & in extrema vsq; tartara deprimat, nec à quoquam amoueri potest propriis viribus: Immanem etiam tyrannum esse dicit peccatum, qui totum genus humanū in suam redegit seruitutem, illudque quasi in carcere, quem nullius hominis vires effringere possunt, con-

Iudæos iustitia spiritali nihil prestare gentibus.

Sub peccato esse quid sit.

clusum teneat. Extremam igitur generis humani miseriam & calamitatē describit Paulus, cum dicit, omnes esse sub peccato, hoc est, carere Dei iustitia, esse obnoxios iræ Dei & maledictioni legis, esse mancipia Sathanz, venundata sub peccato: Ad eo etiam extitum esse hominem viribus; vt se nulla ratione tyrannide peccati erueret possit: & tandē omnes propter peccatum æternæ damnationi destinatos esse. Hæc omnia complectitur Paulus hæc phrasi: omnes sub peccato esse.

Adam sentiens iram Dei, & considerans se toti posteritati attulisse æternū exitium, aspiciens deinde patricidium Cain filii: David clamitans, *non est pax ossibus meis, nec sanitas in carne mea*: Psal. 37. v. 4. Itē Histōria: *quasi Leo contriuit omnia ossa mea*, Esa. 38. v. 13. aliquomodo intellexerunt, quid sit esse sub peccato. Testimonia deinde Paulus multa coaceruat, quibus diserte probat, totū genus humanum esse sub peccato, & omnes homines solo Dominō nostro Iesu Christo excepto, carere iustitia legis.

Et quidem euidentissimū est, quod ex Psal. 14. v. 3. allegat: *Non est iustus, ne vnus quidem*. In eo enim Psalmo, Spiritus S. prorsus idē agit, quod hoc loco Apostolus Paulus. Accusat totum genus humanum de peccato & iniustitia. Deinde ostendit iustitiam & salutem venire per Christum Mediatorem. Nec sine causa Spiritus sanctus toties repetiuit generalē accusationem: *Ne vnus quidem est iustus*: Item, *Omnes declinauerunt, non est qui faciat bonum, ne vnus quidem*. Egre enim superba hominis natura submittit se huic iudicio Dei: internam immūdiem non agnoscit esse peccatum; non agnoscit se omni iustitia carere: contendit externam disciplinam esse præclaram iustitiam: sacrificiis existimat placari offensam Dei animū, & varias excogitat vias, quib. stabiliat suā corā Deo iustitiā. Vt ergo omnia effugia occludat Spiritus sanctus, toties inculcat ones esse corruptos, & carere iustitia corā Deo.

Alia testimonia ex aliis Psal. & propheta Iesa. citata, et si videtur non in genere accusare totū genus humanum, sed certorum hominum quædā atrocia scelera: tamen hoc loco non intempestiue ab Apostolo citantur, ad euincēdam naturæ humanæ prauitatem. Eiusmodi enim pondera sunt verborū in his accusationibus, quæ non solum externas quasdam turpitudines arguant, sed potius ipsam naturæ hominū malitiam describant. *Sepulchrum patens est guttur corsum*, id est, hominū corda absq; Spiritus sancti renouatione, nihil nisi fætiditas euomunt in Deum & verbum eius blasphemias. *Os maledictione plenum est*, id est, tota hominis natura ad maledicendum & conuiciandum prona est. Ita & cætera testimonia ex apostolica admonitione attente expendamus, & prauitatem naturæ hominum ex iis discamus agnoscere: præterea, his à Paulo citatis testimoniis, illi in primis accusabantur: qui omnium præstantissimi in genere humano haberi volebant, videlicet Hypocritæ in populo Iudaico. Cum ergo hi tales extiterint, teste Spiritu sancto: multo minus de gentibus palam sceleratis dubitari potest naturam eorum corruptam esse.

Accusantur præstantissimi homines.

Allegata Testimonia de Iudæis agere.

19. *Scimus autem quod quascunq; Lex dicit, his dicit qui sunt in lege.*

AD Iudæos applicat hæc testimonia scripturæ nam in his conuincendis plus erat difficultatis: Et Iudæis de peccato conuictis, gentium accusatio extra omnem controuersiam erat. Ne igitur Iudæus quis ita hæc testimonia eludere posset: gentium scelera à Prophetis accusari, præuenit Paulus, & ostendit ea, *quæ in lege dicta sunt, ita dicta esse, qui sunt in lege*, hoc est, Prophetarum conciones primum ad Iudæos pertinent: Nam ad hos missi erant Prophetæ: Gentes simul complectebantur Prophetæ. Nam toti orbi Iudicium Dei patefaciebant, sed præcipue Iudæos, vt populum Dei alloquebantur. Nemo igitur villo prætextu huic grauissimæ Spiritus sancti accusationi sese eximere potest.

Hic rursus monemur, titulum externum, & professionem doctrinæ, non efficere, vt simus filii Dei: sed ipsa doctrina Prophetarum & Apostolorum amplectenda, & veris motibus cordis poenitentia in Deum exercenda est.

19. *Vt omne os obturetur, & reus fiat Deus totus mundus.*

20. *Quoniam ex operibus legis non iustificabitur vlla caro coram Deo.*

PRINCIPALIS & præcipua conclusio hæc est totius primæ partis huius Epistolæ: quæ disertissime adseuerat, omnes homines propter peccatum, iudicio & iræ Dei reos esse, nec vllam carnem ex operibus legis coram Deo iustificari. Euidētissima ac planissima est adseueratio, opera legis non esse iustitiam coram Deo: quia omnes sunt sub peccato. Euertit igitur hoc loco Apostolus omnia omnium hominum commenta, cuiuscunq; generis illa esse possint: quibus fingitur hominem suis virtutibus vel operibus, vel dignitate, vel merito, vel obedientia, vel sacrificiis iustum esse coram Deo, aut remissionem peccatorum posse consequi. Ac rursus pondus Apostolicæ sententiæ hic diligenter consideretur.

Vt omne os, inquit, obturetur, id est, nulli hominī vlla excusatio est relicta, omnes obmurescere coguntur: & singuli fateri se reos æternæ damnationis. Arrogans os superbiorum hypocritarum & securorū hominum falso tribuentium sibi innocentiam & iustitiam coram Deo, obstruit accusatio Spiritus S. quæ omnes, nemine excepto, conuincit. *Et totus mundus reus fit Deo*, id est, et si aliqui externam præstiterunt disciplinam, vitarint externa scelera: et si aliqui vel Iudæi vel Ethnici magnis virtutibus ornati fuerint, hoc nihil facit ad hoc sublime Dei iudicium, in quo Deus in omnibus inuenit peccatū, & corruptā naturam: ideoq; omnes pronunciat sine discrimine reos, id est, æternæ dānationi obnoxios. Sancti quoq; & renati, quatenus corruptam peccato carnem circumferūt, & ab implementatione legis procul absunt, simul in hac accusatione comprehenduntur. Nam & sancti, quo ad naturā immundam attinet, accusantur à lege, nec vlla caro est, quæ in iudicio Dei propria dignitate consistere possit. Habeat quidem sancti Deū propitium, sunt iusti, consistunt in iudicio Dei, & sunt vitæ æternæ hæredes: sed non iuxta doctrinam legis, aut propria dignitate. Verum hanc iustitiam & salutem habent ex doctrina Euangelii, quæ gratis pronūciat nos iustos propter mediatorem per fidem, quæ est diuersa doctrina à lege. Sancti etiam templa sunt Spiritus sancti, qui in ipsis nouā obedientiam, dilectionem Dei, inuocationem, gratiarum actionem, Confessionem, & alia præclara legis opera accendit & efficit. Sed quia perfecta & absoluta, obedientia, & omnium virium, & totius naturæ integritate destituuntur: non satisfaciunt legi. Hinc est, quod David de omnibus hominibus pronūciat: Psal. 143. v. 2. *Non iustificabitur in conspectu tuo vnus vnus*, scilicet iuxta legis sententiam, quæ integram postulat obedientiam, & naturam: de qua nemo in hac vita gloriari potest.

Noah, Abraham, Moses, Samuel, Elias, Paulus, Ioannes Baptista magnis virtutibus fuerūt ornati: verū legi non satisfecerunt: Itaq; Lex eos non minus, quā alios homines accusauit, & morti adiudicauit: à qua liberari non potuerunt, nisi per gratiam Mediatoris. Meminerimus igitur, hanc esse generalem totius mūdi accusationem, à quā nemo sese eximere potest: Ac sciamus hac voce legis nos quoque de immunda natura conuinci, & nobis propter peccatum Dei iram & maledictionem dēnunciari. Ideoq; seriam agamus poenitentiam.

Communis hæc accusatio totius generis humani, vnum est de præcipuis fundamentis doctrinæ, quæ adseuerat, nos gratis absq; operibus, sola fide corā Deo iusti-

et tunc
-si dicitur
munda

Conclusio
primæ par-
tis Epistolæ
ad Rom.

D. max

Fundamen-
tum gratiæ,
omnes esse
reos con-
dēnationis.

Iustificari. Idcirco & hæc grauiſſima ſententia Apoſtoli expendenda, & ſimilia dicta cum ea conferenda ſunt. Paulus inquit, Rom. 3. v. 23. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria. Item, Rom. 12. v. 32. Concluſit Deus omnia ſub incredulitate, ut omnium miſerentur. Gal. 3. v. 22. Concluſit ſcriptura omnia ſub peccatum, ut promiſſio ueniat ex fide Ieſu Chriſti. Ieſa. 53. v. 6. Omnes quaſi oues errauimus, unusquiſq; in uiam ſuam. Item, Pſal. 14. v. 3. Non eſt in terra qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. Item, Ieſa. 40. v. 6. Omnis caro ſanum, & omnis gloria eius tanquam flos agri. Item, Ieſa. 3. v. 6. Quicquid ex carne natum eſt, caro eſt, nemo aſcendit in caelum, niſi qui deſcendit de caelo, filius hominis, qui eſt in caelo. ibid. v. 13.*

Hæc fulmina diuinæ maiestatis non ſunt inania terculamenta: Sed totum genus humanum & peccato conuincunt, & morti ac æternæ damnationi adiudicant: Ac in ſenſu iræ diuinæ cum conſcientia luſtatur cum peccato & morte, tum cor humanum alio quo modo experitur, quam grauiſſima ſunt pondera in huiusmodi dictis. Vere enim hic eſt malleus contrensus petrus diuiſiſſimas, & hæc eſt uox domini incidens ut flamma ignis: Ier. 23. v. 29. Neq; ſuperba hypocriſis, diſſimulans ſuam immudiciem, neq; Epicureus fur contemnens Dei iudiciũ, hanc legis ſententiam euertere poteſt. Sed tandem omnes homines ad hanc uocẽ obmutefcere, & iram Dei expauere coguntur.

Quod aliqui Synachdochen hic fingere conantur, quali non totus orbis, ſed magna hominum multitudo accuſaretur: manifesta & uolenta eſt deprauatio uerbi diuini. Diſerte enim Paulus adfirmat, totum mundum eſſe reum: Et teſtimonia citata, omnes exceptiones excludunt: *Non eſt iuſtus ne unus quidem. Rom. 3. v. 12. Pſal. 14. v. 3. Pſal. 53. v. 4. Detestanda igitur eſt talium petulantia.*

Inſert deinde Paulus: *propterea quod ex operibus legis non iuſtificabitur uſla caro coram ipſo: Ut propius ad propositam controuerſiam accedat, oſtendit firmitiſſime hinc colligi, homines non eſſe iuſtos coram Deo operibus legis. Nam hæc pugnant inter ſe ex diametro, habere peccata, ſeu eſſe immundum, ideoq; accuſari ex lege: Et, operibus legis coram Deo iuſtum eſſe.*

Origenes nobilem hunc Pauli locum fæde deprauat. Sic enim interpretatur: *Non iuſtificabitur coram Deo ex operibus legis omnis caro, id eſt, omnis qui caro eſt, & ſecundum carnem uiuit, coram Deo ex operibus legis iuſtificari non poteſt. Et cum hoc dicto confert illud Pauli: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Rom. 8. v. 8. Sed maniſteſtiſſima eſt hæc corruptela. Paulus enim hic nõ agit tantum de carnalibus uel non renatis: ſed diſerte de toto genere humano pronuntiat, quod nullus hominum ex operibus legis iuſtificetur coram Deo. Paulus de ſe renato loquitur: Nihil mihi conſeius ſum, ſed in hoc non ſum iuſtificatus: 1. Cor. 4. v. 4. Et Rom. 4. v. 9. Paulus adducit Exemplum Abrahæ renati, & à Spiritu ſancto multis præclaris uirtutibus ornati, & clare adfirmat, eum nõ eſſe iuſtum coram Deo operibus legis, ſed tantum fide.*

Alii ut Hieronymus, & Chryſoſtomus, hoc modo deprauant hunc Pauli locum, ut dicant, eum tantum de legibus ceremonialibus, de ſacrificiis, Sabbathis, & ſimilibus loqui: Non autem de moralibus. Verum & hæc interpretatione maniſteſta uis inſertur Paulo. Apoſtolo enim de toto corpore legum, & in primis de lege morali, quæ oſtendit æternum Dei iudiciũ, & omnes homines obligat ad obedientiam, & cordi atque animæ integram præſcribit obedientiam, agit: Ac ſimpliciter omnibus omnium legum operibus detrahit iuſtitiam coram Deo.

Non certe tam operoſa diſputatione opus eſt, ſi tantum hoc contendebat, Ceremonias non eſſe iuſtitiam coram Deo. Cur etiam gentes accuſauit de peccato? Si tantum hoc agebat propter ceremonias, neminem eſſe iuſtum coram Deo. Ante dixit, circumci-

ſionem prodeſſe, ſi tota lex ſeruetur. Diſerte igitur oſtendit, ſe de tota lege loqui: & cum Rom. 7. v. 7. allegat nonum præceptũ, *Non concupiſces*, euidentiffime demonſtrat, ſe de morali lege, hoc eſt, decalogo in hæc controuerſia de iuſtificatione uim iuſtificandi coram Deo detrahere. Proſus igitur explodenda eſt iſta corruptela Hieronymi, Primasii, & multorum aliorũ, qui adſerunt Paulum tantum de ceremoniali lege, ut de Sabbatho, neomeniis, circumciſione & ſacrificiis locutum eſſe in hoc loco: & certo ſtatuendũ eſt Paulum in primis de Decalogo, & quidẽ illo præcepto, Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua & proximũ tuũ ſicut teipſam, diſputare. Huius enim legis operibus nullus hominum coram Deo iuſtificari poteſt: eo quod nemo eſt, qui hanc legẽ exacte impleat. Flagitat enim perfectam, & omnibus numeris abſolutam obedientiam, ſine omni labe peccati: Omnes uero habent peccata, & ſunt natura filii ira. Ephel. 2. v. 3. Ex lege igitur & quidem ex decalogo accuſari poſſumus: iuſtificari nullo modo poſſumus.

Opera legis dicuntur non tamen ea quæ ſunt uirtute liberi arbitrii ante gratiã: Sed etiam quæ ſunt per gratiam Spiritus ſancti, & cum lege cõgruunt, ut ſunt, agnitio Dei, timor, dilectio, inuocatio, gratiarũ actio, conſeſſio, dilectio proximi, patientia, & ſimilia opera facta in fide iuxta legem: Hæc opera non magis iuſtificat, quam illa quæ facta ſunt ante donatum Spiritũ ſanctum, & ſine fide: Erſi enim placent nunc Deo per Chriſtum, & iuſtitia opera nominantur: tamen quia imperfecta & impura ſunt, nequaquam nos coram Deo iuſtificant. In iudicio enim Dei exactiſſimo, nullum opus, nulla iuſtitia conſiſtere poteſt, niſi quæ ſit perfectiſſima, & omnibus numeris & partibus abſolutiſſima, & quæ ad uniuerſam Dei legem congruat. Ita ualde irget Paulus ſeueritatem legis diuinæ, & operum noſtrorum immudiciem, ut oſtendar nobis alia doctrina, quam ea eſt quam Lex proponit, uidelicet gratuita Euangelii promiſſione, & alia iuſtitia, quæ in nobis exiſtat, uidelicet obedientia & iuſtitia perfectiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti Mediatoris, ad iuſtificationem coram Deo opus eſſe.

20. Per legem enim agnitio peccati.

Argumento ſumpto ab officio ſeu effectu legis, demonſtrat hominem non iuſtificari ex operibus legis coram Deo. Quod ſi ex operibus legis eſſet iuſtitia, Lex non accuſaret noſtram immudiciem, nec ideo promulgata eſſet, ut peccatum nobis reuelaret: quia potius iuſtitiam noſtram comprobaret, & ſui notitia atq; intellectu conſcientiis ineffabilem lætitiã & tranquillitatem adferret. Oſtenderet enim nos Deo propter obedientiam placere, & hinc incredibilem uoluptatem & lætitiã homo conciperet animo.

At nunc quo propius legem aſpicimus, hoc magis noſtram immudiciem & peccata intelligimus & iudicio Dei in lege agnito, tanto maiorem, non læticiã, ſed pauorem & conſternationem ſentimus. Impoſſibile eſt igitur nos legis operibus coram Deo iuſtos eſſe: quin potius lege arguimur rei iudicio Dei. Hoc loco perſpicue oſtendit Paulus, ſe non tantum de lege ceremoniali, ſed in primis de morali loqui. Nam Paulus in genere de uſu legis loquitur: Hi uero qui ceremoniis Moſaicis obligati non fuerunt, non agnoſcunt peccata per leges ceremoniales. Agit igitur de illa lege, in qua æternum Dei iudiciũ pateſcit: & quæ omnes homines pariter adſtringit ad obedientiam.

In hoc dicto repetenda eſt doctrina de uero uſu legis: quo ſine reuelata & repetita ſit, & quid efficiat in homine. Quemadmodum leges ciuiles ἐπισημαίνονται, ut ille inquit, ſeruntur, ut ciues conſtineant in officio: & iuſtiores faciant: Ita multi in Eccleſia imaginantur, plane ſimili conſilio decem præcepta & totam legem à Deo promulgatam eſſe. Ex qua opinione deinde ratiocinantur, quando homo

Quæ uocẽ
tur legis
peccata.

Argumentum
ab effectu
legis.

Non loquit
Paulum de
lege cere-
moniali
tantum.

Verus uſus
legis.
I. Arguere
peccata.

Non fingẽ
da Synach-
doche.

Origenis
deprauatio

Hieronymi
& Chryſo-
ſtomi de-
prauatio.

facit quod in se est, tum satisfacit legi, & est iustus coram Deo, & meretur vitam æternam. Sed Apostolus Paulus docet longe alio consilio legem diuinitus promulgatam, videlicet vt reuelaret & ostenderet peccatum, & iram Dei nobis denunciaret.

Cum enim hominum natura adeo sit deprauata & excæcata, vt per se non videat foeditatem peccati, nec intelligat sublime Dei iudicium, atq; ideo sit securior, & minus expetat & quærat beneficia Mediatoris, Deus iudicium suum de cælo patefecit, & repetendo legem ostendit homini quam procul absit à vera Dei iustitia, quam corruptam & omnis generis peccatis infectam naturam circumferat: quomodo internis & externis peccatis horrendam Dei iram pro-uocet, & presentes & æternas pœnas singulis momentis mereatur. Peccatum ergo quod latet in natura profert Deus per legem in lucem: aufert carnalem securitatem, ostendit homini iram suam, & æternum exitium: atq; hoc modo suscitatur in corde pauorem & metum iudicii diuini: non vt abiiciat hominem in desperationem, sed vt impellat eum ad quærendum Mediatorem: Recte valentibus, inquit Christus, non est opus medico, sed male habentibus. Matth. 9. v. 12. Tristissima igitur vulaera conscientiæ nostræ monstrat nobis Lex: incutit nobis terrores ob admissum peccatum, & æternum exitium cui destinati sumus ponit nobis ob oculos, vt sentiamus nobis opus esse medico: vt serio inquiramus remedia & auxilia, vtq; humili corde & vera fide ad Mediatorem confugiamus, quem pater in hoc dedit mundo, vt perditum genus humanum liberet à peccato & morte, & restituat iustitiam & vitam.

August.

In hac sententia Augustinus recte exprimit vsum legis, cum inquit, ad Bonifa. lib. 4. cap. 5. Ideo sic expressum est legis imperium, vt infirmitas hominis in se ipsa deficiens ad facienda qua Lex imperat, de gratia Dei potius ex fide quaereret adiutorium, cuius misericordia etiam fides ipsa donatur. Hic ergo principalis, spiritalis & præcipuus est vsum legis, monstrare peccata, reuelare iram Dei, & incutere terrores conscientiæ, & sic Christo Mediatori præparare viam in homine.

Vsum principalis.

II. Vsum. Est Nonna honorum operum.

Sunt deinde alii fines legis, nimirum quod conuersos ad Deum docet, quæ sit bona & sancta Dei voluntas, qualem obedientiam à nobis flagitet, quomodo in quacumq; vocatione Deo sit seruiendum. In omni enim actione & conatu sequendum nobis est præscriptum Dei verbum, vt nostra opera ipsi sint gratia.

III. Vsum. Externam regit disciplinam.

Præterea vt leges ciuiles coercent homines externa disciplina, & deterrent eos à sceleribus: Ita & Lex diuina continet homines aliquomodo in officio, ne se externis polluant sceleribus: Sed honestam vitam ducant. Sed hæc externa disciplina, & morum honestas nequaquam est iustitia coram Deo: quin multi cum laudabili disciplina in æternum abiiciuntur: quemadmodum præclare Augustinus inquit: ad Bonifa. lib. 3. cap. 5. Per quam discretionem fit, vt homo ducens vitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine adpetitu rei vilius aliena, parentibus honorem debitum reddens, castus vsq; ad continentiam ab omni omnino concubitu, etiam coniugali, elemosynarum largissimus, iniuriarum patientissimus, qui non solum non auferat aliena: sed nec sua reposcat ablata: Vel etiam venditis omnibus suis, erogatisq; in pauperes, nihil suum proprium possideat, cum suis tamen istis velut laudabilibus moribus, se non in Deum fidem rectam & catholicam teneat, de hac vita damnandus abscedat. Causa est, quia Lex spiritualis est, & spiritualem flagitat obedientiam, quam nemo præstat: Nisi igitur ex fide in Christum petatur salus percudum est homini, quantumuis excellent, disciplina prædico. Secundum & tertium vsum legis hic præterit silentio Paulus:

August.

& primum vt præcipuum vrget, quem & capite septimo latius exponit.

SECUNDA PARS EPISTOLÆ.

21. Nunc vero absq; lege iustitia Dei manifestata est, testimonium habens in lege & Prophetis.

22. Iustitia vero Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes credentes.

Hæc est secunda pars huius Epistolæ ad Rom. Hæc enim Apostolus concionatus est ex lege de iudicio Dei aduersus peccata totius generis humani, & non solum docuit: Sed etiam validissimis argumentis demonstrauit omnes homines esse sub peccato, & neminem vel propria innocentiâ, vel operibus iustum esse coram Deo: sed omnes tam Iudæos quam gentiles sine discrimine esse reos iræ Dei, & morti æternæ obnoxios. Iam vero nouam orditur concionem Euangelii de admiranda iustitia Dei per fidem in Iesum Christum, nimirum de gratuita remissione peccatorum, & reconciliatione cum Deo propter obedientiam & mortem Mediatoris Iesu Christi, donanda omnibus in Christum credentibus. Estq; hæc Pauli simplicissima sententia, qua doctrinam Euangelii dilucide exponit. Etsi genus humanum per inobedientiam violauit Dei legem, est iam mundum peccato, & caret iustitia, qua coram Deo ornatum esse debeat, atq; idcirco iuxta legis sententiam iustissimo Dei iudicio, & in æternum abiici, & meritis pœnis affligi debebat: tamen tanta, tamq; immensa est Dei misericordia & bonitas, vt nolit nos in nostris perire miseriis, nec suum ius exequi: sed pro immensa sua sapientia eam inuenit rationem, qua nos saluare velit, nimirum per & propter obedientiam Mediatoris Iesu Christi: quare denunciât Deus per legem omnibus gentibus penitentiam, & in promissione Euangelii credentibus in Christum offert remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, & imputationem iustitiæ Christi.

Secunda pars Epistolæ Concilio Evangelica.

Eandem Euangelii concionem sic expressit Christus: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat: Sed habeat vitam æternam: Iohan. 3. v. 16. Hæc non est legis seuera concio, accusans nostra peccata, & terrens nostras conscientias: Sed est omnium dulcissima promissio Euangelii, quæ nobis annunciat immensam Dei misericordiam, & offert gratuitam remissionem peccatorum, iustitiam coram Deo, donationem Spiritus sancti, & hæreditatem vitæ æternæ, nobis licet indignis propter meritum & obedientiam Iesu Christi: quæ concio corda nostra deiecit per legem, reducit ab inferis, atq; viuificat. Nec sane alia est ratio vel doctrina sub cælo, quæ ostendat quomodo æternam salutem apud Deum consequi possimus, quam hæc ipsa, quam Paulus Apostolus hoc loco exponit, Demus igitur operam, vt Pauli verba diligenter expendamus, & veram eius sententiam percipiamus: neq; eam vllis præstigiis vel corruptelis obscurari vel inflecti patiamur.

Primum obseruandum est hoc loco discrimen legis & Euangelii, quod semper in Ecclesia lucere necesse est, & sine quo Prophetiæ & Apostolice conciones intelligi nequaquam possunt. Diserte affirmat Paulus, Iustitiam Dei sine lege manifestari. Necesse est igitur aliud doctrinæ genus proponi ab Apostolo, diuersum à lege: in quo noua & admiranda Dei iustitia diuersa à Legis iustitia, manifestetur videlicet promissio Euangelii. Sunt autem tria discrimina, quibus differunt Lex & Euangelium.

Discrimen legis Euangelii triplex.

Legis notitia indita fuit primis parçtib. in creatione. I. Discrimen. Siquidem Deus condidit hominem ad imaginem suam in iustitia & sanctitate. Eph. 4. v. 24. Etsi autem hæc lux in homi-

homine per peccatum horribiliter est obscurata & involuta tenebris, adeo, ut homo nunc luce naturæ, nec ipsum Deum intueri, nec eius voluntatem in omnibus scire, nec quod maxime oportebat, opera primæ tabulæ intelligere possit: restant tamen in homine quædam quasi exiguæ scintillæ illius lucis & doctrinæ legis, ita ut homo iudicio rationis a natura intelligat discrimen honestorum & turpium. Hinc est quod Paulus dicit, *opus legis scriptum esse in cordibus eorum, attestante propria ipsorum conscientia.* Rom. 2. v. 15.

At Euangelij promissio est mysterium absconditum a seculis, reuelatum per Dominum nostrum Iesum Christum: Imo toti creaturæ ignota erat doctrina Euangelij ante reuelationem. Nec Adam nec Angeli videbant Dei consilium de redemptione generis humani ante reuelatam promissionem de semine contrituro caput serpentis. Hæc enim sapientia in creatione non fuit manifestata, idcirco inquit Ioannes: *Nemo Deum vidit unquam: filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis.* Ioan. 1. v. 18.

II. Discrimen.

Secundo differunt promissionibus: Lex quidem promittit fauorem & dilectionem Dei, omnia huius vitæ commoda, & vitam æternam: Sed iis tantum, qui præstant integram & perfectam legis obedientiam, iuxta dictum: *Si vis in vitam ingredi, serua mandata* Matth. 19. v. 17. Quod si vera obedientia non fuerit integra, sed peccato contaminata, Lex non solum nihil boni eiusmodi peccatori promittit: Verum etiam nuntatur & denuntiat ei maledictionem, & æternam damnationem iuxta dictum: *Deut. 27. v. 26. Maledictus omnis qui non permanet in omnibus his, quæ scripta sunt in libro legis huius.* Adeo conditionales sunt omnes legis promissiones, & exacte flagitant nostram perfectam obedientiam, & ex debito offerunt vitam.

Euangelij vero promissio non est conditionalis, non exigit nostra opera, sed est gratuita, monstrat immensam Dei misericordiam erga indignos & pollutos: ostendit nobis mediatorem Iesum Christum, qui nostro loco legem impleuit: & sua obedientia vitam & salutem nobis acquisiuit: atq; ita offert ac donat gratis remissionem peccatorum & vitam æternam, omnibus in filium Dei mediatorem credentibus, iuxta testimonium: *Huic omnes Propheta testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum omnes, qui credunt in nomen eius.* Act. 10. v. 43.

III. Discrimen.

Tertio differunt effectibus. Nam Lex diuina dum patefacit iudicium Dei, accusat nostram immunditiam, & denunciat nobis supplicium mortis æternæ, non adfert cordi lætitiæ: sed horrendos pauores, trepidationem & desperationem. Ponit enim nobis ob oculos æternam damnationem, quam nullis viribus nostris effugere possumus. De hoc legis effectu ait Paulus: *per legem agnitio peccati.* Rom. 3. v. 20. *Lex iram operatur.* Rom. 4. v. 15. *Non sciuissim concupiscentiam esse peccatum, nisi Lex dixisset non concupisces.* Ro. 7. v. 7. Item: *ut fieret supra modum peccans peccatum per mandatum.* Rom. 7. v. 13. Item: *Lex est ministerium mortis.* 1. Cor. 3. v. 7.

At Euangelij longe alius est effectus. Quia enim gratis offert & donat indignis remissionem peccatorum, liberationem ab ira Dei, a morte, a tyrannide Sathanæ, & ab inferno, & transfert nos in regnum lucis & vitæ, nihil excitat terroris aut fugæ: sed perfundit cor admiranda lætitiæ, accendit nouam lucem, adfert pacem conscientiæ, erigit & consolatur nos, & tribuit nouam vitam & salutem. Vnde Christus inquit: *Quisquis biberit de aqua, quam ego dabo ei, ne sitis in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, euadet in eo fons salientis aquæ in vitam æternam.* Ioan. 4. v. 13. 14. Item: *Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.* Rom. 1. v. 16. Item: *Amen amen dico vobis, si quis serua-bit sermonem meum, non videbit mortem in æternum.* Ion. 8. v. 51.

Hoc discrimine legis & Euangelio obseruato, non

solum huic loco Pauli magna lux accedat, verum etiam omnes reliquæ conciones Prophetarum & Apostolorum facilius & exactius intelligentur.

Exclusiua particula (*sine lege*) non est intelligenda iuxta Origenis corruptelam de lege naturæ tantum, sed de tota lege Dei pate facta per Moysen Nam vniuersa Lex Dei, tum quæ in monte Synai promulgata est, tum quæ in natura est reliqua, profus nihil docet de iustitia Dei, quæ est gratuita remissio peccatorum: Sed concionatur de obedientia & operibus nostris, quibus legi satisfacere & vitam promereri debemus. Verum hac cum destituamur, Lex tota & imprimis decalogus, deinde & ceremoniales & forenses leges sunt nobis inutiles ad iustificationem, eo quod omnes vno ore nos damnent. Aliud igitur genus doctrinæ diuersum a lege patefecit nobis Deus, in quo admirandam nobis manifestat & offert iustitiam, quæ sit non confor mitas cum lege, sed gratuita remissio peccatorum, propter obedientiam qua Christus legem impleuit.

Phrasis (*iustitia Dei*) singulari consilio a Paulo usurpata, & sæpe repetita est: desumpta est autem ex Prophetis, ut Iesa. 51. v. 5. *prope est iustitia mea, & egressa est salus mea.* Item. 45. v. 23. *per memetipsum iuravi, & egressa ste ex ora meo iustitia, verbum quod non retrocedet: mihi curuabitur omne genu, & omnis lingua iurabit: duntaxat in Domino sunt mihi iustitia & robur.* Et Psal. 71. v. 2. *In iustitia tua libera me, & eripe me: inclina ad me aurem tuam, & salua me.* Hinc ergo desumpta sit Paulus hanc adpellationem: & nominat iustitiam Dei, non nostram. Primum ut ostendat, eam a Deo profectam & manifestatam, & gratis datam esse. Deinde ut moneat, non eam esse nostrorum operum aut virium iustitiam, neq; ex lege Moysi eam peti posse.

Osiander finxit idcirco a Paulo nominari iustitiam Dei, quia sit ipsa Dei essentia, qua in nobis habitante sumus iusti coram Deo Sed manifesta est hæc corruptela Paulinæ doctrinæ, quæ propriam Euangelij consolationem delet, siquidem fingit hominem essentiali Dei iustitia inhabitante in nobis, & impellente nos ad iuste agendum coram Deo, iustos esse. Abducit ergo nos ab illa consolatione, de gratuita reconciliatio cum Deo propter mediatorem, & imputatione iustitiæ Christi, qua coram Deo iusti sumus, ad considerationem inhabitantis Dei in nobis.

Et si autem inhabitatio Dei per Spiritum sanctum statim sequitur gratuitam iustificationem: non tamen iusti sumus propter inhabitationem, nec propter novos motus a Spiritu accensos: sed propter obedientiam & meritum Christi, qui pro nobis legem impleuit. Huic merito Christi fidere, & niti debet conscientia nostra in iudicio Dei, non ipsa renouatione seu inhabitatione. Nec sane sine lege manifestatur Essentialis Dei iustitia, quæ maxime cum lege congruit, & est ignis consumens, idcirco neminem iustificat. Rectius igitur Augustinus ad Bonif. lib. 3. *Non propterea iustitia Dei dicitur, quoniam Deus iustus est: sed quia homini ex Deo est.* Item: Ad marcelli: de spiritu & litera. *Iustitia Dei manifestata est, non dixit iustitia hominis, vel propria voluntatis, sed iustitia Dei, non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem, cum iustificat impium.* Admonitus ergo sit lector, ut vitet Osiandri præstigijs.

Refellit autem Apostolus Paulus hac phrasi, *sine lege*, non tantum Osiandri deliria, sed omnes omnium hominum corruptelas, quas humana ratio sine luce veterbi diuini commiscitur. Gentes putabant heroicas suas virtutes esse iustitiam coram Deo: Pharisei prædicabant sacrificia, circumcisionem, externam legis obedientiam. Pelagius disciplinam externam, et cohibitionem adfectuum admirabatur tanquam iustitiam: Monachi extollunt dura sua exercitia: eaque vocant non solum iustitiam coram Deo, sed et perfectionem, et opera supererogationis: Interimista ipsam infusam dilectionem et nouam qualitatem, vocant iustitiam Dei: Anabaptista & Enthusiasta fingunt admirandos raptus esse iustitiam: alii alia imaginantur. Et tamen

Exclusiua
Aposto.
sine lege.
Origenis
deprauatio.

Iustitia Dei,

Iustitia Dei
non nostra.

Osiandri
error.

August.

Sine lege
excludit o-
pinionem.
Gentilium.
Phariseo-
rum.
Pelagii.
Monacho-
rum.
Interimi-
starum.
Anabapt.
Enthusiast.
omnium

Consensus
opinionū
diuersifi-
marum de
iustitia.

omnium hominū opiniones in hoc conueniunt, quod existimant iustitiam, qua oportet nos placere Deo, esse quiddam conforme legi. Paulus vero, vt omnes omnium hominum imaginationes refellat, inquit: *Sine lege manifestat esse iustitiam Dei*. Omnes ergo opiniones, quæ iustitiam coram Deo præscribunt ex lege prouenientem, & cum iudicio legis congruentem, falsæ sunt, cuiuscumq; sunt generis. Ac quia hic reuelatur iustitia supra legis sapientiam posita, manifestum est rationis humanæ acumine nullo modo eam inueniri posse. Hæc autem est obedientia Domini nostri Iesu Christi filij Dei Mediatoris, propter quam credentes gratis donamur remissione peccatorum, reconciliamur Deo, pronūciamur iusti & sumus hæredes vitæ æternæ.

Testimonium habens in lege & Prophetis.

Occupatio.

N Equis occasione sumpta a discrimine legis & Euangelij nimium diuellat illa dogmata, vel suspicetur Paulum adferre nouam doctrinæ formam, subiungit hanc ipsam *Euangelij iustitiam, sine lege patet factam, in lege & Prophetis habere testimonium*, quasi dicat, non sunt contraria dogmata, Lex & Euang. nec adfero nouum genus doct. sed inde vsq; a primis parentibus sonuit hæc doctrina in Ecclesia. Nam in paradiso reuelata, & deinde ministerio patrum & Prophetarum repetita & propagata est. Atque ipsa Lex promulgata est cum omnibus ceremoniis, vt esset pedagogus ad Christum. Ac primum decalogus accutans omnes de peccato, & singulis detrahens iustitiam operum, euidenter conuincit, nos egeere Mediatore, & tacite nos ad eum deducit. Atque ita *finis legis est Christus*. Rom. 10. v. 4. Sic & sacrificia omnia in veteri testamento erant typi, qui Mediatoris beneficia & regnum in quo abluuit nos a peccato, & iustificat, adumbrabant. Prophetarum vero cæcæiones plenæ sunt repetitionibus promissionis, de hac iustitia Dei, quod gratis sine nostro merito propter mediatorem Deus remittere velit peccata, & saluos nos facere. Nō ergo est noua doctrina, quā adfert Paulus de iustitia fidei: sed est perpetua Ecclesie consolatio, quæ ipse Adā, & omnes Prophetæ in veteri Testamento sese sustentarunt. Docet etiam Paulus vnā & eandem esse iustificationis viam propositam omnibus hominibus. Nec alia ratione primi patres & Prophetæ iustificati sunt, quam nos in nouo Testamento iustificamur. *Non enim est in alio salus, nec aliud nomen sub cælo, in quo oportet nos saluos fieri, quam nomen Domini nostri Iesu Christi.* Act. 4. v. 12.

Vnam & eandem esse iustificationis viam.

Instrumentum applicationis Fides.

Fides quid.

Iustitia vero Dei per fidem Iesu Christi.

Indicat hic instrumentum seu medium, quo nobis applicamus Dei misericordiam, & beneficia Mediatoris, videlicet fidem in Iesum Christum.

Est autem fides firma fiducia, qua amplectimur promissionem Euangelij, & certo statuimus nos gratis propter Mediatorem Iesum Christum, habere remissionem peccatorum, esse reconciliatos Deo, & cooptatos in filios & hæredes vitæ æternæ. Hoc vnicum est organon, quo nobis applicamus meritum Christi, & hæc fides in Christum imputatur nobis a Deo ad iustitiam. Quemadmodum Paulus Rom. 4. v. 3. 5. 9. loquitur. Est autem ea phrasis correlatiue intelligenda hoc modo: fides nobis imputatur ad iustitiam: id est, obedientia seu iustitia Iesu Christi, qua legi pro nobis satis fecit & eam impleuit, nobis credentibus imputatur ad iustitiam. Fides non est illa res, propter quam pronunciamur iusti: Fides enim non est integra legis impletio, quatenus est opus. Sed propter obedientiam Christi pronunciamur & sumus iusti coram Deo: quod beneficium Dei fide nobis applicamus & nostrum facimus. Vnde supra: Rom. 1. v. 17. *Iustus fide sua uiuet.* Habac. 2. v. 4.

Vniuersalis promissio.

In omnes & super omnes credentes. Vniuersalem promissionem sæpe videt scriptura, vt singulis fiat conspicua immensa Dei misericordia,

Vt enim *Deus omnes conclusit sub peccatum: ita omni-* contra particularitatem. *um vult misereri:* Rom. 11. v. 32. Neque filius Dei tantum pro aliqua parte generis humani perfoluit & tunc.

780, & satisfecit legi: sed pro omnibus hominibus. *Posuit Deus,* inquit Iesaias, *in eum peccata omnium nostrum.* Esa. 53. v. 6. Et 1. Io. 2. v. 2. *Ipsa est propitiatio pro nostra peccatis, non pro nostris tantum, sed pro peccatis totius mundi.* Vt ergo Mediator Iesus Christus toti mundo acquisiuit salutem: Ita pater æternus omnibus & singulis offert eam. Nemo igitur se vel exemplum vel præteritum existimet: sed singuli sese in promissionem includant, & certo statuunt, se coram Deo iustos esse, si modo adfuerint vera fide promissioni. Ac vt grauis tælatio de particularitate repelli possit, sint nobis in promptu promissiones vniuersales. Quales sunt.

Matth. 11. v. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, ego reficiam vos.*

Rom. 10. v. 13. *Omnes qui inuocauerint nomen Domini, saluus erit.*

Rom. 11. v. 32. *Conclusit Deus omnes sub peccatum, vt omnium miseretur.*

Iohan. 3. v. 16. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium unigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Matth. 28. v. 19. *Euntes, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij & Spiritus sancti.*

1. Ioan. 2. v. 1. 2. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum: Et ipse est propitiatio pro nostris peccatis, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Psal. 2. v. 13. *Beati omnes qui confidunt in eo.*

1. Timo. 2. v. 4. *Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.*

Ioan. 6. v. 13. *Hæc est voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Iesa. 53. v. 6. *Deus posuit in eum peccata omnium nostrum.*

Rom. 10. v. 12. *Idem est Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocat eum.*

Ioel. 2. v. 32. *Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.*

Hæc vniuersalis promissio toties in sacris literis est repetita, ne quis causam haberet de immensa Dei misericordia dubitandi, aut sese eximendi. Singuli ergo quantacumq; mole peccatorū sunt grauati, includant sese in promissionem, & in ea firmiter acquiescant. Ac semper statuunt, regnum filij Dei multo esse potentius, quam regnum peccati.

Non enim est distinctio.

23. *Omnes enim peccauerunt, & carent gloria Dei.*

Repetit superiorem conclusionem de accusatione totius generis humani: Et monet, vnā & eandem esse iustificationis coram Deo rationem: Omnes eodem modo per fidem in Christum iustificati: quemadmodum lege omnes accusantur, & sine discrimine damnantur. Coniungere solet Paulus & vniuersalem accusationem, & vniuersalem promissionem. *Conclusit Deus omnes sub peccatum, vt omnium miseretur* Rom. 11. v. 32. Vocabulum (*peccauerunt*) non tantum de peccatis actualibus, sed phrasi hebraica etiam de originali, & tota corruptione humanæ naturæ intelligatur: *peccauerunt*, id est, habent peccata, sunt polluti & contaminati peccato: Quemadmodum sequens particula diferte notat malum Originis: *Omnes*, inquit, *carent gloria Dei*, hoc est, destituuntur ea iustitia & integritate virium, quā Deus iudicat esse gloriā. Carent vera Dei agnitione, rectitudine voluntatis, & puritate cordis & animæ. Spoliati enim sunt omnes iustitia & imagine Dei, ad quam conditus fuit homo: propter quem defectum omnes homines natura displicent Deo & sunt filij iræ. Diligenter hic obseruetur ipsum etiam

contra particularitatem.

II

III

Vnam & eandem esse iustificationis viam.

Non tantum de actualibus: Sed & de Originalibus intelligendum.

etiam defectus in Natura est peccatum.

etiam defectum in natura humana esse vere peccatum in conspectu Dei, & dignum morte & damnatione aeterna. Quia enim homines carent gloria Dei, hoc est, destituuntur integritate virium, carent luce spirituali, iustitia voluntatis, & cordis rectitudine, inde probat Paulus homines non esse iustos coram Deo ex se, sed dignos morte. Non ergo tantum pravae actiones sunt peccata: sed ipsa vitiositas naturae est tristissimum peccatum iuxta Apostolicam doctrinam.

24. *Iustificati gratis gratia ipsius per redemptionem, quae est in Christo Iesu.*

25. *Quem proposuit Deus propiciatorium, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae, propter remissionem peccatorum praeteritorum.*

26. *In patientia Dei, ad ostensionem iustitiae ipsius in hoc saeculo, quod ipse sit iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu.*

Principalis Epistolae propositio, & status. Negativa. Affirmativa.

Hec totius Epistolae Pauli principalis & praecipua est propositio, quae statum totius controversiae continet, & eruditissime exponit, quomodo iustificetur homo coram Deo. Prius posuit negativam, quod nulla caro ex operibus legis iustificari possit. Nunc vero discrete ponit affirmativam, quod iustificemur gratis, gratia Dei per redemptionem Iesu Christi, per fidem. Erudite autem contextit hoc loco Paulus omnes causas nostrae iustificationis, ut omnibus calumniis, erroribus & corruptelis praescindat animum depravandi veritatem, & quam lucidissime ob oculos ponat summe necessariam consolationem. Singula igitur verba diligenter sunt expendenda.

IUSTIFICATI.

Iustificandi verbum.

Iustificare est forense verbum, & significat hominem in iudicio accusatum absolvere, ac iustum pronuntiare. Ut Exod. 23. v. 7. *Impium non iustificabo.* Prouerb. 17. v. 15. *Ex aquo abominatur Dominus, tam eum, qui iustificat impium, quam eum qui in fontem damnat.* Ier. 5. v. 23. *Va his qui impium ob minus iustificans.* Ex his locis manifestum est, vocabulum iustificare esse forense vocabulum, & usurpari pro absolvere & iustum pronuntiare. Hoc sensu etiam in hac controversia usurpatur: Nos enim sistimur ante tribunal Dei in iudicio omnium summo: accusamur a Sathana de peccato & inobedientia, qua Deum offendimus, & mortem sumus meriti. Conscientia nostra dicit contra nos validissimum testimonium. Lex conatur ferre sententiam: *Maledictus omnis qui non permanet in his, quae scripta sunt in libro legis huius.* Deut. 27. v. 26. Mors & infernus tanquam carnifices parati sunt & executionem legis sententiam. At interuenit aduocatus, qui pro nobis apud Deum intercedit & interponit suum sanguinem, qui est propiciatio pro nostris peccatis. Itaque pater aeternus motu passione & intercessione filij sui, absoluit & iustificat peccatores, & gratis donat nos vitam aeternam. Ita totum iudicium Dei describit Paulus, Rom. 8. v. 33-34. *Quis accusabit electos Dei? Deus est qui iustificat: quis condemnabit? Christus est qui mortuus est: imo qui & resurrexit, qui etiam est in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis.*

Pontificiorum commentum. Osandri.

Corruptela est igitur, quod Pontificij contendunt, iustificare idem esse Paulo, quod infundere novos motus, efficere novos iustitiae habitus. Ex iniusto iustum, id est, habentem novas qualitates, facere: ut cum dicimus aquam igne calefieri. Deprauat & Osander hanc vocem, cum more Pontificiorum dicit, iustificare significat iustum facere, vel iustitiam infundere, & per operationem Spiritus sancti peccatum haerens in nobis, extirpare & delere. Haec corruptela pugnat cum tota Pauli doctrina. Nam confundit iustificationem

& renouationem, & infringit summam illam consolationem, quod propter mediatorem iustum sumus, & iustitia ipsius nobis imputetur.

GRATIS.

Particula exclusiua ostendit solius Dei merum esse beneficium iustificationem nostri, & excludit nostrum meritum, dignitatem & opera. Paulus enim tantum contraria sibi inuicem opponit, gratuitum donum & debitum seu opus: *si ex gratia, iam non: ex operibus,* Rom. 11. v. 6. Idem ergo valet haec particula exclusiua, quod illa: sola fide iustificamur: id est, sola Dei misericordia, cui immititur fides, iustificamur, absque omni dignitate & merito nostro. Augustinus recte enarrat hanc vocem: *Nihil aliud vult intelliigi, in eo quod dicit (gratis) nisi quia opera iustificatione non praecedunt.* Nec minus eleganter Ambrosius: *Iustificati sunt gratis, quia nihil operantes, neque vicem reddentes sola fide iustificati sunt dona Dei.* Ac quatuor sunt grauissimae causae, propter quas retinenda est haec exclusiua in Ecclesia.

Gratis excludit nostra merita. Gratia & opus opposita.

August.

Ambros.

I. Ut Deo Patri, filio, & Spiritui sancto debitas honores tribuantur. Nam *si ex lege vel operibus est iustitia, Iesus frustra mortuus est.* Gal. 2. v. 21.

Cur particulae Exclusiuae retinenda.

II. Ut conscientiae firmam habeant consolationem: *quia si ex lege est hereditas, irrita est promissio & fides.* Rom. 4. v. 14. Nam *Lex iam operatur.* Rom. 4. v. 15.

III. Ut firma fiducia ad Deum in inuocatione accedere possimus. Nam fides, quae non sola Dei gratuita misericordia nititur, sed respicit ad opera sua, trepidat & fugit Deum.

IV. Ut clarum discrimen extet in Ecclesia legis & Euangelij.

Causam deinde efficientem nostrae iustificationis, qui est ipse Deus, saepe nominat Apostolus Paulus. *Deus, inquit, proposuit Christum propiciatorium Deus patienter tulit nostra peccata. Deus est, qui iustificat credentem.*

Efficiens iustificationis Deus.

GRATIA DEI.

Hic indicat causam impulsivam in Deo, videlicet, Dei immensam bonitatem, misericordiam, dilectionem & clementiam, qua erga genus humanum est adfectus, quemadmodum Paulus Eph. 2. v. 4. testatur: *Deus dives existens in misericordia, propter multam dilectionem suam, qua dilexit nos.* Et Exod. 33. v. 19. *Misererebor cuius miserabor, & clemens ero in quemcumque, clemens fuero.* Non enim gratia hic significat, ut Pontificij calumniantur, donationem Spiritus sancti, & infusam dilectionem, & similes nouas virtutes. Sed significat fauorem Dei erga nos, & immensum eius amorem, quo mouetur ut nobis det Mediatorem filium, & nos gratuito recipiat in gratiam, & saluet. Sicuti Christus eandem causam in Deo monstrat: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Ioan. 3. v. 16. Et Paulus Eph. 2. v. 4. multis significantibus verbis exponit vocabulum gratiae: *Dives Deus in misericordia, propter multam dilectionem suam, qua dilexit nos.* Item, *gratia saluati estis.* Itē, *donum Dei est.* ibid. v. 8. Deinde cap. 3. distinguit Paulus gratiam, & donum per gratiam. Ioannes quoque & Dauid coniungunt *gratiam & veritatem.* Ioan. 1. v. 17. Nihil ergo est certius, quam quod gratia in hoc loco Pauli significet gratuitam Dei misericordiam.

Causa impulsiva.

Pontificij quid gratia.

Variis modis Pelagius quoque corrumpit vocem gratiae. Nam vocabulo gratiae intellexit beneficium creationis, item naturae humanae possibilitatem, item, promulgationem legis. Et si autem magna haec sunt beneficia Dei erga genus humanum, & ex mera Dei bonitate, & misericordia nobis euenerunt sine nostro merito: tamen illa beneficia haec nequaquam intelligit Paulus. Patefacit enim gratiam seu misericordiam Dei, quae sine lege manifestata est, & qua Deus remittit peccata hominum: quae consolatio neque ex creatione neque ex lege sumi potest.

Pelagii corruptela.

Hanc causam impulsivam in Deo, rursus opponit Paulus

August.

Paulus meritis hominum. Vnde *Augustinus* eleganter dicit: *Non enim gratia Dei, gratia erit ullo modo, nisi gratuita fuerit omni modo.*

Per redemptionem qua est in Christo

Iesu.

25. *Quem proposuit Deus propiciatorium.*

Causa meritona.

Hæc pars propositionis continet alteram causam impulsivam & meritoriam, propter quam Deus remittit peccata, & pronuntiat nos iustos. Est quidem immensa Dei misericordia & bonitas: sed simul æterna & immota est eius iustitia, quæ flagitat, ut peccata rationalis creaturæ puniantur, & immundæ naturæ abiiciantur. Ac non solum radios huius suæ iustitiæ transfuderat Deus in mentem humanam in creaturæ: Verum etiam ore suo confirmauerat, & inobedientiæ mortem erat comminatus. Impossibile ergo erat remitti peccata non per soluta pœna. Nam Dei æterna iustitia & veritas non erant labefactanda. Recte

Athanas.

Athanasius, si Deus dicente morte morieris, homo mortuus non fuisset, diuina sententia veritas vacillasset. Ut ergo & iustitia & veritas æterni Dei constaret immota, & immensa Dei misericordia sese aperiret, Deus arcano consilio filium constituit Mediatorem, in quem totius generis humani peccata collocavit, eumque subiicit maledictioni legis, deriuauit eum totam iram suam, & demersit eum in mortem, ut hac sua obedientia pro peccatis totius mundi satisfaceret, iram Dei placaret, & nobis iustitiam & vitam æternam mereretur. Per hanc ergo redemptionem Iesu Christi, qui dedit animam suam *ἀντὶ πολλῶν* pro multis, iustificatio gratuita nobis est impetrata. Hoc loco expendant piæ mentes.

Confideranda hoc loco.

I. Seuerissimum Dei iudicium, & iram aduersus peccatum: Siquidem remitti non potuit, nisi prius vniuersus filius morte sua se daret patris iram.

II. Considerent immensum amorem Dei erga genus humanum, & admirabile temperamentum iustitiæ & misericordiæ: Siquidem proprio filio suo non pepercit, sed subiicit eum morti, ut nobis posset vitam restituere.

III. Aspiciendus est & amor immensus filij, qui non dubitauit nostræ salutis causa carnem nostram induere, vniuersam iram patris, nostris peccatis accensam, in sese deriuare, & sanguinem suum in remissionem peccatorum nostrorum effundere.

IV. Traditur hoc loco doctrina de officio Mediatoris, quod non sit nouus legislator, neque rex mundanus: Sed redemptor generis humani, qui effusione sui sanguinis æternam salutem nobis impetrauit.

V. Expendendæ etiam hic sunt causæ, cur Mediatorem nostrum oportuerit esse Deum & hominem: ut tanto solidior sit consolatio, quod per Iesum Christum vere redempti sumus ab ira Dei, a maledictione legis, a morte & inferno. Idcirco enim oportuit mediatorem nostrum esse Deum, tum ut posset sustinere vniuersam Dei iram, eamque vincere ad placare, tum ut eius mors esset æquiualens præteritum pro peccatis totius mundi: cuiusque obedientia esset *ἀντὶ πάντων*, pro quo nobis æterna vita daretur. Deinde ut abolito peccato, & deleta morte, restitueret in nobis iustitiam & vitam, esset perpetuus custos & defensor Ecclesiæ in omnibus locis & periculis, & repressa tandem destructa tyrannide Diaboli, daret nobis Spiritum sanctum, & faceret nos hæredes vitæ æternæ. Hæc omnia cogitanda sunt in hac propositione, in qua Paulus dicit, nos per redemptionem Iesu Christi iustificari.

Quem proposuit propiciatorium.

Modus redemptionis.

Amplius exponit officium Mediatoris filij Dei Iesu Christi, & declarat quomodo redemptio sit peracta, videlicet quod Mediator filius Dei in sese deriuauerit totam patris iram, nostris accensam peccatis, & sit vmbra culum nostrum. Alludit Apostolus ad figuram

propiciatorii veteris testamenti, & ad officium summi sacerdotis. Ut enim in veteri testamento, tabula ex auro mundissimo, quæ dicebatur propiciatorium, tenebat arcam fœderis, in qua continebantur tabulæ Moysis, eratque sedes Dei, ex qua edebas oracula & responsa: Ita filius Dei Mediator est nostrum propiciatorium, quo tegitur & obumbratur tota Dei Ecclesia aduersus ælitum iræ diuinæ. Ac solus Mediator est illa persona, per quam pater æternus sese orbi patefecit, per quam edit responsa, & loquitur cum hominibus. *Qui enim videt filium Dei, videt Patrem.* Ioh. 14. v. 9. *Nec quisquam venit ad patrem, nisi per filium.* v. 6. Ut etiam summus sacerdos ingrediens in sanctum sanctorum, sanguine intercedebat pro populo: Ita hic noster summus sacerdos & mediator filius Dei Iesus Christus, non hircorum aut taurorum, sed proprium suum sanguinem in ara crucis obtulit Deo patri in redemptionem animarum nostrarum, & intercessionem suam inuenit æternam reconciliationem. Hanc efficacissimam consolationem de sacerdotio noui testamenti, quod filius Dei summus sacerdos pro nobis intercessit apud patrem: quod suum sanguinem obtulit pro nobis, & iram patris placauit: quodque docet nos Dei propiciam voluntatem, & sanctificat nos Spiritu sancto, ut & nos ad Deum accedere, & firma fiducia inuocare possimus, monstrat hoc loco Paulus. Tota igitur doctrina de sacerdotio Christi, quam *Epistola ad Hebræos* luculenter tractat, hic repetenda est.

rium V. Testamenti.

Per fidem in sanguine ipsius.

Hic caulani docet instrumentalem, qua adprehendimus & nobis adplicamus beneficia Mediatoris. *Posuit Deus, inquit Iesum, in Christum peccata omnium nostrum.* Esa. 53. v. 6. Et satisfecit Christus pro peccatis totius mundi. Quod vero non omnes huius summi beneficii fiunt participes, in causa est, quod magna pars hominum aut se eue contemnit Euangelium, aut succumbens diffidentia ruit in desperationem, His vero prodest mors & resurrectio Christi, qui vera fide sibi beneficia regni Christi adplicat, & consolationem Euangelii amplectuntur. Quemadmodum Ioannes testatur: *Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui non credit in filium, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum.* Iohan. 3. v. 36. Et David. *Beati omnes qui confidunt in eum.* Pl. 2. v. 13. Cauenda est igitur securitas, quæ iudicium & misericordiam Dei contemnit. Repugnandum est etiam diffidentia. *Nam qui non credit Deo, arguit eum mendacem.* Ioh. 5. v. 10. De testandus igitur est error Pontificiorum, qui iubet dubitare, de gratia Dei, quin certo statuendum est, Deum vere nobis esse propiciam, remisisse omnia nostra peccata, & pronuntiare nos iustos, & acceptare ad vitam æternam, gratis propter Dominum nostrum Iesum Christum. Estque hæc fides seu fiducia acquiescens in misericordia Dei, vniuersum instrumentum & Organon, quo transferimus ad nos, & nobis adplicamus beneficia Mediatoris: Quemadmodum tota scriptura testatur: *In fide sua viuunt.* Habac. 2. v. 4. Item, *qui credit in filium, non indicatur.* Iohan. 3. v. 18. Opera nostra non habent hanc proprietatem vel efficaciam, ut adplicent nobis meritum Christi: Neque dilectio, neque inuocatio, neque patientia, vel vllum opus quantumuis sanctum adplicat nobis remissionem peccatorum, seu reconciliationem, seu iustificationem. Nam hæc omnia existere non possunt, nisi persona sit iustificata fide. Soli fidei hanc proprietatem tribuit sacra scriptura, quod hominē corā Deo iustificat. Sic enim Deo visum est, fidē imputare hominib. ad iustitiā: Nec tam est estimandū est, quod fides tam præstans sit opus, ut sua dignitate iustificet hominē. Nullius enim hominis fides in hac vita tam est perfecta, ut non sit aliqua labe infirmitatis conspersa: sed quia est Organon quod amplectitur Mediatorem cum omnib. suis beneficiis, iustificat nos, scil. instrumentaliter, vel, ut dicitur, correlatiue: Quia misericordia Dei propter meritum Iesu Christi, quo

Epist. ad Heb.

Causa instrumentalis apprehendens et applicans.

Pontificiorum dubitatio.

Necessitas operum.

nostra fides nititur, sumus iusti. Nec adiuuanda est fides in actu iustificationis bonorum operum necessitas. Nam fides petens & accipiens a Deo remissionem peccatorum, solum Mediatorem intuetur, eoque solo nititur, & in gratuita Dei misericordia acquiescit. In hac causa plurimum situm est - idcirco toties a Paulo repetitur.

Ad ostensionem iustitiæ ipsius propter remissionem præteritorum peccatorum in patientia Dei.

Formalis causa iustificationis.

Formalem causam nostræ iustificationis hic describit. Hoc modo voluit Deus suam non hominum iustitiam demonstrare: quæ non est obedientia confirmis legi: sed est remissio peccatorum, quæ Deus magna patientia sustinuit: seu gratuita reconciliatio cum Deo, & imputatio obedientiæ & omnium meritorum Iesu Christi. Sic & David describit formalem causam nostræ iustificationis, videlicet remissionem peccatorum: Beatus vir cui remissæ sunt iniquitates, & cui tecta sunt peccata: Beatus vir cui Dominus non imputauit peccatum, Psal. 32. v. 1. Valde absurda videtur hæc descriptio iustitiæ nostræ rationi humanæ: quia prorsus discrepat a legis sapientia: sed hanc admirabilem iustitiam Deus patefecit in Euangelio: Et Deus discrete testatur, hanc reconciliationem gratuitam, & remissionem peccatorum esse coram se iustitiam. *Credidit, inquit, Abraham Deo, & imputauit ei fidem hanc iustitiæ, Rom. 4. v. 3. 4.* id est, Deus Abrahamum credere promissioni pronunciauit esse iustum. Quia vero præcipuum certamen mouetur de hac formali causa nostræ iustitiæ coram Deo, idcirco hoc Pauli testimonium tanto diligentius est obseruandum.

Præcipuum certamen de formali causa.

Pontificiorum sententia.

Pontificii contendunt, non solum remissionem, vel reconciliationem, vel imputationem meritorum Christi, esse formalem nostræ iustitiæ causam: sed simul ipsam renouationem & sanctificationem, & ipsam adeo dilectionem, & motus interiores accensos a Spiritu sancto. Sed hæc manifesta est Paulinæ doctrinæ corruptela. Is enim accurate distinguit inter iustificationem quæ fit sine operibus, & inter novos motus seu opera, quæ iustificationem sequuntur. Discrete etiam dicit: *non operanti, sed credenti in eum, qui iustificat impium, imputari fidem ad iustitiam, Rom. 4. v. 5.*

Osiandri.

Osiander etiam contendit, remissionem peccatorum seu imputationem obedientiæ Christi, non esse formalem nostram iustitiam: Sed tantum ad redemptionem pertinere. Formalem vero causam esse ipsam essentiam Dei, habitantem in nobis, & impellentem nos, vt iusta agamus. sed quia Paulus discrete dicit, sine lege hanc Dei iustitiam manifestari, certissimum est hallucinatum esse Osiandrum.

Alii volunt fidem ipsam esse causam formalem nostræ iustitiæ coram Deo. Sed improprie & periculose loquuntur. Nam fides non est illa res propter quam placemus Deo & iusti pronunciamur: sed propter obedientiam Christi nobis donatam & imputatam, iusti sumus & habemur in conspectu Dei.

Quod dicit (*Præteritorum peccatorum*) respicit ad legem & vetus testamentum, quod suis victimis & sacrificiis non potuit impetrare remissionem peccatorum. Nam taurorum & hircorum sanguis non placat iram Dei, non tollit peccatum. Lex ostendit quidem & excitat, sed non tollit nec delet peccatum. Sub lege igitur vsque ad Christum vis & regnum peccati durauit, & Deus immensa patientia sustinuit generis humani peccata, propter venturum Messiam, qui pro peccatis erat satisfactorus. Atque etiam propter Messiam promissum, in quem credebant, non propter legis obedientiam, patribus & Prophetis remissa sunt peccata in veteri testamento. Hæc ergo particula docet, non solum in nouo testamento remitti credentibus peccata, & eos gratis iustificari: sed etiam in veteri patres nulla alia re iustificatos esse, quam remissione peccatorum, quam adepti sunt per fidem in

Patres nulla re alia quam

Dominum nostrum Iesum Christum. Grauius erant nos iustificati sumus, peccata populi Israel in deserto, nec poterant ea tolli vel lege vel sacrificiis: sed Deus immensa patientia ea sustinuit, & agentibus pœnitentiam, & in promissum Mediatorem credentibus clementer condonauit, & ita gratis eos iustos pronunciauit, propter futuram victimam Christum. Non est autem hic fingendum, quasi Deus semel tantum præterita peccata condonet pœnitenti: sed perpetuo durat Dei clementia, quotiescunque peccator redierit ad Deum, inueniet gratiam per fidem. Christus enim vult septuagies septies remitti hominibus peccata, Matth. 18. v. 22.

26. *Ad ostensionem iustitiæ ipsius in hoc seculo, vt ipse sit iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu.*

Deus inquit, hoc tempore noui testamenti patefecit mundo admirandam suam iustitiam, non quia ipse est iustus in essentia sua: sed qua iustificat peccatores, quæ iustitia est Dei, quia ab ipso inuenta, nobis reuelata & donata est: coram ipso valet: Non est iustitia rationis aut liberi arbitrii: imo absurda videtur hæc iustitia rationi: sed est Dei mirabilis iustitia in Euangelio patefacta, ac semper ea fuit in Ecclesia: Sed omnium euidentissime illustra est, cum filius Dei pro peccato per soluto, & ex morte resuscitatus, iussit prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum in toto orbe terrarum. Luc. 24. v. 47.

Causas deinde finales monstrat huius admirandæ iustificationis. Prima est, vt ipse Deus sit iustus: hoc est, vt conspiciatur iustitia Dei. Hæc enim admirabiliter splendet toto celo, cum legis & Euangelii doctrina perspicue traditur, & docetur quod nulla caro sit iusta coram Deo ex operibus legis: sed quod homo gratis sine operibus ex misericordia Dei, propter obedientiam Iesu Christi per fidem iustificetur. Cum hypocritæ conantur suam stabilire iustitiam ex operibus legis: Deum iustitiæ accusant, vt qui ipsis iniuriam faciat, vt qui accuset eos de sceleribus, quorum non sunt rei: & præter meritum deneget eis vitam æternam: & qui frustra & sine omni causa vnigenitum filium suum acerbissimæ morti subiecerit: Qui etiam crudelis sit in genus humanum, quod præter meritum torquentis & calamitatibus affligat & puniat, cum plerique vitam & plura bona mereantur. Sine doctrina igitur Euangelii de gratuita iustificatione peccatoris per fidem, iustitia Dei conspici non potest. Hæc vero cognita patefit toti creaturæ iustitia Dei. Huc ergo semper respiciendum est, ne laus iustitiæ Dei, operum iustitiæ, obscuratur.

Finales iustificationis causæ.

Secundus finis est salus hominum. Nisi hanc admirandam iustitiam patefecisset Deus, nullus hominum coram eo iustificari & saluari potuisset. *Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei Rom. 3. v. 23.* Et lex inquit, *maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea. Deut. 27. v. 26.* Gratuitam ergo remissionem peccatorum statuit iustitiæ nostram propter obedientiam filii sui, vt Ecclesia in Christum credens saluari & iustificari posset. Ita Apostolus Paulus eruditissime omnes causas iustificationis nostræ coram Deo digito monstrauit & edisseruit.

27. *Vbi igitur est gloriatio? Exclusa est: per quam legem? operum? non: sed per legem fidei.*

EX propositione late explicata, & causis grauissimis summi stabilita infert, nullam ergo restare homini gloriationem. Soli enim Deo debetur laus & gloriatio: Homo suam infirmitatem agnoscat, & tantum in Deo gloriatur. Sic & ad Ephesios inquit: *Gratia salutis estis per fidem, idque non ex vobis, donum Dei est: non ex operibus, ne quis gloriatur. Ephes. 2. 8. 9.* Exclusa est.

est, inquit, Paulus, omnis gloriatio homini, nõ per legem operum, sed per legem fidei. Mirum est cur dicat non lege operum, sed lege fidei excludi gloriationem, cum Lex accusando omnem nobis gloriam detrahat. Sed indicare vult legem omnino concedere gloriationem, si modo eam præstare possemus: *Nam qui fecerit ea, vivet in eis. Rõ. 10. v. 5.* Item: *qui facit iustitiam, iustus est. 1 Iohan. 3. v. 7.* Non ergo Lex operum denegat gloriationem, modo tu præstes. Lex vero fidei, id est, doctrina de fide in Iesum Christum, prorsus excludit omnem gloriationem. Hæc enim iubet omnem fiduciam collocare in solum Mediatorem & soli Christo tribuit omnis nostræ iustitiæ gloriationem: *Omnis enim lingua iurabit. In Domino sunt iustitia mea. Esa. 45. v. 23. 24.* Quia vero Paulus & tota scriptura detrahit homini omnem gloriationem de operibus, evidentissime docet, non iustificari hominem ex operibus legis: nec opera legis esse partialem causam: nec omnino quidquam facere opera ad iustificationem, sed sola fide nitente misericordia Dei, & obedientia Mediatoris hominem iustificari: quemadmodum & Basilius recte colligit. Hæc est enim, inquit, perfecta & integra gloriatio in Deo: quando ne quidem propter suam iustitiam aliquis extollitur, sed agnoscit sese carere vera iustitia: Sola autem fide in Christum iustificatur.

Operæ precium erit paucis hic respondere ad sophisma Antinomicum, quo Crellius, & Cruciger depravant hunc insignem Pauli locum.

Quidquid excludit nostram gloriationem, id accusat nostra peccata.

Sed Lex fidei, id est, Evangelion excludit nostram gloriationem.

Ergo Evangelion accusat nostra peccata.

Respondeo simpliciter nego maiorem. Paulo enim non sunt vnum & idem excludere gloriationem, & accusare peccata. Extra omnem controversiam est, lege operum accusari peccata: Et tamen Paulus constanter dicit per legem operum non excludi nostram gloriationem. Neesse est igitur aliud esse Paulo excludi omnem gloriationem, & accusari peccata. Ac sane res ipsa loquitur aliud esse excludi omnem gloriationem, & aliud accusari peccata. *Excludere enim omnem gloriationem est docere, quod in sola gratuita misericordia Dei & in solo beneficio Iesu Christi omne iustitiam & salutem habeamus: atque ideo in nobis nec possumus nec debeamus gloriari: Sed qui gloriatur, in Domino gloriatur,* inquit scriptura. *Ier. 9. v. 24.* At *accusare peccata est docere ad quam obedientiam DEO obligati sumus, quæ opera a nobis flagitentur: quam procul ablit nostra natura a perfectione legis, & qua inobedientia Deum offenderimus, & æternas penas meriti sumus. Hæc sane non fiunt per legem fidei, seu Evangelion, proprie loquendo, sed per legem operum.*

Deinde & ad minorem respondeo: Evangelii proprium munus est patefacere & annuanciare misericordiam Dei & beneficia mediatoris Iesu Christi, offerre gratis remissionem peccatorum & reconciliationem cum Deo. Quemadmodum angelus testatur: *Evangelizo vobis gaudium magnum. Luc. 2. v. 10.* Hæc est propria Evangelii doctrina, quæ prorsus distincta est a concione legis, quæ reuelat & accusat peccata. Cõsequitur autem ex Evangelii lætissimo nuncio de beneficiis mediatoris, quod omnis gloriatio hominis plane sit exclusa, eo quod in solo Christo omnis sit nostra iustitia & salus posita. Quam diligenti & pio studio & quanto cum fructu Ecclesiæ distinxit Lutherus, sanctæ memoriæ, legem & Evangelium: Tam acriter conamine & tanta cum pernicie Ecclesiæ noui Doctores student confundere legem & Evangelion. Quam ingratitude & grauissimum peccatum Deus suo tempore non relinquet impunitum.

28. Colligimus igitur fide iustificari hominem absq; operibus legis.

Tertio repetit & inculcat Apostolus propositionem: Hic enim scopus est totius Epistolæ quem vult nobis in conspectu esse, & probe intelligi. Nulla voce autem, nec vllis lachrymis satis deplorari potest, hanc tam planam, perspicuam, & dilucidam propositionem, tam scelerate depravatam, & impudentissime in contrarium sensum esse contortam: quas præstigias hoc loco indicabimus, ut eas vitant adolecentes. Singulas enim voces tentauit Sathan, & quidem variis modis.

I. Primum pontificii cauillantur vocem *Arbitratur*, & disputant eam nihil definite adseuerare: Sed vox græca *λογίζομαι*, quæ significat subductis rationibus concludimus, colligimus, statuimus, dilucide refellit puerile sophisma.

II. Pontificii etiam cauillantur vocem *(Fide)* contendunt enim Paulum loqui de fide, quæ sit formata dilectione. Non enim volunt fide iustificari hominem absque operibus: sed fide eatenus, quatenus bonis operibus sit vestita.

III. Tertio alii pontificii crassius hoc exponunt, dicunt in phrasi Paulina inesse Synecdochon, fide sumus iusti, fide & operibus simul, siquidem pars sæpe pro toto ponitur.

IV. Quarto Maluenda & Osiander sic corruerunt hanc phrasin, fide sumus iusti scilicet inchoatiue, sed non consummatiue: hoc est, fide præparamur, ut deinde realia simus iusti. Has corruptelas autem Apostolus perspicue refellit: Primõ exclusiua *sine lege*. Item, *sine operibus legis*, item *gratis*: quæ omnem bonorum operum & meritum & dignitatem, & presentis necessitatem excludunt a iustificatione hominis coram Deo. Deinde dicit Paulus, *non operanti sed credenti in eum, qui iustificat impius, fidem imputari ad iustitiam*: hoc est, credentem & non habentem bona opera, pronunciat Deus gratis iustum. Et quia iustitia Evangelii sine lege manifestatur, non sunt miscenda opera cum fide iniustificationis actu.

V. Quinto Pontificii & Osiander corrumunt vocem iustificare: Contendunt enim vtrique idem esse quod infundere iustitiæ habitum, & ex in iusto iustum, id est, habentem nouos motus iustitiæ, facere. Sic Andra: lib. 6. & Osiand. in Confess:

VI. Rursus Pontificii cauillantur duplicem esse iustificationem. Primam, quæ in sola venia peccatorum consistat: Secundam deinde, quæ sit infusio charitatis per Spiritum sanctum: Deinde fingunt Paulum tantum de priori iustificatione loqui: sed refutat hoc sophisma præcedens propositio, auras omnes ordine exponens: Dicit enim Paulus, *gratis, gratia Dei, per redemptionem Iesu Christi, nos iustos esse coram Deo, & ipsam remissionem peccatorum nostram iustitiã.* Posuit & aduersatiuam, quod nulla caro ex operibus legis iustificetur.

VII. Septimo corrumunt aliqui particulam, sine operibus legis: & contendunt Paulum loqui de legibus ceremonielibus & forensibus, quibus non iustificemur. Sic Origines, Hieronymus, Andradius, Sadoletus, & multi. Paulus vero dilucide demonstrat, se loqui de tota lege, & in primis de morali: nam dicit legem operari iram. *Rom. 4. v. 15.* Item, *cap. 7. v. 7.* adducit nonum præceptum decalogi.

VIII. Octauo. Alii sic depravant: sine operibus legis, scilicet externis, quæ coram hominibus fiunt: sed non sine bonis operibus internis, in Spiritu coram Deo factis.

IX. Nono. Tapperus sic, sine operibus legis, a naturali arbitrio factis: sed non sine operibus per legem Dei excitatis.

X. Decimo.

Legis gloriatio.

Fidei gloriatio.

Basilius.

Crellii & Crucigeri deprauatio.

Excludere gloriationem quid.

Accusare peccata quid.

Repetit propositiõnem.

Pontificio- rum deprauatio.

Fide.

Maluendæ & Osiandri corruptela.

Iustificare Pontificiis & Osiandro quid sit Andradius.

Duplex iustificatio.

X. Decimo. Alii sic: sine operibus legis, scilicet quæ Lex efficit in homine, absque gratia, sine operibus carnis, quæ non sunt profecta ex fide: sed non sine operibus profectis a fide & Spiritu: Sophistæ, Louanenses.

XI. Undecimo. Sine operibus legis, scilicet merentibus: sed non sine operibus, conseruantibus & retinentibus salutem. Maior.

XII. Duodecimo. Sine operibus legis, in causa efficiente: sed non sine operibus in causa formali. Tridentinum Concilium. Maior.

XIII. Decimo tertio. Alii sic: sine operibus legis, scilicet præcedentibus: sed non sine sequentibus iustificationem. Maior: Thomas Aquin.

XIV. Decimo quarto: sine operibus legis, scilicet plene satisfaciunt legi, aut sine legis impletione. Sic Alesius: Hæc admodum crassa est hallucinatio.

XV. Decimo quinto: Sine operibus legis, scilicet quo ad meritum & causam efficientem attinet: sed non quo ad causam sine qua non: Contendunt enim bona opera necessario esse præsentia in actu iustificationis. Maior iste.

His tam variis præstigijs conatus est Sathan, clarissimum lumen Paulinæ disputationis obscurare: At si quis præcedentem propositionem, in qua omnes causæ iustificationis sunt expressæ, & in primis exclusiuas, deinde & argumenta Pauli diligenter attendat, ei non erit difficile refellere omnes illas præstigijs.

Vera igitur, genuina & simplex sententia verborum Pauli est: *Colligimus hominem fide iustificari absque operibus legis*: id est, certo statuimus & adseueramus, hominem absolui a peccatis, reconciliari Deo, & pronunciarum iustum, sine operum qualiumcunque merito, dignitate, efficacia, præsumptione, gloriatio- ne, etiam sine omni necessitate præsentia operum legis, gratis, sola fide acquiescente in filium Dei Mediatorem. Usque adeo salus prorsus non pendet vlla ratione a nostrorum operum conditione, vel merito, vel præsentia: sed a sola Dei misericordia, & merito Iesu Christi. Ita ut miserimus peccator carens omnibus operibus legis, & ne vnciam quidem boni operis in se reperiens, iustificari possit gratis per misericordiam Dei propter Christum, si vere credat Euangelio.

Emphasis in voce legis.

Emphasis attendenda est in voce (*Legis*) Cum enim sanctissimæ legis diuinæ, quæ omnium sanctissima opera describit & docet, opera non iustificent hominem: multo minus opera arbitrio carnis suscepta, vel cultus humano consilio electi, vel obseruationes humanarum traditionum, homines coram Deo iustificare possunt. Nulla enim sunt præstantiora atque Deo gratiora opera, quam quæ Deus voce sua præcepit, & cum legis sapientia congruunt. Immanis furor est, quod Pontifici fingunt, opera humano arbitrio sine Dei mandato suscepta, esse perfectionem, & mereri vitam æternam.

29. *Num Iudeorum Deus est tantum? An non & gentium? certe & gentium. Si quidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.*

Propositioni subiungit argumentum, sumptum a proprio Dei, & naturæ correlatiuorum. Haud dubie Deus eam monstrauit iustificationis viam, qua omnes gentes possent ad salutem æternam peruenire. Est enim omnipotentis Dei, omnibus gentibus patefacere aditum ad salutem. *Deus*, inquit Paulus, *vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.* 1. Tim. 2. v. 4. Non ergo per legem vel circumcisionem, quæ solis Iudeis data sunt, est iustificatio: sed per fidem, ad quam in promissione de Media-

torum omnes gentes inuitantur. Argumentatio Pauli est huiusmodi.

Argumentum Pauli a proprio Dei effectu.

Si iustificatio esset ex operibus legis, aut ex circumcisione, Deus esset tantum Iudeorum Deus. Nam his solis patefecisset viam ad æternam salutem.

At Deus curus est misereri, iustificare & saluare peccatores, non tantum Iudeorum, sed omnium gentium est DEVS.

Ergo iustificatio non est ex operibus legis, vel ex circumcisione, quæ solis Iudeis data fuerunt: sed ex fide in promissionem de Mediatore nostro Iesu Christo, quæ vniuerso orbi est proposita.

Valde multa complectitur Apostolus Paulus. Primum enim considerat immensam Dei bonitatem, quæ omnes concludit sub peccatum, ut omnium miseretur. Deinde respicit ad primam promissionem, quæ non alicui genti tantum, sed vniuerso orbi offert salutem in Mediatore: Monet etiam fuisse Ecclesiam Dei in mundo, quæ gratis consecuta sit iustitiam apud Deum, antequam Abrahamæ data esset circumcisio, & populus Israel, in populum Dei adsumptus esset. Atque etiam Lex in monte Synai promulgata. Præterea significat gentes quodque ad societatem Ecclesiæ vocandas esse, & participes fore beneficiorum regni Christi. Has res amplissimas complectitur Dauid in hoc Argumento. Sed doctrinam de vocatione gentium, copiosius tractat in Cap. 10. & 11.

30. *Legem igitur abolemus per fidem? absit: imo legem stabiliamus.*

Cum vox diuina testatur, hominem non iustificari ex operibus legis, sed gratis, misericordia Dei propter Christum per fidem: ratio humana multa inde conatur absurda & pugnantia colligere: videlicet: Ergo frustra lata est Lex: Ergo fides abolet legem: Ergo promissio est contraria legi: & similia multa. Ad quas quæstiones 5. & 6. capite copiosius respondebit. Hic tamen paucis remouet scrupulum, ne pius lector tam graui obiectione turbetur.

Ratione humanæ instantias

Est ergo valde insigne dictum: *per fidem legem stabiliamus.* Docet enim hic Paulus, doctrinam fidei nequaquam pugnare cum lege, aut ipsam legem aboleri: quemadmodum & ad Gal. 3. v. 21. inquit: *Num igitur Lex est contra promissionem absit.* Mirum autem alicui videri possit, cur Apostolus dixerit, per fidem legem stabiliri: Lex enim diserte pronunciat, nisi homo integram & perfectam præstiterit obedientiam, in æternum ei pereundum esse: fidei vero doctrina offert pollutis peccatoribus gratis remissionem peccatorum, iustitiam, & vitam æternam. An non hæc dogmata inter se sunt pugnantia?

Quomodo per fidem Lex stabilitur.

Respondeo. Nequaquam sunt pugnantia. Interveniente enim Christo Mediatore, adeo consentiunt, ut altera stabiliat alteram, nec in toto orbe terrarum alia est doctrina, quæ validius stabiliat legem, quam promissio Euangelii. Christus enim in sese recipit vniuersam legis sententiam: iustinet eius maledictionem, & persoluit pœnam quam poscit a genere humano, propter inobedientiam: Deinde integram & omnibus numeris absolutam præstat obedientiam, quantam Lex flagitare posset, loco generis humani.

Nihil igitur derogatur legi, imo in tantum confirma- tur doctrina fidei, vt non potuerit saluari genus hu- manum; nisi filius Dei Mediator sese subiiceret. Vnde & Christus inquit: *Non veni soluere legem, sed adimple- re.* Matth. 5. v. 18. Vt autem simplicitudo doctrinae, quae in hoc dicto continetur, aliquo modo considerari pos- sit, ordine expendantur quinque modi, quibus fides stabilis legem.

Primus modus.

Primum fides stabilis legem, agnitione iudicii diuini, & Confessione delicti; Credens enim agnoscit, & sentit, se immundum esse, se carere iustitia legis: iudicium quoque Dei auersum peccatum horrendum esse: Ac nisi vmbaculo Mediatore tegetur, nequaquam se in iudicio consistere posse. Nulli iustitiam vel operarii tam prope adspiciunt legis iudicium, vt credentes. Isti enim Hypocrite imaginantur, lege tan- tum flagitari externam obedientiam, & putant se disci- plina qualicumque satisfacere legi. At credens in Mediatorem, intelligit & sentit, longe sublimiorem iustitiam flagitari a lege, qualis in hac vita ab homi- ne praestari non possit: sentit iram Dei intollerabilem esse, quae per legem accenditur: Hoc enim est credere, in terroribus mortis & sensu irae Dei, quae Lex operata est, vera fiducia se erigere & ad mediatorē confugere.

Secundus modus.

Secundo stabiliter Lex integra per solutione pe- nae, quam filius Dei constitutus Mediator in sese recep- it, & sustinuit. Posuit, inquit Isaias, Dominus in eum peccata omnium nostrorum: & propter peccata nostra vul- neratus est, & propter transgressiones nostras percussus: *Disciplina pacis nostra super eum: & liuore eius sanati sumus.* Esa. 53. v. 5 & 6. Tanta seueritate tuetur Deus sententiam legis, vt nolit vllum remittere peccatum, nisi prius per soluta poena per filium Mediatorem. Fi- des ergo, quae niritur morte Mediatoris, omnium for- tissime stabilis legem.

Tertius modus.

Tertio. Integra obedientia, qualem Lex ipsa flagitat, quam filius Dei Mediator plene atque perfe- ctè praestitit: *Fuit enim absque omni peccato* Esa. 53. v. 9. *1. Pet. 22. vers. 2 & factus est obediens vsque ad mortem.* Philip. 2. v. 8 *Subiecit etiam se legi, vt nos a maledictione legis eximeret* Gal. 3. v. 12. Haec obedientia rursus sta- bilis legem: Lex enim neminem admittit ad vitam æ- ternam, nisi ornatam integra iustitia. Christus autem hanc iustitiam pro nobis praestitit, eamque nobis do- nat, ac per fidem imputat. Vnde Paulus inquit: *propter obedientiam vnus iusti, constituantur multi.* Rom. 5. vers. 19.

Quartus modus.

Quarto. Fides stabilis legem, inchoatione no- uae obedientiae: Non enim permittit fides, vt liberati a lege, in peccatis viuamus: sed docet Deo seruiendum esse in iustitia & veritate. Fide etiam Spiritum sanctū accipimus, qui inchoat in nobis nouam lucem, agni- tionem & dilectionem Dei, iustitiam, castitatem, pa- tientiam, mansuetudinem, quae non pugnant cum lege: sed cum ea congruunt. Qui vero a fide alieni sunt, licet videri velint legis adsertores, tamen reuera destruunt eam: *Qui enim non credunt, non videbunt vitam: sed ira Dei manet super eos:* Iohan. 3. v. 36. Qui vero in morte & sub ira Dei manent, ne minimam quidem obedientiam praestant legi: Sed aut Hypocri- si simulant obedientiam: aut Epicureo furore con- temnunt legis iudicium. Etsi autem credentium in- choata noua obedientia non est integra legis imple- tio: tamen & congruit cum lege ex parte, quia fit in Spiritu, & placet Deo propter Christum Mediatorem per fidem.

Quinto per fidem Lex stabiliter, integra obedi- entia a credentibus in vita aeterna praestanda: Fides enim in Christum perducit nos ad vitam aeternam, in qua erimus sine peccato & morte, & restituentur no- bis integrae vires, ita, vt totam legis obedientiam inte- gre praestare possimus: & *Deus futurus est omnia in o- mnibus.* *Qui vero non credit, iam iudicatus est.* Iohan. 3. v. 18. Ergo omnis a fide alienus, hostis est mansurus legis diuinæ nisi fuerit conuersus.

Hoc quartum Caput est confirmatio proposi- tionis supra tam luculenter positae. Monstrat ergo hic Paulus quae habeat suae doctrinae de iustificatione hominis fundamenta. Admodum su- blimis & maximi momenti doctrina est, quae adserit, homines gratis, absque operibus, gratia Dei propter Mediatorem, sola fide iustificari coram Deo, & saluari. Vt ergo huic consolationi mens turbata, & legis iudi- tium expauescens adlentiri, & inniti possit, omnino firma & immota fundamenta sunt monstranda. Et quia iidem Argumentorum fontes in 2 & 3. capite ad Gal. indicantur, tota illa disputatio cum hoc capite conferenda est.

Cap. 2. v. 3. ad Gal.

1. *Quid ergo dicemus, Abrahamum patrem nostrum inuenisse secundum carnem.*
2. *Si enim Abraham ex operibus iustifica- tus est, habet quidem gloriationem, sed non apud Deum.*
3. *Quid enim scriptura dicit: credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.*

PRIMUM ARGUMENTUM ab exemplo Abraham.

PRimo loco Paulus ad confirmandam suam propo- sitionem, profert in medium exemplum Abraham, & discrete adfirmat non esse iustificatum ex operibus: & suam adseuerationem probat testimonio ex Genesi desumpto. Mirum autem alicui videri posset, quo- modo Apostolus ab exemplo singulari conetur docere & demonstrare totius Ecclesiae iustificationem co- ram Deo: sed attendenti singula Pauli verba, non est obscurum, eum non a particulari exemplo, sed a ge- nerali regula, quae omni exceptione caret, argumen- tari. Sumit enim, quod extra omnem controuersiam est: omnibus hominibus eandem esse propositam viam perueniendi ad vitam aeternam: Estque Pauli argu- mentum huiusmodi.

Non Argu- mentatur Apostolus a particu- lari infra v. 23.

Omnibus hominibus eadem via perueniendi ad iustificationem & salu- tem, est proposita.

Sed Abraham non ex operibus, sed per fidem est iustificatus & saluatus co- ram Deo.

Ergo nemo hominum ex operibus iustificatur: sed quotquot iustificantur, per fidem impetrant iustitiam.

MAior manifesta est ex dictis Apostolicis: *Non est in alio salus, neque est aliud nomen datum hominibus sub calo, in quo oporteat eos saluos fieri.* Act. 4. vers. 12. *Item, fundamentum aliud poni non potest, prater id quod positum est, quod est Iesus Christus.* 1. Corinth. 3. vers. 11. Minorem vero probat Paulus ex dicto Moysi: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustiti- am.* Gen. 15. vers. 6. Praeterea Paulus non solum vnus Abraham exemplum intuetur: sed vel in primis ip- sam promissionem, in qua Deus promittit, Abraham fore patrem multarum gentium: *Patrem, inquit, multa- rum gentium posui te.* Gen. 17. v. 4. quae promissio non de carnali, sed Spirituali semine loquitur: quod videli- cet plurimae gentes ab ortu & occasu solis secuturae ef- sent vestigia fidei Abraham. Indicat igitur ipse Deus, si- lios Abraham, id est, Ecclesiam non alio modo iustificari coram

Confirmatio mine-

Minoris confirma- tio.

Promissio Abraham.

Cur potissimum Abraham exemplum adducat.

coram Deo, quam ipse Abraham sit iustificatus. Et quia Iudei subinde gloriabantur se esse semen Abraham. Vix poterat validius produci Argumentum, ad stabilendam fidei iustitiam, quam hoc ab exemplo Abraham. Nec putavit Apostolus vllum in Ecclesia tam stolidæ arrogantiae fore, qui se iustitia & virtute æquaturus sit cum Abrahamo: quem sacra scriptura vt singularis iustitiæ exemplum proponit: & tamen iustificationem coram Deo ei detrahit. Extremæ igitur demeriti est, hominem velle ex propriis operibus coram Deo iustificari, qui tamen ab illa excellentia bonorum operum, quæ fulserunt in Abraham, tam procul absit.

De Abrahamo conuerso loquitur.

Diligenter attendendum est hic, Paulum non loqui de Abrahamo nondum conuerso, & tantum Ethnicis virtutibus exornato: sed de eo Abraham, in quo lucebat vera Dei agnitio, qui erat templum Spiritus S. & in fide præclara ediderat facta. Nam a cap. 12. vsque ad 15. Gen. describuntur insignes historiae, quomodo Abraham secutus sit Deus vocantem, ei crediderit, & magno Spiritu obtemperauerit. Et tamen hæc ipsa opera Abraham in fide & Spiritu facta, nequaquam ipsum iustificauerunt. Exclusiua igitur particula (*Sine operibus*) non tantum de operibus non renatorum: Sed etiam renatorum loquitur, & eis detrahit iustitiam coram Deo. Et si autem spiritus sanctus singulari consilio, hoc vniuersale exemplum Abraham ad hæc causam elegerit, tamen multum lucis & roboris ei accedet, si quis & alia exempla Patrum, Prophetarum, & Apostolorum huc adduxerit, qui omnes simpliciter sine operibus per fidem, coram Deo sint iustificati.

Etiam renatorum opera excludi.

Pontificiorum calumnia.

Labefactare conantur pontificii Sophistæ hoc Argumentum cauillis, sed frustra. Dicunt Paulum abuti testimonio, non pertinente ad subiectam materiam. Nam promissio in Genesi loquitur de multiplicatione sobolis Abraham: hic vero agit Paulus de remissione peccatorum. Sed securi isti Sophistæ ostendunt se plane expertes esse exercitiorum poenitentiae. Nemo enim vere petere & expectare a Deo potest sobolem, vel alia corporalia bona, nisi luceat in eo fides accipiens remissionem peccatorum, & iustitiam coram Deo. Gideon dimicans pro populo, petit quidem defensionem & auxilium: sed mens eius simul intuetur Dei misericordiam & promissum Mediatorem: & statuit se propter hunc placere Deo, esse iustum, & exaudiri. Sic Iacob in exilio, Ioseph in carcere petunt a Deo bona corporalia, panem quotidianum, liberationem ex

Fides præluet in petitione corporalium.

carcere, defensionem & consolationem: sed prælucente fide, quæ apprehendit Dei misericordiam, & beneficia Mediatoris. Non igitur intempestiue citauit hunc locum Paulus. Ac cum Moses ipse dicat, imputatam esse hanc fidem Abraham ad iustitiam: quid potuit cōcinnius, vel accommodatius allegari a Paulo, ad demonstrandam fidei iustitiam, quam hic locus Moisi?

Obiectio.

Alii obijciunt locum Iacobi: *Videtur quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum*: Iacob. 2. v. 24. & Iacobum volunt esse interpretem Pauli: sed solida & plana responsio est. Paulus docet hic iustificationem hominis coram Deo: eamque operibus prorsus detrahit, & soli fidei adscribit: Sed Iacobus agit de iustificatione coram hominibus, quæ fit ex operibus. Homines enim de fide in corde lucente iudicare nequeunt. Illud tamen dissimulandum non est, quod Iacobus, quisquis ille fuit, perperam faciat in eo, quod Sac. Scripturæ dictum, quod de iustitia fidei coram Deo absque operibus agit, ad iustificationem operum coram hominibus, accommodat. Ac potius repudianda esset authoritas Iacobi, quam permittendum, vt doctrina Pauli labefactaretur.

Osiander deprauatio Imputare non significat infundere iustitiam.

Deprauauit & Osiander hunc Pauli locum, qui fingit, imputare fidem ad iustitiam, nihil aliud significare, quam infundere credenti diuinitatem, vt homo ipsa essentia Dei sit iustus. Sed vox Iachseueha, cogitauit, reputauit, decernit, manifeste refellit istas cauillationes. Sic etiam vox ἐλογίζην, imputata est fides ad iustitiam, demonstrat Paulum non loqui de

infusione iustitiæ: sed quod Deus filii sui obedientiam imputet nobis per fidem pro iustitia.

Nec phrasis illa scripturæ, fides imputatur ad iustitiam, sic accipienda est, quasi fides sit ipsa res propter quam Deo simus accepti ad vitam æternam, & quæ sit coram Deo iustitia. Sed de instrumentali causa intelligenda est: Fides enim est organon, quo apprehendimus iustitiam Christi. Mirum autem alicui videri posset, cur scriptura non potius dicat: obedientiam Iesu Christi imputari credenti ad iustitiā, quam fidem imputari. Ad hoc respondeo: discrete hoc adserit sacra scriptura, propter obedientiam Iesu Christi nos constitui iustos coram Deo, & nos vestri obedientia Iesu Christi. Rom. 5. v. 18. *propter obedientiam vnius iusti, constituuntur multi*. Quia vero præcipua semper est disputatio, quæ res sit in nobis, quæ faciat discrimen inter iustos & iniustos: Deus enim omnium peccata arguit, pro omnium peccatis satisfecit Christus: omnibus hominibus offertur misericordia Dei, & tamen non omnes saluantur. Ideo vel in primis scribi necesse est, quod sit illud Organon, per quod beneficia Mediatoris nobis adplicamus: & ita iusti ab iniustis discernantur. Ideo scriptura cum alias sæpissime dicat, Christum esse iustitiam nostram: tum & hoc inculcat, fidem esse, quam imputat Deus ad iustitiam: hoc est, credentem pronunciat Deus iustum per imputationem obedientiæ Iesu Christi.

4. Et qui operatur, merces non imputatur ad gratiam: sed secundum debitum.

5. Non operanti vero, credenti autem in eum, qui iustificat impium, imputatur fides eius ad iustitiam.

Secundum est hoc argumentum sumptum a natura contrariorum. Mercedem reddere operanti ex debito: & ex gratia non operanti donare iustitiam, seu fidem imputare ad iustitiam, sunt ex diametro contraria. Sed fides ex gratia non operanti imputatur ad iustitiam: Ergo iustitia non est ex operibus, siue ex debito. Hoc argumentum repetit Apostolus ad Rom. 11. v. 6. & dilucidius ostendit contrarietatem. *Si autem ex gratia, inquit, iam non ex operibus: alioquin opus non esset opus*. In hoc argumento Paulus & naturam fidei, & quo sensu exclusiua particula accipiendæ sint, exponit. Quia n. tanquam contraria sibi inuicem opponit, debitum & gratiam: operantem & credentem: mercedem pro labore, & fidei imputatam iustitiam: perspicue monet, fidem in articulo Iustificationis non admittere mixturam bonorum operum: sed eius proprium esse, fateri, se nudam esse, & prorsus carere bonis operibus & omnem spem in solo merito Iesu Christi ponere. Non quidem per se pugnat fides cum operibus: imo fides genitrix est bonorum operum: eaque fouet & alit. At cum agit cum Deo, & petit remissionem peccatorum: non patitur se confundi cum bonis operibus: non ea tuetur: nec simul adfert ea in conspectum Dei: non permittit vt bona opera partem aliquam sibi in iustificatione hominis vendicent: sed sola hic agit cum Deo, in cuius misericordia tota recumbit, & in solo merito Christi acquiescit.

Dilucide etiam hic ostendit Apostolus exclusiuis particulis supra positis, non tantum excludi meritum, causam efficientem, dignitatem, precium, præsumptionem, gloriationem, fiduciam: Verum etiam causam sine qua non, & omnem prorsus necessitatem præsentis bonorum operum, in articulo & actu Iustificationis: discrete enim adfirmat Paulus, non operanti imputari iustitiam. Exponit ergo quid ante voluerit intelligi, cum dixit: sine operibus legis: videlicet nec ipsam præsentiam bonorum operum necessario requiri in iustificatione coram Deo: Deinde quod fidem nitentem solo merito Christi opponit operationi, satis indicat opera cum fide in actu Iustificationis non posse misceri. Opera enim non respiciunt gratuitam Dei misericordiam, vel solius Christi meritum: sed iuxta legis sententiam,

Cur fides dicatur imputari ad iustitiam non pariter obedientiæ Christi.

2. Argumentum.

Contraria.

Fides non pugnat cum operibus.

Opera non sunt causa sine qua non iustifica.

iam, præmium laborum poscunt. Tertio eum, qui iustificatur, adpellat impium, ac ne vnciam quidem boni operis ei tribuit Apostolus in actu iustificationis. Quarto quod dicit, fidem reputari in iustitiam, liquido ostendit, se operibus in iustificatione nec primas nec postremas partes tribuere, nec etiam præsentia operum necessitatem in iustificatione requirere. Hoc enim est fidem imputari ad iustitiam, videlicet quod fides sit medium adprehensum iustitiam: & quod Deus credentem Euangelio, absque omni opere vel dignitate pronunciet iustum. Hinc ergo petatur quo sensu velit Paulus intelligi particulas exclusivas, sine lege, sine operibus, gratis, sola fide: nimirum quod in actu iustificationis coram Deo omnem præsentia necessitatem, omnemque causam, etiam eam, quæ appellari solet sine qua non, excludatur. Esaias inquit: *Omnes, qui sititis, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, adeste cibum comparate* Esa. 55. v. 1. Loquitur Propheta de gratuita iustificatione & remissione peccatorum, & non habentibus bona opera, vel vllam dignitatem, promittit consolationem & salutem. Non ergo requirit præsentia operum necessitatem in actu iustificationis. In hoc etiam argumento ostenditur, opera & merita non posse diuelli a se inuicem.

6. *Quemadmodum & David dicit Psal.*

32. v. 1. 2. *beatitudinem hominis cui Deus imputat iustitiam sine operibus.*

7. *Beati cui remissa sunt iniquitates, quorum tecta sunt peccata.*

8. *Beatus vir, cui Dominus non imputat peccatum.*

TERTIVM ARGVMENTVM

sumptum a definitione iustitiæ nostræ: coram Deo: confirmatum testimonio Davidis.

Iustitia seu beatitudo nostra est imputatio iustitiæ sine operibus, seu remissio peccatorum.

Sed iustificatio operum non est gratuita imputatio: sed potius obedientia comprobatio & compensatio.

Ergo non ex operibus: sed gratia Dei, gratis, iustificamur.

3. Argumentum.

Hoc admodum illustre est argumentum, quia perspicue docet, quæ sit causa formalis nostræ iustitiæ coram Deo: Quæ de re ut conscientia maxime sunt sollicita: ita omnibus temporibus de hac causa præcipuum mouetur certamen. Querit enim conscientia quæ sit illa res in nobis, qua placeamus Deo, & quomodo, cum rei & polluti simus, coram Deo iusti censeari, & ad vitam æternam suscipi possimus. Impedimento nobis semper est Lex, quæ adfirmat, neminem coram Deo esse iustum, nisi habentem integram legis obedientiam. Hic vero Apostolus ex Propheta Davide nouam formam iustitiæ describit, videlicet quæ sit imputatio iustitiæ sine operibus, & remissio peccatorum quæ est non legalis, sed Euangelica iustitia.

Hoc ergo loco diligenter obseruentur causæ nostræ iustitiæ. Quando mors & obedientia Christi dicitur nostra iustitia, causa efficiens scilicet impulsiva & meritoria significatur. Nam propter mortem & obedientiam Christi, quam nos fide induimus, pronunciat nos pater æternus iustos. Cum fides dicitur iustitia nostra, causa instrumentalis, & medium adplicationum significatur. Hic vero formalis causa nostræ iustitiæ exponitur, quod scilicet nullum sit opus nostrum: sed imputatio iustitiæ sine operibus, & ipsa peccatorum condonatio.

Noua iustitiæ forma.

Errat igitur Osiander, qui fingit nos fide præparari ad iustitiam, ut deinde essentia ipsa Dei simus iusti: & blasphemus stylo scribit, *glacie frigidiora docet, qui dicit, remissionem peccatorum esse nostram iustitiam coram Deo.* Errat & Tridentina Synodus quæ contendit, formalem causam nostræ iustitiæ coram Deo esse renovationem mentis, inhaerentes qualitates, & infusam charitatem. Paulus enim discrete dicit, iustitiam nostram esse imputationem iustitiæ sine operibus, id est, sine infusa dilectione. Hinc etiam peti debet perspicua enarratio phræseos: quod nimirum Paulo & Moli imputare iustitiam significet, gratis remittere, condonare, & tegete peccata. Nam ad probationem suæ definitionis, quod iustitiæ sit imputatio iustitiæ sine operibus, adducit testimonium Davidis Psal. 32. v. 1. 2. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Beatus vir, cui Dominus non imputat peccatum. Sunt ergo Synonyma, remittere peccata, tegete iniquitates, non imputare peccata: imputare iustitiam. Docet etiam hoc argumentum, vocabula iustitiæ, salutis, & beatitudinis, in hoc articulo, proferri eodem sensu accipi.

Osiandri blasphemiam.

trident. Synodus, de Form. causa.

Imputare iustitiam est gratis remittere peccata.

Synonyma.

9. *Beatitudo igitur hac ad circumcissionem tantum, an & ad præputium pertinet? Dicimus enim quod imputata fuerit Abraham fides ad iustitiam.*

10. *Quomodo ergo imputata est? cum esset in circumcissione, an cum esset in præputio? Non in circumcissione, sed in præputio.*

11. *Et signum accepit circumcissionis signaculum iustitiæ fidei quæ fuerit in præputio.*

QVARTVM ARGVMENTVM

sumitur ab ordine causarum & effectuum.

Effectus nunquam prior est sua causa.

Sed Abraham ante circumcissionem est iustificatus.

Ergo circumcisio non est iustitiæ ipsius causa.

Quod si vero tam illustre opus obedientia non est iustitia: Ergo nec alia opera: Non enim ideo meminit tantum circumcissionis, ut operibus ceremonialibus tantum adimat vim iustificandi: sed multo magis ut tanto fortius inferat, quia tam insigne, & præclarum opus obedientia, quod Abraham natus annos 99. sese circumcidit, non est iustitia coram Deo: nec alia opera, quæ multo sunt faciliora, iustitia coram Deo esse possunt. Deinde & hoc vult docere Apostolus, Abrahamum, nec per illud præclarum opus, quo vnicum suum filium obtulit Deo patri, esse iustificatum; Hoc enim secutum est circumcissionem: Iustificatio vero præcessit circumcissionem. Vult & hoc indicare PAVLVVS: Abrahamum per opera legis non esse iustificatum: nam Lex trecentis annis post circumcissionem, primum est promulgata. Cum ergo Abraham ante circumcissionem in præputio sit iustificatus: sequitur cum nequam per opera legis iustificatum esse. Et cum Abraham iuxta promissionem pater sit multarum gentium: necesse est omnes fideles, eodem modo, per fidem, sine operibus, apud DEVM saluari & iustificari.

4. Argumentum.

Cur circumcissionis exemplum alleget.

Iudæi

**Errores Iu-
deorum de
circumcisi-
one.**

Iudæi multos errores circumferebant de cir-
cumcissione. *Primum* censebant, circumcissionem esse
iustitiam coram Deo. *Secundo* gloriabantur, se solos esse
populum Dei propter circumcissionem. *Tertio* doce-
bant, gentes non posse fieri participes regni Christi,
nisi circumciderentur. Hos errores omnes refellit
Paulus hic, & docet, Abrahamum ante circumcissi-
onem consecutum esse iustitiam. Ex quo manifestum
est, circumcissionem non esse iustitiam: nec Iudæos esse
Dei populum propter circumcissionem: nec genti-
bus in Christum credentibus opus esse circumcissione
ad iustitiam consequendam. Tempora diligenter an-
notata sunt a Spiritu sancto in historia Abrahamæ, anno
ætatis 75, vocatus est a Deo ut egrederetur ex Haram,
in terram Canaan. Paulo post in secunda adparitione
Dei, scriptura dat ei testimonium, quod Deus fidem
Abrahamæ imputauerit illi ad iustitiam. Anno vero æ-
tatis 99, accepit circumcissionem. Ut ergo Abraham
in præputio iustificatus est absque circumcissione: Ita
& gentes sequentes vestigia fidei Abrahamæ, in præputio
coram Deo iustificantur.

**Obscrvan-
da.**

Paulus aliquot insignes doctrinæ locos expli-
cat in hoc argumento. *Primo* refutat hic Pharisæorum,
Monachorum & omnium Hypocritarum errorē, quo
singitur, externos ritus esse iustitiam coram Deo, me-
reri gratiam Dei, remissionem peccatorum, & vitam æ-
ternam: Item sacramenta ex opere operato per sese cō-
ferre vitam & iustitiam: etiamsi percipiuntur sine bo-
no motu, modo quis non ponat obicem peccati mor-
talis. Hic error plane sepelit Mediatoris beneficia, delet
vna litura vniuersum Euangelium, & homines agit
præcipites in interitum. Si enim externorum rituum
obseruatio & quidem sine poenitentia & fide est iusti-
tia coram Deo, & meretur vitam, quid erat opus ut
filius Dei descenderet de cælo, adsumeret humanam
naturam, subiret pro nobis mortem & *λυτῶν* perfol-
ueret? Cur vocantur homines ad poenitentiam? cur
vrgetur legis imperium? cur fides docetur? si ceremo-
nia iustificat hominem. Grauius ergo se opponit huic
errori Apostolus: & demonstrat Abrahamum non
esse iustificatum circumcissione: Sed longo tempore
ante circumcissionem, per fidem adeptum esse impu-
tatam iustitiam apud Deum. Quod si insignis illa ce-
remonia circumcissionis mandata ab ipso Deo, non
iustificauit Abrahamum, sequitur nec vllas alias ce-
remonias, siue sint a Deo, siue sint ab hominibus insti-
tuta, iustificare hominem coram Deo. Execrandus
est igitur blasphemus & plus quam gentilis error Mo-
nachorum de opere operato.

Secunda enarrat hic Paulus promissiones quæ
factæ sunt Abrahamæ, & ostendit eas non loqui tantum
de bonis corporalibus, vt de posteritate, de victu, de
terra Canaan, de regno, de defensione, de magnis op-
tibus: sed in primis offerre bona spiritualia & æterna,
videlicet remissionem peccatorum, iustitiam coram
Deo, viuificationem, donationem Spiritus sancti, &
hereditatem vitæ æternæ. Cum enim Paulus nomi-
net circumcissionem, quæ fuit signum fæderis pacti
cum Abrahamo, sigillum iustitiæ fidei: necesse est De-
um in illo fædere, non solum temporalia, sed multo
magis æterna & spiritualia bona, videlicet iustitiam
coram Deo obtulisse, quam sigillo circumcissionis ob-
signauit.

Sciendum est igitur duplex fuisse fædus, quod
pepigit Deus cum Abrahamo. Vnum fuit temporale,
quo segregauit eum a tota genere humano, adsciuit in
populum Dei, promisit ei sobolem, & semini eius certam
sedem regni, nutricationem, defensionem, & omnia
vitæ necessaria, & obstrinxit eum cum tota posteritate
ad certas ceremonias & leges. *Et statuat* (inquit) *pā-*
ctum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in
generationibus suis, fædere sempiterno, vt sim Deus tuus,
& seminis tui post te. Et hoc est pactum meum quod ob-
seruabitur inter me & vos, & semen tuum post te: circum-
cidatur ex vobis omne masculinum. Gen. 17. v. 9. 10.

**Fædus cir-
cumcissi-
onis potissi-
mum Spi-
ritualia
complecti-
tur.**

**Fædus du-
plex tem-
porale.**

Alterum & quidem præcipuum fædus cum
Abrahamo initum fuit Spirituale nimirum, promissi-
o de semine benedicturo omnes tribus terræ: in qua
offerebat Deus gratis Abrahamæ & omnibus credenti-
bus in Messiam, remissionem peccatorum, reconcilia-
tionem, donationem Spiritus sancti, & vitam æternam.
Hoc Spirituale fædus fuit omnino distinctum ab illo
priori: Hoc enim erat gratuitum: Illud vero conditio-
nale: sequidem legem & ceremoniarum obseruatio-
nem efflagitabat: Sed tamen alterum alteri seruebat:
temporale propter spirituale factum erat, atque ideo
alterum alteri inest, inuolutum & intertextum
erat. Atque hinc est quod circumcissio non tantum
temporalia, sed etiam spiritualia bona obsignauit. Sic
ergo argumentum hoc soluitur.

Iustitia fidei tantum est beneficium novi testa-
menti:

Circumcissio vero est sacramentum veteris te-
stamenti: quod non confert iustitiam nec vitam.

Ergo circumcissio non est sigillū iustitiæ fidei.

Respons. Duplicem vsum habuit circumcissio.
Primum confirmabat fædus temporale de beneficiis
corporalibus, & fuit sigillum veteris pacti. Secundo tu-
it etiam testificatio & sigillum promissionis de femi-
ne benedicturo omnes gentes. Coniunctum enim
fuit vtrumque fædus: & omnia respiciebant promissi-
onem de Messia: quam totam obsignauit Deus cir-
cumcissione: Atque ita circumcissio etiam iustitiam fidei
in semine benedicto promissam obsignabat.

Oecolampadius, Bullingerus, Calamus, & alii Error Cal-
contenderunt, nullum esse discrimen inter vetus & tuiano-
nouum testamentum, quo ad substantiam fæderum: rum V. &
Ex violenter exponunt Epistolam ad Hebræos. N. Testa-

Illyricus ponit tria testamenta: vnum cum A-
brahamo: Alterum cum Mose tertium per Messiam substantia
factum: verum vt illi imprudenter confuderunt, quæ vnum esse,
scriptura accurate distinguit: Ita hic nimis temere Error Illy-
nouam facit distinctionem, cum Prophetæ & Aposto-
lici tria
li tantum duo commemorent testamenta. Nec sane Testamen-
ferendum est in Ecclesia vt quis putet se Apostolis ef-
ta esse.
se oculatiorem. Sciat ergo pius lector due esse fædera
seu testamenta, eaque valde distincta.

Vetus testamentum seu fædus est promulgatio V. Testa-
legis, & constitutio sacerdotii & politiæ in populo lu-
mentum
daico in qua obligauit se Deus huic populo, promisit quid.
ei vitam æternam, & corporalia bona, videlicet certam
regni sedem, pacem, defensionem, fertilitatem agro-
rum, multitudinem sobolis, victoriam, & in tota vita
admirandam felicitatem, cum hac conditione, si om-
nia Dei præcepta obseruarent: Simul etiam mortem
& omnis generis plagas minatus est inobedientibus:
in hunc finem, vt populus legis tanquam carcere con-
clusus teneretur: & ad agnitionem peccati impelleretur:
tum vt promissio de Messia adseruaretur.

Huius fæderis duo sunt capita: vnum genera-
le, videlicet Decalogus, qui perfectam præstantibus capita.
obedientiam, vitam æternam & omnia bona promit-
tunt quod caput non tantum ad populum Israel, sed ad Decalogua
omnes gentes, ad Adamum & totam eius potentiam
etiam pertinet: & merito dicitur vetus pactum:
Nam in creatione iniit hoc pactum cum homine, &
in paradiso: *Quæcumque die comederis de arbore ista,*
morte morieris, Gen. 2. vers. 17. atque ita antiquius est
promissione Euangelii, quo ad primam eius originem
& patefactionem attinet. Hoc fædus renouauit etiam
cum Noah, item cum Abraham: *Esse perfectus & am-*
bula coram me: Gen. 17. v. 1. Deinde in monte Synai est
renouatum cum populo Israel.

Alterum caput est speciale, videlicet promissio Speciale.
seminis & terræ Canaan, constitutio sacerdotii & poli-
tiæ Mosaicæ: quod caput nihil pertinet ad reliquam
partem generis humani, sed tantum ad semen Abra-
hæ & populum Israel, cui mandata fuit circumcissio.
Atq; hæc pars fæderis fuit itidem conditionalis. flagi-
gavit enim obedientiam Iudæorum: & pro ea promisit
certam

Spirituale:

Hoc gratia
tum illud
conditio-
nale.

Circumci-
sio obfig-
nat Spiritu-
alia.

Duplex cir-
cumcissi-
onis vsum.

Error Cal-
tiano-
rum V. &
N. Testa-
mentum
ta esse.

quid.

Duo V. T.
capita.
Decalogua

Speciale.
flagi-
nalc.

certam regni sedem, victoriam, defensionem, opes & felicitatem. Vtramque fæderis partem, videlicet legem æternam, & politia Mosaicæ constitutionem simul plerunque complectuntur Prophetæ & Apostoli, cum de veteri pacto agunt, quia populum legis alloquuntur. Et initium ponunt reuelationem legis in monte Synai factam: Tum enim gloriosa patefactione repetita est Lex: tum constitutum est sacerdotium Aaronis, & politia Mosaica. Hinc Paulus dicit vetus testamentum a monte Synai ducere Originem, & generare filios ad seruitutem Gal 4. v. 24.

N. Testa-
mentum
quid.

Nouum vero testamentum seu fædus est ipsa promissio Euangelii, in qua pater æternus de celo annunciauit, se daturum generi humano lapso in mortem, vnigenitum filium suum, qui morte sua sit expiaturus peccata mundi, *vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam*, Iohann 3. vers. 16. Hoc nouum fædus statim pepigit Deus post lapsum cum Adamo, & tora eius polteritate in paradiso, in-
quiens: *Semen mulieris conteret caput serpentis*, Gen. 3. v. 15. Ac deinde subinde renouauit illud cum Abraham, Isaac, Iacob, cum Mose, Exod. :4. v. 10. cum Da-
uide. Ac tandem exhibitio Messia, qui suo sanguine testamentum hoc nouum ob signauit, omnium glori-
osissime renouatum & stabilitum est hoc fædus. Nam æternus pater Mediatorem Iesum Christum resuscita-
uit ex morte, & effudit Spiritum sanctum, & Aposto-
los misit per totum orbem terrarum, vt prædicarent pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine Iesu. Ad hoc ergo tempus exhibitio Christi, & euange-
lii sparsi per totum orbem, præcipue respiciunt Apo-
stoli, cum de nouo testamento loquuntur: faciuntque mentionem Zion & Hierusalem, vbi Christus se con-
spiciendum præbuit, vbi edidit miracula, vbi passus & crucifixus est, vbi resurrexit, ascendit ad caelos, effudit Spiritum sanctum, & ex quo loco Apostolos cum po-
testate remittendi peccata omnibus in ipsam creden-
tibus, in totum mundum misit. Hæc ergo duo fædera seu testamenta diligenter sunt distinguenda. Differunt enim multis modis, etiam quo ad substantiam pa-
ctorum.

Differentia
V. & N. Te-
stamenti.

Primum differunt temporibus. Verus enim te-
stamentum seu fædus, siue primam originem, siue il-
lustrem renouationem respicias, prius est tempore. Nā
in ipsa creatione notitia legis indita est homini, & De-
us obligauit hominem ad obedientiam. Et ipsa pro-
mulgatio legis in monte Synai, nihil aliud fuit, quam
repetitio veteris pacti.

At nouum fædus, videlicet promissio Euange-
lii primum post lapsum homini est reuelata, & deinde
subinde repetita in Ecclesia: & tandem exhibitio Mes-
sia Hierosolymis splendidissime euulgata. æcte igitur
illud vetus, hoc nouum dicitur.

Secundum discrimen est, quod vetus pactum
totum est conditionale, cum quo ad genus, tum quo
ad speciem. Nam Lex Spiritualis, quæ ad omnes ho-
mines pertinet, promittit quidem vitam æternam &
omnia bona, sed cum conditione impletæ obedi-
entiæ. Deinde pars illa veteris pacti, quæ tantum ad po-
pulum Israel pertinuit, etiam fuit conditionalis. Pro-
misit enim regnum, opes, fertilitatem, certam sedem,
felicitatem terrenam, sed hac conditione, si omnes
leges, statuta, & ceremoniæ obseruarentur. At nouum
fædus seu testamentum non habet annexam condi-
tionem obedientiæ: sed prorsus est gratuitum. Gratis. n.
ex mera Dei misericordia ab omni nostra dignitate &
merito offert nobis remissionem peccatorum, impu-
tationem iustitiæ, donationem Spiritus sancti, hære-
ditatem vitæ æternæ, & omnia bona. Atque hinc est,
quod Epistola ad Hebræos inquit: *Nouum testamen-
tum super melioribus promissionibus conditum esse*. Heb.
8. v. 6. Verus enim promittit quidem vitam æternam,
& omnia bona Spiritualia & Corporalia: sed quia simul
integram flagitauit a nobis obedientiam, fuit nobis
ad viuificationem inutile. Nouum vero fædus super

melioribus promissionibus, vt pote gratuitis conditū
fuit. Gratis enim sine omni nostra dignitate vel meri-
to offert credentibus iustitiam & vitam æternam.

Tertio differunt effectibus. Verus enim tantum
generauit populum ad seruitutem, & fuit ministeriū
mortis & damnationis. Cœgit enim populum ad ser-
uendum, reuelauit peccatum, inculcat terrores con-
scientiæ, nec attulit iustitiam & pacem.

At nouum testamentum adfert libertatem: li-
berat enim a morte, peccato, maledictione legis, ira
Dei, & potestate Sathanæ: & tribuit remissionem pec-
catorum, iustitiam, donationem Spiritus sancti & vi-
tam æternam. Hoc ergo est *ministerium Spiritus &
vita*. 2 Cor. 3. v. 6.

Quarto, Aliqua ex parte etiam differunt matè-
ria circa quam: Pars illa potior veteris testamenti, vide-
licet Lex Spiritualis, ad omnes pertinet, vt & totum
nouum fædus omnibus est datum.

Sed pars illa specialis: videlicet promissio semi-
nis benedicti & terræ Canaan, constitutio sacerdotii
& politia Mosaicæ cum omnibus ceremoniis, tantum
obligauit populum Iudaicum, & tantum vsq; ad ad-
uentum Messia durare debuit. Cuius causa omnia il-
la instituta erant,

Hanc amplissimam doctrinam de duplici fæ-
dere, vetere & nouo, exponit hoc loco Paulus, & docet,
patres, Abraham, Isaacum, & Iacobum, Mosen, Dau-
idem, non tantum ad vetus testamentum pertinuisse:
Sed etiam ad nouum: Et promissiones factas patri-
bus, non tantum de corporalibus & terrenis rebus lo-
qui, sed imprimis de bonis æternis propter Mediatore-
rem donandis, videlicet iudicia & vita æterna. Ideoq;
dicit, circumcissionem fuisse sigillum iustitiæ fidei,
quia vtrumque fædus ob signauit. Atque hinc patet,
semper in Ecclesia inde vsq; a primis patribus vtrum-
que fædus seu testamentum in Ecclesia prædicatum
esse. Et cum illa pars, quæ tantum ad Iudæos perti-
nuit penitus sit abrogata cum omnibus ceremo-
niis & sacrificiis: Tamen lex Spiritualis, decem nimi-
rum præcepta traduntur in Ecclesia, vt vetus natura
ad agnitionem peccatorum ducatur, & Christo præ-
paretur.

DE SACRAMENTIS.

Tertio hic observanda est doctrina de Sacramentis
& eorum vtu. Paulus enim dum nominat circum-
cisionem, sigillum iustitiæ fidei, docet Sacramenta
cum veteris tum Noui Testamenti, non tantum esse
typos per allegoriam aliquid significantes, nec esse
tantum notas militares, seu tesseras professionis: sed
multo magis esse signacula, quibus ob signetur nostra
fides adprehendens in Christo iustitiam. Sunt quidem
plures fines Sacramentorum, sed hic principalis &
præcipuus finis est obseruandus. Et desumit quidem
Paulus hanc doctrinam ex 17. v. 7. cap. Gen. vbi Do-
minus inquit: *Hoc erit signum fæderis inter me & te*.
Promiserat Deus Abraham Messiam, & per eum remis-
sionem peccatorum, & vitam æternam. Huic promi-
ssioni credidit Abraham, & fides imputata est illi ad ius-
titiam. Vt autem certior sit Abraham de promissa sa-
lute, addidit Deus signaculum, & pignus, videlicet
circumcisionem. Sic & Petrus nominat *Baptismum*
in verbo, id est, *stipulationem bonæ conscientia cum*
Deo. 1. Pet. 3. vers. 21. Hoc ergo ordine recensentur
fines Sacramentorum.

Sacramen-
torum Fi-
nes.

I. Primus ac principalis est, quod sint pignora seu
sigilla, quibus Deus ob signat suam promissionem, de
gratuita remissione peccatorum, & cõfirmat nostram
fidem. Atque etiam sunt organa, per quæ Deus efficit,
accendit, fouet, & auget fidem, & in credente operatur
salutem, & vitam. *Sacramentum enim, vt Augustinus
inquit, est visibile verbum. Vt ergo Euangelium est po-
tentia Dei ad salutem omni credenti*. Rom. 1. v. 16. Ita
& Sacramenta quæ sunt signa addita promissioni gra-
tiam

Finis sunt
sigilla & or-
gana con-
fidentia &
applicãtia
gratiam.
August.

ix. Ideo Christus dicit ex aqua & Spiritu regenerari hominem ad vitam æternam. Ioh. 3. v. 5. Sic in veteri testamento circumcisio fuit organon, per quod Deus promissionem applicavit infantibus, recepit eos in gratiam, & accendit in eis fidem. Ita nunc in Baptismo in nouo testamento est lauacrum regenerationis & renouationis per Spiritum sanctum. Cœna Domini est pignus, quo filius Dei obsignat nostram fidem, tam fouet, confirmat, & auget, & testatur nos vere in gratiam receptos esse, & ipsum in nobis habitare. Atque in Sacramentis applicat generalem promissionem ad singulos.

II. Finis sunt neruus Ministerii. August.

II. Secundus vsus Sacramentorum est, quod sureruus publici ministerij & congregationis. Augustinus inquit: *Homines in nullum nomen religionis conuerti possunt, nisi aliquo visibili Sacramento conseruatio colligantur.* Paulus inquit, 1. Cor. 11. v. 18. *conuenientibus vobis in unum.*

III. Finis sunt nota professionis.

III. Tertius vsus est, quod sint notæ professionis, & veluti tesserae militares, quibus populus Dei discernitur ab aliis sectis, & idolorum cultoribus: *hoc erit signum,* inquit Deus, *si deris quod pepigit tecum, & cum semine tuo.* Gen. 17. v. 10.

IV. Finis Exercitia fidei.

IV. Quartus finis est, quod sint exercitia inuocationis, gratiarum actionis, fidei, timoris Dei, Confessionis, dilectionis proximi, & multarum virtutum. Sunt item & commonectiones de immunditia nostræ naturæ, de mortificatione carnis, de cruce sustinenda, de femine benedictio, de spirituali cibo & potu, quo sustentamur in vitam æternam, de coniunctione & dilectione mutua. Atque hi vsus tam congruunt Sacramentis veteris testamenti, quam noui testamenti. Loquimur autem de iis, quæ proprie dicuntur sacramenta: & discernimus inter figuras seu typos, & Sacramenta. Sacrificia, oblationes, thymiamata, aspersio lustralis aquæ, typi fuerunt, significantes Christum victimam & eius beneficia: Verum Sacramenta non fuerunt. Hæc enim non sunt nudæ figuræ, seu typi, sed sunt externi ritus, qui simul habent annexam promissionem gratiæ. Qualis fuit circumcisio in veteri populo legis. Et in nouo testamento sunt Baptismus & cœna Domini. Iam si queratur, quod sit discrimen inter Sacramenta veteris & noui testamenti: non illud ponendam est in diuersitate efficaciarum seu operationis. Falsum est enim quod Pontificij scribunt: veteris populi Sacramenta adumbrarunt salutem: sed noui testamenti Sacramenta conferunt salutem, etiam absque fide videntis: Item, veteris testamenti Sacramenta efficiebant salutem ex opere operante: sed noui testamenti conferunt ex opere operato. Hic fœdus error, qui delet vniuersam doctrinam de fide, refellendus est. Cum enim Sacramenta sint signacula iustitiæ fidei: necesse est fidem accedere ad salutarem vsus Sacramentorum. Augustinus dixit: *illa prædixerunt salutem: hæc operantur salutem:* Satis commode dictum est: si intelligas vetera Sacramenta non solum prædixisse, sed & per fidem effecisse salutem. Eadem enim est efficacia, idem vsus Sacramentorum. Alibi inquit Augustinus, *Nouum testamenti Sacramenta numero sunt pauciora, obseruatione faciliora, & significatione augustiora.* Verum hic miscet Augustinus tam figuras, quam Sacramenta. Alij contendunt hoc solū interesse, quod illa venturū significabant Christum: Hæc vero exhibentur testantur. Id sane vere dicitur: Sed existimo & hoc discrimen vrgendum esse: quod in sacramentis noui testamenti, & illustrior reuelatio Dei sit facta, & amplior gratia data, & euidentius salus nostra demonstrata. Nam in baptismo tota Trinitas, Pater, Filius, & spiritus sanctus, testatur, se nos recipere in gratiam. In cœna Domini Christus porrigit nobis corpus & sanguinem suum ad manducandum, & bibendum, & testatur, hoc tanto pignore, quod in nobis habitare velit. Hæc autem differentia & proprietates sacramentorum, ex singulorum sacramentorum institutione est sumenda.

Differunt typi & sacramenta.

Differentia sacramentorum V. & N. T. non constituen- da in operatione diuersa,

August.

Idem.

Reuelatio illustrior in sacra. N. quam V. Testamenti.

Ut esset pater omnium credentium per præputium, ut & ipsis imputetur iustitia:

12. *Et ut sit pater circumcissionis, his qui non sunt tantum ex circumcissione, sed etiam insistant vestigiis fidei Abrahamæ patris nostri, quam in præputio habuit.*

Quo consilio Deus imputarit Abrahamæ fidem ad iustitiam in præputio existenti potius quam circumciso, exponit: videlicet, ut non solum Iudæi circumcisi, sed & gentes alienæ a lege exemplo Abrahamæ confirmarentur, & per fidem iustificarentur. Cum enim Abraham nondum circumcisi fide sit iustificatus manifeste demonstratur, gentes in præputio existentes absque circumcissione fide iustificari posse. Nec Iudæi gloriari possunt, quod propter circumcissionem iustiores sint gentibus: Ita Deus hoc ipso testimonio, quod pronuntiauit Abraham iustum ante circumcissionem, occurrere voluit errori Iudæorum; & consolationem proponere omnibus gentibus. Abraham ergo pater est spiritualis non tantum Iudæorum, qui de ipsius sunt semine, sed & omnium credentium, tam inter gentes, quam inter Iudæos: siquidem exemplo suo omnibus præit, omnes docet & monet, non aliam esse viam perueniendi ad iustitiam, quam per fidem in Mediatorem. Atque ita refutat Apostolus falsam gloriationem Iudæorum, qui subinde clamabant se esse filios Abrahamæ. Demonstrat enim & gentes vere gloriari posse, quod sint filii Abrahamæ. Docet etiam non satis esse ad iustitiam, esse filium Abrahamæ secundum carnem: nisi quis & vestigia fidei Abrahamæ sequatur. Vanissimum est ergo commentum Monachorum, qui multo crassiores Iudæis finxerunt homini conferri salutem ex opere operato, sine motibus penitentiarum, & sine fide. Paulus enim diserte postulat cum a gentibus, tum a Iudæis, ut omnes insistant vestigiis fidei Abrahamæ.

Cur Abrahamo in circumcissione imputata sit fides.

Abraham spiritualis credentium pater,

13. *Non enim per legem promissio facta est Abrahamæ, aut semini eius, fore eum heredem mundi, sed per iustitiam fidei.*

14. *Si enim qui sunt ex lege, sunt heredes, irrita est fides, & abolita est promissio.*

15. *Nam Lex iram operatur. Vbi enim non est Lex, ibi non est transgressio.*

16. *Propterea ex fide, ut sit secundum gratiam, ut firma sit promissio omni semini: non tantum ei, qui est ex lege: sed etiam ei qui est ex fide Abrahamæ: qui est pater omnium nostrum.*

17. *Quemadmodum scriptum est: patrem multarum gentium posui te: coram Deo cui credidit, qui uiuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, ac se essent.*

Quintum hoc est argumentum ductum a propria differentia promissionis & fidei: atque a discrimine legis & Euangelij. Necesse est promissionem Dei tunc, & hæc.

Argumentum,

de hereditate vitæ æternæ, & toto regno Messia esse firmam & certam. Ac necesse est salutem hominum, & fidem, qua expectant vitæ æternæ hereditatem, indubitam esse.

Sed si hereditas pendet ex lege, & nostra dignitate, adeo incerta est salus, ut exinanita sit promissio, & fides extincta. Ergo necesse est promissionem de hereditate vitæ æternæ & salutis, non ex conditione legis pendere: sed esse gratuitam, & sola fide accipiendam esse.

Argumen-
tum vali-
dissimum.

Cum supra posita Argumenta firma, solida, & doctrinæ plena sint, tum vero hoc est validissimum & fortissimum, complectens doctrinam amplissimam, & consolationes vberissimas. Monstrat enim discrimen legis & Evangelij: patefacit causam cur Deus per fidem saluet Ecclesiam: describit naturam promissionis & fidei: ac docet, certam esse nostram salutem. Refellit etiam hoc loco Paulus plurimas corruptelas, quibus articulus de iustificatione hominis coram Deo obsecrari solet. Itaque vis argumenti & singula membra diligentèr examinentur.

Maioris cõ-
firmatio.

Maior manifesta est, nec vlla sophistica eneri potest. Oportet promissionem de hereditate vitæ æternæ esse ratam & firmam, & fidem qua expectamus salutem, esse indubitam. Cum enim Deus sit verax & sanctus, vult sane sibi haberi fidem: non vult se argui mendacij. *Qui non credit Deo*, inquit Ioannes, *facit enim mendaciam*. 1. Ioh. 5. v. 10. Atque ideo Deus toties iureiurando confirmavit & obsignavit suas promissiones, ut duplici fundamento fides nostra niteretur, Et veritate Dei, & iureiurando: *per memetipsum iuravi*, inquit *semini tuo dabo terram hanc*. Gen. 24. v. 7. Item: *Vivus ego*, dicit Dominus, *nolo mortem peccatoris sed ut convertatur & vivat*. Ezech. 33. v. 11. Item: *Iuravit Dominus & non penitebit eum: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchizedeck*. Ps. 110. v. 4. Nec sane aliam ob causam Deus patefecit Evangelium, quàm ut spem certam salutis haberemus, & consolatio in nobis firma esset, nos liberatos esse a peccato, ab ira Dei & inferno: & sine omni dubitatione hæredes vitæ æternæ. Si salus nostra debet esse incerta, necesse est hominem mergi tandem in desperationem. Quid ergo fuisset opus, ipsum Deum de cælo edere promissionem, nos consolari & erigere, iureiurando stabilire promissionem, & nobis mandare ut ipsi credamus. Sed nimirum hæc fuit immensa Dei bonitas, qua nostræ infirmitati succurrere voluit: & multis modis certitudinem promissionis demonstravit, & fidei nostræ iecit immota fundamenta. Ipse enim Deus verax, qui mentiri non potest, ore suo edidit promissionem, filium unigenitum de cælo misit, & constituit Mediatorem, in testimonium sui erga nos amoris. Iureiurando multoties stabilivit promissionem: morte sui filii testamentum suum obsignavit: instituit ministerium in toto orbe: excitat Prophetas, Apostolos, Pastores, testes suæ voluntatis: effundit Spiritum sanctum in corda nostra velut arrabonem & oblidem promissæ salutis: dedit & Sacramenta sigilla iustitiæ fidei. Hæc omnia ad unum hunc finem spectant, ut firma sit promissio, utque nos certa, & indubitata fide salutem in Christo, credamus & expectemus. Huc innumera scripturæ dicta pertinent: *Qui crediderit non confundetur*. Esa. 28. v. 16. 1. Pet. 2. v. 6. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Zion non movebuntur, &c.* Psalm. 124. v. 1.

Contra du-
bitationem
Papificam.

Contra dubitationem Papificam. Iam et Minorem, quæ est *ἡ ὑποκειμένη*, expendamus. Promissio hereditatis pendens ex conditione legis, non solum incerta est et inanis, sed et omnem plane fidem extinguit: hoc est, si illis tantum promissæ est iustitia, hereditas et vita, qui legi obediuerunt: prorsus irrita est promissio Evangelij: quia nemo servat legem, et fides extincta est: quia nihil habet quo niti possit: Siquidem nec Dei gratiam, nec bona opera invenit. Paulus rationem addit, ab officio legis, quia *Lex iram operatur*, Rom. 4. v. 15. id est, tantum abest, ut Lex adferat aliquam consolationem, quam fides petit, ut ta-

Minoris il-
lustratio.

potius augeat terrores conscientia, patefaciat Dei verum iudicium, monstrat nobis damnationem: atque ita omnem spem salutis abscindat, & fidem extinguat. Lex enim est æterna illa sententia in Deo, quæ ab omnibus hominibus flagitat perfectam, interiorem & exteriorem, omnium virium, omnibus numeris absolutam obedientiam: iuxta dictum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & totis viribus tuis: & proximum tuum sicut teipsum*. Matth. 22. v. 37. Iam si quilibet examinet & scrutetur cor & animam suam iuxta hanc regulam in hoc speculo legis, inveniet horrendam in se deformitatem, & peccato corruptam massam, quæ discrepet prorsus a lege: mens plena est errorum & dubitationum: voluntas proclivis est ad malum: cor astuat impuris adfectibus: Et totus homo nihil est, nisi peccatum, id est, res rea & damnata. Quid ergo aliud mens iuxta legem statuere potest, quam Deum nobis irasci, & horrendam imminere penam, iuxta comminationem legis? *Malodictus qui non permanet in omnibus his, quæ scripta sunt in libro legis huius*. Deut. 27. v. 26. Hoc modo Lex iram operatur, accendit & augeat subinde terrores conscientia. Hoc legis officium probat deinde experientia. *Vbi non est Lex, ibi non est pravitas animæ*, Rom. 4. v. 15. hoc est, vbi ignoratur Lex, non docetur illic peccatum: quasi dormit, non sentitur Dei ira, non metuitur poena, non expenditur fecditas peccati, ut apud Ethnicos: licet toti submersi fuerint in peccatis: tamen existimant se non habere peccata, fuerunt securi. Sic omnes hypocrite, quamdiu legem ignorant, securi contemnunt Dei iudicium. At vbi Lex Dei accedit, & excitat dormiens peccatum, tum sentitur ira Dei, *Lex fit virtus peccati, peccatum vero mortis aculeus*. 1. Cor. 15. v. 56. Certum est ergo legem operari iram, quia nusquam magis agnoscitur peccatum, quam vbi Lex docetur. Quod si ergo nulla alia monstratur consolatio, quam ex lege petendam esse hereditatem: omnino desperandum & pereundum est homini: nullus usus est promissionis: nec fides vlla in Deum existere potest: Sed tantum fremitus & odium, fuga & indignatio adversus Deum. Ut autem saluari possit Ecclesia: promissio non est ex lege: sed & Abrahamæ & toti semini secundum gratiam, per fidem est data. Vnde Paulus sic insert conclusionem.

Idcirco ex fide (datur hereditas) *ut secundum gratiam, ut firma sit promissio uniuerso semini*, quasi dicat: quia ex lege salus & iustitia venire non poterat, quia terret omnes: Idcirco Deus novam & arcanam sapientiam in Evangelio patefecit: quod nimirum per fidem absque lege saluare & iustificare velit hominem: ut scilicet misericordia Dei fiat conspicua, & conscientia certam habeant consolationem, & firmiter statuunt, se esse hæredes vitæ æternæ.

Multa capita doctrinæ in hoc argumento simul explicantur. Primum accurate hic obseruandum est discrimen legis & Evangelij: diserte enim adfirmat Paulus hereditatem promissam Abrahamæ, non ex lege pendere, sed ex gratuita promissione Evangelij. Docet legem operari iram, adferre terrores conscientia, & fugam Dei: Sed promissionem gratuitam erigere, & confirmare conscientiam. Sunt igitur diuersorum generum dogmata: Supra Cap. 3. ostendimus tria discrimina inter legem & Evangelion: & capite 10. eadem doctrina nobis est repetenda. Ex illis igitur locis petatur, & in hoc grauissimo argumento expendatur.

Secundum caput doctrinæ in hoc argumento est de præcipuo legis promulgatæ officio. Semper contenderunt hypocritæ ideo legem latam esse, ut in ea iustitiam coram Deo quaereremus: Sicut enim humanæ leges idcirco feruntur, ut homines in officio contineant, & probos faciant: Ita etiam rationantur legem eodem consilio a Deo promulgatam esse, ut scilicet homines iustitiam doceat & iustos faciat. Deinde progrediuntur: quia iniquum esse censent, plus flagitari ab homine, quam præstare possit, fingunt, cum homo

Obseruatio.
I.

II.

homo fecit, quantum in se est, tum se legis satisfecisse. Et legem tantum, qualemcunque morum & adfectuum gubernationem flagitare: Quique hac disciplina sunt ornati, hos imaginantur iuxta legem iustos esse. Hos crassos & teterrimos errores hoc loco, magno Spiritu refellit Paulus, & longe alium finem monstrat: *Lex*, inquit, *iram operatur*: hoc est, quia hominum natura adeo deprauata est, ut suo ingenio peccatum & magnitudinem iræ Dei nec videre, nec æstimare possit. Et hæc ignorantia securitatem & neglectum beneficiorum Dei pareat: Idcirco Deus de cælo suam legem iteravit & promulgavit hoc potissimum fine, ut iudicium suum aduersus peccatum patefaceret: hominum suam immunditiam indicaret, & quid meritis sit ante oculos poneret: atque hoc modo, metum, terrorem & consternationem conscientiarum inculceret. Quia demonstrat nobis, quam procul ab illa perfectione legis absumus: Et quod longe sublimius sit Dei quam hominum iudicium de peccato. Vult enim nos eo deducere Deus, ut videamus nobis Mediatore opus esse, ut præclare dixit Augustinus: Cancellis tibi facit Lex, ut non inueniendo qua effugeres, ad gratiam conuolare. Sciendum est igitur, hunc esse principalem legis vltimum, quem subinde Paulus inculcat. *Lex subintravit, ut superabundaret peccatum.* Rom. 5. v. 20. Item: *Aculeus mortis peccatum est, Virtus autem peccati Lex est.* 1. Cor. 15. v. 56. Item: *per legem cognitio peccati.* Rom. 3. v. 20. Hoc legis officium non intelligit ratio, sed monstratur a Spiritu sancto. Proponit legis sententiam homini existente in agone mortis: Quod videlicet Lex requirat integram dilectionem Dei ex toto corde, & ex tota anima Matth. 2. v. 37. & adde appendicem: *Maledictus qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius:* Deut. 27. v. 26. mox animaduertes non lætitiâ in homine, sed tristes terrores in eo cieri & accendi. Non enim contenta est Lex qualicumque externa disciplina, honestate morum, vel etiam adfectuum moderatione: sed postulat integram, perfectam, interiorem & exteriorem, Spiritualem, & omni labe peccati carentem, obedientiam, qualem in hac corrupta natura nullus hominum præstare potest. Sic ergo iram operatur Lex: quia ostendit nobis nostram impuritatem, denunciat nobis iram Dei, & ponit nobis ob oculos æternam damnationem: quæ cum videt praua natura, non deponit peccatum, sed magis irascitur Deo, legi, & toti creaturæ, & mallet non esse legem. Atque ita auget Lex peccatum, non suo sed naturæ corruptæ vicio. Idcirco autem in illas angustias coniecit nos Lex, ut intelligamus nobis Mediatore opus esse, eumque serio inquiramus, & expectamus, quemadmodum scite Augustinus inquit: ad Bonif. lib. 4. *Ideo sic expressum est legis imperium, ut infirmitas hominis in se ipsa deficiens, ad faciendam quæ Lex imperat, de gratia Dei potius, ex fide quaereret adiutorium.*

August.

III.
Discrimen
promissio-
num diui-
narum.

Tertium doctrinæ caput in hoc argumento est de natura promissionum. Tota sacra scriptura referta est amplissimis promissionibus: sed omnino necesse, eas, quæ sunt diuersi generis, diligenter distingui: sicuti hoc loco Paulus monet aliam promissionem ex lege pendere: aliam secundum gratiâ factam esse: per hanc nobis contingere hæreditatem: per illam neminem fieri hæredem. Sint ergo hæc discrimina in conspectu. I. Promissionum alia est conditionalis ex lege pendens, quæ ostendit quidem vitam & promittit omnia bona æterna & temporalia: Sed his tantum qui integram præstiterunt obedientiam, iuxta dictum: *si vis in vitam ingredi serua mandata.* Matth. 19. v. 17. Item: *Qui fecerit illa uiuet in illis.* Rom. 10. v. 5.

Alia est gratuita, quæ nullam ponit conditionem nostræ vel dignitatis vel obedientiæ, sed prorsus gratis offert remissionem peccatorum, iustitiam, Spiritum sanctum, & vitam æternam. Idcirco ex fide ut secundum gratiam, ut firma sit promissio omni semini: Item: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam*

vos. Matth. 11. v. 28. *Viuo ego nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur & uiuat.* Ezech. 33. v. 11.

II. Altera distinctio est: promissionum alia est de Spiritualibus bonis: ut Deus cum promittit nobis remissionem peccatorum, iustitiam, vitam, Spiritum sanctum, notitiam sui verbi, auxilium in tentatione, hæreditatē vitæ æternæ. Ut cum dicit: *Viuo ego nolo peccatoris mortem: sed ut conuertatur & uiuat.* Ezech. 33. v. 11. Itē. *Beati omnes qui confidunt in eo.* Pl. 2. v. 13. Itē: *qui credit in filium, habet vitam æternam.* Ioh. 3. v. 36.

Alia loquuntur de bonis corporalibus, de nutritione, hospitio, defensione, liberatione ex ærumnis. *Uo dabo tibi panem & aquam cum tribulatione.* Iesa. 43. Item: *Castrametatur Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Psal. 34. v. 8. Item: *oculi Domini super timentes eum, ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame.* Pl. 32. v. 18. 19.

III. Tertia distinctio. Promissiones de bonis Spiritualibus rursus sunt duplices: Alia enim eiusmodi bona promittunt, quæ ad vitam æternam pertinent, quibus singulis est opus. Ut quod Deus promittit remissionem peccatorum, iustitiam, Spiritum sanctum, vitam & lætitiâ æternam. *Hæc est voluntas patris, ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Ioh. 6. v. 39.

Alia promittunt singularia dona Spiritus sancti, ut sapientiam, singulare robur Spiritus, donum edendi miracula, eloquentiam, fortitudinem animi: his non opus est singulis: sed Deus distribuit ea singulis ad mensuram, prout ipse vult, & iudicat conducere Ecclesiæ & nobis. Ut 1. Cor. 12. v. 8. 9. *Huic enim datus est sermo sapientia per Spiritum: Alii datus est sermo scientia per eundem Spiritum: alij fides in eodem Spiritu: alij donum sanandi ægros in eodem Spiritu.* Hæc quidem dona Spiritualia promissa sunt Ecclesiæ Dei, sed non singulis, nec eadem mensura: Non enim in his consistit salus: sed sunt excellentia dona ad ornandam Ecclesiam.

IV. Quarta distinctio. Differunt & promissiones de bonis corporalibus. Alia enim in genere promittunt nutritionem, defensionem, hospitium, liberationem, & omnia quæ ad huius vitæ sustentationem pertinent. Atque hæc pertinent ad omnes fideles: ut, *Oculi Domini super iustos, ut eruat a morte animam eorum, & pascat eos in fame.* Pl. 32. v. 18. 19. Item. *Etenim inuenis sui & senis, & non vidi iustum deuelictum: nec semen eius quærens panem.* Pl. 36. v. 25. Item. Matth. 6. v. 22. *Scit pater vester quod his omnibus indigetis.*

Alia vero adiunctas habent circumstantias personarum, rerum, locorum, temporum: hæc non pertinent ad omnes, sed ad homines certos & in his diligenter cauendum est, ne latius extendantur, quam diuinitus patefactæ sunt. Iacobo promissa fuit numerosa soboles. Dauidi regnum: Semini Abrahamæ terra Canaan: Hiskiaæ prorogatio vitæ ad annos quindecim, Ecclesiâ nunc non habet promissionem de certa sede, & regno florente opibus, sicuti habuit populus Iudaicus. Generali autem promissione se sustentat. Hæc diuersitas promissionum diligenter obseruanda est. In hoc ergo argumento præcipue agitur de promissionibus Spiritualibus, quæ loquuntur de remissione peccatorum, reconciliatione cum Deo, & donatione vitæ æternæ. Ut hæres esset, inquit, mundi. Rom. 4. v. 13. id est, vitæ æternæ, & omnium beneficiorum Christi. Ac docet Apostolus hanc promissionem prorsus esse gratuitam. *Si, inquit, ex lege est hæreditas, irrita est promissio: Ideo ex fide, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio.*

Quantum doctrinæ caput est de fide, cuius naturam Paulus rursus describit: ac docet, fidem non esse inanem persuasionem, nullo nitentem fundamento, vel solam notitiam doctrinæ: Sed esse motum cordis accensum a Spiritu sancto, per promissionem Euangelij, quo firmiter amplectimur promissionem de vita æterna donanda propter Christum: & in ea acquiescimus &

IV.

mus & firmiter statuimus nos receptos esse a Deo in gratiam, & coram ipso iustos esse. sunt erga correlatiua inter se promissio & fides, ita vt alterum sine altero subsistere non possit.

Ideo ex fide, inquit, vt secundum gratiam, vt firma sit promissio. Vbi ergo non est fides, ibi nec promissio viget: Rursus vbi promissio ignoratur, fides vere existere non potest. Docet & hoc Paulus: fidem nulla respicere merita: sed sola Dei misericordia niti. Ideo ex fide inquit, vt secundum gratiam: quasi dicat, sicuti in operibus meritum consideratur: Ita fides expers omnis meriti tantum gratuitam gratiam intuetur. Vbi enim ad opera se conuertit: mox vacillat, & titubat: eo quod opera non perfecte congruunt cum lege. Vbi vero se posita omni ratione operum, conuertit se ad Mediatorem Iesum Christum, & tota hæret in gratuita promissione gratiæ, tum firmiter subsistit: *Ideo ex fide vt secundum gratiam, vt firma sit promissio omni semini.*

Quintum doctrinæ caput in hoc argumento est, de beneficiis Mediatoris Iesu Christi, quid nam per fidem ab eo impetremus, Paulus inquit, Abrahamo promissionem factam esse, vt esset hæres mundi: & per fidem eum adeptum esse, quod promissum erat. Iam constat ex historia genescos, Abrahamum ne terram quidem Canaan obtinuisse: nedum mundum: tantum enim agrum exiguum possedit, eumque emit argento in sepulturam. Nec eius posteritas in unum, sed exiguam terræ partem, videlicet Palestinam obtinuit. Cur ergo dicit Paulus, Abrahamum & semen eius hæreditate esse mundi? Et cum disputatio hic instituta sit de remissione peccatorum: Cur Paulus possessionem mundi allegat?

Obiectio.

Respondeo: Paulus hac voce mentes nostras erigere voluit ad considerationem amplissimorum beneficiorum regni Christi: Is enim venit in mundum, vt destructo regno Sathanæ, peccati, mortis, & inferni, reduceret nos in veterem mundi possessionem, quam per peccatum amisimus: Omnia enim celum & terram, boues & oves, & pecora campi, tradidit Deus in manum filij sui vnigeniti: Pl. 8. v. 7. 8. Data est mihi, inquit, omnis potestas in caelo & in terra. Matth. 28. v. 18. Item: Pater diligit filium & omnia tradidit in manus eius. Ioh. 3. v. 35. Cum ergo filius sit hæres totius mundi, nos vero per fidem efficiamur coheredes Christi, mundum vero hæreditamus. Integrum igitur beneficium Mediatoris complecti vna voce voluit Apostolus. Sui autem loco singula distincte explicantur.

Beneficia Christi duplicia. spiritualia, Gratia.

Duplicia autem sunt beneficia Christi: alia sunt spiritualia, alia corporalia. Spiritualia rursus sunt duplicia. Videlicet gratia & veritas. Gratia est gratuita remissio peccatorum, reconciliatio cum Deo, & imputatio iustitiæ Mediatoris per fidem. Ad hæc liberatio ab ira Dei, a peccato, a legis maledictione, a morte & potestate Sathanæ. Hæc omnia vocabulo gratiæ comprehenduntur. Veritas significat donationem Spiritus sancti, renouationem lucis, vitæ, lætitiæ, & iustitiæ, atque pacem & coniunctionem cum ipso Deo: quæ omnia nobis in Christo offeruntur.

Veritas.

Corporalia.

Corporalia deinde beneficia sunt nutritio, valetudo, vestes, domus, hospicium, defensio, agri, coniunx, libri, pij magistratus, salubris aër, & similia quæ ad huius vitæ sustentationem pertinent. Hæc quoque offert nobis Christus in suo regno: *Non relinquam vos orphanos, inquit. Ioh. 14. v. 18.* Hanc plenam omnium bonorū cum Spiritualium tum corporalium, in summa cæli & terræ possessionem, ita vt omnes creature cogantur seruire salutem electorum, nominat hic Paulus hæreditatem mundi.

Obiectio.

Sed dicat hic aliquis: Quomodo Abraham & eius semen, id est, credentes in Christum sunt domini mundi: cum his exulibus nihil sit in mundo miserabilius?

Bernhard.

Respondeo: Recte dixerunt veteres: credenti totus mundus diuinarum est: Totus plane, inquit Bernhard.

us, serm. super cant. 23. quia tam aduersa, quam prospera ipsius salutem aquo seruiunt, & cooperantur ei in bonum. Præterea remissionem peccatorum & iustitiam coram Deo sine exceptione obtinemus: habemus & primitias spiritus. Corporalia possidemus, sed pro vt nobis conducere videt pater. In spe, non in re omnia possidemus. Tutorem nobis constituit Deus, donec ad pubertatis annos perueniamus. Interea totus mundus noster est, & nostræ salutem seruire cogitur. Qui enim proprio filio suo non pepercit, quomodo non omnia nobis eum ipso largiretur? Tandem in regeneratione & futuro seculo ducemur in plenam & omnium rerum cæli & terræ perfectam possessionem.

VI.

Sextum doctrinæ caput est, de spirituali semine Abrahamæ. Populus Israel sub lege, fuit quidem semen Abrahamæ iuxta carnem: sed hæc prærogatiua non saluauit eos: quin oportuit eos sequi vestigia fidei Abrahamæ. Nec vero tantum Iudæi, sed & gentes, quoniam credunt in Mediatorem Iesum Christum, & insistant vestigijs fidei Abrahamæ, sunt spirituales filij Abrahamæ, & hæredes promissionis. Deus enim constituit eum patrem non vnus gentis Iudaicæ, sed multarum gentium. Aequantur ergo hic gentes Iudæis, quod ad regnum Christi attinet. Ex lege nominat Iudæos, qui legem quidem obseruabant: sed iustitiam ex fide iuxta exemplum Abrahamæ quærebant: In lege vero nominat Iudæos, qui ex lege iustitiam quærebant.

Gentes Iudæis æquantur.

VII.

Septimum doctrinæ caput est de omnipotentia Dei, qui, inquit, viuificat mortuos & vocat ea que non sunt, tanquam essent: hoc est: Dominus Deus noster facit omnia, quacunque vult in caelo & in terra. Pl. 135. v. 6.

TERTIA PARS HVIVS EPISTOLÆ.

ANALYSIS.

- 18. *Qui præter Spem in Spe credidit, vt esset Pater multarum gentium, quem, admodum dictum est: Sic eris semen tuum.*
- 19. *Et non infirmatus fide, non considerauit corpus suum iam emortuum, centum annorum existens, nec emortuum vterum Saræ.*
- 20. *In promissionem autem Dei, non dubitauit diffidentia: sed corroboratus est fide dans gloriam Deo.*
- 21. *Et certissime statuens, quod quæ promissit, posset & præstare.*
- 22. *Quapropter imputatum est illi ad iustitiam.*
- 23. *Non scriptum est autem propter illum tantum, imputatum fuisse illi.*
- 24. *Sed etiam propter nos, quibus imputabitur credentibus in eum, qui excitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis.*
- 25. *Qui traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostram.*

Absolute

Analytica
membro-
rum expli-
catio.

AB SOLUTA propositionis confirmatione ingredi-
tur Paulus yberiolem partium doctrinæ de iustifi-
catione declarationem: Et per analysin singula quasi
membra constituti iam corporis resoluit, ut vnum-
quodq; per se singulatim adspiciatur, & totum do-
ctrinæ corpus tanto cognoscatur exactius. Nam ad ve-
ram cognitionem huius doctrinæ de iustitia fidei, ne-
cessarius est omnium articulorum fidei intellectus:
Et quia aduersarii nunc in hoc nunc in alio membro
insidias struunt, singula diligenter mutanda sunt ve-
ritatis & sanæ doctrinæ muro, Erudite igitur & graui-
ter Paulus nunc ordine exponit: *Primum* naturam, pro-
prietatem, effectus, atq; fructus fidei. *Deinde* benefi-
cia Mediatoris enarrat, ex quibus tota hominis iusti-
ficatio scaturit: & cui fundamento tota fides inniti
debet. *Tertio* doctrinam de peccato tradit, ostendit
quid sit peccatum, vnde sit profectum, in quibus hæ-
reat, quid mereatur: Et hoc loco confert Adamum &
Christum, ut ostendat vnde sit peccatum & mors, &
rursus vnde sit salus & vita. *Quarto* explicat tulsus do-
ctrinam de lege, quid sit Lex, cur lata sit, quid efficiat.
Ne quis vero abutatur doctrina de liberatione à
lege, interponit hic doctrinam de necessitate bono-
rum operum in iustificatis. *Quinto* quæ sint vires
reliquæ in corrupta hominis natura ostendit. *Sexto*
monstrat quæ cõsolatio sit opponenda scandalo cru-
cis & reliquis peccatorum. Atq; hæc sunt præcipua
capita huius resolutionis.

Primum membrum ἀναλύσεως.

DE FIDE.

IN PRIMIS necesse fuit Paulo, explicare de qua fide
loqueretur, quæ imputaretur ad iustitiam. Cum e-
nim illud sit vnicum instrumentum, quo iustifica-
mur, necesse est illud recte notum esse. Ac hominis se-
cure vel hypocrite, quia nihil nisi legalia intelligunt,
mox absurda de fide fingunt, nisi ea recte explicetur.
Sic nostro tempore Monachi finxerunt fidem tan-
tum esse notitiam historiarum, vel doctrinæ intellectum,
vel legalem de Deo cognitionem: seu credulitatem,
vel imaginationis certitudinem: Ac *Tapperus* fingit,
hominem existentem in peccato mortali, & obnoxium
iræ posse habere talem confidentiam seu certitudi-
nem: verum aliter de fide loquitur Paulus.

Qui præter spem in spe credidit.

Fidei de-
scriptio.
Differentia
specifica fi-
dei seu For-
ma.

I. Orditur fidei descriptionem à propria ac specifi-
ca eius differentia. *Qui contra spem*, id est, qui contra
omnia obiecta, quæ spem infringebant, spem reti-
nuit, ac credidit: id est, nullis rationibus passus est sese
à sua fiducia dimoueri: quemadmodum *Basilius* in-
quit: *fides est talis plerophoria, qua nulla ratiocinatione,*
sive ea à natura necessitate introducat, sive ad pietat-
em conformetur, perturbatur, vel quassatur. Non est
fides absq; acris & difficili lucta. Obiciuntur enim va-
ria obiecta, quæ mentem à verbo abducunt, & spem
vanitatis arguunt. Sed his sese opponit fides, & contra
illa obiecta sperat. Sic Abraham cum esset centum an-
norum speravit ex sterili Sara sobolem. Sic Noah in
diluuio credidit restitutionem. Moses vadiq; conclu-
sus credidit liberationem. Jonas in ventre ceti credi-
dit viuificationem. Sic tres viri in fornace Babyloni-
ca, Maria audiens promissionem de natiuitate Messie,
contra spem in spem credunt: Atq; omnis fides est
confidentia luctans aduersus obiecta multiplicia &
retinens consolationem. Promittit Deus remissio-
nem peccatorum: interea sinit nos adfligi, & sæpe ob-
ruit nos sensu iræ suæ. Hic verbo necesse est credi Deum
promittit conseruationem Ecclesiæ, & eam sinit hor-
ribiliter lacerari, & tantum non submergi. Deus pro-
mittit nobis vitam & æternum regnum: interea si-
nit nos hic interfici. Ita in ipsa morte necesse est sperari
vitam. Hic igitur discamus fidem non esse inanem
notitiam, seu doctrinæ cognitionem, sed potius fir-

Omnia fi-
des confi-
dentia est
aduersus
dubitatio-
nem.

Fides est
fiducia.

nam fiduciam in acerrima lucta accipientem bene-
ficia Christi, & mirifica quiete in verbo acquiescen-
tem. Sic Iosaph: inquit ad populum, *credite & securi*
eritis. 2 Paral. 20. v. 20.

Deinde docet hic Paulus, non esse respiciendum
ad media vel modum: contra spem in spem est cre-
dendum, etiam cum nulla ratio liberationis ap-
paret. *State & videte magnalia Dei opera:* Exod.
14. v. 13. Iusti. *οὐκ ἔστι ἐλέγχο ἰὸ πῶς πειεὶ θεὸν*
λέγεται.

*Non infirmatus fide, non considera-
uit corpus suum iam exor-
tuum, &c.*

AB DVXIT oculos ab ordine naturæ, & solum Deum
est intuitus. Sic faciamus in articulo de præsentia
corporis Domini in cæna. Quid enim aliud hic
impedit, quam quod cogitamus fieri non posse, ut
vnum corpus sit in diuersis locis. Sic remoueamus
cogitationes de medijs, in morbis, in persecutione,
in fame, in expectatione resurrectionis mortuo-
rum: & in omni lucta fidei, in spem contra obiecta
credamus.

Inpromissionem Dei.

II. Secundum membrum descriptionis fidei: Do-
cet hic quod sit correlatiuum, & fundamentum iuei:
Non enim est fides magna quædam pertinacia vel
confidentia aliquid statuere, & persuasione certa ali-
quid adserere: polles tibi imaginari magna credulitate,
fore te regem totius Europæ & patrem potentia
Carolo V. An id erit fides? Quin potius insignis de-
mentia. Non igitur sola imaginatio vel persuasio
est fides: sed talis fiducia, quæ promissioni diuinæ
innititur: Et statuit certum esse quod promittitur &
expectatur. Non propria imaginatione sibi finxerat
Abraham, fore se patrem multarum gentium, fore se
hæredem mundi, &c. Sed audiuerat hoc ex ore Dei:
Itaque hoc verbum Dei, fidei est fundamentum: Et
quia statuit Abraham Dei vocem minus fallere, quam
obiecta rationis, ideo his sepositis, in illa totus re-
cumbit. Hic rursus fidei natura describitur, quem-
admodum & supra in quinto argumento, quod scilicet
fides & promissio sunt inter se correlatiua: itaque
promissio absque fide est irrita: fides absque promif-
sione inane somnium est, perinde ac si quis somnia-
ret, se summam opes breui adepturum. In omni fide
igitur ad promissionem est respiciendum. Nos ha-
bemus primum promissiones de regno Christi cer-
tissimas: de remissione peccatorum, *ut etiam si pec-
cata vestra fuerint veluti coccinum, quasi nix dealba-
buntur.* Iesa. 1. v. 18. De donatione Spiritus sancti.
*Quanto magis pater vester dabit Spiritum sanctum pe-
tontibus.* Luc. 11. v. 13. De vita æterna. *Qui credide-
rit & baptisatus fuerit saluus erit.* Marc. 16. v. 16.
Deinde de conseruatione & nutritione Ecclesiæ,
*ut ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consu-
mationem seculi:* Matth. 28. v. 18. his fidere de-
bemus.

Fidei fun-
damentum.

Fides & p-
missio cor-
relatiua.

Non dubitauit diffidentia.

III. Tertium membrum descriptionis, in quo
contrarium recensetur. Ex collatione contrarii pluri-
mum elucet quid sit fides: *Non dubitauit diffidentia,*
inquit, Ergo diffidentia & dubitatio sunt contraria
fidei: Credere enim est certo statuere firmam esse
promissionem. Horrendum igitur est, quod blasphem-
ia *Tridentina Synodus* docet, & dubitandum esse de
gratia, & hanc dubitationem vocat cultum & obe-
dientiam Dei. Et quaquam doceant, hanc dubitatio-
nem non esse peccatum, tamen putant se præclare loqui de fide
formata, cū eam profus deleant contrarii defensione.
Hæret quidem in animis credentium aliqua diffidentia à
natura

Collatio
contrarii.

Tridenti-
norum du-
bitatio.

natura alias minor alias maior. Sed huic dubitationi prævalere oportet fidem: atq; illam reprimere. Si enim prævaleat diffidentia, & fidem extinguit, & hominem prorsus in dubitatione relinquit: iamq; irrita est promissio, & homo mergitur in desperationem & mortem. Discamus igitur ex hoc loco Pauli, dubitationem & diffidentiam prorsus contraria esse fidei, & ea in gradibus supremis simul consistere non posse. Sic Cain, Iudas, carent omni fide, obruti diffidentia, Sic omnes hypocritę.

Sed corroboratus est dans gloriam Deo.

Fidei finis & Effectus. IIII. *Quartum* membrum descriptionis, in quo fidei effectus & finis monstratur. Exponit autem hoc loco Paulus duplicem fidei effectum, videlicet gloriam Dei, & cordis pacem seu tranquillitatem: hic de priori agit: Fides, inquit, Deo dat gloriam, id est, vere celebrat Dei potentiam, clementiam, veritatem, iustitiam, bonitatem & libertatem. Sic Abraham hanc laudem Deo tribuit, quod sit omnipotens & verax, qui præstare possit quod promissit: Sic omnis qui credit, veram gloriam Deo tribuit: Qui credit remissionem peccatorum, statuit Deum misericordem esse & beneficium: Sic cum in periculis credimus, nos divina ope liberatum iri, tribuimus Deo hanc laudem, quod sit verax in promissionibus, iustus, clemens, omnipotens, ubiq; adsit & exaudiat: At contra hypocritę & desperati, vel Epicurei, non tribuunt Deo gloriam: Aut fingunt Deum inane nomen esse, aut metuunt eum tanquam iratum, aut fingunt eum non esse omnipotentem, Vt Stoici alligant eum causis secundis. Saul nõ tribuit Deo gloriam: quia eius verbo & clementię nõ fidit. Cicero nõ tribuit Deo gloriam: quia dubitat an sit Deus qui curet res humanas. Iudęi cõtra Ieremię consilium redeuntes in Aegyptum, non tribuunt Deo gloriam: quia non statuunt se divina potentia posse defendi: Sic Hæretici qui negant articulos fidei, non tribuunt Deo gloriam: Et omnes qui in morbis aut miseriis ruunt in desperationem, non tribuunt Deo laudẽ omnipotentię vel veritatis, sed mendacem eum faciunt. Beza negat Deum omnipotentem esse. Non ergo tribuit ei gloriam, sed horrenda contumelia eum adficit.

Beza.

Πνευφορηθεις.

Repetitio est primi membri, videlicet causę formalis, seu specificę differentię: quod fides sit certa & indubitata hypostasis, expectatio & confidentia.

Quod promissit, potens sit & prestare possit.

V. Impulsiva certitudinem fidei constituens. V. *Quintum* membrum continens causam impulsivam fidei: Ideo fides certo potest, & debet adfentiri promissioni: quia Deus est omnipotens & verax. Hęc duo sunt omnium tristissima impedimenta fidei, cum cogitamus, aut non esse veram promissionem, aut nõ esse possibile, quod promittit: Quia enim nostra iustificatio & renouatio imaginis est quedam restitutio & reparatio, sit ea contra naturę ordinem: Et vt ostendat Deus, se esse dominum naturę pleraq; facit contra vsitatas leges. Vult igitur vt ipsius solius omnipotentiam & veritatem adspiciamus. Estq; hoc vnicum fundamentum omnis nostrę fidei: Tota enim ratio nostrę salutis superat omnem captum humani ingenii, vt abolitio regni diaboli, defensio Ecclesię, viuificatio mortuorum, resuscitatio corporum. Itaq; nobis subinde obgannit nostra ratio, fieri non posse, vt saluemur. Deinde in miseriis quotidianis, etiamsi ratio posset inuenire modum liberationis: tamen plerunq; aliam viam ingreditur Deus; & non iuuat per illam media, quę nos intelligimus: Et in ærumnis talis offunduntur tenebrę, vt etiam illa quę ante pedes iacent, non videamus: Vt verissime sit dictum: *ager animus semper errat.*

Hic igitur nisi hoc vnicum fundamentum teneamus, vt credamus Deum omnipotentem esse omnis consolatio ablata, & omnis spes exclusa est. Quare execranda est Beza & Martyris blasphemia, qua disputant, Deum non esse omnipotentem absq; omni exceptione: Scelerate etiam abutuntur illo dicto: *Deus sese negare non potest.* 2. Tim. 2. v. 13. Aliud enim est loqui de immutabilitate substantię diuinę, de qua scriptura dicit, Deum non posse mutari, mentiri, peccare. Sicut & Augustinus: *laborant vt inueniant, quid sit impossibile Deo; habent sane, dicam quid sit Deo impossibile, mentiri non potest.* Verum cum de omnipotentia agitur, quaeritur de eis, quę fiunt aut sunt extra Deum. Diligenter igitur hoc fundamentum fidei tueamur, Deum omnia sine exceptione posse, sicut Paulus inquit, *Certo sciens, quod quicquid promissit, potens sit & facere.* Hoc est enim Deum esse, quod posse, teste Tertull. & Lactantio. Item, *vocat ea quę non sunt, vt sunt.* Item: *ῥά δὲ πάντα θεῶ τέλει καὶ ἀνυπόστατον ἴδεν.* Quomodo poterit quis credere, virginem peperisse: Christum resurrexisse, nos omnes resurrecturos, si cogitamus quippiam Deo esse impossibile? Quomodo in periculis vbi prorsus nulla ratio, aut euadendi modus adparet, spem concipiemus, si crederemus Deo quidquam esse impossibile? Hinc est quod toties prædicatur immensa Dei potentia. *Non est abbreviata manus Domini.* Esa. 59. v. 1. Item Psal. 135. v. 6. *Magnus Deus, & præ omnibus diis gentium. Omnia quęcumq; voluit, facit in caelo & in terra.*

Martyris & Beza blasphemia.

August.

Tertull. & Lacton.

rom. 4. v. 17.

Propterea imputatum est ei ad iustitiam.

NON de causa impulsiva, sed de instrumentali, seu de modo, hoc est intelligendum: Non enim ideo est imputatum, quia tam firmiter credidit, quasi fides meritum sit iustitię: sed fides tantum est organon seu instrumentum, quo fit applicatio iustificationis. Multi fingunt propter fidem iustificari hominem, quasi sit tanta dignitas fidei: Et sic patres sæpe loquuntur, de merito fidei, sed admodum incongrue, & non sine errore. Tertullianus de muliere, dicit, *meruit saluari per fidem.* Hoc falsum est. Nullum est enim fidei meritum ad impetrandam salutem. Dei instrumentali igitur causa intelligatur, seu correlatiue quod idem est: Fides, id est, ipsa obedientia Iesu Christi quam fide apprehendimus imputatur nobis ad iustitiam: Sic Iohan. 16. v. 27. *Pater vos diligit, propterea quod in me creditis:* Dilectionem patris adscribit nostrę fidei, nõ quod hæc illam merita sit: sed vt instrumentũ monstret, quo illud beneficium adipiscimur. Atq; hac ratione Christus salutem, & omnia fere miracula fidei adscribit, silentio præteriens suam virtutem, merita & Spiritum. Sic & dicimus fide hominem iustificari: non quod fides hoc mereatur: Sed tantum adprehendat.

Tertull. incommode.

Non scriptum est autem propter illum tantum.

BRAVIS digressio est, qua hunc insignem locum scripturę nobis commendat, & ostendit, se non argumentari ab exemplo singulari, sed allegare testimonium, quod ad omnes pertineat. Ad singulos hic accommodat exemplum Abrahę, & docet omnes prorsus eadem ratione saluari. Duo igitur obseruanda hic sunt. 1. Doctrinam de iustificatione, non esse petendam ex figmentis rationum humanarum: sed ex solo Dei verbo: ideo inquit, scriptum esse, vt sciremus & nobis imputari: Hęc enim sapientia de caelo est reuelata. ratio longe aliter iudicat de iustitia coram Deo, videlicet non imputatione, sed obedientia & merito, ac propria dignitate nos esse iustos: hanc qui nõ adferat, cum nulla ratione posse placere Deo. Deducit igitur hic nos Paulus ad verbum, vt ex eo statuamus. Deinde quod exemplum Abrahę nobis proponit, ostendit

Digressio.

Abrahę exemplum non est singulare.

Sup. v. 1. Obseruanda.

II.

Pii Abrahamo patres in iustificatione.

ostendit vnam esse viam salutis. Estq; ingens consolatio piæ menti, quod nos omnes patres Abrahamæ facit in iustificatione: & Deum non esse magis propicium Abrahamæ, quam nobis pollutis peccatoribus. Et si enim est magna donorum dissimilitudo, illa tamen nihil facit ad impetrandam vitam æternam & iustificationem. Deinde hic patet oportere nos gratuito saluari: nam si aliqua haberetur ratio meriti, iniqu; faceret Deus, quod nullas prærogativas concederet Abrahamo, tam multis passibus nobis antecellenti, & iustitia & donis. Quia vero eodem modo iustificamur, necesse est nos gratuito iustificari.

Quia traditus est propter peccata nostra.

VII. Obiectum fidei iustificationis proprium.

VII. Insignis locus, qui exponit, quod sit obiectum fidei, & de qua re loquatur promissio, in quam respicit fides: & simul exponit quæ sint beneficia Mediatoris. Promissio Evangelii non simpliciter annunciat remissionem peccatorum: sed simul etiam monstrat Mediatorem, qui sua morte patris iram placavit, legis maledictionem abrogavit, & pœnam pro nobis persolvit. Impossibile enim fuit, ut Deus remitteret peccatum, non facta compensatione. Non enim potuit mutari Dei sapientia, veritas, iustitia, Athanasius recte dicit: *Quippe si Deo dicere, morte morieris, non fuisset mortuus homo, Veritas Dei nutasset.* Oportuit igitur satisfieri Dei iustitiæ, & stabiliri verbum: *Quæcumq; die, de arbore ista comederis, morte morieris,* Gen. 2. v. 17. Ita filius Dei traditus est propter peccata nostra, iuxta illa dicta: *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Iohan. 1. v. 29. *Posuit Deus in eum peccata omnium nostrum:* Esa. 53. v. 6. *Item, laborare me fecisti in peccatis tuis.* Esa. 43. v. 24. *Iesus est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum: Sed pro peccatis totius mundi:* Iohan. 2. v. 2. Pono animam meam *ut ego* pro multis. Hic igitur doctrina, de Sacerdotio & toto Christi officio, & de impletione legis expendatur: Hoc enim est fundamentum & balis nostræ fidei.

Et resurrexit propter iustitiam nostram.

Regnum Christi.

Id est, non mansit in morte, sed reuixit, & ad cælos ascendit, ut nobis hæc sua beneficia applicaret, ac communicaret, utq; ipse gloriosus victor existeret. Hic describitur totum regnum filii Dei, quod deus mortis aculeo regnet vivus. Vicit enim peccatum, mortem, & infernum: *Et sedens ad dexteram patris dat dona hominibus,* iustitiam, vitam, pacem, & lætitiã &c. Ita amplissima est doctrina in hoc brevi dicto.

Eph. 4. v. 8.

Ostendit depravatio.

Hoc loco abusus est *Ostender*, & prædicavit quasi præcipuū eius esse propugnaculum. Hinc enim sumit distinctionem inter redemptionem & iustificationem: & signit mortem Christi valere ad redemptionem, sed vitam Christi, id est, diuinitatem ad iustificationem: Atq; hinc fingit, omnibus esse remissa peccata, etiam Neroni: sed non omnes iustificatos. Hæc portenta fugienda sunt. Paulus non distinguit hic redemptionem à iustificatione: sed ipsum meritū à communicatione. Mors Christi persolvit pro peccatis, sed Christus resuscitatus nobis applicat per fidem iustitiam, alioquin quo ad meritū, tam mors quam vita Christi est nostra iustitia: Et nisi resurrexisset, nulla fuisset facta remissio peccatorum. Sciamus itaq; hic distingui meritum & applicationem: sed mortem Christi à nostra iustitia nequaquam excludi: & sunt nota testimonia. Rom. 5. v. 9. *Iustificati in sanguine ipsius.* Item: *propter obedientiam unius, iusti constituuntur multi.* Ibid. v. 19. Esa. 53. v. 5. *Livore eius sanati sumus.* De iustitia, *quis vado ad patrem.* Iohan. 16. v. 8. Ergo & propter iustitiam nostram est mortuus. Sic & *Interimista* diuellunt redemptionem & iustificationem: Et fingunt Christi morte nobis impetratam re-

Interimista.

missionem peccatorum, seu redemptionem: sed iustificationem nobis contingere, cum infunduntur novæ qualitates, & ut loquitur gratiæ habituales. Hæc præstigiæ explosendæ sunt. Sunt enim aliæ à mente Pauli, imò pugnant cum doctrina Pauli.

CAPUT V.

- 1. *Iustificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum.*
- 2. *Per quem & contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiã hanc, in qua stamus, & gloriamur sub spe gloria Dei.*
- 3. *Nec id solum, verum etiam gloriamur super afflictionibus.*

ALTERVM fidei effectum iam describit, videlicet conscientie tranquillitatem: non enim est res otiosa, & mortua fides, sed est efficax per Spiritum. Cum enim acquiescit fides promissioni ad teueranti Deum reconciliatum esse, omnia peccata condonata, irã Dei placatam, iustitiã eius satisfactam, legis maledictionem abolitam, & nos eceptos ex regno mortis & Sathanæ: pax & suavis læticia obortitur in corde propter hoc immentum bonum. Ut si miser aliquis homo repente ex carcere educatur, & in Regis gratiam mirificam veniat, ut Ioseph: vel si quis ex improviso ex periculoso morbo conualecat: non potest non exultare gaudio, & hoc bono lætari: Ita si peccator credat vere se liberatum à morte æterna, & terroribus conscientie, & se Deo reconciliatū, fieri non potest, quin eius pectus admiranda lætitia inflammetur. Hinc sunt illæ voces Iesæ: 12. v. 1. *Confitebor tibi Domine, quoniam iratus mihi fuisti, & conuersus est furor tuus, & consolatus es me.* Item: 63. v. 10. *Gaudens gaudebo in Domino, & in Deo latabitur anima mea: quia induit me vestimento iustitiæ.* Iesæ. 38. v. 16. *Domine sic vivitur.* Psalm. 103. v. 1. *Benedic anima mea Domino, & omnia qua intra me sunt confiteantur nomini sancto eius.*

Effectum fidei.

Atq; hinc est, quod adeo exultant pii, & tantis precoribus celebrent Dei bonitatem, ut in Psal. passim. Imò in hac cõsolatione contemnunt Diabolum, mortem, infernum, tyrannos & omnes miseras, & supplicia huius mundi. Hac confidentia accedunt ad thronum gratiæ, inuocant & expectant à Deo auxilium, contemnunt quicquid in hoc orbe est, præ hos beneficia immenso: quod sunt Deo per fidem reconciliati. Multiplex igitur doctrina in hoc brevi dicto monstratur Ecclesiæ.

Observanda.

I. Hic effectus docet, quæ sit vera fides, videlicet non tantum notitia, nec aliqua persuasio, vel certitudo, vel pertinacia, sed verus intellectus promissionis & fiducia accipiens remissionem peccatorum, & statuens se Deo propter Christum placere. Nam notitiam solam non sequitur consolatio, sed potius terror, ut diaboli credunt & contremiscunt. Sed piorum fidem sequitur consolatio & viuificatio: Ergo necesse est ab eis accipi remissionem, & ipsos statuere quod sint reconciliati: Nam mens hærens in dubitatione, non viuificatur, sed retinet pauores conscientie. *Andradus, Tappertus, Lisdanus* & alii pontificii fingunt hominem existere in peccato mortali, & destinatum ad mortem, posse vere credere, & tamen vitæ expertem esse. Id esse falsissimum docet Paulus, cum dicit, iustificato fide, pacem habere. *In impiis enim non est pax,* ergo nec fides. Sciamus igitur fidem esse fiduciam accipientem beneficia Mediatoris. Atq; hic rursus obseruemus, damnari blasphemum decretum Tridentinæ Synodi, manendum esse in dubitatione. Nam dubitatio non adfert pacem: Paulus vero vult, ut fide pacem consequamur.

I. Fides non est ignorantia ut Bellar. contendit.

Pontificii

Trid. Syn.

II. Secundo doctrina hic traditur, quid sit discriminis

II.

Diferimen iustifica-
tionis & vi-
uificatio.

Osiander.

Maioristę.

**Interimio-
ita.**

Iustificatio.

Viuificatio.

minis iustificationem & viuificationem: Multi enim hæc distincta beneficia Christi confundunt: & contendunt, iustificationem esse ipsam viuificationem. Defensores necessitatis bonorū operum ad salutem. Item, *Osiander*: Item: *Interimista*, plane confundunt hæc, qui error valde obscurat consolationem de gratuita reconciliatione cum Deo & iustitia fidei: & periculosos laqueos iniicit conscientis. Si enim tum primum iusti sumus, cum viuificamur, iam non solum propter Christum, & gratis, Dei gratia: Sed etiam infusa nostra qualitate, Deo placebimus: atq; ita eneruis erit omnis consolatio Euangelii. *Osiander* fingit, nos iustos essentiali iustitia, id est, ipsam viuificationem seu renouationem vult esse nostram iustitiam, licet nominet causam efficientem Deum. *Maiorista* contendunt opera ad salutem esse necessaria, quia requirunt aliquid in nobis, quod Deo placeat, & sit salus & iustitia. *Interimista* vero crassissime vrgent, duas esse partes iustificationis, Remissionem peccatorū seu redemptionem, & viuificationem, id est, infusionem habitualis iustitię: Atq; ita volunt nos nostra dilectione, seu fide formata, Deo placere & iustos esse, Hęc imaginationes legales & Philosophicę sunt.

Paulus vero distinguit iustificationem à viuificatione. Diserte enim dicit, iustificatos fide pacem habere: id est, postquam fide adepti sumus, tum sequitur vita, consolatio, securitas, tranquillitas, & suavis in Deo lætitia.

Est igitur *iustificatio* gratuita acceptatio personę, remissio peccatorum, reconciliatio, & gratuita imputatio iustitię, ac absolutio: ex mera Dei gratia propter filium Mediatorem per fidem. Atq; hæc iustificatio fit absq; omni nostro opere, dignitate & merito: Estq; iustitia Euāgelica, scilicet, absolutio à peccatis, & imputatio alienę iustitię. Atq; ideo mens fidelis nihil dignitatis in se inueniens, neq; adhuc sentiens vltam fieri nobis mutationem, Sed tantum intuens suas sordes, potest statuere se iustam esse coram Deo, scilicet: propter filii Dei obedientiam.

Viuificatio vero est nonę vitę donatio, quę sequitur iustificationem, propter quam non placeamus: sed à Deo ornatur hoc beneficio, vt cum ipso viuamus: estq; hæc viuificatio, seu renouatio, seu instauratio, ipsa consolatio & gaudium quod sequitur ex iustificatione per fidem: Et est instauratio imaginis Dei, videlicet noua lux in mente, restitudo in voluntate, & noua vita, & lætitia in anima & corde hominis, in quo iam habitat Spiritus S. Hanc distinctionem nobis insinuant Prophetę & Apostoli, cum duplicia recensent Christi beneficia. Vt Ioan. 1. v. 17. *Gratia & veritas*. Psal. 89. v. 15. *gratiam & veritatem contabo*. Rom 5. v. 15. *gratia & donum per gratiam*. Zach. 12. v. 10. *Spiritus gratia & precum*. Quod autem sit necessesse, distinguere iustificationem à viuificatione: inde est manifestū, quia fides nulla teniti potest, quę in nobis est & fieret incerta, si penderet ab vlllo opere, esset & irrita, si ab experientia & sensu iudicare deberet: & eriperetur honos Christo, qui solus est nostra iustitia coram Deo. Loquimur enim de iustificatione, qua homo coram tribunali diuino pronuntiatur iustus.

III. Tercio docet hoc dictum in lucta conscientię non esse ordiendum à sensu, vel experientia, sed verbo: cui primum est credendum: Inquit enim Paulus *iustificanti fide pacem habemus*, id est, postquam fide iustitiam apprehendimus, ac statuimus iuxta verbum nos Deo placere: iam tum sequitur pax & lætitia in corde, & sensus diuinę clementię. Multi homines merguntur in desperationem, eo quod à sensu & experientia consolationis ordiri volunt: Non, inquit, sentio, in me fieri mutationem, nihil perspicio consolationis, non sentio me trahi & agi Spiritu: Ergo non sum de numero fidelium. Non ita dicendum est, sed prius adsentiendum est verbo, etiam contra sensum & trepidationem cordis, quod placeamus Deo. In fides sequi- ceteris rebus, vt in Philosophia, processus est à priore.

Medicus vbi gustauit herbam, pronunciat esse calidam vel frigidam naturę: cum gustasti-Zinziber, pronuncias & statuis esse calidum.

Sed in Theologia alia est ratio. hic prius est credendum verbo: Deinde sequitur experientia. Imo contra spem in spem est credendum, Si enim tamdiu esse expectandum, donec sentiremus, nos trahi, duci, & lætitia persuadi, iam non esset opus fide, cuius proprium est, non quę coram videntur vel sentiuntur, sed quę nusquam adparent, & quę impossibilia videntur statuere & credere: Idq; est sane æquissimum. Si enim nostro cordi cōstraret de voluntate Dei, quid opus esset ministerio, & missione Spiritus sancti. Deinde ipse Deus magis fide dignus est, quam cor nostrum. Potius ergo verbo est credendum, quam nostro sensui, præterea nō solum plenum mendacii est cor nostrum, & sensus nostri falli possunt: verum etiam tenebrę & caligo à Diabolo offunduntur: nō igitur à sensu pacis vel lætitię, sed à fide apprehendente verbum & promissionem Euangelii est ordiendum in luctatione. Hęc testimonia pertinent Rom. 5. v. 1. *Iustificati fide pacem habemus*, Rom. 4. v. 18. *Qui credidit contra spem in spem*. Hebr. 11. v. 1. *fides est rerum non apparentium*. v. Ioan. 3. v. 20. *Quod si cor nostrum condemnas nos, maior est Deus corde nostro, & cognouit omnia* Psal. 119. v. 49. *Memento seruari in verbo tuo in quo mihi spem dedisti*. Item: Esa. 7. v. 9. *nisi credideritis, non intelligetis*. Clemens in epistola ad vrbem in principio in præteritis.

IV. Quarto Argumentum hic validissimum sumitur, quod sola fide iustificemur coram Deo. Nam omnes qui huic doctrinę adsentiuntur, sentiunt se erigi consolatione, qui vero huic doctrinę de sola fide iustificante aduersantur, fatentur se incertos esse de voluntate Dei erga se. Verum hic diligenter obseruandum est, ne fidem & salutem nostram semper ex luce consolationis æstimemus: Sæpe enim adeo obruitur nęc consolatio & pax conscientię, vt prorsus extincta videatur. *Dixi in consternatione mea prostratus sum à facie oculorum tuorum*, Psal. 31. v. 23. Item, *10. v. 8. Cam absconderes faciem tuam sum conturbatus*. In tali igitur lucta quę subinde recurrit atq; exerceat pios, semper à verbo est ordiendum, non à sensu pacis vel lætitię, quę certissime sequetur, vbi verbum vere sine hypocrisis apprehenderit.

ERGA DEVM.

NON solum monet pacem hanc cum Deo factam esse, vt firma sit consolatio: Sed etiam per collationem monet, hanc pacem pluris faciendam, quam totius mundi odia & bella. Qui enim nomen dat Christo per fidem, hic Sathanam & omnes tyrannos & hypocritas mox habebit iatensos. Sed consolatio nostra hæc est quod Deum fauentem habemus.

Per Dominum nostrum.

CAUSAM impulsuam nostrę reconciliationis subinde repetit. Hoc enim vnicum est fundamentum omnis consolationis & fidei.

Per quem accessam habemus.

Hic iam reliquos fidei fructus describit Fides enim non est ociosa, neq; est res mortua aut sterilis, sed postquam recōciliationem cum Deo & iustitiam impetrauit, gignit bonorum operum fructus. recte *Chrysostronus*: *Sicut ignis absq; calore non potest esse, sic nec fides absq; operibus*. Et *Origenes*: *fides tanquam radix imbre suscepto haret in anima solo, vt cum per legem Dei excoli cœperis, surgunt in ea rami, qui fructus operum ferant*. Loquuntur enim de fide, quę remissionem peccatorum impetrauit, & iustificationem obtinuit. Ita Paulus inquit, *fidem per dilectionem efficacem esse*, Gal. 5. v. 6. non quod dilectio sit forma fidei sed fructus & effectus: Fides enim accipit Spiritum sanctum, qui in corde

In Theolog experientia sequitur fidem.

IV. Sola fide nos iustificari.

erga Deum.

Per Dominum nostrum.

Per quem accessam habemus.

Alia fides.

effectus.

Chysostr.

Origenes.

in corde

Bonorum operum efficientes causa.

corde nouos motus accendit. Verę igitur causę efficientes bonorum operum sunt, Spiritus sanctus, verbum, fides, mēs, & voluntas renata. Ita Paulus hic describit opera fidem sequentia & demonstrantia: videlicet inuocationem, spem, lætitiā, patientiam. In his enim operibus maxime conspicua sit fides. Vt ardens & constans inuocatio Cananę mulieris indicauit eius fidem. Sic humilis & constans precatio centurionis: gloriatio & lætitię Stephani, qui ibat ouans animis & spe sua damna leuabat: Lætitia Laurentii: patientia Ieremię, Moysi, Dauidis, Athanasii, declarauit ipsorum fidem.

De inuocatione.

INUOCATIONEM nominat accessum ad Deum, id est, petitionem auxilii à Deo, vt in versibus gestus exprimitur.

In tenebris nostrę & densa caligine mentis

Cum nihil est toto pectore consilii.

Turbati erigimur Deus ad te lumina cordis

Nostri tuamq; fides solius orat opem.

Tu rege consilii actus pater optime nostros,

Nostri opus vt laudi seruiat omne tuę.

Sic in Psalmo 33. v. 6. dicitur, qui aspiciunt eum, & ad eum confluunt, eorum facies non confundentur. Item:

Inuocatio quid.

ad Heb. 4. v. 16. *accedamus ad thronum gratię Inuocatio* igitur est bonum opus, accensum à Spiritu sancto, quo fiducia Mediatoris Iesu Christi, & in ipsius nomine accedimus ad Deum patrem, confidenter petimus ab eo Spiritualia & corporalia bona, & certo credimus nos exaudiri. Est autem inuocatio maxime illustri fructus vel euidens signum verę fidei. Nam quam diu mens statuit Deum irasci propter peccatum fugit eum vt seuum & asperum iudicem, minantem poenas. Itaq; hie liquet, de qua fide Paulus loquatur, videlicet, quę adplicat sibi remissionem peccatorum, & statuit se placere Deo. Duo autem hic monet Paulus, de vera inuocatione, videlicet, oportere eam fieri fiducia misericordię gratuita, & nomine Iesu Christi: Et oportere fidem in vera inuocatione luere. Totā itaq; doctrinā de precatione consideretur. Ad illam vero hi sex articuli pertinent.

Notanda.

I.

II.

Inuocatio requisita.

I. Vt verum Deum in Ecclesia per filium patefactum alloquamur. *Veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & veritate.* Inquit Christus Ioan. 4. v. 23.

II. Vt accedamus ad Deum non fiducia nostri meriti vel operis: sed fidamus gratiā & merito Iesu Christi.

III. Vt nitamur expresso Dei mandato.

III. Vt promissionem de exauditione in conspectu habeamus.

V. Vt firma & vera fide statuamus, nostra vota exaudiri Matth. 21. v. 22. *Omnia quęcumq; petiueritis in precatione credentes accipietis.*

VI. Vt aliquid certi idq; secundum Dei voluntatem, & eo ordine, quem scriptura monstrat, petamus.

De gratiarum actione.

LÆTICIAM quoq; seu gratiarum actionem, vt vere fidei fructu subiungit. *Gloriamur*, inquit, *spe gloria Dei*, v. 3. id est, letamur in Deo, & toto pectore gratias agimus, erecti hac spe quod Deo reconciliati & vitę eternę hæredes sumus. Est ergo *Gratiarum actio* bonum opus, accensum à Spiritu sancto, quo in vera fide Iesu Christi Mediatoris agnoscimus immensa beneficia Spiritualia & corporalia, quę Deus gratis in nos contulit, letamur in Deo, & celebramus Dei bonitatem, veritatem, clementiam & omnipotentiam. Hęc autem est verę fidei fructus, & signum euidens. Cum pia mens cogitat se esse ereptam ex carcere mortis, ex seruitute peccati, ex tyrannide Satanę, & translata in regnum lucis, habere placatum Deū omnia delicta esse deleta, & in profundum maris sub-

Gratiarum actio.

mersa, se esse filium Dei, defendi à Deo, donari Spiritu sancto, esse hæredem mundi & vitę eternę, ineffabili lætitiā & dilectione Dei accenditur. Vt apud Prophetam est: *gaudens gaudeo in Domino & latabitur anima mea in Deo salutari meo.* Esa. 61. v. 10. Item: *cum conuerterit Dominus captiuitatem, erimus quasi somniantes. Tunc replebitur risu os nostrum & lingua nostra exultatione* Psal. 125. v. 12. Sic Laurentius insultat Decio: Agnes putat se ad choreas duci.

Gloriam Dei Paulus intelligit gloriam vitę eternę, qua Deus omnes credentes est ornaturus. *Quos vocauit, hos & iustificauit, quos iustificauit, hos & glorificauit.* Rom. 8. v. 30. Est igitur hęc gloria ipsa noua lux sapientię, qua perfundemur in illo seculo, ipsa vita, lætitiā, iustitię perfectio, consuetudo cum Deo, communicatio essentię diuinę & quod *Deus est futurus omnia in omnibus, & daturus quis nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscenderunt.* 2. Cor. 2. v. 9. Huius glorię certa expectatione & spe accenditur magna lætitiā & gloriatio in credente quę est ipsa gratiarum actio, & fructus fidei.

DE SPE.

ORITUR hęc lætitiā & gloriatio, primum ex fide, qua iustificamur, & remissionem peccatorum accipimus. Deinde ex spe, qua futuram illam Dei, id est, à Deo dandam gloriam expectamus. Atque hęc spes cum ex fide nascatur, tum etiā certissimum est eius signum. Promissio enim non solum efficit remissionem peccatorum gratuitam: Verum etiā donationem Spiritus sancti, iustitię, inchoationem & hæreditatem vitę eternę, sed ita vt primum fide statuamus propter Christum nos placere Deo. Discrimen inter fidem & spem hic notari potest.

Fides est notitia Dei & promissionis Euangelicę de gratuita reconciliatione, & beneficiis mediatoris: Et est simul cum hac luce in mente verus assensus seu fiducia, qua voluntas adprehendit consolationem Euangelii, & statuit iuxta verbum se gratis donari propter Christum remissione peccatorum, & omnibus bonis regni Christi, & se placere Deo, ac hæredem esse vitę eternę.

Spes est fiducia accensa à Spiritu sancto, qua certo expectamus promissa bona, videlicet mitigationem ærumnarum, iuxta consilium Dei, auxilium & gubernationem per totam vitam, & donationem vitę eternę propter mediatorem orta ex fide accipiente remissionem peccatorum.

Fides igitur est, quę præsentia bona accipit: *Spes* quę futura iuxta verbum Dei expectat. *Nam vitam & iustitiam æternam nondum in re, sed in spe possidemus,* vt Augustinus inquit: Et Paulus inquit, *Spe saluati sumus.* Rom. 8. v. 24. Expectamus autem hac spe de corporalia & Spiritualia, temporalia & æterna bona.

DE PATIENTIA.

PATIENTIA quoq; in afflictionibus est illustre admodum signum verę fidei. Nam animi fracti & impotentis fremitus & indignatio in ærumnis non oritur aliunde quam ex diffidentia, quod cogitat homo, aut nihil esse Deum; aut nostra non curare, aut nobis irasci. Contra vero cum homo patienter & fortianimo fert crucem & miseras, ostendit se intelligere clementis Dei salutaria consilia, & se acquiescere verbo, quod adfirmat nos placere Deo. Est ergo *patientia* bonum opus, accensum à Spiritu sancto quo in vera fide Mediatoris Iesu Christi, sustinemus afflictiones à Deo nobis impositas, & subiicimus nos voluntati diuinę, non facimus contra eius mandata, non deserimus veritatem propter dolorem, nec ruimus in desperationem: sed retinemus fidem, & expectamus liberationem. Vt patientia Iosephi in carcere. Item: *trium Martyrum in ardente fornace Babylonica.*

H

Item:

Discrimen

fidei &

Spei.

Fides.

Spes.

Spes fidei

effectum.

Discrimen

fidei &

Spei.

Fides.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Spes.

Epistolæ Pauli ad Romanos Cap. V. v. 4.

Item: Stephani, Laurentii, Polycarpi, Ignatii, Babilæ, qui inquit: Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Dominus: Item: patientia Mauricii, qui inquit: *Iustus es Domine, & iustum iudicium tuum*: Psal. 119. v. 137. illustre dicit testimonium, veram in ipsis fidem fuisse. Ex his igitur effectibus veræ fidei, videlicet inuocatione, lætitiæ in Deo, Spe, & patientia, satis conspicuum est, de qua fide loquatur Paulus: non de sterili, ociosa, mortua, aut simulata, sed de viua & vera fide.

Scientes quod afflictio patientiam operetur.

Gradatio. IN hac gradatione & causam spei ac patientiæ ostendit, & simul argumentis euidentissimis docet, spem & lætitiæ nostram non esse vanam, neque delira somnia amentium. Triste scandalum est, quod omnes pene homines offendit, quod hi, qui gloriantur se Deo reconciliatos & coram ipso iustos esse, tanta miseria sum mole adhuc sunt oppressi, & vndiq; vallati. Hæc enim pugnantia videntur iudicio rationis placere Deo, seu iustum esse, & tamen ab eo tam duriter premi, & ærumnis onerari. Neque tantum prophani homines hoc modo iudicant: sed nostra quoque conscientia in miseris turbata sic ratiocinatur. Refellit igitur hunc rationis sensum Paulus: & docet ipsas afflictiones esse signa clementiæ & amoris Dei erga nos & magno nostro commodo nos eis exerceri, in eis explorari, nobis patescere fidem nostram, eamque augeri, & spem inde excitari. Et addit infallibilia argumenta, quod expectatio & patientia nata ex fide non frustratur. Vberius hæc doctrinam de afflictionibus Ecclesiæ & fontibus consolationum explicat octauo capite. Hic saltem monet patientiam verum esse effectum & signum veræ fidei, eamque in ærumnis vere conspici. Inter enim ipsas lucet ærumnas decus.

Cap. 8. Cum autem Paulus dicat: afflictio patientiam operatur: sciendum est afflictionem non esse causam efficientem & integram veræ patientiæ, sed illa potius à Spiritu sancto, & vera fide oritur. Ad afflictio autem occasio est, per quam Deus mouet corda, vt sese Deo subiciant. In multis itaque afflictio non patientiam, sed potius fremitum operatur. Vt in Pharaone, Saule, Achas, Populo Israel. Ies. 1. v. 5. Latrone damnato, Cicerone, Pompeio, & omnibus impiis. Ac causa est, quia vbi corda non sunt fide purificata, & cum Deo reconciliata, impossibile est, vt sese patienter subiciant ei in miseris.

In his vero qui per fidem Deo sunt reconciliati, & sciunt se esse hæc des vitæ æternæ, afflictio patientiam operatur: hoc est, in ipsa cruce & afflictione discimus patientiam, qua nos subicimus voluntati diuinæ, & perferimus ærumnas, quas Deus imponit, sustentati hac spe, quod ex omnibus miseris nos sit erepturus. Videt enim fidelis animus, Deum non irato animo nobis imponere crucem, sed ingenti amore in commodum nostrum, vt deleat in nobis cupiditates prauas, exuscitet inuocationem, erudiat nos in suo verbo, cõformes efficiat imaginem filii sui accendat in nobis desiderium cœlestium & Spiritualium bonorum, occasionem habeat declarandæ suæ erga nos bonitatis, sapientiæ & omnipotentis: vtque in nobis augeat per Spiritum excellentes virtutes. Vnde inquit, *August. lib. 3. de Fri. Pro sunt autem ista mala, qua fideles pie perferunt, vel ad emendanda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam: vel ad demonstrandam huius vita miseriam: vt illa, vbi erit beatitudo vera, atque perpetua, & desideretur ardentius, & instantius inquiratur.* Hos ergo fructus afflictionum, cum intuetur mens pia, non solum patienter subit ærumnas, sed etiam lætatur in ipsis miseris, quod Deum habeat iam propiciam.

Differen- Prorsus ergo discernenda est patientia philosophica, quæ sustinet ærumnas, quas ratio perferre iubet, & moderatur adfectus, ne impatientia peccet homo

contra virtutem: Vt *Palamedes, Socrates, Seneca*, modeste subeunt mortem: Ab hac Christiana patientia de qua Paulus loquitur. Etsi enim Ethnici moderationem aliquam præ se tulerunt: tamen nec Deo reconciliati fuerunt, nec consilium Dei intellexerunt, nec sustentati sunt Spiritu sancto, nec spem habuerunt liberationis & vitæ æternæ. Itaque corda ipsorum plena fuerunt tenebris, diffidentia, fremitu aduersus Deum, & desperatione. *Seneca* non solum O-
Seneca trauis, sed suum ingenium pinxit, cum clamantem introducit: *Nullum pietas nunc mimen habet, regnat in orbe tristis Erynnis.*

At in piis, vt in Ioseph, Iob, Dauide, Stephano, Polycarpo, lucet vera fides, qua statuunt se placere Deo: Hi sustentantur Spiritu sancto, ne deficient: hi intelligunt consilium Dei, & intuentur portum tranquillum, & liberationem ex omnibus ærumnis, itaque in vera dilectione Dei, & cum suauis lætitiâ sustinent ærumnas, & tribuunt Deo laudem iustitiæ & bonitatis: Vt, Mauricius aspiciens trucidari suam coniugem & liberos inquit: *Iustus es Domine, & iustum iudicium tuum.* Psal. 118. v. 137. Deinde quia hic monstrat Paulus fructum afflictionum, ostendit ingens esse discrimen inter castigationes piorum, & peccatis in piorum: *Nũlla tribulationes iustorum,* inquit David: *sed ex omnibus his eripiet eos Dominus. Impium interficiet in mulum.* Psal. 34. v. 20.

4. Patientia probationem.

Id est: in ipsis ærumnis cum fides exercetur & patienter se subicit Deo, tum exploratur an vera vel simulata sit: idque non tam propter alios, quam propter nos ipsos est necessarium. Plurimi enim hypocritæ iactant fidem, & quia florent successibus, nos vero premimur, illi sunt excellentibus ornati donis, nos consili nobis sumus nostræ infirmitatis, sæpe dubitamus, An etiam nostra fides sit vera. Ac sane in prosperitate cum securi sumus, fides prorsus languescit, & quia in inuocatione multæ occurrunt dubitationes, sæpe de nostra fide hæsitamus. In primis vero conuiciandi & calumniandi effrenis libido in impiis angit piorum conscientias: Vociferantur enim, piorum fidem meram esse hypocrisin, arrogantiam, pertinaciam, studium rerum nouarum, & sub prætextu religionis seruire ipsos iniustus cupiditatibus: quæ calumniæ conturbant pium & sapientem, vt ipse in conscientia sæpe sit anxius de sua fide. Ad hoc igitur prodest patientia in afflictionibus, vt inde probetur & examinetur sinceritas fidei. Cum enim ærumnæ fortiter feruntur, & non abiicitur confessio veritatis, sed in agnita & solida veritate persistitur, iam cor videt & sentit fidem esse seriam & veram.

Athanasio obiiciebatur superbia, contendendi studium affectatio tyrannidis, & alia innumera. Cum igitur exilia & ærumnas fortiter fert, nec abiicit veritatis defensionem, nec sese inflectit ad potentum arbitria & cupiditates. Habet in sese viuum testimonium, quod fides ipsius sit sincera ac solida. Atque hoc testimonium de fide tanti faciunt fideles, vt sæpe optent in tentationibus se ipsos probari à Deo. *Examina me Domine, & tenta venas meas.* inquit David. Psal. 25. v. 21. Atque hæc etiam patientia Ecclesiæ nostram fidem probat. Cum enim homines cordati & sano iudicio præditi malunt acerbissimos corporis cruciatus, & omnis generis probra, perferre quam deficere à veritate, palam sit omnibus eos vere ita sentire & credere quemadmodum profiterentur. Verum Paulus hic præcipue agit de exploratione fidei quæ in nobis fit.

Probasio Spem.

INSTEIGREM fructum quem pii ex afflictionibus percipiunt, exponit, *donis ueris*, id est, exploratio patientiæ: hoc est, cum probamur in afflictionibus sicuti aurum in igne, tunc & ipsa fides in nobis augeatur, & certa spes

philosophicæ & Spiritualis.

Differunt crux piorum & poena impiorum.

ta spes accenditur quę futurę vitę gaudia alacriter expectat. Cum enim in exploratione constat nobis fidę nostram non esse simulatam, sed veram, vt quę persillit in probatione, tum multo firmitus omnia Mediatoris beneficia apprehendimus, & certius expectamus liberationem. Credens quidem scit se credere: Sed non omnibus momentis pari splendore lucet fidę, non semper eadem constantia animi pręditus est pius: sæpe nos turbant errores in mente, sæpe imbecillitates nostrę & peccata obscurant fidem: sæpe hostium Ecclesię sarcasmi, conuicia, blasphemię, condemnationes, opprimere conantur scintillam fidę: Ita vt sæpe plii in dubitationem adducantur, num fidę ipsorum sit sincera nec ne: inprimis cum animaduertunt, se admodum languidos esse in studio bonorum operum, & sæpe præueniri peccatis, in solitudinem coniciuntur. Ipsa ergo exploratio quę fit in igne variarum afflictionum & miseriarum demonstrat nobis qualis sit nostra fides, num sit sincera, An vero hypocritica. Simulata enim non subsistit in cribratione, sed euanescit: Quę vero subsistit, & animose pertere: a rumnās a Deo impositas, ea gignit lætissimā & certissimam spem in corde. Dum Ioseph in carcere iacet, probatur eius fidę, & illa inuenitur multo purior auro Perisistit enim in sua pietate, nec deficit a Deo: Certā ergo concipit spem futurę liberationis.

3. Spes non pudefacit.

Spes fidelium certa.

HVc tandem tendit gradatione sua. Ideo enim plii gloriantur etiam in afflictione sua, quia spes non pudefacit, hoc est, non frustratur nec fallit nos, non est vana nec irrita: sed certo impetrat ea quę sperat. nititur enim certissima & infallibili Dei promissione, Plak. 18. v. 31. Dominus est scutum omnium in se sperantium. Item: 17. v. 7. Misericordias tuas, qui saluos nos facis sperantes in te, a resistētib. dextera tua. Item: 125. v. 1. Qui confidunt in Domino sicut mons Zion, non commouebuntur. Item: Omnis qui sperat in eo, non confundetur. Cum ergo Deus omnibus sperantibus opem promiserit, & Deus mentiri non possit: spes nequaquam frustratur et edentem.

Differt spes fidelium & infidelium.

Diligenter autem spes fidelium, quam in Deum collocant, discernenda est, a vana spe carnis: de qua in versu dicitur: Fallitur augurio spes bona sape suo. Humanę enim carnis spes plerumq; ex cupiditatibus natę, nullo fundamento certo nituntur: At spes fidelium est Lux in corde accensa a Spiritu sancto per fidę, & nititur expressa & certa Dei promissione: & omnipotentia & veritate Dei. Est ergo falsissimum, quod Pontificii nugantur, proprium spei esse fallere, & falli: Imo contrarium adserit Spiritus sanctus, propriū spei esse, vt neminem pudefaciat nec frustraretur.

Quia dilectio Dei effusa est in corda nostra, per Spiritum sanctum, quia datus est nobis.

Argumentū certitudinis spei.

EVIDENTISSIMO τεκμηρίω probat, spem non esse irritam, nec fallere. Quia Deus iam insigni argumento immensum suum erga nos amorem testatum fecit, siquidem Arrhabonem Spiritum sanctum effudit in corda nostra, per quem nos viuificat, nos sibi arctissime copulat, & facit nos consortes diuinę naturę. Pignus hoc est amoris Dei erga nos nobilissimum: nam Spiritus sanctus quem pater mittit in corda nostra, est eiusdem essentię cum patre & filio: quid posset nobis dare maius, quā seipsum? & æternę vitę & lætitię facere participes? Cum ergo tantū pignus amoris possideamus in cordibus nostris, certissimum est Deum non denegaturum nobis liberationem ex omnibus malis, & beatitudinem æternam, quam speramus. Augustinus mirifice hoc dicto est delectatus, ac omnibus fere paginis posuit, vtget autem contra Pelagium, quod Deum sine Spiritu sancti dono diligere non possimus: atq; ita dilectio-

nem Dei passiuę accipit, scilicet quę Deus a nobis diligitur. Atque hæc quidem sententia vera est: nemo enim Iesum inuocare potest Dominum, nisi in Spiritu sancto: 1. Cor. 12. v. 3. Longius deinde progreditur hanc nostram esse coram Deo iustitiam: de qua agit Paulus: quando Spiritus sanctus effusus in cor nostrum, accendit in nobis dilectionem Dei & proximi: atq; ita confundit, vt fere passim, iustificationem & renouationem.

August. confundit iustificat. & renouationem.

Sed Paulus distincte loquitur, discernit iustificationem & renouationem: sola gratuita remissione peccatorum, & imputatione iustitię fide, iusti sumus coram Deo. Deinde aliud est beneficium Mediatoris, quod nos per Spiritum sanctum viuificat, & ad obediendum Deo impellit. Paulus autem hoc in loco non intelligit dilectionem Dei passiuę, de dilectione qua Deus diligatur a nobis: sed actiuę de dilectione qua Deus nos complectitur, cuius infallibile signum est, donatio Spiritus sancti, quasi diceret: Quod Deus vere nobis sit per Christum reconciliatus, quod nos ardentem diligat, & complectatur, abunde testatur Deus eo, quod effundit in corda nostra Spiritum sanctum.

Copiosa doctrina proponitur Ecclesię in hoc dicto. Primum enim docet, quod Spiritus sanctus accipitur per fidem, & vere habitat in cordibus fidelium, in eisq; obsignet amorem Dei erga nos: quemadmodum & Paulus alibi: Quia filii sumus misit Deus Spiritum filii sui, in corda nostra, in quo clamamus Abba pater. Rom 8. v. 15.

Observanda I.

Docet deinde Apostolus, credentes in Christum non solum impetrare remissionem peccatorum, & cum Deo reconciliationem: Verum etiam donari Spiritu sancto, qui in eis accendit nouam vitam, iustitiam, lucem, & lætitiā sempiternam.

II.

Præterea monstrat nobis Apostolus infallibile pignus & Arrham amoris Dei erga nos, & quod certo hæredes simus æternę beatitudinis. Indicat etiam fortem & promptum auxiliatorem, qui nos sustentat, consolatur, & erigit in omni afflictione & tentatione, vt eas perferre & vincere possimus.

III.

I I.

Secundum membrum ἀναλύσεως.

De beneficiis Mediatoris & impulsiuę iustificationis causa.

- 6. Et enim Christus adhuc existentibus nobis infirmis iuxta tempus pro impiis mortuus est.
- 7. Vix enim pro iusto quis moritur: pro bono enim fortassis quis audeat mori.
- 8. Commendat autem suam erga nos dilectionem Deus, quod adhuc peccatoribus existentibus nobis, Christus pro nobis mortuus est.
- 9. Multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius, saluabimur per eum ab ira.
- 10. Si enim hostes existentes, reconciliati sumus Deo per mortem filii sui, multo magis reconciliati saluabimur in vita ipsius.

SECUNDVM membrum ἀναλύσεως, videlicet vberior explicatio impulsiuę causę nostrę iustificationis. In propositione fecit Apostolus mentionem redemptionis.

Causa iustificat. impulsiuę.

August;

Augustinus mirifice hoc dicto est delectatus, ac omnibus fere paginis posuit, vtget autem contra Pelagium, quod Deum sine Spiritu sancti dono diligere non possimus: atq; ita dilectio-

**Fundamē-
tum iustifi-
cationis.** demptionis factæ per sanguinem Domini nostri Iesu Christi: Hoc enim vnicum fundamentum est nostræ iustificationis, quod Iesus Christus vnigenitus filius Dei, constitutus à patre Mediator & victima, subiit mortem pro peccatis mūdi: & hac sua obedientia placuit iram patris sustulit maledictionem legis, & promeruit nobis iustitiam, & hæreditatem vitæ æternæ. Hoc ergo fundamentum totius doctrinæ de iustificatione, non solum hic reperit & inculcat: Sed etiam luculentius exponit, vt fontem ipsum omnis consolationis plene cognoscamus, Occasionem sumit à probanda Dei dilectione, quæ non sinit falli nostrâ spem. Evidentiissima demonstratio est, Deus effudit in nos credentes ipsum Spiritum sanctum manantem de ipsius essentia. Necessè est igitur verum, ardentem & immensum esse Dei erga nos amorem.

**Dilectio
Dei.
Dedit no-
bis Spiritū
sanctum.**

Dedit filiū. Addit deinde & aliam demonstrationem, æque evidentem: Deus neq; in cælo neq; in terra quidquam preciosius aut carius habet vnigenito suo filio: sed hunc dedit pro nobis in mortem, cum adhuc hostes eius essemus, vt nos ex morte eriperet. Ergo necessè est eius erga nos amorem immensum & ardentissimum esse: Simul autem eo respicit, vt beneficia Mediatoris Iesu Christi, quam vberissime exponat: quemadmodū videmus Prophetas & Apostolos in hoc totos fuisse. *Fundamentum*, inquit Paulus, *aliquid poni non potest, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus.* 1. Cor. 3. v. 11. Et Petrus, *non est in alio quæquam salus, nec est aliud nomē datum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri.* Act. 4. v. 12. Item: *Huius omnes Prophetæ testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum omnes in nomine eius, qui credunt in eum:* Act. 10. v. 43. Et Christus ipse in omnibus suis concionibus præcipue hoc vrget, vt ostendat suum officium & beneficia: *Sic Deus, inquit, dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt mundus per eum saluus fiat: qui credit in eum non iudicatur: qui vero non credit, iam iudicatus est.* Ioh. 3. v. 16 17. 18.

Hæc ergo beneficia Iesu Christi Mediatoris, hoc loco exponit Apostolus, nimirum quod totius mundi peccata in se recepit: quod obedientia sua iram æterni patris placuit: quod sustulit legis maledictionem: quod vniuersam pœnam peccatis nostris debitâ persoluerit: quod destruxerit totum regnū peccati, mortis, & Satana: quod obedientia sua nobis meruerit remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, & imputationem iustitiæ: Præterea donationem Spiritus sancti, & hæreditatem regni cælorum. Christus ergo Mediator fons est omnis nostræ iustitiæ, propter ipsum pronunciamur & sumus iusticoram Deo: Ipse solus est nostra iustitia & salus: Si quidem eius obedientia nobis imputatur, & propter ipsum æterna vita donatur. *Christus*, inquit Paulus, *adhuc existentibus nobis infirmis, iuxta tēpus pro impiis est mortuus,* Rom. 5. v. 8. hoc est, nos eramus meriti mortem nostris multiplicibus peccatis: Et eramus impii alieni à Deo. In tantū vero dilexit nos Christus, vt animam suam pro nobis dederit: & morte sua nostra peccata expiauerit.

**Amplifica-
tio à com-
paratione
dissimiliū.**

**Argumen-
tum amo-
ris Dei cer-
tissimum.**

Vix enim pro iusto quis moritur: pro bono fortassis audeat quis mori. Amplificatio est immensæ dilectionis Christi à comparatione dissimilium. Non facile inuenitur, qui pro iusto & bono homine vitam suam profundat. Christus vero non dubitauit pro impiis subiire mortem: Nemo vero non maiorem habet dilectionem, quam vt ponat animam suam pro alio. Omniū igitur euidentissime demonstrauit Christus ardentissimum suum amorem erga genus humanum, quod adhuc existentibus nobis peccatoribus, Christus pro nobis est mortuus. Immensum Dei erga nos amorem & magnitudinem beneficii Christi nobis commendare conatur Paulus, vt tanto firmius credamus, nos vere gratis iustificari. Nullum enim est illustrius testimonium, nullum euidentius pignus amoris Dei, neq;

in terra, quam quod vnigenitus Dei filius Mediator pro miseris, & damnationi destinatis peccatoribus est mortuus. Ad obrinendam ergo iustificationem, oculos oportet in mortem Iesu Christi semper intendere, & hac consolatione omnes terrores & tentationes superare.

9. Multo igitur magis nunc in sanguine ipsius saluabimur per eum ab ira.

CERTITUDINEM salutis nostræ demonstrat & ampliat ex magnitudinis beneficii & collatione maiorū. Quia enim supra mentionem fecit ærumnarū & afflictionum, quibus pii adhuc exercentur: quæ & turbant rationem nostrā, & videntur labefactare nostram spem & expectationem de salute æterna: Demonstrat hic argumento validissimo salutis æternæ beneficium certissimū & infallibile esse. Validior est enim vita, quam mors. Cum ergo tantum potuit mors Christi, vt nos patri reconciliaret: quanto magis vita eius tuebitur nobis partum hoc beneficium: præterea potior semper est conditio amicorū in impetrandis beneficiis, quam hostium. Cum ergo Christus reconciliauerit nos patri cum hostes essemus: quanto magis seruabit nos, ne ab ira Dei consumamur: posteaquam reconciliati sumus & propter Christū Deo placemus. Adeo vrget Paulus beneficiorum Christi magnitudinem, vt in nobis exuscitet certā fiduciam de gratuita reconciliatione: & spem firmam de æterna salute.

**Certitudi-
nem salutis
nostræ cō-
firmat.**

**11. Non solum autem hoc: sed & gloria-
mur in Deo, per Dominum nostrum
Iesum Christum, per quem nunc acce-
pimus reconciliationem.**

EXPOSITO beneficio Christi & excitata fiducia & spe, repetit fidei illustrem effectum, videlicet lætitiā & gloriationem in Deo. Non solum, inquit, credimus reconciliationem, nec tantum speramus certo salutem: Sed etiam nunc in Deo lætamur, & gloria- mur: sentimus gaudium Spiritus sancti in corde nostro: & ardenti dilectione gratias agimus Deo, quod propter filium recepit nos in gratiam, & abiecit omnē iram suam: Non turbamur ærumnis vel afflictionibus, sed qualiscunq; est euentus rerum: scimus Deum nobis esse propiciū: Nos vere ab ipso diligimur: & hunc Dei fauorem pluris facimus, quam totius mundiopes. Nunc etiam doctrinæ capita quæ in hoc Pauli textu sunt amplissima, breuiter iudicemus.

**Effectus fi-
dei lætitia
& gloriatio
in Deo.**

**Observan-
da.**

I. Primum hic ostenditur, quanta sit seueritas iustitiæ diuinæ: quod videlicet peccatum non possit remitti, nisi plena fuerit facta compensatio: ideo ipsum vnigentium Dei filium oportuit fieri *λύτρον* & hostiam pro peccato vt esset *ἀντάλλαγμα* pro hominum vita & salute.

**I.
Seueritas
Dei.**

II. Secundo doctrina hic traditur de officio Mediatoris & Messia: Non est missus Christus vt mundi regna occuperet: neq; vt nouas nobis præscribat leges, & Moſen aliquantum reformet, sicuti stolidi Monachi finxerunt: sed ideo in hūc mundum venit, vt pro peccatoribus moreretur, & sua morte irā Dei placaret, & Ecclesiam Deo reconciliatā sua intercessionē saluaret.

**II.
Officium
Christi.**

III. Tertio. Quia Paulus adeo amplificat Dei amorem, & confirmat nostram spem, eo quod pater filio vnigenito non pepercit: docet, Christum non solum secundum humanam naturam esse Mediatorem: sed secundum vtramq; naturam diuinam & humanam. Atq; ideo diuina est humiliata: & quemadmodum *Irenæus* loquitur, *quieuit in morte, vt humana caro Christi mori posset.* Vere igitur Deus est passus & mortuus pro nobis Non esset tam illustre signum amoris Dei, si tantum homo pro nobis esset passus. Quia vero vnigenitus & omnipotens Dei filius pro nobis subiit mortem, necessè est amorem esse immensum. Errat igitur *Mantuanus Stancarus*, qui fingit, Chri-

**III.
Christus
Mediator
secundum
humanam
&
diuinam
Naturam.
Irenæus.**

Stancarus.

stum

Itum tantum secundum humanam naturam esse Mediatorem & placatorem.

August.

Reperiuntur apud Augustinum alicubi tales sententiae, quibus videtur adferere, quod sola humana natura sit Mediatix. Verum hæc sententia non congruit sacre scripturæ, nec adfert conscientis consolationem. Si enim tantum humana natura subiit Mediatoris officium: quomodo vnigenitus filius datus est nobis. Rectius igitur Irenæus inquit lib. 3. cap. 20. Si, inquit, homo non vicisset inimicum, non iuste victus esset inimicus. Rursus, nisi Deus donasset salutem, non firmiter eam haberemus. Et nisi homo coniunctus fuisset Deo nostro, non potuisset participare fieri incorruptibilitatis. Oportet enim Mediatorem Deum & hominem per suam ad utroque adfinitatem, ad amicitiam & concordiam, utroque reducere: & facere ut Deus adsumeret hominem, & homo se dederet Deo. Hæc sententia est plena consolationis, & congruit cum Prophetarum testimoniis: in quibus ipse Iehoua promittit se fore nostrum redemptorem & saluatorem.

Irenæus.

IV. Formalis causa iustitiæ.

IV. Quarto insigne est hoc loco testimonium: quod iustificatio hominis coram Deo non sit inhabitatio essentialis diuinæ, sed remissio peccatorum & reconciliatio cum æterno patre: quodque hæc iustitia sit sita in pretioso sanguine Iesu Christi: *Iustificati*, inquit, *in sanguine Ipsi*. Rom. 5. v. 9.

Osiander.

Hanc vnicam & solidam humanæ salutis anchoram labefactare conatus est Osiander, qui finxit remissionem peccatorum seu reconciliationem non esse nostram iustificationem: sed tantum redemptionem & quodammodo præparationem: Nec in ipso sanguine Christi nos habere iustitiam, sed in iustitia Dei essentiali. Hic vero vident adolescentes liquido confutari a Paulo has Osiandri præsligias: Diserte enim fatetur Paulus, nos esse iustificatos in sanguine Christi: id est, *propter obedientiam vnus iusti constituuntur multi*. Rom. 5. v. 19. Contendit vero Osiander illam obedientiam & *ἀγρω* per solutionem tantum ad redemptionem, non ad iustificationem pertinere. Sed Apostolus dilucidis verbis ei contradicit. Deinde & hoc obfistit Osiandro: quod Paulus iustificationem non aliter accipit quam reconciliationem: quæ haud dubie est gratuita peccatorum condonatio, & indigni peccatoris in gratiam acceptatio.

V. Excluditur meritum.

V. Quinto Omne humanum meritum prorsus excluditur hæc Pauli concione a iustitia & salute hominum. Testatur enim Paulus in eo demonstrari Dei erga nos ardentem dilectionem, quod non prius a nobis sit dilectus, vel aliquo nostro officio nobis ad remunerationem deuinctus vel illectus: sed quod nos pessime de ipso meritis, in peccatis adhuc submersos, & odio Dei flagrantibus immensa bonitate gratis sit complexus amore: eoq; tanto vt etiam vnigenitum filium subiecerit morti pro hostium suorum salute. Vanissima igitur & sacrilega sunt figmenta Sophistarum, quibus adferitur meritum congrui vel condigni. Non enim ab vilo hominis merito, sed a gratuita Dei misericordia tota hominum salus pendet.

VI. Negatur Synergia.

VI. Sexto, Doctrina de oppresso atq; extincto libero arbitrio hic simul obseruari debet. Paulus enim se & totum genus humanum, non tantum peccatores, Verum etiam hostes Dei adpellat: qui nisi per mortem filij gratuito cum Deo reconcilientur, persistant in ira atq; odio aduersus Deum: Non enim dicit tantum Deum erga nos iratum fuisse ob peccatum: Verum etiam nos hostili animo fuisse erga Deum adfectos. Necessè est igitur prorsus peruersam, corruptam, & malitia, quasi lepra, perusam esse totam hominis naturam: quæ Deum beneficentissimum conditorem, iustissimum iudicem, sapientissimum rerum administratorem, & clementissimum patrem ac Dominum vltro odit ac detestatur. Rom. 8. v. 7. *Sensus carnis*, inquit, *est inimicitia aduersus Deum*. Nemo igitur ex sese potest salutem eligere, vel ad gratiam se adplicare, vel

conuersionem expetere, vel in sui regeneratione cooperari: Sed necessè est vt cor Deo inimicum & durum, diuinâ largitate gratiæ ad Deum flectatur, & per Spiritum sanctum regeneretur.

III.

Tertium membrum.

ἀναλυσως.

DE PECCATO.

- 12. Propterea sicut per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruasit, eo quod omnes peccauerunt.
- 13. Nam vsq; ad legem peccatum erat in mundo: Peccatum vero non reputatur non existente lege.
- 14. Sed regnavit mors ab Adam vsq; ad Moysen, etiam super eos qui non peccauerunt in similitudine transgressionis Adæ, que est typus futuri.

Hic accedit Apostolus ad explicationem doctrinæ de peccato: docet quid sit peccatum coram Deo, vnde profectum sit, vnde cognoscatur, quid mereatur & efficiat. In propositione enim dictum fuit, iustificationem nostram coram Deo, esse remissionem peccatorum: Intelligi igitur oportet, de quo peccato Paulus loquar. Nam Prophetæ & Apostoli multo aliter de peccato loquuntur, quam vel Philosophi, & Iurisperiti, vel politici gubernatores Philosophi enim & politici gubernatores peccatum vocant *dictum vel factum contraventionem & leges, quod pœna sit dignum*. Et tantum de actionibus externis iudicium faciunt: internam cordis prauitatem, fontem omnis mali, nec monstrant, nec accusant, nec ostendunt quantam iram & quas pœnas peccatum mereatur coram Deo.

Doctrina de peccato.

Philosophica peccati descriptio.

Apostoli vero & Prophetæ cum de peccato loquuntur, constituunt hominem coram tribunali Dei, & ostendunt quid Deus in homine accuset, & cuiusmodi sit Dei iudicium aduersus peccatum. Hic ergo locus diligentissime considerandus est: Magnitudo enim beneficiorum Mediatoris intelligi non potest, nisi prius cognoscatur quale sit hoc malum, quod Deus tam horrenda ira auersatur in homine, & æternis suppliciis destinauit.

Magnitudo morbi magnitudinem beneficii ostendit.

Multæ & variæ definitiones peccati passim reperiuntur, vt illa vulgaris: peccatum est dictum, vel factum, vel cogitatum contra legem Dei. Sed mutila & imperfecta est hæc definitio, siquidem peccatum Originis non complectitur. Omnibus igitur definitionibus peccati Apostolica anteferenda est: *ἀμαρτία ἐστὶ ἀνομία*. 1. Ioan. 3. v. 4. *Peccatum est discrepantia a lege Dei*, siue ea consistat in actione, vel motu, siue in defectu, vel prauitate. Est ergo peccatum, cum defectus, tum prauitas, cum motus tum actio, quæ dissidet a lege Dei, & meretur præsentis & æternas pœnas. Hæc definitio sumitur ex lege: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua*; Matth. 22. v. 37. *Et Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus qua scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea*. Deut. 27. v. 26. Hæc Lex non solum flagitat rectas actiones & motus: sed in primis cor purum, rectum, ornatum iustitia & integritate, cuiusmodi condidit Deus. Quia vero cor corruptum & deprauatum est, & caret vera Dei notitia, & rectitudine voluntatis, plenum autem est prauitate. Hunc defectum & prauitatem accusat Lex diuina in primis, vt fontem omnium malorum motuum & actionum.

Vera peccati definitio.

Supra cap. 3. v. 23. dixit Paulus: *Omnes peccauerunt & carent gloria Dei*. Vbi docet ipsum defectum integritatis & iustitiæ esse peccatum coram Deo.

Peccatum duplex.

Recte ergo facit Ecclesia, quod tradit duplex esse peccatum: videlicet *originale & actuale*. Etsi enim hæ voces in scriptura non reperiuntur, tamen res ipsæ manifestissime ab Apostolis & Prophetis traduntur. Et hoc loco Paulus imprimis agit de peccato Originis, ostendens fontem omnis mali, & quanta malitia in homine hereat, quæ expiari oportuerit sanguine Iesu Christi.

Peccatum originis.

Peccatum ergo Originis, est reatus propter lapsum Adæ, & totius humana natura corruptio, videlicet caligo & ignoratio Dei in mente, auersio voluntatis a Deo, & vis inimica Deo, contumacia in corde, & omnium virium *ἀραξία*, quæ carnali generatione propagatur in omnes homines, & propter quam malitiam sumus filij iræ, rei mortis æternæ, nisi fiat liberatio per Dominum nostrum Iesum Christum Mediatorem. De hoc tristi malo nihil dicunt Philosophorum aut Iurisperitorum libri. Ratio enim non agnoscit hoc malum: sed Spiritus sanctus illud reuelat in sacra scriptura. *Ecce, inquit Dauid, in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea*: Ps. 51. v. 7. Statim ut conceptus fui, adhæsit mihi peccatum. Ipsa enim massa, ex qua formatus sum, est polluta & infecta peccato.

Reatus peccatum.

Primum ergo significat peccatum Originis reatum, quo omnes posteri Adæ ad mortem obligamur, propter lapsum ipsius. Nam *per inobedientiam vnius peccatores constituuntur multi*: Rom. 5. v. 19. Nos tumus peccatores, id est, habemus peccata, & rei sumus mortis, propter vnius Adæ inobedientiam: Item: *vnius delicti mors regnauit per vnum*. ibid. v. 17. Item: *Sicut per vnum delictum in omnes homines mors regnauit in condemnationem*. v. 18. In his dictis Paulus ostentissime testatur, nos omnes propter Adæ lapsum reos esse æternæ mortis. Et haud dubie respexit Apostolus ad seuerissimam vocem: *Quacunq; dicit comederit de arbore ista, morte morietur*: Gen. 1. v. 17. Tu Adam nimirum cum tota posteritate. Nam *quod ex carne natum est, caro est*, inquit Christus. Ioh. 3. v. 6. Hinc illud ad Eph. 2. *Erasmus omnes natura filij iræ*. Eph. 2. v. 3. Non ergo peccatum Originis significat tantum pœnalitatem aut seruitutem, aut ignominiam sine omni propria culpa: sed significat nos vere esse reos etiam propter Adæ delictum. Iustum enim est iudicium Dei, qui punit peccata parentum in filiis, in tertiam & quartam generationem, in his qui oderunt eum. Deut. 5. v. 9.

Peccatum originis non est sine culpa in nobis.

Defectus & prauitas originalis.

Secundo peccatum Originis significat ipsum defectum & prauitatem naturæ humanæ secutam lapsum Adæ, videlicet caliginem & ignorationem Dei in mente, & pronitatem ad omnis generis errores & mendacia: auersionem voluntatis a Deo, & vim inimicam Deo, & in corde contumaciam, & omnium virium adfectuum conturbationes atq; *ἀραξία*, discrepantem a lege Dei. Hic defectus accusatur in scripturæ dictis. *Omnis homo mendax*, Ps. 116. v. 2. Rom. 3. v. 4. id est, homo naturæ luce non nouit Deum nec voluntatē eius, sed fertur erroribus & mendaciis. Christus inquit, *nemo nouit patrem nisi filius*. Matth. 11. v. 27. Et Ioannes, cap. 1. v. 5 totum mundum appellat *tenebras*. Paulus: *Animalis homo non percipit ea qua sunt Spiritus*. 1. Cor. 2. v. 14. Hæc carentia lucis in mente & pronitas ad mendacia est peccatum coram Deo: qui hominem clara Dei notitia ornauerat. Sic & voluntas destituitur rectitudine & integritate: Est vero inimica Deo: & ea vult quæ aduersantur Deo: Vnde Paulus: *Sensus carnis est inimicitia aduersus Deum: Legi enim Dei non subiicitur: Nec enim potest*. Rom. 8. v. 7. Cor etiam totum deprauatum est, ita vt nullos concipiat adfectus seu motus, nisi impuros & errantes: & totum Deo aduersetur. *Cor hominis*, inquit Hieremias, *prauum & arumnosum est*. Jerem. 17. v. 9. Et Dauid: *Omnes corrupti sunt & declinauerunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad v-*

num. Ps. 14. v. 1. Hic ergo defectus iustitiæ, & prauitas in corde toto & anima hærens, aduersa Deo, quæ propagatione carnali transfunditur in homines: & propter quam rei sumus æternarum pœnarum, est peccatum Originis: non tantum quia contractum est primo peccato: Sed etiam quia fons est omnium actualium peccatorum. Nec tantum est fomes peccati, vt Pontificij fungunt, contra Dei verbū: sed est reuera & proprie peccatum dignum morte æterna, nisi fiat remissio propter & per Christum Mediatorem.

Non est fomes tantum.

Disputat Illyricus ipsum cor & animam rationalem esse peccatum Originis, & non solum prauitatem seu vitiositatem accidentalem, sed ipsam substantiam esse Originis peccatum. Sed turpiter hallucinatur, & discedit in eo a sinceritate doctrinæ Apostolicæ, quæ discernit res conditas a Deo, a vicio & destructione quæ accessit & a Sathana inuecta est. Ipsa quidē anima & cor & totus homo cum omnib. viribus suis peccato pollutus, corruptus, deformatus & contaminatus est: sed ipsa anima rationalis seu cor ipsum non est peccatum, hoc est, non est ipsa prauitas: Anima enim condita est a Deo: peccatum vero & tota cordis malitia, tenebræ, mendacium & inimicitia aduersus Deum non sunt a Deo: nec sunt res conditæ, sed sunt corruptio inuecta a Sathana. Cor hominis per Christum liberatur a peccato, & sanctificatur per Spiritum sanctum, & si in fide perstiterit, viuet in æternum cum Deo: quod de peccato cogitare nefas est. Extitit etiam in homine cor & anima ante peccatum. Et Paulus hoc loco adfirmat, peccatum introiisse in hominem. Accessit ergo peccatum, & non est ipsa hominis substantia, licet totam hominis substantiam inuaserit, turbauerit, infecerit, corruerit & necauerit. Explodendus est igitur error Illyrici, vt qui ex diametro pugnat cum articulo de creatione rerum: Et discernenda sunt cor & anima, & tota substantia hominis condita a Deo: & peccatum quod est malum accidentale, & corrumpit atq; contaminat totam cordis & animæ substantiam, & disturbauit omnes vires hominis.

Illyricus. Peccatum esse substantiam.

Controuertitur etiam in Ecclesia, quomodo malum hoc originis propagetur, & ad posteros transfundatur. *Pelagius* & qui eum secuti sunt, contendunt non carnali procreatione: Sed tantum imitatione propagari: quia filij sequantur exempla parentum: Sed hic crassus error delet doctrinam Ecclesiæ de peccato Originis, & refellitur a tota scriptura. Gen. 5. v. 3. *Adam genuit filium ad similitudinem & imaginem suam, & vocauit nomen eius Seth*. Christus inquit: *Quicquid ex carne natum est, caro est*. Ioan. 3. v. 6. Item: *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*. Ps. 51. v. 7. 1. Cor. 15. v. 22. *in Adam omnes morimur*. Hæc dicta clara testantur, peccatum non tantum imitatione, sed ipsa carnali procreatione transferri in posteros. *Quomodo enim potest esse mundus coram Deo de immundo conceptus semine?* Iob 14. v. 4. Hinc est quod hoc loco Paulus dicit, *mortem regnasse in eos quoque, qui non secundum similitudinem prauaricationis Adæ peccauerunt*: Rom. 5. v. 14. Quod dictum haud dubie de infantibus est intelligendum: qui licet non habeant externa & manifesta peccata actualia, nec Adamum imitati sunt, tamen mortem subierunt, vt qui propter Adæ lapsum rei fuerunt, & immundam naturam a parentibus contraxerunt, ideoq; morti vt peccatores, obnoxii fuerunt. Non ergo Adam exemplo tantum nocuit generi humano: sed vno suo delicto totam suam posteritatem demersit in mortem. Quemadmodum disertissime docet: *per vnius hominis delictum, condemnatio venit in omnes homines*. Rom. 5. v. 18. Item: *in Adam omnes morimur*. 1. Cor. 15. v. 22.

Propagatio peccati. Pelagius.

Nec vero quispiam mirari debet, aut iniustum iudicare, quod Deus propter esum pomi totum genus humanum adiudicauerit morti: Non enim ex ratione humana de peccatorum supplicio iudicandum est, sed ex ipsa lege, quæ docet iudicia Domini esse immensam abyssum, & Deum punire parentum peccata in tota posteritate.

posteritate, Etsi autem nemo hominum magnitudine peccati Adæ, quod commisit edendo pomum, explicare verbis potest, tamen excitandæ sunt mentes ad expendendam aliquando atrocitatem sceleris. Non enim tantum ad vnius pomi esum, sed in primis ad contemptum Dei, ipsiusque mandati est respiciendum. Hæc enim longe grauissima scelera concurrunt in tristissimo lapsu Adæ.

tiæ, & innocentie. Hæc ornamenta detraxit Sathanas homini.

III. Depranationem & vitiositatem totius nature, vt tenebras & errores mentis, inimicitiam contra Deum in voluntate, contumaciam & malitiam in corde, omnis generis hæreses, omnia actualia peccata cupiditates errantes, & scedissima scelera.

IV. Maledictionem legis.

V. Seruitutem arbitrii, ita vt nequeat homo præstare obedientiam Deo ex toto corde.

VI. Omnis generis miseritas & calamitates huius vitæ, vt paupertatem, morbos, incendia, bella, vastationes, tamen, infelicitatem coniugii, infelicitatem liberorum, sterilitatem agrorum, fœuas tempestates, terræ motus, subitos terrores, & alia infinita mala, nã *πλετα γαία κακῶν πλήρη δε θαλάσσα.*

VII. Mortem corporis.

VIII. Tyrannidem Sathanæ, qui nactus est imperium in hominem, eo quod homo se auerit a Deo, & sponte cum Sathana coniunxit.

IX. Maledictionem totius terræ, quæ non dat vires suas: sed profert nunc spinas & tribulos propter peccatum hominis.

X. Æternam condemnationem corporis & animæ.

Hos multiplices & tristissimos effectus peperit peccatum Adæ, & quidem omne peccatum, quod non tegitur vmbraulo Mediatore, similes parit effectus, & coniicit hominem in tyrannidem Sathanæ, mortem & condemnationem æternam. Totum aceruum malorum complexus est Paulus, cum dixit *mortem ab Adam in omnes regnasse.* Rom. 5. v. 14. Item: *mortem regnasse per vnius delictum in omnes ad condemnationem.* v. 18.

Quia veto hanc doctrinam de peccato Originis Pelagius scelerate corrupit, cuius errores Pontificii mordicus adhuc retinent: Prodest adolentes in conspectu habere præcipuos errores Pelagii, & refutationes solidas, quas hoc loco suppeditat Paulus.

I. Primum ergo Pelagius docuit: Adamum omnino fuisse moriturum, etiamsi non peccasset: quia mors ita a Deo fuerit ordinata, & non irrogata propter inobedientiam. Sed Paulus refellit eum. 1. Rom. 5. v. 12. *per peccatum mors intrauit in mundum. Itē: in Adam omnes morimur.* 1. Cor. 15. v. 22. Item: *condidit Deus hominem ad imaginem suam:* Gen. 5. v. 1. & quacunq; die comederis de arbore ista, morte morieris. Gen. 2. v. 17.

II. Docuit Adæ peccatum nemini nisi ipsi nocuisse, quo ad culpam & pœnam attinet: Nobis vero tantum exemplo nocuisse peccatum. Sed refellit eum Paulus, qui dicit: *propter inobedientiam vnius hominis, peccatores constituntur multi.* Rom. 5. v. 19. Item: *per vnius delictum mors regnavit in omnes homines in condemnationem.* v. 16. Docuit item peccatum non propagatione carnali sed imitatione & exemplo propagari.

III. Docuit, gratiam & auxilium Spiritus sancti dari hominibus iuxta merita: Sed Paulus resistit huic errori adferens, gratis remitti peccata, & gratis per gratiam Christi donari Spiritum sanctum, absq; omni merito operum.

IV. Contendit humanam naturam esse integram absq; peccato, & infantes tam infontes nasci, atq; Adam sit factus Ideoq; non baptisari ob contagium innatae labis, sed vt hæreditate regni Dei honorentur. Refellit autem hunc errorem Paulus, cum inquit, *Erasmus natura filij ira.* Eph. 2. v. 3. Item: *omnes carent gloria Dei.* Rom. 3. v. 23. Item, *eo quod omnes peccauerunt,* v. 12. id est, habent peccata. Et Psal. 14. v. 3. *Omnes declinauerunt, & inutiles facti sunt.*

V. Gratiam intelligi voluit beneficium creationis, possibilitatem naturæ, donationem liberi arbitrii, & legis doctrinæ reuelationem, Sed Paulus docet, gratiam intelligendam esse fauorem Dei gratuitum, quo nobis gratis absq; merito propter Christum remittit peccata, & nos pronuntiat iustos.

VI. Docuit

Peccata in lapsu Adæ concurrentia.

I.

I. Diffidentia ac dubitatio de verbo & voluntate Dei: Audiuerat mandatum ex ore Dei, & quidem in natura integra: Et tamen cum Sathan æbulas ostendit, dubitari incipit.

II.

II. Contumacia, qua spreuit tam graue Dei mandatum, & seuerissimam mortis comminationem.

III.

III. Superbia, siquidem non contentus amplissimis donis iustitiæ & vitæ, voluit æquari Deo.

IV.

IV. Horrenda ingratitude. Acceperat immensa beneficia ab æterno Deo: *conditus nimirum ad imaginem & similitudinem Dei, in iustitia & sanctitate veræ.* Eph. 4. v. 24. sed omnium horum beneficiorum oblitus, auertit se a Deo, contemnit eius mandatum, & sponte abiicit vitam.

V.

V. Odium Dei: quia Sathanæ præstigijs potius sequitur, quam sanctissimum Dei præceptum, & coniungit se Sathanæ, sit hostis Dei.

VI.

VI. Contristatio & expulsio Spiritus sancti, qui in ipso habitabat.

VII.

VII. Parricidium, non enim se tantum, sed totam suam posteritatem vno hoc scelere coniecit in mortem sempiternam. Et primam ille fenestram aperuit, atq; etiam causam præbuit ad vniuersa scelera totius generis humani.

VIII.

VIII. Blasphemia: Sua enim inobedientia præbuit Adam malis Spiritibus occasionem blasphemandi Deum conditorem Adæ.

IX.

IX. Furtum etiam commisit, siquidem Deo inuito & prohibente contrectauit, & comedit fructum vitæ arboris.

X.

X. Mendacium: Dum enim securus est, & non metuit mortem ex comminatione Dei, Deum accusat mendacij, ipse vero mendacij scelere constringitur.

In summa nulla voce humana exponi potest atrocitas & magnitudo scelerum, quæ Adam commisit dum contra Dei præceptum de fructu vitæ arboris comedit. Non igitur extenuandum est Adæ delictum, nec calumnia facienda iudicio Dei, quod genus humanum propter vnius delictum destinauit morti & æternæ damnationi: quin potius hinc discamus quanta sit seueritas iudicij diuini, & quam scæda res sit peccatum causam huius mali ostendit Paulus, nimirum ipsam voluntatem hominis: Non enim Deus impulit Adamum ad peccandum, nec villo modo extitit causa peccandi: Semper enim tenendum est dictum Psalmi: *Non Deus volens iniquitatem tuas* Ps. 5. v. 5. Item: *perditio ex te est, in me tantum salus tua.* Ose. 13. v. 9. Voluntas ergo Adæ decepta & impulsæ a Sathana, est causa peccati. Vnde textus dicit: *serpens decepit hominem:* Gen. 3. v. 13. Et Christus inquit: *Diabolus est homicida ab initio, & in veritate non stetit.* Ioh. 8. v. 44. I. Ioan. 3. v. 8. *Qui facit peccatum ex diabolo est: quia ab initio Diabolus peccat.* Sed hoc loco satis est Paulo ostendisse, quod voluntas humana sit causa peccati. *Per vnum hominem, inquit, peccatum intrauit in mundum.* Rom. 5. v. 12.

Iam quid peccatum operetur & mereatur, quibus pœnis & supplicijs sit dignum, considerandum est: Paulus dicit, mortem intrasse in mundum per peccatum: sed quia mortem dicit regnasse, simul totum regnum peccati & mortis complectitur. Sunt autem infinita & innumera mala, quæ homo sibi attraxit per peccatum: videlicet:

I.

I. Iram æterni Dei propter inobedientiam: excidit enim homo gratia Dei, & factus est filius iræ.

II.

II. Amissionem omnium Spiritualium donorum, videlicet lucis, iustitiæ, vitæ, libertatis, lætitiæ, sapien-

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

Pelagii errores ex recapitu. a-pud Aug.

Pœna peccati.

VI. Docuit vires liberi arbitrii plane in tegras esse & nullo defectu impediri. At Paulus contra docet, hominem esse seruum peccati: *Lex est Spiritualis: Ego autem sum carnalis, uenudatus sub peccatum.* Rom. 7. v. 14.

VII. Docuit nullum esse discrimen inter legem & Euangelium: sed hominem tam per legem quam per Euangelium iustificari. Paulus vero refellit eum: *Nunc, inquit, iustitia Dei sine lege patefacta est.* Rom. 3. v. 21. Item; *ex operibus legis non iustificabitur coram Deo uel la caro.* ibid. v. 20.

VIII. Docuit homines absque gratia & auxilio Spiritus sancti posse implere legem Dei, & perfectum esse absque omni peccato. Qui error pugnat cum tota sacra scriptura, & in primis cum dicto Pauli: *Non enim bonum, quod uolo hoc facio, sed malum. Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me legi peccati.* Rom. 7. v. 19. 23.

IX. Docuit concupiscentiam & interiores adfectus non esse peccata pugnantia contra legem: sed esse naturales motus. At Paulus contra docet, concupiscentiam esse peccatum. *Concupiscentiam esse peccatum nesciebam, nisi lex dixisset, non concupisces.* Rom. 7. v. 7.

Ita Paulus totum Pelagianismum, quem pontificij magna ex parte inductis tantum nouis quibusdam coloribus tumentur, discretissime refutauit.

Quatenus peccatum Originis in baptismo tollatur, & quid ex eo post baptismum relinquatur, in sexto & septimo cap. dicendum erit.

Actuale peccatum.

Actuale peccatum est omnis motus vel actio interior vel exterior pugnantia cum lege Dei, promerens presentes & aeternas penas, nisi fiat remissio propter Christum Mediatorem. Paulus clarissime distinguit actuale peccatum ab Originali peccato, cum dicit: *mortem regnasse ab Adam in eos quoque, qui non peccauerunt secundum similitudinem prauaricationis Adæ.* v. 14. Vbi loquitur de infantibus, qui non commiserunt actualia peccata ut Adam, & tamen mortem subierunt, quia habuerunt peccatum, nimirum Originale: reatum & prauitatem naturæ.

Quod sit discrimen inter peccatum mortale & veniale, & in Spiritum sanctum, dicitur cap. 6. Deo iuante Nunc singula Pauli uerba expendamus.

Per unum hominem peccatum intrauit in mundum. Hic ostendit de quo peccato in propositione locutus sit: nimirum quo omnes homines contaminati sunt: quasi dicat: non loquor tantum de ciuilibus seu externis delictis, sed totam peccati molem, quæ totum genus humanum premit, & fontem omnis mali simul complector: nimirum lapsum Adæ, qui omnes demersit in mortem, & totius naturæ corruptionem: propter quam omnes sumus obnoxij morti & damnationi. Ita ad primam scaturiginem omnis mali nos deducit, cum ut conuincat omnes de peccato, tum ut causam ostendat, cur oportuerit constitui Mediatorem. Per unum hominem scilicet Adamum, ut historia Gen. 3. docet, peccatum intrauit in mundum: Non ergo conditum est peccatum in natura hominis: nec est ipsa cordis vel animæ substantia: Sed accessit hoc malum a Sathana inuectum, & corripit hominis substantiam, tam animæ quam corporis. Voluntas ergo humana, quæ libertate sua abutens, sponte sese auertit a Deo, est causa efficiens peccati.

Peccatum non conditum in natura.

De animæ propagati-
one.

August.
Luth.
Philip.

Mouent hic aliqui disputationem de animæ traducere: num ea una cum corpore a parentibus propagetur, an uero a Deo corporibus in utero formatis inseratur. *Augustinus & Lutherus* licet non obscure significent, cui sententiæ magis adsentiantur, tamen non definiunt. *Philippus* in Iustiniano ostendit se magis probare eam sententiam, quæ adserit animam esse extraduce, & dicit congruere hanc sententiam ad dictum: *Psal. 51. v. 7. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et cum Christus dicit: *Quicquid ex carne natum est, caro est.* Ioan. 1. v. 6. non tantum de corpore: Sed etiam de anima hominis

obnoxia morti loquitur. Scriptura etiam non sine causa sic loquitur: *Omnes anima quæ egressa sunt de femore Iacob.* Exod. 1. v. 3. Et cum scriptura totum hominem cum anima rationali appellet carnem, non obscure docet, tam animam quæ corpus ex semine parentum propagari & condi. Adhæc nisi statuamus animam Christi ex Maria propagatam esse, quomodo credemus, Christum naturam nostram integre adsumpsisse? Nec uerisimile est animas conditas a Deo extra corpora, atque sine peccato infundi in impura corda, ut maculentur, & aeternam condemnationem subeant. Quomodo etiam puniet Deus peccata parentum in filijs, si anima non est a parentibus, cum in anima præcipue hæreat vis peccati? Cum scriptura igitur rectius congruit, animas cum corporibus a parentibus propagari.

Et per peccatum mors.

EFFECTVM peccati adiungit: Atque ut doceat in omnibus hominibus existere peccatum, ab effectu id colligit: *Mors, inquit, in omnes homines peruasit.* v. 12. Ex quo patet omnes esse peccatores. *Mors est stipendium peccati.* Rom. 6. v. 23. Verum ipse discrete adiungit causam.

Omnes peccato obnoxios esse.

Eo quod omnes peccauerunt.

ID est, eo quod omnes habent peccatum, ab illo primo homine contractum: ideo omnes morti sunt obnoxij. De hoc loco atrociam certamina extiterunt, cum inter *Pelagium & Augustinum*: tum inter *Erasmum & eius Antagonistas. Pelagius & Iulianus* ita enarrant *ἐφ' ὧ*, id est, propterea quod transgressionem primum hominem imitarunt: quasi hæc esset mens Pauli, in eos omnes peruasisse mortem, qui ad similitudinem peccati Adæ sunt lapsi. Verum *Augustinus* uehementer huic corruptelæ resistit, ac enarrat *ἐφ' ὧ*, id est, in quo: scilicet in quo Adam, vel in quo peccato, lib. 6. cont. Iulianum & alibi. Ac rectissime tenuit mentem Pauli Augustinus: Non enim hoc tantum uult, mortem peruenisse ad eos, quicunq; peccati commissione Adam sunt imitati: sed potius demonstrat totum genus humanum peccato obnoxium, atque ideo ad mortem destinatum esse. *Mors, inquit, in omnes peruasit, propterea quod omnes peccauerunt.* id est, peccato sunt polluti. Minus uero congrue explicauit phrasin *Augustinus*, in quo: Nam quod dicit in quo peccato, non congruit constructioni orationis. In quo Adam, tollerari posset, sed Græca phrasin *ἐφ' ὧ*, causalis est, *eo quod*. Atq; hæc interpretatio multo grauius refutat commentum Iuliani, quam Augustini interpretatio. Ostendit enim causam, cur omnes homines sint obnoxij morti, uidelicet quia omnes habent peccata, nec quisquam sit ab eo immunis.

Locus controuersus.

Pelagius,

August.

August. reprehenditur.

Quod uero *Erasmus* uertit *ἐφ' ὧ*, id est, quatenus, quodque hunc locum uult intelligi, non de peccato Originali, sed personali seu actuali singulorum, graui reprehensione est dignum. Violenta est enim textus deprauatio: deinde præcipuum Paulinæ disputationis statum euertit. Sciendum igitur hanc particulam *ἐφ' ὧ*, non aliter esse accipiendam, quam quod causam contineat, cur omnes sint morte onerati, uidelicet eo quod nemo sit immunis a peccato: *Stipendium enim peccati mors est.* Rom. 6. v. 23. Ergo si quis morte grauaretur qui non haberet peccatum: crudelitatis ac iniustitiæ Deus accusaretur, siquidem immerentem puniret.

Erasmus reprehenditur.

Cum ergo nec apud Deum sit iniustitia, nec quisquam hominum liber aut solutus a uinculo mortis, necesse est omnes pariter habere peccatum, tam infantem recens natum, quam hominem adultum vel senem. Atq; illustre est hoc testimonium contra Pelagianos de peccato infantum, & tota labe Originali. Adterit enim Paulus omnes homines esse peccatores & propter peccatum morti addictos: Recte igitur ab *Augustino* est dictum: *Uitiata, inquit, radice macula,*

August.
ita pro-

ita propaginis traduca, per generationum sarmenta, diffusa est: ut nec infans quidem unius diei a culpa prauaricationis sit alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam fuerit liberatus. Peccauerunt dixit Paulus hebraica consuetudine, pro eo quod est, habuerunt peccata. Prophetæ enim non solum actiones prauas, & errantes motus, nominant peccata: Sed etiam radicem malorum actionum, videlicet corruptionem totius animæ & mentis & voluntatis ac cordis: Quemadmodum & David loquitur: *Ecco in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Plal. 51. v. 6. Agnoscit David se peccasse, id est, habuisse peccatum, etiam cum conciperetur: quia massa fuit impura & lepra peccati infecta. Cum ergo in hoc loco Paulus euidenter adserat & demonstrat, doctrinam de peccato Originis, similia testimonia cum hoc loco conferantur, vt Gen. 8. v. 21. *Omne figmentum cordis humani est malum omnibus diebus.* Ephes. 2. v. 3. *Eramus natura filij ira.* 1. Cor. 2. v. 14. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus.* Rom. 8. v. 7. *sensus carnis est inimicitia aduersus Deum.*

13. *Vsq̄ue ad legem peccatum.*

Augustin.

Augustinus passim vrget, Paulum hoc dicto adlere, quod lege non sit sublatum peccatum: id verissime dicitur, sed non satis euidenter ex hoc loco demonstratur. Potius hoc vult Paulus, etiam ante legis promulgationem peccatum in mundo fuisse, & iram Dei pronocasse. Quia Paulus agit de origine huius mali, vult docere non tum prius inuestum esse peccatum, quando Lex est promulgata: Tum enim fuisse peccatum & inobedientiam, nemo negare poterat: Verum etiam ante Moysen & legem peccatum viguisse & regnasse in genere humano: Ad Adam vsque ad Moysen: Et si enim tanta solennitate non erat lata Lex, tamen erat Lex & naturaliter quodam modo nota, & ministerio verbi reuelata. Prima Lex fuit Adæ data, ne de arbore ederet. Deinde legis ministerio vocatur Cain ad poenitentiam: laudatur Abelis obedientia: damnatur Caini patricidium. Item: poenæ, diluuium, conflagratio Sodomæ, fuerunt conciones legis de ira Dei aduersus peccatum. Item: mandatum datum Noah: de ædificanda Arca: Promissio mercedis facta Abraham. Hæc testantur nunquam legem defuisse mundo. Vult igitur Paulus: Peccatum tum primum exortum esse, cum Lex cepit promulgari: sed iam tum fuisse & regnasse ab Adam vsque ad Moysen. Hoc autem ideo vrget, vt doceat propagatione & generatione deriuatam esse hanc labem ab ipso Adam, sicut clarissime dicitur in dicto: *Quod natum est ex carne, caro est.* Ioh. 3. v. 6.

13. *Peccatum vero non aestimatur.*

De vsu Legis.

Hæc attingit doctrinam de vsu legis: sed hoc caput Paulus post clarius euoluet, vbi doctrinam de gratia absoluerit. Est autem sententia: Ante promulgationem legis minus agnitum fuit peccatum, non satis graui iudicio aestimatum. Nam secunda & cæca mens humana vbi non excitatur voce legis, facile in dormit suis peccatis, & sibi blanditur, & iudiciū Dei parui pendit. Lex igitur tanto strepitu & tumultu lata est, non vt primum inueheret in orbem peccatum: sed vt peccatum iam per Adæ prauam voluntatem inuectum reuelaret, damnaret, & hominibus securitatem & torporem excuteret.

14. *Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen.*

Argumento ab effectu ad causam probat peccatum fuisse in orbe ante legem Moysis. Mors est stipendium peccati, nec potest eos subigere, qui a peccato sunt immunes. At mors regnauit in omnes ab Adam vsque ad Moysen. Ergo necesse est in omnibus extitisse peccatum. Euidens est plane argumentum nititurque fundamentum firmissimum, videlicet iustitia DEI.

Etiã in eos qui non peccauerunt ad similitudinem transgressionis Adæ.

HIC plane nobis est locus; & quasi ὁμοειχισµα articuli de peccato infantum, & vicio Originali. Discrimen enim facit Paulus peccatorum: Alios dicit peccasse ad similitudinem prauaricationis Adæ, alios non ad similitudinem. Non dubium est quin vocet, *ad similitudinem peccare*, peccato actuali imitari lapsum Adæ. Necesse est igitur hunc locum de infantibus intelligi: quod hi licet nullo facto imitati fuerint Adam: tamen morti fuerint obnoxii: non minus atque adulti: Ex quo sequitur, peccatum Adæ non solum Exemplo nocuisse, sed etiam reatu omnes implicuisse, & contagium peccati per propaginem traducis esse diffusum & deriuatum in omnes. Obseruandum est igitur hoc testimonium de peccato Originali diffuso in omnes homines atque etiam in infantes recens natos. Item: de peccato duplici, Actuali vel personali & Originali. Item: refutatur hoc loco crassa Pelagii & Erasmi imaginatio, quod Adam saltē imitatione & exemplo læserit posteritatem, non reatu constrinxerit, nec propagine infecerit. Expresse enim hic Paulus testatur, non solum in eos regnasse mortem, qui in obedientia sunt imitati Adam: Verū etiam in eos, qui nullo scelere vel inobedientia factū Adæ sunt secuti, vt infantes. Non igitur tantum Actualia peccata merentur mortem, verum etiam Originalis labes & cōtagium. Quod vero negat Erasmus Paulum hic agere de infantibus, nimis crassæ inscitie est, & Pelagianum errorem sapit.

Infantes etiam peccato obnoxios esse Originali.

Pelagii & Erasmi refutatio.

Qui est forma futuri, scilicet Christi.

Hic breuiter significat, quam instituerit collationem, videlicet Adæ & Christi, peccati & gratiæ, damnationis & æternæ salutis. Verum antequam plene hanc collationem explicet, intertextit rationem dissimilitudinis, ne quis collatione offendatur: Inter se enim contraria sunt peccatum & gratia, vita & mors, salus & condemnatio: In Adam vero & Christo est aliqua comparatio: Adæ enim vt parenti totius generis humani donata & commissa fuit iustitia & vita, quam si retinuisset & conseruasset, potuisset eam in totam posteritatem propagare. Quia vero amisit iustitiam & vitam, & sese & totam posteritatem spoliavit summo bono, & demersit in mortem & condemnationem. Atque ita vnus homo omnibus fuit causa pereundi. Christus secundus est Adam, cui rursum cōcredita est iustitia & salus mūdi: ita vt per vnus hominis obedientiam, iusti constituantur multi, Rom. 5. v. 19. & per vnus gratiam, vita & salus in omnes credentes perueniat.

Collatio Adæ & Christi.

Ita Paulus confert inter se fontem omnis mali: & deinde fontem omnis boni.

15. *Sed non sicut delictum, sic & donum.*

Hæc parenthesis, est anticipatio ne quis putet per omnia congruere hæc inter se, Adamum & Christum, peccatum & gratiam. Est enim in multis partibus non solum dissimilitudo, sed etiam pugnantia. Ac Paulus hoc solum cupit monere, quemadmodum ab vno homine profecta est condemnatio, ita ab vno aliam esse vitam & iustitiam. Quare ne quis offendatur, vel absurdas concipiat animo cogitationes, primum dissimilitudinem explicat & inculcat. Sunt autem in hac collatione Adæ & Christi, peccati & gratiæ, multa dissimilia.

Dissimilitudo Adæ & Christi.

I. Primum personæ sunt dissimiles, merita vtriusque & meritum effectus prorsus contrarii. Adam enim est homo tantum conditus ad Dei imaginem terrenus. Christus est æternus & omnipotens Deus, spiritualis homo. Adam peccato meruit mortem æternam

2.

ternam sibi & aliis. Christus perfecta obedientia meruit Ecclesiæ vitam & iustitiam.

II.

Secundo. Efficacia dissimilis est peccati & gratiæ, mortis & vitæ. Nam etsi magna vis est peccati, adeo ut per vnum hominem vniuersum genus humanum adit innoxerit damnationi: Tamen gratia Iesu Christi est potentior: nam ea non solum ab hoc primo Adæ peccato & Originali contagio, sed ab omnibus peccatis liberat, & delet tam actualia, quam Originalia delicta. Nam Christi meritum est multo validius: Dei gratia est multo amplior: Christi regnum est multo potentius regno Diaboli. Atque hanc dissimilitudinem in primis hic vrget Paulus, ne quis ex hac collatione colligat, vel suspicetur Christi gratia tantum deleri morbum Originis & Adæ peccatum: Cætera vero peccata, propria iustitia esse delenda. Ideo diserte docet, & sæpe repetit, non esse eandem rationem, sed potius magnam diuersitatem: Et gratiam Christi multa delere peccata, & ex multis peccatis in vitam transferre credentes: Est enim res potentior quam peccatum.

III.

Tertia dissimilitudo est in modo propagationis & adplicationis. Peccatum atque reatus carnali generatione in posteritatem deriuatur. Est enim ipsa massa in Adam polluta & deprauata: ideoque quicquid ex ea procreatur prorsus impurum, corruptum, & ira Dei est obnoxium: testante Christo: *quicquid ex carne natum est, caro est* Iohan. 3. v. 6. At gratia Christi & donum per gratiam non transfertur in posteros generatione carnis: Nam ut Iohan inquit: *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Iohan. 1. v. 13. Ergo hæc dona Christi nobis communicantur modo Spirituali, videlicet per verbum & Sacramenta offeruntur, & per fidem adplicantur: & noua vita & iustitia Spirituali regeneratione nobis restituitur.

III.

Quarta dissimilitudo est in imputatione & collatione reatus & iustitiæ: Nos quidem propter Adæ peccatum sumus rei iudicio Dei, & damnationi subiecti. Verum non tantum premit nos aliena culpa absque nostro merito, sed & nos habemus insitum peccatum, & deformatam imaginem Dei, ob quam corruptionem & culpam propriam mortis & damnationis sumus rei. Dissimilis ratio est in Iustificatione: Hic enim solo Christi merito pronunciamur iusti, nõ simul propter insitam iustitiæ nouitatem. Communicatur omnino nobis & propria seu inherens iustitia per Christum: Nam cum remissione peccatorum, quæ fide accipitur, donatur Spiritus sanctus, qui nouam in corde lucem accendit, vitam reformat, iustitiam Deo congruentem tribuit. Verum propter hæc reparationem seu renouationem imaginis Dei, quæ fit per Spiritum, homo nequaquam acceptatur in gratiam, vel iustus coram Deo constituitur.

Duplici ergo reatu constringitur homo, cum iudicatur, videlicet alieno & proprio: sed vnico saltem merito iustificatur, videlicet Mediatoris non proprio. Hæc dissimilia omnino obseruanda sunt in hac collatione. Paulus vero secundam dissimilitudinem tantum vrget: quia in ea plurimum momenti est situm. Nisi enim gratia Christi vberior & amplior esset mole peccati, nullam sentiremus ex officio & promissione Christi consolationem. Cæteras dissimilitudines silentio hic præterit Paulus. Nam supra de fide satis est concionatus.

15. *Si enim vnus peccato multii mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum per gratiam vnus hominis Iesu Christi in multos abundauit.*

Vrget hic Paulus gratiam per Christum allatam potentioorem, & vberioorem esse peccato. Si enim, inquit, tantum valuit peccatum, ut omnes necaret: quanto magis gratia Dei, id est, misericordia a Deo

proposita erit efficacior & potentior ad salutem. Collatio intertuta contrario, & a causa efficiente. Attente hic notet lector, duo hic commemorari beneficia Christi, videlicet gratiam & donum per gratiam. Estque hæc distributio omnibus Prophetis & Apostolis familiaris, & in primis necessaria. Primum *χάρις* quasi genus est hoc loco, complectens omnia Christi beneficia. Conferunt enim totum beneficium Christi cum mole peccati.

χάρις vero significat primum Christi beneficium, Gratiæ videlicet gratuitam remissionem peccatorum, recedens a cihationem, acceptationem, imputationem iustitiæ seu iustificationem: Quod propter Mortem Mediatoris gratis, sola fide recipimus in gratiam, donamur remissione peccatorum, & pronunciamur iusti coram Deo. Ita & Iohan. loquitur *gratia & veritas per Iesum Christum facta est* Cap. 1. v. 17.

Ingens corrupta tela est cum Papistæ vocem (*Gratia*) interpretantur in tulam qualitatem, seu habituales gratias, Non enim infulis donis sumus iusti, quantumcunque illa sint in renatis: Semper enim anteferendum est meritum vnigeniti filii Dei. Augustinus quoque improprie passim adpellat Gratiam ipsam dilectionem per Spiritum sanctum absque nostro merito nostro cordi instillatam: Et hinc deceptus labitur in eam opinionem, ut imaginetur nos illa renouatione & qualitatis infusione iustificari: Qui error in Augustino nõ est leuis: Quamquam in aliquibus locis loquatur tolerabilis. Pelagius vero omnium sceleratissime deprauauit hanc vocem: Is enim de primo beneficio creationis & donatione liberi arbitrii, Item de legis promulgatione & de doctrinæ patefactione interpretatus est: sed est hæc manifesta Sycophantia: Prophetæ enim de hoc nouo beneficio Dei loquuntur, cum gratiam Dei commendant. Quod immensa bonitate & misericordia absque nostro merito gratis propter filium credenti remittit peccata, & constituit eum in iudicio cælesti iustum. Alia igitur est gratia creationis, qua Deus immensa bona generi humano in creatione communicauit, absque vilo merito vllius hominis. Cum enim nemo esset, nemo Deum potuit demereri, At gratia redemptionis seu iustificationis multo est sublimior: illa enim non solum nihil meritis, verum etiam ob mala facta reis morti & ira Dei constituit, gratis & peccata condonat, & vitam ac iustitiã communicat, iuxta promissionem: *etiamsi peccata vestra fuerint ut coccinum, ut nix de alba buntur.* Esa. 1. v. 18. Hæc peculiaris est gratia Dei.

Magna sunt beneficia, donatio liberi arbitrii, promulgatio legis, patefactio doctrinæ & præceptorum de moribus: Verum in his beneficiis non offertur gratuita condonatio peccatorum, qua nobis in conspectu Dei patris est opus. Est & ingens Dei beneficium, & multiplex gratia renouationis, quam Augustinus nominat Gratiam præuenientem, præparantem, liberantem, operantem, cooperantem: qua gratis donatur Spiritus sanctus, qui nostris cordibus inspirat vitam & iustitiam. Verum quia hæc renouatio nostri imperfecta manet in hac vita, neque ea vel potest vel debet conscientia nostra fidere: ideo hoc beneficium ab illa gratia saluationis cum de iustificatione nostri dicitur, est diligentissime discernendum: Estque detestanda blasphemia vox patrum in concilio Tridentino, cum dicunt: *Si quis dixerit, gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, sit anathema.*

Secundum deinde Christi beneficium est donum per gratiam, id est, Spiritus sancti donatio & ipsius operatio, qua in nobis accendit nouam lucem, vitam, iustitiam, agnitionem, lætitiã, dilectionem Dei & proximi: & totam Dei collapsam imaginem erigit & instaurat. Non enim relinquitur homo in sordibus peccati & mortis: sed resuscitatur & fit domicilium & Organon Spiritus sancti: incipit recte Deum agnoscere, inuocare, & diligere: incipit viuere & lætari in Deo, imo regnare cum Christo Mediatore.

Nos

Duo beneficia Christi gratiam & donum per gratiam.

Donum quid

quid.

Pontificis gratia nouas qualitates notat.

Augustin.

Pelagius.

Ibidem.

Deus.

Tridentinum Concilium.

Donum per gratiam.

Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini spectantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domino Spiritu. 2. Cor. 3. v. 18. Hoc secundum beneficium Christi David & Ioannes nominant *veritatem*. Psal. 89. v. 25. Iohan. 1. v. 17. *gratia & veritas per Iesum Christum facta est*: Paulus sæpe nominat *pacem* Rom. 1. & 5. alias nominat *uiuificationem & renouationem & sanctificationem*. Valde vsitatum est Prophetis & Apostolis hoc modo partiri & distinguere beneficia Christi, in gratiam & veritatem, in salutem & renouationem, in iustificationem & viuificationem. Ies. 40. v. 2. *Loquimini ad cor Ierusalem, quoniam militia eius completa est, & dimissa est iniquitas eius: dupliciter accepit de manu Domini pro omnibus peccatis suis*. Zach. 12. vers. 10. *Effundam super domum David Spiritum gratia & precum*. Plane enim necessarium est hæc Christi beneficia accurate distingui.

Veritas
pax.

Distinguenda iustificatione a renouatione.

I. Primum ne honor Christi qui solus est mediator noster, & propter quem solum iusti coram Deo pronunciamur, obscuretur: Si enim confundatur renouatio cum iustificatione, iam eripitur Christo suus honor, & distribuitur operibus, & nouis motibus renouatorum.

II. Secundo ne in infringatur necessaria consolatio, quod gratis absque omni dignitate sola fide propter Christum iustissimus. Quoties enim mens respicit ad renouationem & nouos motus & opera sua, mox turbatur & timet iram, si quidem imperfecta opera inuenit: quæ procul absunt a legis perfectione. Distinguit ergo Propheta iustificationem a viuificatione, ut sciamus nos placere Deo, esse iustos & hæredes vitæ æternæ, sola fide, propter Dominum nostrum Iesum Christum, sine omni respectu operum & motuum nostrorum: quia tota Iesu Christi obedientia nobis imputatur.

III. Tertio necessaria est hæc distinctio beneficiorum Christi, ad refutandas varias corruptelas, cum Pontificiorum, tum Osiandri, tum Maioris. Pontificii fingunt duas esse partes iustificationis, videlicet remissionem peccatorum, & renouationem: vnde porro contendunt, hominem non sola remissione peccatorum per fidem acceptam, sed simul nouis motibus & infusis qualitatibus iustum esse. Osiander fingit hominem iustum esse ipsa essentiali iustitia inhabitante in nobis & mouente nos ad iuste viuendum. Maioristæ fingunt, neminem iustificari aut saluari posse nisi habeat bona opera & nouos motus accensos a Spiritu sancto.

Partes iustificationis Pontificii

Osiander.

Maior.

Hæc & similes corruptelæ perspicue refutantur distinctione beneficiorum Christi, videlicet iustificationis & renouationis. In qua liquido adpartet opera & motus seu ipsam etiam inhabitationem Spiritus non esse miscendam cum iustificatione, quæ consistit in sola peccatorum remissione, & imputatione, iustitiæ Christi. Paulus distincte loquitur Tit. 3. v. 3. *Non ex operibus iustitia, quia nos fecimus, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti*. Iustificationem, hoc est, remissionem peccatorum & liberationem a morte, nominat salutem. Deinde addit & renouationem, quam efficit Spiritus sanctus in cordibus nostris, acceptus per fidem.

Ac obseruabit lector Prophetas & Apostolos alias vno vocabulo omnia Christi beneficia, & totum regnum eius complecti: Vt Ies. 49. v. 6. *Tu eris salus mea usque ad fines terræ*. Matth. 1. v. 21. *Saluabit populum suum a peccatis suis*. Ies. 25. v. 24. *In Domino sunt mea iustitia*. Ioh. 10. v. 28. *Ego vitam æternam do eis*. Ephel. 5. v. 25. 26. *Christus dilexit Ecclesiam, & dedit seipsum pro ea, ut eam sanctificaret*. Sic vocabulo redemptionis, liberationis, gratiæ, doni, &c. totum beneficium Christi complectuntur.

Alias vero distincte loquuntur, & speciatim notant Christi beneficia. Primum videlicet iustificationem seu

remissionem peccatorum nominant *misericordiam*. Exod. 33. v. 19. *gratiam*. Rom. 3. v. 24. *beatitudinem*. Rom. 4. v. 9. *imputationem*. Rō. 4. v. 3. 9. *iustitiam fidei*. Phil. 3. v. 9. *liberationem*. Coloss. 1. v. 14. *Redemptionem*. Eph. 1. v. 7. *Reconciliationem*. 2. Cor. 5. v. 18. *Salutem*. Tit. 1.

Alterum vero beneficium, videlicet renouationem, appellant *veritatem*. Ioh. 1. v. 17. *Viuificationem*. Eph. 2. v. 1. 5. Coloss. 2. v. 13. *Sanctificationem*. 1. Cor. 1. *Inhabitationem*. 1. Cor. 3. *donum in gratia*. Rō. 5. v. 15. *Donationem Spiritus S.* Tit. 3. v. 6. *renouationem*. Coloss. 3. v. 9. *transformationem a claritate in claritatem*. 2. Cor. 3. v. 18. *Primitias Spiritus Rō. 8.* Spiritum precum. Zach. 12. v. 10. Atque hoc alterum Christi beneficium non statim perficitur in hac vita, sed inchoatur, & paulatim a claritate in claritate augetur, & tandem in altera vita, cum Deus fuerit omnia in omnibus consummabitur & perficietur. De hoc ergo utroque beneficio Christi testatur hic, Paulus & utrumque sit potētius peccato Adæ, & damnatione perfecta ab eo: Si quidem gratia Christi condonat omnia peccata: & donatione S. S. homo viuificatur, & paulatim recipit amissas vires, & in futuro seculo integre restituetur, erit expertus omnis peccati, & plenus luce & iustitia. Ideo inquit, abundauit gratia & donum: multo potētius est regnum Christi, quam regnum peccati.

16. *Et non sicut per unum peccantem: Sic & donum. Iudicium enim ex vno in condemnationem: donum vero ex multis in iustificationem.*

Repetit rationem dissimilitudinis, ne quis imagine tur, cum Adæ dicatur typus Christi, prorsus eandem esse rationem doni & peccati, & Christo mortem & obedientiam tantum pro vno delicto Adæ, & peccato Originis satisfecisse. Urget igitur latius patere Christi beneficium, quam peccatum Adæ. *Iudicium*, inquit, *ex vno venit in condemnationem*: quasi dicat, vnus homo causa est cur omnes damnentur: *Donum autem ex multis peccatis in iustificationem*, hoc est, gratia Iesu Christi non tantum liberat nos a reatu propter lapsum Adæ, & a peccato Originis, sed ab omnibus etiam actualibus peccatis, a singulis commissis. Totum enim regnum Satanæ destruit Christus.

17. *Si enim vnus peccato mors regnauit per unum: multo magis hi, qui abundantiam gratia & doni iustitia accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum.*

Simile necessaria est hæc consolatio, ut sciamus beneficium & regnum Christi potentius esse regno peccati & mortis. Itaque sapius eam repetit & inculcat Paulus ut tanto firmiter statuamus Deum vero nobis omnia remittere peccata propter Christum: nec vllam esse tantam vim peccati, quæ non prorsus deleatur per Christum. *Abundantiam gratia & doni iustitia* pro eodem accipio, videlicet, per remissionem peccatorum & imputationem iustitiæ Christi, quasi dicat, Abundantissima Dei misericordia & donatio iustitiæ Christi multo est potentiôr peccato. Si ergo mors potuit regnare, & tam horrendam tyrannidem exercere per vnum peccatum vnus hominis: quanto magis hi regnabunt in vita æterna, id est, superabunt omnem vim peccati, qui abundantissima Dei gratia, & donatione iustitiæ saluantur per vnum Iesum Christum, qui est Deus omnipotens. Cum regnum mortis dicit, significat, tantum eius esse potentiam, ut nullus humanis viribus potuerit deleri vel arceri. Rursus cum dicit abundantiam gratiæ, significat nulla esse hominis tā atrociam vel tā multiplicia peccata, quæ non condonentur & deleantur per gratiam Dei in credentibus.

18. *Igitur quemadmodum per unum delictum in omnes homines (mors regnauit) in condemnationem: Sic per vnus iustitiam*

I 2

iustitiam

renouatio non perfecta in hac vita.

regnum Christi potentius regno peccati & mortis

regnum mortis,

iusitiam (regnat gratia) in omnes homines ad iustificationem vite.

29. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: sic & per obedientiam unius iusti constituuntur multi.

Comparatio similitudinis inter Adamum & Christum.

HIC tandem pertexit & absoluit Paulus collationem Adæ & Christi, quam supra instituerat. Postquam enim satis diserte ostendit dissimilitudinem, & munivit pectora nostra hac consolatione, quod Christi regnum sit potentius regno peccati & mortis: docet nunc quomodo peccatum & condemnatio ad nos pervenerit, & quomodo iustitia & vita nobis restituantur. Sicut, inquit, vnus homo Adam meruit nobis mortem & condemnationem sua præuaricatione: Ita vnus homo Iesus Christus meruit nobis iustitiam & vitam sua obedientia. Adam ergo debemus quod incidimus in mortem: Christo debemus quod iustificamur & vitæ restituimur. Hoc grauisimo dicto Paulus disertissime testatur, lapsum Adæ esse fontem omnis mali, & causam corruptionis naturæ, in mortis, omnium calamitatum, & damnationis. Hic ergo expendatur quanta sit severitas iudicii diuini. Siquidem Deus propter vnum delictum, totum genus humanum adiudicauit morti.

Adæ lapsus fons omnis mali.

reatus peccati originalis.

Quod in definitione peccati Originis dicitur esse reatum propter lapsum Adæ, manifestissime hic probatur. Paulus enim dicit, *condemnationem in omnes venire ex vno delicto*: hoc est, Omnes propter vnum delictum condemnari: sicuti mox clarius exponit. Propter vnus inobedientiam peccatores multi constituuntur: hoc est, propter lapsum Adæ tota posteritas rea est & obnoxia morti. Falsum est igitur, quod dicitur: propter aliena peccata neminem damnari.

Imputatio iustitiæ.

Similiter disertissime docet hic Paulus iustitiam imputatam, quod videlicet imputetur credentibus obedientia Iesu Christi, qua legi diuinæ satisfecit: Dicit enim *propter obedientiam unius iusti, constituuntur multi*: hoc est, propter obedientiam qua Christus Iesus impleuit totam legem Dei, pronunciantur credentes iusti coram Deo. Impudenter ergo fecit Osiander, qui iustitiam imputatiuam negauit: Execrandi etiam sunt Patres in Synodo Tridentina, qui dicunt ei anathema, qui dixerit, hominem iustificari sola imputatione iustitiæ Christi. Anathema ergo dicunt Apostolo Paulo, qui apertissime dicit nos credentes constitui seu pronuncari iustos propter obedientiam Iesu Christi. Hoc cap. 4. adpellat imputari nobis fidem ad iustitiam. æfellit hic etiam Paulus commentum eorum, qui fingunt Christum nobis tantum profuisse sua passione & morte, qua satisfecerit pro nostris peccatis: Obedientia autem sua nihil nobis seruiuisse, sed ea ipsa ad iustitiam opus esse. Hæc corruptela potissimam partem beneficii Christi eripere nobis conatur. Tenendum est igitur hoc dictum Pauli, quod testatur Christum non tantum sua passione & morte sustinuisse penam nostro loco, quam legi debeamus, sed & obedientia sua impleuisse legem, vt eius iustitia nobis imputaretur. Congruit cum hoc dicto sententia ad Gal. 4. v. 4. *Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, subiectum legi, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum acciperemus.*

Osiander. Trident. Concilium

III.

Quartum membrum.

ἀναλύσεως.

DE LEGE.

30. Lex autem subintrauit vt abundaret peccatum: Vbi autem abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia:

Vt quemadmodum regnavit peccatum in morte, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam per Iesum Christum Dominum nostrum.

Quartum membrum ἀναλύσεως hic inchoat Paulus, videlicet doctrinam de lege. Omnino enim necesse est in hac controuersia probe intelligi, quod sit legis officium, & quæ eius sententia. Nam quid sit peccatum, & quam tetra res sit, intelligi nequit ab ingenio humano, nisi Lex accedat & Dei iudicium patefaciat atq; ostendat, quam seuerè Deus flagitet obedientiam, quamq; sublimem & sanctam poscat. æterna delicta turbantia communem societatem, vt furta, adulteria, homicidia, quodam modo intelligit & damnat ratio. Sed internam cordis immundiciam, impuros adfectus, prauas cupiditates, dubitationes de Deo, defectum naturalem, diffidentiam, non censet esse tam grandia peccata, quæ mereantur mortem æternam. Vnde illa sunt dicta: *cogitationis penam nemo patitur: peccatum non est nisi voluntarium*. Verum ideo Lex Dei hoc gerit officium, vt in tenebris iacens peccatum in lucem proferat, atq; in conspectum Dei constituat. Ac quia subinde falsi doctores hunc errorem legi adfinxerunt, quasi ideo esset lata, vt homines per eam consequerentur iustitiam & vitam, omnino fuit necessarium doctrinam veram de lege inculcari. Quare Paulus fere in singulis capitibus, vt pote 3. 4. 5. 7. de vsu legis concionatur. Hic quidem methodicâ tractationem inchoat: sed quia opportunus locus incidit explicandi quæstionem, quæ cap. 3. erat abrupta & dilata, interponit hic integram disputationem de necessitate nouæ obedientiæ in iustificatione.

Hoc igitur loco expendatur dictum: *Lex subintrauit, vt abundaret delictum*. Certum est Paulum loqui de lege promulgata in monte Synai. Si quis adseuerat, omnes species legis simul comprehendere & totam politiæ, satis commode hoc dicitur: sed tamen certum est Paulum præcipue de morali lege agere. Quod Origenes contendit Paulum de lege naturæ agere, ineptum & falsum est. Hoc enim querit Paulus, cur Deus tanta pompa tulerit legem, si propter Mediatorem Christum per fidem sumus iusti. Loquitur ergo de publicæ legis manifestatione: Hæc, inquit, subintrauit. Mirum est Paulum dicere, quod Lex subintrauerit, cum constet, legem primum in creatione homini esse communicatam: Sed indicare vult, nihil opus fuisse hac noua reuelatione, si mansisset natura integra. Quia vero peccato corrupta & obtenebrata est mens humana, opus erat vt genus humanum de cælo de peccato admoneretur.

Paulus per Legem intelligit Decalogum.

Origenes.

Vt abundaret peccatum.

Hæc verba plena sunt ponderis: Neque solum hoc vult Paulus, lege peccatum reuelari, pateferi: Sed etiam tantum ab esse vt possit Lex iustificare, vt magis augeat peccati vim & malitiam. Ac quò magis alienum est hoc dictum ab humanis iudiciis, tanto debet expendi attentius. Nam & ius legis diuinæ, & arcanum Dei iudicium, & deprauatissima hominis natura hic describitur: quod videlicet natura sit aduersa iustitiæ Dei, & sese legi non subiiciat, quodque per legem non emendetur, sed potius induretur & inflammetur aduersus Deum. Primum ergo peccatum per legem abundat, videlicet reuelatione iudicii diuini: Nam ratio humana perse non intelligit quid sit peccatum. Nam vicium Originis, quodq; Deus puniat in 3. & 4. generationem, quod omnis immunda cogitatio mereatur mortem, quod mulieris aspectus cupidus sit adulterium, & mereatur æternam penam: Matth. 5. v. 29 quod reddenda sit ratio de ocioso verbo, Matth. 12. v. 36. nullo modo adsequitur ratio humana. Hæc igitur omnia Lex patefacit: Primum ostendit quod sit Deus iudicaturus orbem: deinde ad quam obedientiam sit homo conditus: quam sublimem & sanctam obedientiam

Legis vsus arguere peccata.

entiam flagitet Deus: quam procul ab illa perfectione absumus: & quid tandem nostris sordibus mereamur & quam ardentem Deum irascatur omnibus peccatis: quod sit Deus ignis consumens: atque ita per legem sit cognitio peccati. Rom. 3. v. 20. Homo Ethnicus. Epicureus, Pharisaeus, vel Monachus nequaquam cogitat vel auaritiam, vel inuidiam, vel cupiditatem gloriae esse tam tetrum peccatum, quod damnet hominem coram Deo. At lege id reuelante turpitudine conspicitur: Atque ob hanc causam Deus protulit legem, ut tenebras mentis humanae discerneret, & suum iudicium reuelaret.

Deut. 4. v. 24.

Lex auget peccatum.

Deinde auget peccatum incremento. Cum enim mens humana videt in lege tanquam in speculo suam fedam turpitudinem, tantum abest ut deponat eam: ut magis erga Deum tam seuerum iudicem exardescat, & indignatione incendatur: Atque ita cumulet suum peccatum & iram Dei. Non est autem putandum, quod lex sua natura vel culpa peccatum augeat. Nihil enim aliud agit, quam quod reuelat, a qua iustitia discesserit homo & quam tristes poenas sit meritis: & quia natura hoc iudicium horret, cuperet nec Deum nec legem esse: Itaque prauitas naturae humanae in causa est, quod Lex auget peccatum: Sicut Rom. 8. v. 7. dicitur: *Sensus carnis est inimicitia aduersus Deum: legi enim Dei non subijcitur.*

Vbi autem abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia.

Herepetit supra positam dissimilitudinem collationis, & summe necessariam consolationem. Nisi enim beneficia Christi potentiora atque vberiora essent quam peccatum & condemnatio, ad iustitiam peruenire non possemus. Neque in nobis peccatum absumi, & mors aboleri posset: neque iustitia & vita in nobis accendi. Ante omnia igitur haec consolatio alte expendenda, & imis animis infingenda est, quod regnum Iesu Christi sit excellentius atque validius toto regno Satanæ & peccati, quod per Christum non modo vniuersa vis peccati deleatur, verum etiam aeterna iustitia credentibus distribuat.

Regnum Christi potentius regno Satanæ.

Gratia duobus modis excellit peccatum.

Sciendum igitur duobus praecipue modis gratiam excellere supra peccatum. Primum condonatione peccati seu imputatione iustitiae: Est enim ardentissima ira Dei aduersus peccatum, adeo ut Moses dicat: *Deus est ignis consumens*, Deut. 5. v. 24. & nullius creaturae viribus sedari possit: Tamen hunc ardorem irae diuinae superat eius misericordia, qua propter Christum peccata condonat. Dilectio enim qua propter Christum nos diligit, in immensum est flagrantior, quam eius ira fuit. Vnde & Dauid inquit Psalm. 103. v. 11. *Sicut caelum altius est terra: sic prauales fecit misericordiam suam super timentes se.* Et Paulus Ephef. 2. Mirabili adfectu commendat diuinitas bonitatis & amoris in Deo immensitatem erga nos.

Vere igitur gratia validior est condemnatione: & vis peccati iustitiae merito longe superatur. Siquidem Christi intercessione atque obedientia ardentior in Deo amoris adfectus est excitatus, quam peccati mole ipsius ira potuit commoueri.

Christus non tantum tollit Originis peccatum.

Nec vero tantum Originale malum absorbetur Christi beneficio: sed vniuersa delicta quaecumque ab homine patrata sunt. Idque non tantum semel, sed quotiescumque homo ad thronum gratiae confugerit teste Christo, qui iubet, *ut septuagies septies fratri offensam condonemus*. Matth. 18. v. 22. Neque est vllum peccatum in genere humano tam atrox, tam foedum, tam horrendum: quin homo impetret eius remissionem, modo vera fiducia Christi gratia amplectatur. Estque blasphemum mendacium, quod Cain desperandum euomit: *maius esse suum peccatum, quam ut veniam impetrare possit*. Gen. 4. v. 13. Imo ipse Iudas tristissimi sceleris sui condonationem a patre obtinisset, si modo fide in promissione gratiae acquieuisset. Semper igitur hoc dulcissimum dictum nobis sit in conspectu:

gratiam prauales supra peccatum, id est, nullam esse tam tristem peccati molem, quae non possit condonari propter meritum filii Mediatoris.

II. Secundo: exuberat gratia dilectione peccati, & restitutione iustitiae, quae in hac vita inchoatur: in altera perficitur. Nam per Christum non solum omnis reatus tollitur: Verum etiam donatur credenti Spiritus sanctus, qui quotidie carnem peccati immittit, & paulatim delet mortificatione veteris Adami, & nouam accendendo lucem, iustitiam, & vitam, hominem transformat in Dei imaginem: Ac tandem in morte omnes reliquiae peccati absorbentur: & post hanc vitam fulgebit in homine perfecta iustitia. *Apparuit enim filius Dei, ut destruat opera diaboli. Itē: Semen mulieris conteret caput serpentis*. Gen. 3. v. 15.

Haec omnia Paulus complectitur, cum dicit, *Gratiam antecellere peccato*. Vtque huius necessariae consolationis fundamentum habeamus solidum ac firmum cogitemus vnde sit tam immensa vis gratiae, nimirum a persona Mediatoris, & immensa Dei clementia. Nam cum Mediator sit omnipotens Deus & homo, necesse est eius regnum & beneficia potentiora esse, quam regnum peccati & Satanæ: Ideo confirmat nos tam insigni voce: *Confidite in me, ego vici mundum*. Ioh. 16. v. 33. Praeterea submonuit in hoc dicto Apostolus: quod consilio Deus per malleum legis dura hominum corda contundat, & vim peccati augeat: videlicet non ut in desperationem ruant: sed ut ira Dei, & nostra miseria ante oculos posita, tanto clarius luceat splendor misericordiae Dei erga nos peccatores: utque tanto cupidius ad thronum gratiae confugiamus, & veniam impetrata, immensam Dei clementiam celebremus tanto vberius. Sanctus ergo est legis usus.

Lex peccatum auget non ut desperemus.

21. *Vt quemadmodum peccatum regnavit in morte.*

Causam indicat, cur gratia sit excellentior peccato, videlicet ut non solum peccatum opprimatur: verum etiam ut restituta iustitia in vitam aeternam regnemus. Emphatica plane vox est (regnavit) qua Paulus multum usus est in hoc capite. Significat autem esse magnam vim & tyrannidem peccati, sub qua genus humanum venundatum fuit. ratio iudicat peccatum esse quoddam leue viciū, & naturae defectum: non videt potentiam peccati: non iudicat hominem adeo teneri vincitum. Sed Spiritus S. exponit hanc tristissimam miseriam, quod peccatum in genere humano regnet ad mortem, id est, quasi seruus & potens tyrannus dominium exerceat in homine, idque ad aeternum interitum. Idque totius mundi historia docere potest: praesertim damnatorum exempla. Horribiliter regnat peccatum in Cain, in Iuda, Nerone, in Arrio, in rege Monasteriensis: Estque hac voce plane prostratus error Pelagianorum de libero arbitrio. Si enim peccatum in homine a natura regnat, certe homo non est Dominus suae voluntatis: neque habet *αυτοδικοτητα βουλην*. Quod vero dicit, nunc gratiam regnare per iustitiam, supra est expositum.

Regnum peccati.

Contra Pelagianorum lib. arbitrium.

CAPVT VI. DE BONIS OPERIBVS.

Totum sextum caput, cum aliqua parte septimi est *παρελασις*, qua digrediens Paulus paulisper ab instituta explicatione doctrinae de lege: disputat de necessitate nouae obedientiae in renatis. Nam tertio capite abruptit hanc disputationem valde necessariam: ne propositionem & statum causae differret diutius. Nunc ergo cum rursus sese offerret occasio hanc explicandi: & locus esse plane necessarius occurreret blasphemis sycophantarum: qui ex eo quod dictum est, *vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia*, in ferre solent: Ergo omnino peccemus, & in sceleribus maneamus, ut gratia semper abundet: *omissa*

Digressio.

Prudentia
Pauli.

Distingue-
da doctri-
na de fide
& operibus

Maior.

Calumniæ
in doctrinâ
de sola fide.

omissa pauli per methodica tractatione doctrinæ de lege iustâ hic instituit disputationem de bonis operibus, seu noua renatorum obedientia. Hanc enim doctrinam in Ecclesia Dei explicari necesse est. Hoc enim consilio & sine redimimur per filium, & saluamur per fidem gratis, ut in nouitate vitæ ambulemus, & membra nostra præbeamus arma iustitiæ aduersus peccatum. Aduertenda est autem singularis Pauli prudentia, qua hæc de bonis operibus disputationem tam diu distulit, donec explanationem de gratuita iustificatione pertexuisset: Vidit enim non sine maximo conscientiarum periculo hæc diuersa doctrinarum genera confundi & misceri: Ideo in propositione de iustificatione, disertis verbis excludit omnia opera: inquit enim: *Arbitramur hominem iustificari absque operibus legis, sola fide.* Rom. 3. v. 28. Hanc ergo prudentiam & nos imitemur, quoties populus de iustificatione est docendus: Aliud enim est loqui de modo quomodo conscientia coram Deo iustificetur, & in gratiam recipiatur. Aliud est docere homines renatos, quam obedientiam præstare debeant, & quomodo ea placeat, & quid mereatur. Verum præstigiatores & falsarii cælestis depositi semper inter se miscunt doctrinam de fide, & de bonis operibus, qua confusione prorsus delent promissionem Euangelii, & conscientias anxii necessariam eripiunt consolationem. Quemadmodum *Georgius Maior* renouans certamen de bonis operibus, contendit bona opera esse necessaria ad salutem: Et neminem unquam sine bonis operibus esse saluatum. Item: impossibile esse ut quis sine bonis operibus saluetur. Quæ blasphemæ propositiones prorsus aduersantur disputationi Pauli, in qua vrget paulus sine operibus, sola fide saluari omnes quotquot saluantur. Itaque præstigijs vitet prudens lector: Videmus autem in Paulo non esse nouam calumniæ speciem, qua vel Epicurei, vel Hypocritæ contra doctrinam de gratuita iustificatione obiciunt: Non solum infringi omne studium & conatum sancte viuendi hac doctrina Euangelii, Verum etiam scelera confirmari, & fenestram omnibus delictis aperiri. Si enim nostrum mendacium, inquit, commendat Dei veritatem & quo grauius est nostrum peccatum, eo est amplior Dei gratia: & aditus ad regnum Dei tam est facilis, ut absque omni nostra dignitate soli fidei pateat: quid erit rectius quam ut quam grauius peccemus, ut Dei gratia illustretur? Hoc modo & Papistæ nos calumniari solent, nos prohibere bona opera, quia gratiam propter temerem esse salutis causam: Verum Paulus validissime repellit, ac refutat hanc blasphemam in Deum calumniam, ostendens quo sine liberemur, & quæ noua vitæ per Spiritum sanctum in iustificatis accendatur, & ob quas causas bene sit operandum. Non enim ideo proposita est amplissima illa consolatio, quod gratia exuberet supra delictum ut peccemus. Verum ideo ne ob peccati molem desperet conscientia.

1. *Quid ergo dicemus? manebimus in peccato, ut gratia abundet?*
2. *Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo post hac viuemus in eodem?*
3. *An ignoratis quod quicumque Baptisati sumus in Christum Iesum, in mortem eius Baptisati sumus.*

Primum Argumentum sumptum a remotione causæ efficientis.

Res mortua non potest esse efficax. Sed vetus natura nostra quæ seruiuit peccato, est mortua in credentibus.

Ergo non potest amplius esse efficax.

Hoc Argumentum deducit Paulus ex regeneratione hominis: Omnes enim qui iustificantur fide,

simul & regenerantur: Regeneratio autem fit tali modo, ut vetus natura subiecta imperio peccati deletur & mortificetur: & noua plane vita in homine per Spiritum sanctum accendatur. Cum ergo talis fiat veteris naturæ seruientis peccato deletio, necesse est eius actiones, id est, peccata aboleri. Quod vero credentes mortificentur, probat ex similitudine & efficacia Baptismi. *Quotquot, inquit, in Christum Baptisati sunt, in mortem eius Baptisati sunt, v. 3.* id est, quotquot fidei in Christum profitentur, & externo signo Baptismi initiantur illi cum Christo, ipso Baptismo in mortem merguntur. Hoc enim non solum significat Baptismus, verum etiam efficit. Siquidem per Baptismum liberamur a peccato, & donamur Spiritu sancto, qui veterem carnem peccati paulatim abolet, & nouum in nobis gignit Spiritum. Ergo fideles non debent amplius peccato seruire, cui semel sunt mortui.

Phrasæ Paulinæ diligentissime sunt obseruandæ. Non dicit simpliciter peccatum mori in credentibus: Neque tantum credentes mori vel sepeliri: Sed dicit *credentes mori peccato, & quidem cum Christo sepeliri peccato*: Quæ est plane Emphatica phrasæ, ac significatio: credentes prorsus esse liberos a peccato, id est, per mortem Iesu Christi: & totum peccati regnum, vim, & efficaciam esse fractam & abolitam. Pungit Paulus peccatum tanquam sauum & potentem aliquem Tyrannum, cuius mancipium sit homo a natura, ita ut cogatur ei seruire & in omnibus obtemperare. Estque regnum peccati tanto & periculosius & magis sauum, quod homo sponte seruit peccato, & hæc tristissima seruitute delectatur, eamque regnum esse arbitrat. Nec solum non potest sese homo ex hac tyrannide peccati erueri, sed etiâ ne optat quidem. Aspice Cain, Saulem, Neionem, Iudam, Atrium: In his horribiliter & viuit & regnat peccatum: Aliquando quidem quiescit sed præ foribus in loco inquietissimo cubat: ubi excitatur per legem, viuit & magna sauitia regnat. Nulla voce humana exponi potest, quale & quam triste sit hoc regnum peccati. Aliquomodo intelligi potest, si totius mundi historia consideretur, impiorum hominum horrendi furorés adspiciantur: inprimis si desperatorum ut Achitophelis, Saulis, Iudæ, Francisci Spiræ, qui clamauit in agone se maiores sentire cruciatus, quam Iudas in inferno, eo quod Christum negauerit, & similibus attente cogitentur.

Huic igitur crudelissimo Tyranno dicit fideles mori, id est, penitus eximi ex ipsius imperio, ita ut non possit eos amplius vexare, terrere torquere, vel ad seruendum sibi subigere. Sed cogitur nos relinquere, tanquam rem sibi extinctam & amissam. Dixit autem nos esse mortuos, non peccatum: Quia peccatum adhuc reliquum est in credentibus: sed non dominatur: imo pii quotidie magis mortificant veterem carnem obnoxiam peccato: ideo dicuntur mortui peccato.

Sunt autem mortui in Christo, id est, per Christi mortem est satisfactum pro peccato, & sumus liberati a domino peccati, & propter mortem Christi datur in Christo. Spiritus sanctus, qui in nobis nouam naturam restituit, & paulatim auget. Quantum igitur ad imputationem attinet, nos per Christum prorsus sumus peccato mortui, id est, peccatum non potest nos condemnare, vel torquere, neque vllum amplius imperium in nos habet. Quod vero ad effectum vel transformationem pertinet: nos quotidie mortificamur Spiritu, ut crescat nouus homo in agnitione veritatis & iustitiæ. Similis est phrasæ Gal. 2. v. 19. Vbi Paulus dicit *se per legem legi esse mortuum, & se cum Christo crucifixum esse*: id est, quia per legem reuelatum sit peccatum ipsi, & ipse poenitentiam egerit, *mortuus est legi*, id est, plane liberatus a lege, perinde ac si esset sublatus e vita: nam vetus natura deletur, & legi satisfactum per mortem Christi, cuius morti insertus est Paulus per fidem: Ita aeq; Lex neq; peccatum quidquam

Regenera-
tionis mo-
dus.

Mortifica-
tionis mo-
dus.

Baptismus
non tantum
signandi
sed & con-
seruandi
vim habet

Phrasæ
Pauli.

Mortificatio.

regnum
peccati.

Peccatum
non est
mortuum
in creden-
tibus.

Credentes
sunt mortui
in Christo.

Mortuus
Legi.

Imputatio a renouatione distinguenda Baptizari in mortem Christi.

Baptismus est sigillum Est mediū quo inferimur Christo.

quam iuris amplius in Paulum habent. Diligenter autem hic discernatur imputatio a transformatione, illa enim perfecta & absoluta est: Hæc tantum inchoata, perficitur autem in vita æterna.

Doctrinam hic tradit de baptismo. Adfirmat enim nos in mortem Christi baptizari. id est, per baptismum participes fieri mortis Christi: Baptismus igitur non est tantum externa tessera, quæ Christianos ab aliis gentibus aut populis discernat: Sed multo magis est *σφραγίς*, id est, sigillum, quod testatur nos abluī sanguine Christi, & per mortem eius fieri immunes ab omni peccato: Estque organum seu medium per quod inferimur Christo, & nobis applicantur omnia beneficia Mediatoris: ita vt per Baptismum & mortis & resurrectionis Christi participes fiant credentes.

4. *Consepulsi igitur sumus vna cum illo per Baptismum in mortem, vt quemadmodum excitatus est Christus a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

Secundum Argumentum a causa finali nostræ redemptionis sumptum.

Quo fine a Domino nostro IESU Christo redempti sumus, cum semper nos intueri decet.

Sed hoc fine sumus redempti, vt in nouitate vitæ ambulemus.

Ergo non est manendum in peccatis.

Argumentum hoc collatione contrariorum illustratur. Grauiſſimam doctrinam hoc loco complectitur Paulus: videlicet Deum non hoc consilio misisse filium, instituisse redemptionem, remittere peccata gratis, donare Spiritum sanctum vt eius æterna sapientia in lege patefacta conculcetur, vel uertatur, & homo sese tanto liberius absque suppliciorum metu polluat sceleribus: Nequaquam: Sed hoc fine, vt quemadmodum Iesus Christus cum iudicio Dei & legi satisfecisset; non mansit in morte & inferno: Sed per Dei gloriam resuscitatus est: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, id est, vt amissa imago Dei in nobis restituatur: vt noua luce & iustitia perfundamur: Vtque vires reparentur, & Deo obediamus in omni æternitate. Nullo modo igitur in peccato manere debent iustificati.

Finis redemptionis.

Resurrectio Christi.

Baptismi efficacia.

Sepeliri cum Christo.

I. Insignem articulum fidei de resurrectione Iesu Christi hoc loco repetit Paulus, & docet Christum per gloriam Patris, hoc est, per gloriosam Dei potentiam & maiestatem esse resuscitatum.

II. Secundo docet nos de vsu & efficacia Baptismi, quod non tantum sit signum acceptæ gratiæ, & abluti peccati sanguine Christi, verum etiam esse instrumentum & organon, per quod Deus exhibet, applicat, & confert nobis beneficia per filium nobis parata. Per Baptismum, inquit, sumus sepulsi cum Christo, hoc est, per Baptismum efficitur participes mortis Christi: Quia pro nostris peccatis ille satisfecit: & per verbum & Sacramenta ea nobis offeruntur & in fide applicantur.

5. *Si enim insititi facti sumus, similitudini mortis ipsius, certe & resurrectiōnis erimus.*

6. *Hoc scientes, quod vetus noster homo cum Christo crucifixus est, vt aboleatur corpus peccati, ne amplius seruiamus peccato.*

Tertium Argumentum a consequentibus & ab effectu resurrectionis Christi.

Particeps mortis, debet & vitæ fieri particeps.

Sed nos morti Christi sumus facti participes.

Ergo & vitæ. Vt ergo Christus viuit Deo & iustitiæ, & plane mortuus est peccato, hoc est, liber factus a peccato: Ita & nos decet viuere Deo & iustitiæ.

Phrases Pauli primum hic consideremus, deinde & doctrinam inquiramus. Quod dicit nos insitos esse similitudini mortis Christi, & de imputatione & de mortificatione est intelligendum. Quia enim Christus pro nostris peccatis est mortuus, cum in nomen eius Baptizamur & credimus, inferimur eius morti. hoc est, ipsius mors nobis imputatur per fidem, perinde ac si nos propria morte pro peccato satisfecissemus. Deinde & ipsa mortificatione inferimur morti Christi: Postquam enim fide coram Deo propter passionem Christi iustificati & Spiritu sancto donati sumus, assidue mortificatur vetus nostra caro, cum ærumnis, miseriis, afflictionibus, tum terroribus mortis & aliis temptationibus, donec tandem sepeliatur, & in terram, de qua sumpti sumus, redigamur. Propter te, inquit Dauid, mortificamur tota die, Psal. 43. v. 22. & Pauli 2. Cor. 4. v. 10. *semper mortificationem Domini Iesu, in corpore circumferentes.*

Phrasia Pauli.

Mortificabatur Ioseph in carcere, Hiskia in morbo, Paulus in persecutione & naufragio: Sic ergo inferimur similitudini mortis Christi, cum imagini filii Dei conformes efficitur. Hic autem diligenter imputata insitio, a mortificatione est distinguenda: Per imputationem enim applicatur nobis liberatio a morte: Per mortificationem vero non meremur vitam, sed deletur paulatim in nobis peccatum. In Dauid exulante & innumeris circumuento periculis & ærumnis ipsa mortificatione debebatur peccatum. Sic inferi resurrectioni Christi significat Paulo participem fieri resurrectionis ipsius, donari iustitia a viuificato Christo: Viuificari & per Spiritum sanctum sanctificari. *Ad nostram enim iustitiam, vt inquit Paulus, resurrexit Christus, Rom. 4. v. 25. Et Deus nos cum Christo resuscitauit & sedere fecit in caelestibus.*

Imputatio insitio a mortificatione distinguenda.

Inferi resurrectionis Christi.

Vetus homo non significat Paulo corpus tantum, vt anima rationalis sit nouus & interior homo, sicut Origines & alii falso interpretantur: Sed vetus seu exterior homo, caro & corpus peccati, significant Paulo totam hominis naturam, quatenus ea a parentibus prognata est, corpus & anima cum omnibus viribus, mente, voluntate, appetitionibus & libero arbitrio: & omne quod in homine non renato existit, totum hoc complectitur cum appellat *veterem hominem* vt Rom. 6. v. 9. Ephes. 4. v. 22. Coloss. 3. v. 9. vel *exteriorem hominem* vt 2. Cor. 4. v. 16. Vel *carnem* 2. Cor. 6. vel *terrenum hominem* 1. Cor. 15. v. 47.

Vetus homo quid. Origines.

Nam, vt Christus testatur, *quidquid ex carne natum est, caro est* Iohan 3. v. 6. Ad veterem ergo naturam pertinet quidquid carnali procreatione ab Adam est propagatum, siue sit in corpore, siue in anima.

Nouus vero seu interior homo, qui & Spiritus dicitur, Rom. 7. v. 6. Coloss. 3. & alibi, non est ratio vel anima hominis: sed est noua illa creatura in homine, in corpore & anima, quæ est ex regeneratione Spiritus sancti, & renouatur ad imaginem Dei de die in diem, a claritate in claritatem, in iustitia & sanctitate vera. Ephes. 4. v. 24.

Nouus homo.

Quia enim tota hominis natura corrupta est per lapsum Adæ & tota infecta peccato, mens est oblectata tenebris, voluntas est inimica Deo, cor plenum est prauis affectibus, oportet totam naturam renouari & transformari per Spiritum sanctum: Hæc autem renouatio non fit subito, sed paulatim de die in diem, donec tandem omnis vetus natura aboleatur, & totus homo nouus existat ex Spiritu sancto regeneratus,

renouatur tota natura.

regeneratus. Hinc est quod in renato existit & verus & nouus homo, caro & Spiritus, qui inter sese adfiduum gerunt bellum: dum vetus homo variis laborat erroribus & adfectibus, & ad peccandum pronus fertur.

Nouus vero homo illuminatur & ducitur a Spiritu sancto, vt adfectibus carnis resistat, & Deo in iustitia & sanctitate vera obtemperet.

Crucifigi cum Christo.

Crucifigi cum Christo est adfiduis erumnis & miseriis, atque tentationibus mortificari, idque in nomine Iesu Christi & spe resurrectionis per Christum: Mortificantur & alii erumnis, suppliciis, & calamitatibus, & tandem morte obruuntur: sed non crucifiguntur cum Christo. Quia non credunt in nomen ipsius.

Corpus peccati.

Corpus peccati appellat totam veterem naturam, quæ peccato polluta & corrupta est, tam id anima quam in corpore, hanc totam aboleri oportet, hoc est, renouari & transformari: non quod corpus & anima prorsus in nihilum redigatur. Idem enim corpus & eadem anima resurgent in vitam æternam, sed in regeneratione omnia erunt noua, ibi nullam erit peccatum, nullæ tenebræ, nulla mors: neque in corpore neque in anima: sed in toto homine lucebit perfecta Dei notitia, integra iustitia, cœlestis lætitia & vita sempiterna.

Hoc nominat Paulus aboleri corpus peccati, seu peccato obnoxium.

Seruire peccato.

Seruire peccato appellat Paulus obedire cupiditatibus & adfectibus peccati, & ruere in scelera contra conscientiam: quod signum est hominem carere fide in Christum: nec duci a Spiritu Dei. Habent sane renati peccatum, nec sunt immunes a cupiditatibus, sed dominantur eis, per Spiritum sanctum in fide; nec sinunt eas erumpere.

Hæc ergo est sententia PAVLI in hoc argumento.

Sensus Pauli.

Quia cum Christo sumus crucifixi, mortificati, & sepulti sumus, nequaquam amplius viuendum nobis est in peccatis: mortua enim natura non debet esse efficax: Deinde vt morti Christi sumus facti participes ita & resurrectionis: Ergo vetus noster homo, qui peccato seruire solet, nunc veto cum Christo crucifixus est, subinde aboleri, & mortificari debet cum suis cupiditatibus: Nouus veto homo viuificatus cum Christo, Deo & iustitiæ viuere & seruire debet.

Doctrinæ huius loci.

Ita in hoc argumento doctrina continetur, de mortificatione veteris hominis. Item: de viuificatione, renouatione & sanctificatione per Spiritum sanctum. Item: de resurrectione mortuorum; & de perpetua abolitione peccatorum & mortis & omnium miseriarum.

7. *Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato.*

Communi sententia docet, nec Christum vlla ratione obligatum esse peccato, nec in Christum credentes, & per Baptismum cum Christo crucifixos. *Qui mortuus est*, inquit, *iustificatus est a peccato*: quali dicat, cum quis ob graue delictum mortem subire cogitur, vbi eam sustinuit, persoluit quod debuit, & iam absolutus & liber est a peccato, peccatum nihil iuris, nullum imperium amplius in mortuum habet.

Christus ob peccata totius generis humani, quæ in se recepit, morti fuit obnoxius: Hanc quia sustinuit, peccato non est amplius obligatus: nec peccatum vllam potestatem in Christum exercere potest.

Sic nec in pios insertos Christo per fidem: eo quod & ipsi cum Christo peccato mortui & crucifixi, prorsus sunt liberi a peccato.

Sed dicat aliquis, num Iudas, Saul, Achitophel eo quod mortui sunt, iustificati sunt a peccato?

Mori peccato ciuilit.

Resp. Quatenus mortui sunt, eatenus sunt & iustificati: mortui sunt corporaliter & ciuilit: & hac ratione sunt iustificati, ciuilit nulla amplius poena ab eis flagitari potest. Non autem mortui sunt Spiritua-

liter peccato, non enim sunt crucifixi cum Christo, neque per fidem cum Christo sepulti: non adplicuerunt sibi beneficia mediatoris, sed ruerunt in desperationem: Viuunt igitur adhuc peccato, & æternas pro peccato pœnas debent Deo. Emphasis est in phrasi *mori peccato*: quod est satisfacere quidquid propter peccatum debeat: & prorsus ab omni iure & imperio peccati liberari, ita vt nulla ratione peccato amplius obligati simus.

Christus primum iustificatus & liberatus est a peccato, quia omnem pœnam morte sua persoluit: & peccatum in profundum maris demersit: Deinde & pii mortui sunt peccato, nam Christus pro eis satisfecit, & omnia sua beneficia ipsis adplicat. Ipsi quoque cum Christo mortificantur, & crucifiguntur, vt omnis potentia peccati aboleatur. Nulla igitur ratione credentes obligati sunt amplius peccato. Non quidē dicit Paulus peccatum esse mortuum in nobis: Hoc enim adhuc hæret in nobis, & viuit: Nos vero dicit peccato esse mortuos in Christo: quia peccatum nobis morti Christi insertis imperare non potest nec debet. In impijs vero & peccatum viuit: & impii viuunt peccato: dominatur enim in ipsis, & horrendum futurum imperium exercet. Vt videre est in Cain, Saule, Nabace, Antiocho, Epiphane, Nerone, Caligula, Eliogabalo, & similibus portentis. Nos ergo Domino nostro Iesu Christo gratias agamus, quod per ipsum peccato mortui & ab eius tyrannide liberati sumus.

8. *Si autem mortui sumus cum Christo credimus, quod & cum ipso viuemus.*

9. *Scientes quod Christus resuscitatus ex mortuis non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur.*

10. *Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel. Quod autem viuit, viuit Deo:*

11. *Sic & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuere autem Deo in Christo Iesu domino nostro.*

Repetit superius argumentum: Quemadmodum Vita creditur cum Christo sumus mortui: ita & cum ipso viuendum nos esse credendum est: quemadmodum enim in Christo nostro loco mortem subiit: ita & propter nos resurrecti. Et mortis participes decet & vitæ esse. Mori cum Christo, vt supra est dictum, significat per fidem mortis Christi participem fieri: Quotquot enim in Christum baptisantur, iis omnia beneficia Christi adplicantur. Ergo cum credimus in Christum, perinde est, ac si nos ipsi in cruce pependissemus, clauis adfixi, & lancea transfossi: atque etiam sepulti, & ad inferos detrusi essemus propter peccata nostra: Omnia enim quæ sustinuit Christus, & nostro loco sustinuit, & nobis donauit: *liuore ipsius*, inquit Propheta, *sanati sumus*, Ela 53. v. 5. Sic & viuere cum Christo est per Christum resuscitatum esse, & omnium beneficiorum Christi fieri participem & hærendem esse æternæ vitæ, *Scientes*, inquit, *quod Christus resuscitatus a mortuis, non amplius moritur, mors illi non amplius dominatur*, Rom. 6. v. 9. Gloriam, & regnum Christi hic exponit, quod nimirum Christus resuscitatus ex morte sit Dux & Dominus vitæ, nō subiectus amplius mortis imperio sed potius imperās morti & vniuersæ creaturæ. Adscēdit enim ad cælos & sedet ad dexterā patris, in æquali gloria & maiestate: Eritq; hoc eius Cælestis regnū æternū & perpetuū. Vt ergo Christus in æternū viuit & regnat: Ita etiā efficiet, vt nos qui per fidē ipsi sumus insiti, perpetuo viuamus & cū ipso regnemus.

Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quali dicat, sic a DEO constitutum fuit, non vt Christus sæpe pro peccatis hominum moreretur: Sed vt semel mortem subiret atque ita pro peccato totius generis

generis

generis humani satisfaceret: hac perfolutione facta, Christus ex mortuis resuscitatus in omni æternitate viueret. *Vnicæ enim oblatione*, vt inquit Epistola ad Hebreos, cap. 10. v. 14. *consummauit sanctos*. Blasphema igitur errant Pontificij qui toties in sacrificio missæ offerunt Christum victimam Deo Patri pro peccatis hominum: perinde ac si oporteret Christum subinde pati & mori: hoc est enim esse victimam pro peccato: Docet ergo Apostolus vnâ victimam pro peccato a Patre constitutam esse, & pro totius mundi peccatis mortem Iesu Christi semel peractam plene sufficere. Vnde & Christus inquit: *Se carnem suam dare aVTILV-TEPOV pro mundi vita* Ioh. 6. v. 51. Et Paulus passim testatur, *nos per sanguinem Christi Deo reconciliatos esse*. Rom. 5. v. 9. Non igitur sæpius offerendus est Christus pro peccatis hominum. sed vnicum & sufficiens sacrificium Iesu Christi perpetua memoria conseruandum, & firma fide adprehendendum, atq; inde omnis generis consolationes aduersus peccatum, mortem, & totum regnum Sathanæ petendæ sunt.

Quod vero viuunt, viuunt Deo: quasi dicat Christus non est amplius vel peccato, vel morti, vel furori Sathanæ, vel maledictioni legis subiectus, sed liber factus ab his omnibus, totus viuunt Deo: hoc est, viuens & regnans ad dexteram Patris colligit Deo Patri sanctam Ecclesiam, destruit opera Diaboli & peccati, & amplificat æternam Dei gloriam. Sic ergo, inquit, & vos adfectos esse decet: vt statuatis vos prorsus mortuos & liberatos esse a peccato: & Deo viuere per Iesum Christum. Quare omne studium & cogitationem huc conferre debetis, vt in vera iustitia & sanctitate Deo seruiatis.

12. *Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore vestro, ad obediendum ei in cupiditatibus ipsius.*

13. *Neque exhibere membra vestra arma iniustitiæ peccato: sed exhibete vos ipsos Deo tanquã resuscitados ex mortuis: & membra vestra arma iustitiæ Deo.*

14. *Peccatum enim vobis non dominabitur.*

Propositio 6. cap. præcipua.

Bona opera sunt necessaria.

Principalis hæc est propositio huius sexti capitis: Ex tribus enim præcedentibus Argumentis conclusionem hanc infert, nequaquam seruiendum esse peccato, posteaquam per Christum a peccato liberati sumus. Et in hoc resuscitati a mortuis vt Deo obediamus. Atq; ita demonstrat necessariam esse nouam obedientiam in reconciliatis. Quemadmodum Sacra Scriptura passim vrget. Rom. 8. v. 12. 13. *Debitor es sumus fratres, non vt secundum carnem viuamus: si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem actiones carnis spiritu mortificabitis, viuetis*. Item Eph. 2. v. 10. *Ipsius enim factura sumus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, qua preparauit Deus vt in eis ambulemus*. Et Christus inquit, *Vade noli amplius peccare*. Ioh. 5. v. 14. Non ergo Adiphoron est, aut nobis liberum vt Dei mandatis obtemperemus, vel non obtemperemus. Sed necessario obligati sumus: *Hæc est*, inquit Paulus 1. Tess. 4. v. 3. 4. *Voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis a fornicatione, & vnusquisq; vestrum vas suum possideat in sanctificatione & honore*.

Antinomi & Libertini.

Maior.

Turpiter igitur errant, *Antinomi & Libertini* qui fingunt sibi omnium scelerum licentiam eo quod per Christum a legis condemnatione & coactione liberati sunt.

Hinc autem nequaquam sequitur, vt *Maior* delirauit, bona opera necessaria esse ad salutem. Paulus enim docuit salutem nobis contingere per fidem in Christum sine & ante bona opera: cum nihil in nobis est nisi peccatum: Bona opera vero fructus atq; effectus

esse debent adeptæ per Christum iustitiæ atq; salutis. *Bona opera*, inquit, *Augustinus, non præcedunt iustificandum: sed sequuntur iustificatum*.

Augustinus

Apostolus hoc loco doctrinam tradit de discrimine peccatorum: quod nimirum aliud sit peccatum mortale seu regnans: aliud vero peccatum veniale, seu tectum & non imputatum.

Peccatum mortale seu regnans est omne peccatum tam originale quam actuale, tam internum quam externum in nõ conuersis ad Deum, sed fide carentibus.

Peccatum mortale est regnans

Nullum est enim tam exiguum peccatum, quod non æternam mortem mereatur, quando non tegitur ymbaculo mediatore. *Qui non erudit in filium non videbit vitam, sed ira Dei manet super ipsum*. Ioh. 3. v. 37.

Deinde in conuersis & per fidem Deo reconciliatis, peccatum mortale est lapsus contra conscientiam, cum quis opere complet desideria carnis, aut discedens ab articulis fidei errore manifestum pertinaciter tueretur.

Manifesta, inquit Paulus, Gal. 5. v. 19. *sunt opera carnis, vt sunt adulterium, fornicatio, impuritas, idolatria, veneficia, inimicitia, contentiones, hæreses, & similia: de quibus dixi & adhuc dico: quod qui talia faciunt regnum Dei non possidebunt*. Sic & hoc loco Paulus inquit: *Nec regnet peccatum in mortali corpore vestro ad obediendum ei in cupiditatibus eius*. regnum obtinet peccatum, quando hominem tenet captiuum, & ducit eum per varias carnis cupiditates, & tandem pertrahit eum in æternum exitum.

regnum peccati

regnum obtinebat peccatum in Achab, qui se variis sceleribus contaminabat, variis deditus erat impietatibus. Colebat Baalim & Astaroth: & innoxium effundebat sanguinem. In Dauide quoque regnabat peccatum, cum sese adulterio & iniusta cæde pollueret.

Alterâ peccati species est, *peccatum veniale*, condonatum, tectum & non imputatum: quod est in reconciliatis Deo per fidem, peccatum Originis, & deinde variis adfectus impuri, qui ex peccato Originis subinde pullulant, vt sunt admiratio sui, diffidentia, impatientia, inuidia, ira, cupiditas vindictæ, peccata omissionis & commissionis: quæ tamen renati agnoscunt, deplorant, quorum veniam a Deo petunt, & quibus auxiliante Spiritu sancto per fidem resistunt. De hoc genere peccatorum loquitur Ioannes cum inquit: *si dicimus quod peccatum non habemus, mendaces sumus & veritas non est in nobis*. 1. Ioh. 1. v. 8. Fatetur hoc loco Paulus in renatis existere peccatum, idque generare cupiditates: sed vetat ne ei regnum concedatur, ita vt eius cupiditatibus indulgeamus & obtemperemus: sed potius spiritu oblectandum est ei, eiusque impure cupiditates frangendæ, reprimendæ atq; extinguendæ sunt.

Peccatum veniale

Significat autem Paulus hanc valde difficilem esse luctam inter spiritum & carnem. Inquit enim, *non exhibete membra vestra arma iniustitiæ peccato*: quasi dicat: adsiduum & ἀσπορὸν bellum est inter carnem & spiritum: Caro enim variis ducitur erroribus, & impuris ardet cupiditatibus, nunc libidine accenditur, nunc ad iram commouetur, nunc flagrat inuidia, nunc effert se superbia, nunc laborat avaritia, nunc corrumpitur cupiditate vindictæ: & in variis desideriis sese corrumpit vetus homo. His ergo cupiditatibus cum obtemperat homo, membra sua, id est, mentem, & voluntatem, & cor, atque etiam reliqua corporis membra, exhibet arma iniustitiæ peccato: hoc est, per summam iniustitiam ea membra quibus Deo seruire, & contra peccatum, vt hostem Dei, fortiter, præliari debebat, tanquam foedissimus transfuga eo vertit, vt seruiat turpissimo tyranno peccato.

Carnis & spiritus bellum.

Pii vero per sanguinem Iesu Christi reconciliati Deo & liberati a tyrannide peccati, membra sua exhibere debent arma iustitiæ Deo ad obtemperandum ipsi, hoc est, per fidem in spiritu sancto fortiter debent resistere cupiditatibus: Atq; hic veluti in acri certamine & bello, magnâ vigilantia, cura, circumspectione, labore, patientia,

Arma Spi-
ritualia.

scientia, fortitudinae, armis opus est. Hostis enim nostræ salutis adfidue nobis struit insidias: nota illi est carnis nostræ infirmitas: intentus est in omnes occasiones: & caro nostra prona est ad omnia peccata: Mundus quoque in maligno est positus, & nos subinde vocat ad scelera: Aduersus igitur hos sæuos & indefessos hostes, impuros Spiritus, cupiditates carnis nostræ, & mundum fortiter nobis præliandum, nimirum verbo Dei, Spiritu, fide, spe, patientia, temperantia, inuocatione. Hæc enim sunt arma nostra spiritualia. Si animus superbia tentatur, ad Dei verbum respiciendum est; *Deus resistit superbis*: 1. Pet. 5. v. 5 & diligenter expendenda est humanæ naturæ impuritas, corruptio & imbecillitas. Si caro libidine titillatur, reuocandum est dictum in memoriam: *scortatores & adulteros iudicabit Dominus*, Heb. 13. v. 4. Et temperantia atque precectione comprimenda est lasciuia. Si cor incenditur cupiditate vindictæ, cogitandum est Dei mandatum: *Mibi vindicta, ego retribuam* Rom. 12. v. 19. & Deut. 32. v. 35. Item: *Remittite & remittetur vobis*: Luc. 6. v. 37. ac spiritu & precectione compescenda est ex candescencia cordis. Atque ita in cæteris cupiditatibus & tentationibus carnis nostræ, semper ad verbum Dei recurrendum est, & Spiritu, fide & precectione cohibendi sunt adfectus & mortificanda caro, vt nouus homo crescat in agnitione veri Dei, iustitia & sanctitate.

Non enim estis sub lege, sed sub gratia.

25. *Quid igitur? Peccabimus quia non sumus sub lege, sed sub gratia? absit.*

26. *An nescitis quod cui vos exhibetis seruos ad obediendum, eius serui estis, cui obtemperatis: aut peccati ad mortem, aut obedientia ad iustitiam.*

27. *Gratia autem Deo, quod serui quidem fuistis peccati, ex corde autem obediistis forma doctrinae, ad quam traducti estis.*

28. *Liberati vero a peccato, serui facti estis iustitiæ.*

29. *Secundum hominem loquor propter infirmitatem carnis vestrae. Quem admodum enim membris vestris seruiistis impuritati & iniquitati ad iniquitatem: sic nunc membris vestris seruite iustitiæ ad sanctificationem.*

30. *Quando enim serui eratis peccati, libereratis a iustitiâ.*

Quartum hoc est Argumentum sumtum a natura correlatiuorum: Estque Argumentum huiusmodi.

Dominus in seruos ius habet, vt obedientiam ab eis flagitet, non in alienum vel manumissum.

Nos sumus manumissi, & alieni a peccato.

Ergo peccato non debemus obedientiam.

Minorem probat a causa efficiente dominij peccati. Quicquid in nos iuris aut potentia habet peccatum, id totum a lege possidet: nam *virtus peccati Lex est*. 1. Cor. 15. v. 56. At Lex est abolita, & nos a lege liberati sumus, neque amplius ad eius regnum pertinemus: Nam filius Dei nostro loco satisfacit obedientia

& persolutione pœnæ, ac nos sibi emit seruos. Ergo vt legis imperio erepti sumus: ita & peccati dominium in nobis est extinctum. Contra vero Gratia sumus subiecti: Ergo huic nouo Domino obedientiam debemus.

Sub lege esse significat Paulo, esse sub imperio, maledictione & condemnatione legis. Lex enim vrget integram & perfectam obedientiam, hanc cum non præstiterimus, sub iugum suum ducit nos, & premit nos maledictione: iuxta sententiam: *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea*. Deut. 27. v. 26. Hoc vero durissimum legis iugum fregit Dominus noster Iesus Christus, & nos in libertatem vindicauit. Nō ergo amplius sumus sub lege, id est, sub maledictione legis: sed sub gratia: id est, sub regno Iesu Christi, qui nos reconciliauit patri abstulit maledictionem, & nos sibi emit in seruos.

Legis quidem sapientia & regula iustitiæ non est abolita, sed postquam Christus pro nobis satisfacit legi, maledictio & condemnatio sublata est. Christus autem nos sibi vindicauit, vt Deo Patri in Spiritu & veritate seruiamus.

Quo dicit Apostolus v. 7. *Obediistis autem ex corde forma doctrinae, in quam traducti estis*: Loquitur de obedientia fidei, qua Romani pro proprio animo acceperant formam doctrinae Euangelij de Iesu Christo: & quidem totam Christi doctrinam complectitur: videlicet promissionem de gratuita remissione peccatorum propter Christum, deinde doctrinam legis de bonis operibus in fide præstandis iuxta mandatum Dei. In hanc formam dicit eos traductos, seu translatos esse, nimirum ab inscitia carnis, & naturæ prauitate, & a legis condemnatione.

In hoc Argumento continetur doctrina de libertate Christiana. Adfirmat enim Paulus nos plane in libertatem a seruitute peccati esse vindicatos. Considerentur ergo hic quatuor gradus libertatis Christianæ. I. *Primus* est gratia, id est, remissio peccatorum, liberatio a peccato, ab ira Dei, a maledictione legis, ab æterna damnatione: Et imputatio iustitiæ, seu reconciliatio cum Deo: de quo gradu loquitur hic Paulus: *Non enim estis sub lege* Conclufi eramus antea sub lege ira Dei, peccato, diabolo: sed filius Dei nos ab his inmanissimis hostibus liberauit: iuxta dicta: *si vos filius liberauerit vere liberi eritis*. Ioan. 8. v. 36. Ies. 52. v. 3. *gratis venundati estis gratis redimemini* Item: Ies. 61. v. 1. *vt predicarem captiuis liberationem: clausis apertionem*. Hæc liberatio est perfecta: Omnibus enim credentibus, omnia peccata sunt remissa. *Nulla nunc est condemnatio his, qui sunt in Christo Iesu*. Rom. 8. v. 1.

II. *Secundus gradus*, viuificatio & donatio Spiritus sancti: qui est Spiritus libertatis. Non solum imputatur nobis iustitia: sed etiam viuificamur dato Spiritu principali & libero: qui tollit seruitutem carnis & peccati: & præbet vires obtemperandi Deo & legi, De hæc libertate plerunq; loquitur *Augustinus*: sed prior gradus ante omnia considerandus est. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater*. Rom. 8. v. 15.

III. *Tertius gradus*, liberatio ab omnibus cæremoniis & forensibus legibus Mosis. *Lex enim & Propheta vsq; ad Ioannem*. Matth. 11. v. 13. *In ea libertate in qua vos Christus vocat, stete*, Gal. 5. v. 1. nam cæremoniæ & cærem. & leges forenses tantum isti politiæ seruire debebant. Ac cæremoniæ prorsus sunt abrogatæ, quia erant typi venturi Messia. Politicæ ordinationes non amplius nos obligant: quia tantum nerui erant isti politiæ, quam Deus propter grauissimas causas deleuit.

IV. *Quartus gradus* est, liberatio ab omnibus traditionibus, cæremoniis, & statutis humanis. Nullæ enim cæremoniæ, nec statuta hominum obligant conscientiam nostram: nullæ leges aut traditiones humanæ sunt necessariæ ad salutem. A Christo enim in libertatem vindicatos, & magno pretio emtos, non oportet seruos fieri hominum. *Si igitur mortui estis ab Elementis mundi: quomodo tanquam in mundo viuatis*

sub lege esse.

Libertatis Christianæ gradus quatuor.

I. remissio peccatorum.

II. Viuificatio

III. Liberatio a Mosis lege cærem. & Foren.

IV. Traditionibus humanis.

vinentes decretis tenemini? ne tetigeris, ne gustaueris.
Coloss. 2. v. 20. 21.

21. *Quæ ergo fructum tum habebatis in
iis, in quibus nunc erubescitis? Nam
finis illorum mors est.*

Quintum argumentum sumptum ab effectu peccati.

Quæ talem fructum gignunt, cuius nos summe pudet, & quorum finis mors est, ea summo studio sunt vitanda.

Sed peccata eum proferunt fructum, ut nos eorum summe pudeat, & eorum finis est mors.

Ergo summo studio peccata sunt vitanda.

Turpitudinis
peccati.

Nulla voce exponi potest, quanta sceditas insit peccato. Si quis in manifesto mendacio, vel periurio, vel furto, vel adulterio comprehendatur, conspectum aliorum hominum sustinere non potest, propter ignominiam & sceditatem sceleris. Et graue supplicium est conscientiae, quando peccata nostra palam fiunt, & in conspectum hominum proferuntur. Ipsa etiam conscientia aspiciens turpitudinem suam, in se ipsa erubescit. Cum homicidia, vel adulter, vel seditiosus ad extremum supplicium ducitur, non est minima pars supplicij, quod coram tanta hominum multitudine pudeat, & eius scelera in lucem proferuntur. Tum vero inprimis pudebit impios peccatorum & scelerum, quæ commiserunt, quando ea patefient in extremo iudicio, proferentur in conspectum æterni Dei, omnium Angelorum & hominum, quando reuelabuntur omnium cordium cogitationes, & ipsa sceditas peccatorum detracto omni colore subibit iudicium Dei & Ecclesiae. Tum præ pudore & metu & consternatione vociferabuntur: *o montes cadite super nos: o colles tegite nos a facie Domini.* Luc. 23. v. 30. Summo igitur studio piis omnia peccata sunt fugienda.

Pudor peccati in extremo die.

22. *Nunc autem liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum ad sanctificationem: finem autem vitam æternam.*

23. *Nam stipendium peccati mors est: donum autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.*

Sextum Argumentum ab effectu iustitiæ seu bonorum operum.

Quæcunque fructum adferunt ad sanctificationem & finem habent vitam æternam, in iis summo studio viuendum & annitendum est. Quod vero mortem meretur, summo studio vitandum est.

Sed in iis qui liberati sunt a peccato, & serui facti sunt Deo, opera iustitiæ fructum ferunt ad sanctificationem, & finem habent vitam æternam: scelera vero puniuntur morte æterna.

Ergo serui facti Deo, bonis operibus studere, a sceleribus vero se abstinere debent.

Serui facti Deo, inquit, fructum habent ad sanctificationem, hoc est, qui in operibus iustitiæ seruiunt

Deo per fidem, hi excellentem hunc fructum percipiunt, quod sunt sancti, puri, immaculati, irreprehensibiles, gerunt mundam & lætam conscientiam, & sunt sancta templa Dei, qui habitat in eis, & vita eorum delectatur. Pudori & ignominiae, quam homo contrahit sceleribus, opponit sanctificationem, id est, mundiciem corporis & animæ, qua delectatur Deus, iuxta dictum: *sancti estote, & habitabo in vobis: quia & ego sum sanctus.* Leuit. 19. v. 2. Atq; hic sane fructus bonorum operum est vberimus, nimirum quod ipse Deus pronunciat nos sanctos, quod mundam & innocentem gerimus conscientiam, quod iustitia & morum honestate sumus ornati, quod toti Ecclesiae sumus exemplo: quodq; ipse Deus testatur, se nostra consuetudine delectari, & in nobis vult habitare. Non autem sic accipiendum est hoc Pauli dictum, quasi bonis operibus sanctificemur, aut propter bona opera Deo placeamus: aut quod bona opera vitam æternam mercantur: aut quod vita æterna detur propter bona opera: Fide enim sola iustificamur & placeamus Deo propter Christum, & sanctificamur per Spiritum sanctum. Et Paulus diserte dicit *vitam æternam esse Donum Dei*, quod gratis nobis contingat propter Christum. Sed monet cum sancte viuimus & Deo seruiamus, hunc ingentem fructum nos percipere, quod opera nostra habeantur sancta, pura, & munda. Persona credens, & eius opera in fide facta, placent Deo propter solum Mediatorem Iesum Christum. Per se enim opera etiam fidelium sunt imperfecta. Quia vero persona placet, opera ipsa quoq; grata sunt Deo, & hunc immensum pariunt fructum: quod sunt sanctificatio, id est, res sancta, grata Deo, & lætitia & tranquillitate perfundens conscientiam. Ipsa autem sanctitas, honestas & mundicies fructus est vberimus bonorum operum: quo conscientia mirifice delectatur.

Finem, inquit, habetis vitam æternam: Qui sancte viuunt & seruiunt Deo, certo obtinent vitam æternam. Nemo enim sancte viuere potest, nisi sit fide reconciliatus Deo, & acceperit Spiritum sanctum. Hinc vero nequaquam colligendum est, vitam æternam tribui bonis operibus, aut dari propter bona opera. Non enim agit hic de causa, propter quam detur vita æterna: Sed ostendit studium sancte viuendi in vita æterna abunde compensatum iri: Cum scelera & turpitudines morte æterna puniantur. Ratio quidem sic colligit, ut peccata merentur mortem: Ita opera iustitiæ merentur vitam. Sed hallucinatur in eo, quod opera iustitiæ non sint perfecte bona, ut peccata perfecte sunt mala. Ut ergo viam obstruat Paulus isti errori, diserte addit, v. 23. *Stipendium quidem peccati mortem esse: sed vitam æternam esse donum Dei in Christo Iesu Domino nostro:* hoc est, vitam æternam non dari propter nostro opera, aut pro bonis operibus, sed gratis nobis contingere per Iesum Christum in fide. Ipsa autem vita æterna gratis data simul est compensatio omnium bonorum operum, quæ præstiterunt pii. Non satis commode dicit *Augustinus, vitam æternam dici donum, quia ipsa merita propter quæ detur, sunt dona Dei.* Imo Paulus vult vitam æternam propter nulla merita, nec vlla opera nostra, sed gratis propter Christum dari: Ideo adpellat donum gratuitum in Christo: Compensat tamen omnia bona opera fidelium.

Pudori opponitur sanctificatio.

Fructus bonorum operum.

Operibus bonis non sanctificamur.

Opera propter Christum Deo placent.

Opera non merentur vitam æternam.

Operum compensatio vita æterna.

C A P V T VII.

1. *An ignoratis fratres (intelligentibus enim legem loquor:) Quod lex dominatur homini quanto tempore viuit:*

2. *Nam mulier quæ sub marito est, marito viuenti lege est obligata: Quod si mortuus fuerit vir, liberata est a lege viri.*

K 2

3. Itaq;

8. *Itaq; vivente marito adultera censetur, si alteri viro se iunxerit: Quod si vero mortuus fuerit maritus, libera est a lege, ut non sit adultera, etiamsi nupserit alteri viro.*

9. *Itaq; fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Iesu Christi: ut sitis alterius, qui ex mortuis est resuscitatus: ut fructum feramus Deo.*

Septimum Argumentum a similitudine ductum, quo ostendit nos in Christo iustificatos ab omni dominio legis prorsus solutos esse. Series Argumenti est huiusmodi.

Quemadmodum mulier viventi marito est devincta: eo vero mortuo, libera est ab hoc vinculo matrimonij: Ita nos devincti fuimus legi tanquam marito & domino nostro, verum non diutius, quam utriusq; vita durat.

At nos per corpus Christi mortui fuimus legi.

Ergo non sumus amplius devincti legi, ut ei fructificemus ad mortem. Sed novo marito, resuscitato Iesu Christo, cui copulati sumus, debemus obedientiam, ut Deo feramus fructus iustitiæ & vitæ.

In hac comparatione rursus pingit dominium & tyrannidem legis in nos: quod non liceat nobis excutere iugum, quamdiu legi vivimus. Cum enim homo conditus sit ad normam sapientiæ, quæ in lege ostensa est, & ab ea discedens obnoxius factus sit maledictioni legis: impossibile est ei ut hanc maledictionem excutiat, & iudicium legis contemnat, quam diu non liberatur per filium Dei.

Mirum autem alicui videri potest, quod hoc argumentum faciat ad excitandum studium novæ vitæ in iustificatis, & ad probandam bonorum operum necessitatem. Et quo consilio tribuat legi, quod caro fructum ferat ad mortem: cur non potius sic colligit: Legi adhuc devincti sumus: Ergo præstanda est obedientia. Verum Paulus fontes omnis obedientiæ spiritualis respicit. Quâ diu legis imperio detinemur oppressi, fieri non potest, ut vllum pietatis veræ adfectum induamus. Lex enim perpetuo nos damnat, quicquid absq; fide præstiterimus. Ac quo magis nos damnat Lex, hoc magis fugimus Deum, & remotiores sumus ab omni pietate, & iustitia. Aut si iudicium legis non intelligimus, legis doctrina tantum Hypocrisin quandam virtutum extorquet ab hominibus. Ergo quamdiu homo legi est subiectus & devinctus, tantum servit peccato, & fructum fert ad mortem. Lex enim non aufert malitiam cordis: sed potius auget peccatum veteris Adami: Recte igitur Paulus argumentatur: ideo non præstandam esse obedientiam, quia liberati sumus ab hoc legis dominio & exactione. Expendenda est rursus in hoc argumento doctrina de abrogatione legis. Cum enim Paulus dicit, nos esse mortuos legi, docet, nobis legem prorsus abrogatam esse.

Quomodo Lex aboleatur. Quoties autem de legis abrogatione dicitur, non est putandum aut deleri aut mutari sapientiam legis, quæ plane æterna & immota est: neque cogitandum est non debere nos amplius obedientiam. Quin ideo Lex est abrogata, ut liberati ab eius maledictione, qua premebamur, veteram iustitiam libero Spiritu præstaremus. Abrogatio itaq; legis significat ius condemnandi

di in Christo esse sublatum, & deletum esse chirographum. Ita ut quanquam iuxta legis indicium sumus meriti mortem æternam nostra inobedientia: tamen per fidem in Christum liberemur ab hac condemnatione, & gratis donemur iustitiâ & vita æterna. Hoc modo uniuersa Lex abrogata est, quo ad condemnationem: Nulla est enim condemnatio his qui credunt in filium Dei. Rom. 8. v. 1. Quod vero hic dicitur de abolita legis condemnatione: de tota lege Mosaica, & omnibus eius speciebus, nempe morali, forensi, & ceremoniali intelligendum est: Nulla enim Lex cuiuscunque sit generis, credentes in Christum vel accusare vel condemnare potest. Eo quod in Christo Iesu plenam obrinemus libertatem. Cum vero dicitur de abrogatione legum Mosaicarum quo ad obedientiam, distinguendæ sunt species legum: Ceremoniales & forenses leges ita sunt abrogatæ, ut nullam gentem amplius obligent. Exhibito enim Messia, typi sunt aboliti. At moralis lex est æterna. Atque ideo per Christum redempti sumus, ut iuxta legis sapientiam sancte vivamus non est coactione legis, sed ex libertate spiritus.

Diligenter hic attendat lector, Paulum non dicere, legem nobis mortuam esse, sed nos legi, idq; graui facit consilio. Primum ut moneat legem non aboleri vel extingui: est enim æterna Dei sapientia: neq; Evangelium esse contrarium legi: sed per Christum legis rigori esse satisfactum. Ideo enim oportuit filium Dei pati, & mortem subire, ut iudicio Dei, quod est in lege patefactum, plene satisficeret. Dicitur igitur nos esse legi mortuos, id est, nos satisfecisse pœnæ legi, ac per mortem a lege factos liberos. Id autem non est per nos factum: sed per Mediatorem Iesum Christum, qui nostro loco in cruce pependit, & maledictionem in se deriuavit. Ideo dicit, *mortui estis legi per Corpus Christi*, id est, vestro loco Christus est crucifixus & maledictione oneratus, ut vos deinceps a legis imperio prorsus immunes essetis. Vtrumq; igitur est statuendum: *Et stabili legem per Evangelium de Iesu Christo*, Rom. 3. v. 31. Et per Christum abrogari legem, quo ad nostri condemnationem.

Secundo etiam ob hanc causam Paulus dicit nos esse mortuos legi, ut moneat eos, qui per Christi corpus legi non moriuntur, vivere legi, & legem illis dominari, hoc est, maledictioni legis & iræ Dei esse subiectos. *Quicumq; enim non credit in filium, vitam non videbit: Sed ira Dei manet super ipsum.* Ioh. 3. v. 36.

Ut siamus alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

Non solum causam finale ostendit, propter quam per Christum a legis rigore & exactione liberati sumus, videlicet non ut licentia scelerum impunita nobis concedatur: Sed ut Deo feramus fructum, id est, ut sanctimonia vitæ, & vera obedientia Deo grata præstemus: Verum etiam altissimam copulationem Christi & credentium describit. Et pingit hic spirituale matrimonium, quod est inter Christum sponsum & Ecclesiam sponsam. Quæ imago immensam continet consolationem. Monet enim Christum esse carnem de carne nostra. Et uniuersa Christi bona nobis communicata, nos unum esse corpus, & unum Spiritum cum ipso, & ab ipso per Spiritum S. & viuificari, & fecundari totam Ecclesiam. Christum perpetuo adesse suæ Ecclesiæ nutritorem, consolatorem, defensorem.

5. *Quando enim eramus in carne, adfectus peccatorum, quæ per legem sunt operabantur in membris nostris, ad fructificandum morti.*

6. *Nunc autem liberati sumus a lege, mortui ei quo detinebamur: ut nos seruiamus in nouitate Spiritus & non in vetustate literæ.*

Octauum

Totam Mosis Legem abolitam esse.

Obedientiæ Legis non prorsus abolita.

Lex non est nobis mortua nobis,

Unio Christi cum fidelibus.

Consilium Pauli in usu huius argumenti.

Homo quamdiu devinctus est legi servit peccato.

Quomodo Lex aboleatur.

Octauum & vltimum Argumentum à causis efficientibus.

Cessante causa, debet cessare effectus: & posita noua causa, nouus effectus sequi debet.

Sed causa prauorum adfectuū, quæ nos, cum in carne essemus, obstrinxit seruituti peccati, quæ fuit Lex, abolita est: successit vero noua causa, videlicet Spiritus à Christo communicatus.

Ergo literæ legi non debemus amplius seruire peccato, sed nouitate vitæ obtemperare Spiritui sancto.

Legis effectum augeat peccatū.

IN hoc Argumento rursus vrget Paulus effectum legis in carne, quod videlicet non operetur iustitiam, sed magis excitet & augeat peccata. Quia enim hominis natura tota est corrupta peccato: & rea iudicio Dei propter immundiciem, legis seuera sententia non potest in homine sanctos motus excitare: sed magis operatur iram, auget fugam conscientie à Deo, inicit terrores, desperationem & indignationem. hi sunt tristissimi adfectus peccatorum: Non quidem per se hæc operatur. Lex quæ sancta est: sed per accidens: quia natura hominum immunda & praua est. Atq; ideo nondum liberati & renouati: fructificamus legi ad mortem. Postquam vero per filium Dei à maledictione legis liberati & Spiritu S. donati sumus: Lex non operatur amplius tales peccatorum affectus: Quia tum nouus homo dominatur, qui non seruit in vetustate literæ, hoc est, iuxta adfectus carnis, & iuxta legis coactionem: sed in nouitate Spiritus; hoc est, ex fide in Spiritu sancto.

Legis effectum per accidens.

DE LEGE.

DISPUTATIONE, de noua obedientie necessitate, absoluta, redit ad intermissam Methodum de lege. Nam in hac controuersia plurimū refert, vt recte intelligatur doctrina de lege. Quid sit, vnde sit, de qua specie Paulus loquatur: quo sine lata sit lex: qui sint eius effectus, quæ cognata, quæ pugnancia. Quid enim sit peccatum, & quid mereatur, sciri nequit, nisi legis sapientia probe cognita.

7. Quid dicitur dicemus? Num Lex peccatum? Absit.

Quomodo Lex augeat peccatum.

QUIA supra dixit, per legem augeri peccatum, & adfectus peccatorum per legem in membris effici caces esse: poterat obiici: Ergo legem esse rem malam, vt peccati causam. Verum respondetur peccati auctiorem & vires, non esse proprium effectum legis: Sed potius deprauatæ naturæ. Lex tantum est occasio exuscitans peccatū, scubans in homine Lex auget peccatū nō effectiōne, sed tantū reuelatione. Hinc iam multæ oriuntur quæstiones: An Lex sit res bona: An Lex in Ecclesia sit docēda: An Lex profit ad iustificationem, & ideo sit lata, vt homo ei obtemperando habeat vitam æternam.

Lex est Sancta.

Legem esse rem iustam & sanctam, diserte affirmat Paulus, vt patet ex causa efficiente, & ex effectu: Deus enim causa est legis, qui eam in creatione patefecit, & in Synai monte reuelauit. At quia in ea patefit sapientia, iustitia, & bonitas Dei: atq; primum data sit homini ad vitam, non potest non esse sancta, iusta, & æterna. Quod vero Lex perpetuo in Ecclesia sit docēda, manifestissimum est: nam sine lege peccatum cognosci non potest. Oportet autem peccatum intelligi, vt homines agant pœnitentiam. Ergo & legem prædicari oportet. Atq; hanc ob causam promulgatio legis in monte Synai facta est: Omnes Apostoli docuerunt legem, & ea accusarunt peccata generis hu-

Lex semper est docēda.

mani & ostenderunt iudicium Dei. Vt Paulus, Rom. 1. 2. 3. & Christus Matth. 5. v. 18. non veni soluere legem, sed implere. Item: predicare in nomine meo pœnitentiam & remissionem peccatorum. Luc. 16. v. 47. Est igitur furor horrendus, quod Antinomi conātur tollere legem ex Ecclesia.

Quo consilio & fine autem Lex lata & promulgata sit, & perpetuo in Ecclesia docēda sit, grauissima est disputatio. Semper enim Hypocritæ imaginantur ideo latam esse legem, vt per eam impetrent hæreditatem vitæ æternæ: ac facile sibi persuadent esse in ipsorum arbitrio & potestate positum vt præstent obedientiam legi debitam. Sed Paulus longe diuersum hic adstruit. Docet legem non modo non seruire iustificationi & saluti nostræ, verum multo magis cedere nobis in mortem & condemnationem. Idq; non vicio legis, sed ob nostræ nature defectū: & propter peccatum nobis innatum, & cordi inhærens Flagitat enim Lex Dei perfectam & integram exterioritatem & interioritatem obedientiam, iuxta iudicium Dei Spirituale: & vt homo congruat cum lege iuxta omnes vires corporis & animæ. Iudicium enim Dei tale est, vt flagite non solum externam qualemcunq; disciplinam, qua oculi, lingua, manus, continentur in officio, sed multo magis vt mens plena sit notitia Dei, & careat omni dubitatione & errore. vt voluntas sit recta & iusta, cōiuncta Deo, aduersaq; omni iniustitiæ. Vt adfectus cordis sint puri, & ab omni labe alieni. Atq; vt integer homo præstet Deo perfectam & omnibus numeris absolutam, eamq; spirituale obedientiam, ad quæ homo primitus à Deo est conditus: & qualem præstant Angeli. Quod si vero in minimo peccarit homo: totius legis transgressor est factus. Iacob. 2. v. 10. Itaq; qui dubitationem de Deo vel de iustitia in mente admittit, vel impurum motum in corde, obnoxius est maledictioni, & iudicio legis. Cum ergo ea sit viciositas humanæ nature, vt homini sit impossibile carere omni dubitatione, & prauis adfectibus: Lex non potest nobis adferre vitam, sed tantum denunciat mortem. Atq; idcirco Lex lata est, vt nobis hæc nostrā immundiciem & prauitatem demonstraret, & iram Dei & meritam pœnam indicaret, non vt desperaremus, sed vt agnita nostra miseria, intelligeremus opus nobis esse Mediatore & liberatore. Hunc vsum legis passim inculcat Paulus Rom. 4. v. 15. Lex iram operatur. 1. Cor. 15. v. 56. Virtus peccati Lex est. Gal. 3. v. 10. Qui sub lege sunt, sub maledictione sunt. 2. Cor. 3. v. 9. Lex est ministerium damnationis. Ita & hoc loco: Rom. 7. peccatum non cognoui nisi per legem.

Ac 2. Cor. 3. Insigni pictura describit cœcitatē eorum, qui Mosen recta facie intuentur, id est, qui legis diuinæ spirituale iudicium non considerant: vt cum dicitur: Exod. 2. v. 3. Non habebis Deos alienos: non tantum prohibetur adoratio idolorum, vel Epicureus Dei contemptus: sed omnis generis idolatria; si quis suis donis, sapientia, doctrina, vel suis opibus nimium fidat. Item: quod vacamus dilectione, & timore Dei. Item: Omnis dubitatio de Deo, impatientia, amor sui. Item: quod vitam Confessione anteferimus: quod non ex tota anima & totis viribus Deum diligimus, supra vniuersam rerum naturam. Sic etiam in aliis præceptis. Cum ergo propius aspicitur legis iudicium, tum facile colligitur per eam non commendari nostram iustitiam: Sed tantum reuelari nostrum peccatum, & deprauatam naturam. Exemplo sit Phariseus Luc 8. Is sibi persuadet se probe satisfecisse legi, quia obtectam Mosi faciem intuetur. Quod si velum detrahat, tum videbit, quam nihil in sese præter sordes, videlicet contemptum Dei & Mediatoris, dubitationē, admirationē sui, odium proximi & similia mala reperiat. Ita ex hoc loco doctrina de legis officio petatur.

Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Concupiscentiam non noui nisi Lex dixisset Non concupisces.

Antinomi.

Quo consilio Lex sit lata.

Mosis facies obtectæ.

Deut. 5. v. 7.

Origenes. Hieronymus.

Quā Paulus legem intelligat.

Origenis.

Concupiscentia quid.

Lex efficitur in Paulo.

Concupiscentia omnem avaritiam complectitur.

9. & 10. precepti sententia.

Hoc dictum quam diligentissime obseruetur. Est enim refutatio illustris futillum & peregrinarum interpretationum, quas Origenes & Hieronymus attulerunt, qui fingunt, Paulum tantum legibus ceremonialibus detrahere vim iustificandi. At hoc loco patet, Paulum loqui de lege morali, vt de præcipua parte legis diuinę Lex, inquit, dicit, non concupisces. Hinc didici concupiscentiam esse peccatum.

Multiplex doctrina in hoc dicto continetur, I. Refutat falsam interpretationem Origenis: Paulum tantum loqui de lege ceremoniali. II. Docet quod sit officium legis nimirum, reuelare peccatum, & incutere conscientię terrores. III. Refellit Pontificios, qui negant hoc præceptū de non concupiscendo ad nos pertinere. IV. Obseruandum est quid Paulus vocet concupiscentiam. Nimirum non tantum interiores adfectus & libidinem carnis, sed totam humanę naturę immundicię & prauitatem: Quod mens prona est ad errores & dubitationem de Deo: quod voluntas est inimica Deo: quod homo confidit propria sapientia & virtute: quod gignit errores & format sibi idola: quod impatienter fert crucem: incēditur ira, inuidia, liuore, æmulatione. Quod cor vacat dilectione & timore Dei, est securum, & pronū ad maliciā. Totū hoc triste malum in natura humana Paulus vocat concupiscentiā. V. Quinto docet tanta esse tenebras in mente humana, vt non possimus sine officio legis & illuminatione Spiritus sancti nostram miseriam, naturę immundicię & sceditatem peccati intelligere.

8. *Occasionem autem accipiens peccatum per mandatum, operatum est in me omnem cupiditatem.*

EXPOSITIO Paulus quid Lex effecerit in ipso: quod videlicet non tantum docuerit quid sit peccatum, verum etiam eum traduxerit ad sui ipsius considerationem, quodq; peccatum, nimirum malum Originis, per legem sit operatum in ipso Paulo omnem concupiscentiam: id est, quod Paulum excitauerit ad tristem hanc considerationē, quod in ipso omnis generis concupiscentię dominarentur. Vnde sequitur lege tantum nostram naturam damnari.

Quod dicit peccatum occasionem accepisse per legem. Intelligendum est de reuelatione corruptę naturę. Peccatum, id est, vicium naturę, prauitas in nobis herens, quę ante legem latebat, cum esset excitata per legem, operata est, id est, exeruit, & prodidit omnem concupiscentiam, id est, omnis generis prauos adfectus, cum mentis, tum voluntatis & cordis. Vocabulo enim concupiscentię Paulus complectitur omnis generis prauos & inordinatos adfectus: vbi cor contra Dei verbum mouetur. Nam cum Lex vetat, ne quis concupiscat domum proximi sui, prohibet Lex avaritiam, ne cor ardeat pleonexia. Ac vniuersa avaritiarum virium humanatum, quę discrepat à lege Dei, nomine concupiscentię comprehenditur.

Et duo postrema præcepta 9. & 10. quę prohibent concupiscentiam sunt quasi expositio totius decalogi: quod singula præcepta, non tantum externam obedientiam: sed multo magis internam omnium adfectuum puritatem & mundicię flagitent. Concupiscentia est igitur pugnans cum 9. præcepto, quando mens humana prona est ad idolatriam, ardet veri Dei odio, & delectatur licentia fingendi noua numina. Item cum delectatur erroribus, & abhorret à verbi diuini cancellis: Cum cor fremit impatientia aduersus Deum in afflictionibus. Hęc omnia mala voce concupiscentię comprehenduntur. Ac fatetur Paulus se huiusmodi morbos in se ipso depræhendisse, postquā peccatum, id est, naturę vicium per legem sumeret occasionem: Non quod hi morbi antea non fuerint in Paulo: Sed quod ab eo non sentiretur, dum legem ignorabat, Idco addit.

Sine lege enim peccatum est mortuum.

ID est, peccatum nec agnoscitur, nec premit hominem, neq; dolores conscientię excitat, dum legis agnitio & exactio abest. Quam diu enim homo non intelligit iudicium Dei, nec videt ante oculos supplicium, nec iudicat se peccare, nec metuit sibi, sed secure viuit. Semper quidem fuit lex & perpetuo sonat in genere humano: sed magna pars hominū eam ignorat aut contemnit: ideoq; secure viuunt, nam peccatum est mortuum: id est, quiescit, non exerit suas vires. Vt Iudas cum proderet Christum, erat eius peccatū mortuum, legem enim contemnebat, & admonitiones Christi adspernabatur: sed cum Lex veniret, reuixit peccatum. Cubat enim peccatum præ foribus in loco valde inquieto: vbi celerrime excitatur. Sic mortuum fuit peccatum in Dauide, quando cæde cumulauit scelus adulterii. Non enim sentiebat stimulos conscientię, metuebat leuerum Dei iudicium. At cum Nathan legem ei proponeret & diceret: tu es ille vir, qui reus est mortis, 2. Reg. 12. v. 7. ibi reuixit peccatum & horrendas accepit vires in conscientia, ita vt clamaret: Non est pax ossibus meis, nec sanitas in carne mea. Psal: 38. v. 4.

Peccatum mortuum.

9. *Ego aliquando sine lege viuebam.*

SVO exemplo docet, quomodo peccatum dormiat sine lege absente lege: sed veniente lege peccatum reuiuiscat. Sine lege viuere, est carere vero intellectu iudicii diuini, & non agnoscere suam culpam, atq; ita in carnali securitate viuere. Vixit autem Paulus sine lege, cum Phariseus esset, ante conuersionem. Tum enim legem non intelligebat, quod internam, spiritualem & perfectam obedientiam flagitaret. Putabat se legi fatis fecisse, & se sua virtute coram Deo esse iustum: Ita q; concupiscentiam esse peccatum non agnoscebat: non metuebat Dei iram, licet in horrendis peccatis viueret: adeo vt esset vastator Ecclesię, & hostis filii Dei. Verum hæc peccata tum erant mortua, & molli- ter in Pauli conscientia cubabant. Sic maxima hominum multitudo viuit absq; lege. Quod hic delirat Origenes de anima Pauli quę vixerit absq; lege, indignum est refutatione. Loquitur enim de se nondum conuerso, cum Pharisæicis erroribus adhuc detineretur.

Origenes.

Veniente autem mandato, peccatum reuixit.

10. *Ego autem mortuus sum.*

HIC describit initium suę conuersionis. Cum enim propius legem incepit adspicere, peccatum, quod dormiebat, excitatum est, & infandos in conscientia cruciatus excitauit. Diligenter obseruetur, quod dicit lege veniente: monet enim diuinitus inspirari verum legis intellectum. Paulus à iuuentute audiuerat legis doctores: sed ab illis nō accepit veram legis notitiam. Cum vero Christus ipsum alloquitur, Saulo quid me persequeris, Act. 9. v. 4. hic incipit delabi velamen ab oculis ipsius, vt propius legis sententiā possit intueri. Non igitur in hominis arbitrio est positum, vt Lex veniat & excitet peccatum, sed in Dei voluntate.

Verus legis intellectus à Deo.

Ac quoties Deus corda hominum tangit suo Spiritu, vt legem intelligant, suam miseriam videant, & Dei iram metuant, tum venit Lex. Atq; hoc est verę conuersionis Exordium in homine: Peccatum, inquit, reuixit, id est, antea quidem hærebat in me peccatum, sed erat mortuum, dormiebat, nullas eius pū- ctiones sentiebam: conscientia erat sine metu & terrore. Cum vero Lex excitauit dormiens peccatum, tum cepit viuere, id est, horrendas suas vires exeruit, adeo vt ego sim mortuus: hoc est, mentis interitum ante oculos sentirem, & non essem par sustinendo oneri peccati. Descriptio est veri pauoris & penitentię, quales passim in Prophetis extant: Quasi Leo contriuit omnia

omnia

ossa mea: Esa. 38. v. 13. Non est sanitas in carne mea: neque pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Psal. 38. v. 4. Neque potest vlla voce humana horrendus dolor, qui ex mala conscientia oritur, satis exponi. Quod dicit se mortuum Paulus, significat quod de se & sua iustitia desperarit.

Et deprehensum est mihi mandatum, quod in vitam institutum erat, ipsum in mortem cedere.

11. *Nam peccatum occasionem accipiens per mandatum, decepit me, & per illud me interfecit.*

PL ENIUS adhuc exponit, quod Lex, quæ in vitam lit data, eiecit ei in mortem. Quod ideo toties inculcat, ne quis præsumat vel speret se ex lege posse vitam adipisci. Accurate autem monet, viciu non esse in lege. *Deprehensum est, inquit, quod Lex quæ in vitam erat data &c.* quo testimonio excusat legem, quod ea nõ sit causa efficiens mortis. Nam si Lex per se mortem inferret cõscientiis, culpa in ipsum legis latorem Deum recideret. Sed fatetur Paulus, legem in vitam esse datam, scilicet prima sua origine. Nam in prima creatione condidit Deus hominem ad imaginem suã, & indidit ei sapientiam legis, non vt per eam moreretur, sed vt voluntatem Dei intelligeret, & per obedientiam viueret. Accum Lex repetita est, hæc appendix est adfixa: *Qui fecerit ea, uiuet in eis; Leuit. 18. v. 6.* vt testaretur Deus, non vicio legis, sed naturæ nostræ fieri, quod per legẽ iustificari nequeamus. Lex enim ostendit, qualem obedientiam Deus requirat. Monstrat etiam viam ad vitam æternam, diserte etiam promittit vitam æternam, & omnia bona, cum conditione impletæ obedientiæ. Sed quia amissæ sunt vires peccato, ita vt obedientiam præstare nequeamus, morti nos adiudicat Lex: quæ tota culpa in nobis residet. Non est igitur vt legem accusemus, sed nostra corrupta natura deploranda & peccatum agnoscendũ est.

Obseruandum est, quod dicit Apostolus *legem ad vitam datam fuisse*: Et quidem de vita æterna loquitur Paulus: Non enim purandum est legem tantum promittere bona corporalia & huius vitæ, sed etiam æterna. Christus inquit: *Si vis in vitam ingredi, serua mandata.* Matth. 19. v. 17. Et Paulus agens de salute æterna, citat ex Moise iustitiam legis: *Qui fecerit ea, uiuet in eis.* Rom. 10. v. 5. Et hoc loco cum dicit, legem esse spiritualem, docet, cum spiritualement obedientiam à lege flagitari, tum spirituales promissiones ei annexas esse. Sed cum hac conditione promittit Lex vitã, si eam integre seruemus: quod in hac fragilitate humana impossibile est. Ideoq; peccatum occasione accepta per legem: id est, manifestata & excitata per legem nos interficit.

12. *Lex igitur est sancta, & mandatum sanctum, iustum & bonum.*

QVIA demonstrauit causam mortis proprie non ex lege, sed ex peccato esse, concludit legem esse sanctam & iustam. Est enim sapientia illa diuina, quæ dicit: *erunt iustitiam à peccato, veritatem à mendacio, & creaturam rationalem obligat Deo.* Detestandi sunt igitur *Antinomi*, qui legem ex Ecclesia exterminare conantur, tanquam rem malam vel noxiam conscientiis.

13. *Quod igitur bonum, mihi factum est mors: absit: sed peccatum: vt adpareat quod peccatum mihi per bonum operetur mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatũ.*

RVSUS occurrit obiectioni, ne quis dicat: Bonæ causæ non potest esse malus effectus: Sed Lex est

sancta, iusta, & bona: Ergo mortem non potest operari. Respondet vt supra: peccatum esse causam mortis, non legem. Est ergo fallacia secundum non causam vt causam. Hoc solum dicit efficere legem, quod reuellet, excitet & manifestet peccatum, & vires eius acuat. *Vt appareat, inquit, peccatum, vt sit supra modum peccans peccatum.* Rursus vrget Paulus vltimũ & officium legis in hac corrupta natura: quod est manifestare & vires excitare peccati. Sicut alibi: *Atulens mortis peccatum est: virtus autem peccati Lex.* I. Cor. 15. v. 56. Supra modum peccans peccatum nominat. A postolus peccatum in conscientia manifestatum, & in ea horrendos ciens pauores. Supra modum peccans peccatum fuit, quando Aaron suam turpitudinem & idolatriam, quam commiserat, adspexit: & audiuit vocem: *Deus est ignis consumens.* Deut. 4. v. 24. *Deus voluit contere te.* Cap. 9. v. 20. Supra modum peccans peccatum fuit in Adamo, quando audiuit vocem Dei, arguentis eius inobedientiam, & poscentis eum ad iudicium, *Adam ubi es,* Gen. 3. v. 9. Supra modum peccans peccatum fuit in Davide quando clamauit: *Quoniam sagitta tua infixæ sunt mihi: & manus tua premit me. Non est sanitas in carne mea à facie ira tua: non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum.* Pl. 38. v. 3. 4. Item: Hiskia clamauit. *Tanquam Leo contriuit omnia ossa mea.* Esa. 38. v. 13. In his peccatum per legem factum est supra modum peccans peccatum. Senserunt enim horrendam Dei iram: aspexerunt scditatem peccati, intellexerunt iudicium legis, & ante oculos habuerunt æternam damnationem. Hæc atrocissima vis peccati, quæ mera fulmina immittit conscientiæ, non sentitur, sed quodam modo sepulta iacet, quam diu homo est securus. Sed excitatur peccatum vel aculatione legis, vel graui calamitate, vel diuinitus incullis terroribus. *Peccatum tuum, inquit scriptura, cubat ante fores,* hoc est, non mordet conscientiam, quiescit & dormit. Gen. 4. v. 7.

Quando veto excitatur lege, tum exerit suas vires, accendit sensum iræ Dei horrendum, onerat conscientiam maledictione legis, incutit metum æternæ damnationis: ac facit supra modum peccans peccatum, vt homo amplius ferendo non sit, teste Dauide, *Pla. 130. v. 3. si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* Vnde & Cain vociferatur: *manus est peccatum, quam vt condonari possit.* Gen. 4. v. 13. Adeo incredibile onus est peccatum peccans, viuens, sciuens & tumultuans in conscientia, nisi fiat remissio propter dominum nostrum IESVM Christum Mediatorem.

14. *Scimus enim quod Lex sit spiritualis.*

HIC nos deducit Paulus ad ipsissimum fontem doctrinæ de officio & effectu legis: & monstrat causam, cur per legẽ non possit sperari iustitia: sed potius augeatur peccatum, & conscientia terreatur: videlicet quia legis sapientia sit multo altior, quam humanum ingenium cogitet, & quia longe sublimiorem flagitet obedientiam, quam hominum natura præstare possit. Et quia hominum natura profus sit carnalis, & aliena à lege Dei. Itaq; Lex nihil aliud potest, quam damnare naturam sibi aduersam.

Origenes & alii insulse hunc locum tractarunt. Exposuerunt legem ideo dici spiritualement, quia sacra scriptura non tantum secundum literam, sed etiam secundum allegoriam sit intelligenda. Vt cū dicitur de arca fœderis, quod sit imago Ecclesiæ, de agno paschali, quod notauerit Christum, de circumcisione, quod significauerit repressionem vicioforum adfectuum. Hæc corruptelâ profus aliena est à mente Pauli, & totam doctrinam quæ hoc loco amplissime proponitur, obscurat.

Est igitur sententia Pauli, legem esse spiritualement, id est, legis sapientiam, & doctrinam non esse politicam nec carnalem, sed spiritualement: ac flagitari à lege spiritualement.

Respons

Peccans peccatum.

Lex non per se mortem in fert.

Lex data est ad vitam.

Lex non tantũ corporalia promittit.

Lex quomodo Spiritualement.

Origenes.

Obiect.

Spiritualem obedientiam: & Spirituali iudicio Dei, quod captum hominum longe excedit, decerni pœnas. Politicę leges tantum carnalem sapientiam continent, videlicet de pace de moribus, de contractibus, de iudiciis: & tantum manus, pedes, & linguam coercent. At Lex Dei est sublimior sapientia, quę ostendit, quid Deus flagret à toto homine, ad quam obedientiam homo sit conditus: quid Deo debeat, non solum quoad locomotivam, Verum etiam quoad cordis adfectus & animam. Ac non tantum ut absq; hypocrisis præstetur obedientia, verum etiam ut motus cordis sint vere spirituales, conformes Deo, & accensi à Spiritu Dei. Opponit enim hic Paulus spiritualem & carnalem obedientiam: ideo phrasę expendendę sunt.

Origeni quid Spirituale.

Quid carnale.

Spiritus quid Apostolo.

Spiritus distinguendus à ratione naturali. Caro quid Apostolo.

Quicquid est in non renatis caro est.

Obedientia spiritualis.

Origenes & alii Spiritum intelligunt rationem & intimos cordis adfectus & superiorem in homine partem. Hinc fingunt spiritualem obedientiam esse non tantum mores externos honestos, sed veram ex animo & philosophicę sapientia proficiscentem iustitiam. Carnem deinde finxerunt inferiores hominis appetitus, ut libidines, adfectus, appetitus cibi, potus, liuorem, avaritiã. Hęc insectia magnas tenebras offundit Paulinę disputationi. Quare sciendum est, Spiritus vocabulo, primum significari ipsum Spiritum sanctum, tertiam personam diuinitatis, ut Ioan. 3. v. 6. quod natum est ex Spiritu Spiritus est. Item: Spiritus est qui uiuificat. Ioh. 6. v. 63. Deinde Spiritus significat nouam illam creaturam, quę fit per regenerationem, cum Spiritus sanctus in conuersione accendit in homine nouam & spiritualem lucem, nouam iustitiã, dilectionem Dei, fidem, timorem, lætitiã in Deo, & desiderium rerum spiritualium. Hęc noua Lux & noua vita & lætitiã in homine renato vocatur spiritus. Ut in dicto: quod natum est ex spiritu: est spiritus. Ioan. 3. v. 6. Gal. 5. v. 17. spiritus concupiscit aduersus carnem. Idem spiritus dicit testimonium nostro spiritui, quod simus filii Dei: Rom 8. v. 16. Estq; hic spiritus res diuersa à naturali ratione & voluntate hominis: Est enim quiddã cęleste, nõ ex cõditione, sed ex reparatione per spiritum sanctum. Caro in sacris literis non tantum significat corpus, neq; tantum carnales & inferiores adfectus, ut ἐπιθυμία; sed potius totum hominem, corpus & animam, cũ omnibus potentiis, viribus & adfectibus: videlicet τὸ ἡγεμονικόν, λόγον καὶ ὄρεσιν, Id est, rationem, & voluntatem, cor, omnes appetitiones, & quidquid ab homine potest proficisci: Omnem sapientiam, cõsilia, doctrinam, conatus, studia, iustitiam, veritatem, honestos mores, moderationem adfectuũ, labores, & quicquid exsistit in homine, & ab eo proficisci potest: dum nondum est renatus per spiritum sanctum, hoc totum nominatur Caro id est, res caduca, expers vitę & iustitię, aliena à spiritu Dei.

Cum enim Paulus dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum: Gal. 5. v. 17. simul etiam mentis errores & dubitationum chaos damnat. Item: Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus. 1. Cor. 2. v. 14. Hic describit hominem carnalem. Cum ergo Paulus dicit legem esse spiritualem, docet esse multo sublimiorem sapientiam, quam ut possit ab homine carnali intelligi: & multo sanctiorem flagitare obedientiam, quam caro queat præstare. Legis sapientia flagitat talem obedientiam ab homine, ut cor & anima hominis cum omnibus viribus congruant cum iudicio & voluntate Dei, & careat homo omnibus dubitationibus & prauis cupiditatibus, ut adfectus hominis tam sint puri & sancti quam sunt angelorum Lex dicit: si quis adspexerit mulierem ad concupiscendum eam, mechatus est in corde suo Matth. 5. v. 29 si quis dixerit racha, reus est mortis. Ibid. v. 23. Item: reddendam esse rationem de omni verbo inutiliter prolato. Cap. 12. v. 38 Nullum tota posse de leri. Cap. 5. v. 19. Lex decernit æternas & spirituales pœnas in tertiam & quartã generationem. Imo propter peccatũ Adę, & quidẽ propter esum pomi, totum genus humanum sit obno-

xiũ condemnationi. Qui in uno offenderit, illum esse omnium factum reum. Iacob. 2. v. 10. Est igitur sublimis admodum & vere spiritualis doctrina legis, quę non potest nisi spiritu docente addisci, neq; nisi ipso iuuante præstari. Quis hominum iudicaret hominem propter leuissimam cupiditatem, ut avaritiam, vel liuorem mox æternum ignem esse meritum: & cœlum & terram potius transitura, quam illud decretum. Non igitur de lege est cogitandum secundum politicam sapientiam: sed ex dictis scripturę lumina est doctrina: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & toto anima & totis viribus tuis: Et proximum sicut te ipsum. Matth. 22. v. 37. Deinde appendix sequitur: Maledictus omnis qui non permanet in omnibus, quę scripta sunt in libro legis huius ut faciat ea. Deut. 27. v. 26. In hoc dicto refutantur Pelagiani & Monachi, qui contendunt lege tantum externam disciplinam flagitari. Expresse enim Paulus docet, internam & perfectam & quidem spiritualem flagitari obedientiam. Item: hic refutantur Cinglius & alii, qui fingunt Ethnicos habuisse veras virtutes. Certum est enim Ethnicos caruisse spiritu sancto. Ergo legis spiritualem obedientiam nequaquam præstare potuerunt. Lex cur dicitur spiritualis.

I. Lex spiritualis dicitur: quia a spiritu sancto lata est.

- II. Non potest nisi à spiritu intelligi & præstari.
- III. Flagitat spiritualem & cęlestem obedientiam.
- IIII. Promittit spiritualia bona.
- V. Minatur inobediensibus non tantum corporalia, sed etiam spiritualia supplicia.

Ego autem sum carnalis, Venditus sub peccatum.

- 15. Quod enim operor: non probo. Non enim quod volo hoc facio, sed quod odi, hoc facio.
- 16. Si autem quod nolo, hoc facio: consentio legi quod bona est.
- 17. Nunc autem non amplius ego operor istud, sed habitans in me peccatum.
- 18. Noui enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Velle enim adiacet mihi perficere autem bonum non inuenso.
- 19. Non enim quod volo, facio bonum: sed malum quod non volo, hoc facio.
- 20. Si autem quod non volo ego, hoc facio, non amplius ego hoc facio: sed habitans in me peccatum.

CONFERT nunc naturam humanam cum lege, & ostendit prius esse dissimilem & alienam. Hunc locum Origenes, Pelagius, Monachi, & infiniti alii corruerunt, dum finxerunt Paulum loqui de homine sub lege & sub peccato constitutũ: & in se transfigurasse peccatorem. Ac Augustinus multis locis fateri se aliquãdiu ita sensisse: sed manifestissimum est Paulum loqui de se ipso, & quidem de se renato & conuerso: Vult enim suo exemplo ostendere homini esse impossibile, ut impleat legis spiritualem obedientiam. Caro enim & sanguis nec intelligit nec præstare potest spiritualem legis obedientiam. sancti autem etsi per spiritum sanctum renati sint, tamen circumferunt adhuc carnem cum reliquiis peccatorũ: quę caro cum sit venundata sub peccato, nec possit deponi in hac vita, fatendum omnino est, nec sanctos in hac vita posse implere legem Dei, ac consequenter lege non posse iustificari. Quod Paulus loquatur de se ipso, manifestissimum est ex querela & gratiarum actione quã

Pelagiani Monachi.

Cinglius.

Lex cur dicitur spiritualis.

Origenes Pelagius Monachi. August. De quo loquatur Paulus.

Sub

subnequit. *Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratias ago Deo &c. v. 24.* Quod vero de conuerso & renato loquitur, perspicuum est ex textu, quia inquit: *Quod facio, non probo.* Item: *quod facio, odi.* Item: edit illustrem confessionem: *non habitat in carne mea bonum.* Item: *condelector legi Dei secundum interiorem hominem.* Hæc ab homine non renato non possunt vere dici.

Agit de se renato.

Vetus homo.

Vetus enim homo, qui totus est caro, non agnoscit suam immundiciem, non condelectatur legi: non improbat peccata quæ facit, sed potius approbat. Neque vult bonum homo non renatus, sed tantum malum. Violenta igitur huius insignis loci deprauatio est, quod aliqui fingunt, Paulum non de sua persona loqui: sed per figuram in se transfuisse peccatoris personam: Imo huc imprimis tendit Paulus ut suo exemplo demonstraret naturam humanam immundam & corruptam esse, ita ut nequeat etiam renata & Spiritu sancto donata spirituale legis obedientiam integre implere in hac vita. Ac describit hic lucidum interspiritum & carnem: quam Augustinus civile bellum in homine appellat. Siquidem nouus homo contra veterem præliatur. Galat. 5. v. 17. inquit, *Caro concupiscit aduersus spiritum.*

Civile bellum in homine.

Ita & hoc loco ostendit qualis sit pugna & quam acre certamen in piis ad Deum conuersis. Singula igitur verba diligenter obseruentur.

Totus homo corruptus.

Non enim quod volo, scilicet iuxta Spiritum & nouum hominem renatum ex Deo, *hoc facio*, scilicet carne reliqua in corpore & anima. *Sed quod odi*, Sci. Spiritu: *hoc facio*, nempe carne. Peccatum & impuros Spiritus odi Spiritu: & tamen carne committo peccatum & impuros adfectus.

Si autem quod non volo: scilicet Spiritu & nouo homine, qui odit peccatum, *hoc facio*, carne nimirum: *consentio legi*, scilicet secundum interiorem hominem quod Lex bona sit.

Cum dicit *in se*, hoc est, in carne sua non habitare bonum, testatur totam hominis substantiam, animam, cor, & totum corpus, plane esse infecta, corrupta, & impura: Et nullam partem in homine reliquam esse, quæ non sit labefactata & contraminata peccato.

Naturalia non manserunt integra.

Turpiter igitur errant qui imaginantur tantum accidentia esse corrupta, & naturalia mansisse integra, ut scholastici delirant: Imo ipsa tota substantia hominis corrupta est adeo, ut prorsus nihil boni habitet in carne nostra.

Velle, inquit, *adiacet mihi*: hoc est, secundum Spiritum nihil magis optarim, quam ut liceret mihi esse sine peccato, sine dubitatione, sine impatientia, sine ira, sine omni prauo adfectu: sed hæc perfectionem in hac vita assequi non possum.

Si, inquit, *quod non volo*: scilicet secundum interiorem hominem hoc facio carne: *non amplius ego*, scilicet Paulus renatus, *hoc facio*, sed *in me habitans peccatum*. Hoc est, naturæ meæ prauitas: Peccatum dicit habitare in carne.

Illyricus. Peccatum non est substantia.

Non igitur ipsa substantia carnis vel animæ est peccatum ut Illyricus per errorem contendit: sed peccatum est in carne & anima: substantia quidem corporis & animæ condita est a Deo: Peccatum vero accessit & inuectum est à Satana, & corruptit, infecit, deformauit totam hominis substantiam, corpus & animam, sed non est ipsa substantia. Insolubile est hoc argumentum.

Deus nullo modo est author peccati. Deus est author totius substantiæ hominis, etiam in hac corrupta natura.

Ergo substantia hominis non est ipsum peccatum seu malum Originis.

Hoc fundamentum nulla sophistica eludi potest: Itaque adolecentes caueant sibi ab errore Illyrici de substantiali peccato.

21. *Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quod mihi malum adiacet.*

22. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.*

OSTENDERE conatur Paulus maliciam hærentem in natura, ut obtineat hominem non posse implere legem Dei: Est enim hæc arcana sapientia quæ de celo manifestatur, quod natura hominum, adeo corrupta sit, ut non possit integram legis obedientiam implere. Legem hic κατὰ χεῖρας appellat ipsum malum Originis, eo quod tyrannidem & imperium in nos exercet, præscribendo peccata, & impellendo nos ad peccatum.

Peccatum Originis Paulo dicitur Lex.

Inuenio, inquit, *eiusmodi legem*: ut licet velim ego bonum & cupiam Deo perfecte obedire, tamen non possum id præstare, eo quod malum mihi adiacet: hoc est, quia tota mea natura corrupta est: & hoc vicium atque hæc pestis & lepra adeo insidet ipsis medullis, imo animæ ut in hac vita penitus euelli non possit.

Rursus hic notabunt adolecentes, quod Paulus loquens de vicio Originis, dicit *malum mihi adiacet*. Peccatum ergo Originis non est ipsa hominis substantia, neque anima, neque cor ut Illyricus falso contendit: sed est accidens & aduentitium malum hærens in substantia, & quod totam corruptit substantiam, & quod impedit nos ut legem implere nequeamus.

Peccatum Originis est accidens.

Atque hoc pestiferum malum, non tantum adiacet hominibus impiis, sed etiam piis, & ad Deum per Spiritum sanctum conuersis.

Condelector, inquit, *legi Dei, secundum interiorem hominem*: hoc est, non tantum adprobo legis sapientiam & iustitiam, sed etiam sentio in me accendi motus à Spiritu sancto, conformes legi: ita ut cupiam ex animo per spiritum sanctum diligere Deum ex toto corde & anima, *secundum interiorem hominem*: Interior homo non est tantum ratio, vel anima, sicuti Originis delirat: sed est noua illa mens illustrata à spiritu sancto, & noua voluntas conuersa ad Deum, & nouum cor transformatum à spiritu s. hic est, interior & spiritualis homo, qui renouatur ad imaginem Dei, in iustitia & sanctitate vera: ac cuperet hic spiritus & interior homo obedire Deo, ex toto corde: sed obstat ei vetus homo, qui subinde impuros carnis adfectus & ductat. Ideo conqueritur.

Interior homo. Originis.

23. *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me legi peccati, quæ existit in membris meis.*

Hic valde atrocibus verbis describit Paulus & magnam vim peccati in natura hærentis, & difficultatem luctationis, quæ est inter spiritum & carnem *Legem in membris militantem, & legem peccati*, nominat ipsam concupiscentiam & totam corruptionem carnis, & in omnibus membris viciositatem, ac viriū ἀρετῆς. Hanc prauitatem nominat legem, quia potter imperat homini, nec potest homo hoc onus excutere. Ut in mente hærent reliquæ dubitationum, caliginis, unde tristissimæ cogitationes de Deo oriuntur vel inuitis nobis. Nostra ingenia prona sunt ad errores & fanaticas opiniones, abhorremus à præscripto Dei verbo. Talis malitia residet adhuc in mente, nec potest ea deponi. Ita voluntas & cor retinent multum sordium & impurarum flammularum. Cor facile æstuat liuore, superbia, auaritia, amore illicito, cupiditate vindictæ, dolore repulsæ, a mulatione, iracundia & omnis generis cupiditatibus, etiam cum homo renatus est.

Lex militans carne. Lex peccati.

Agnoscit igitur & deplorat Paulus hæc suæ naturæ miseriam. Ac diligenter expendi debent verba ple-

ba plena ponderis, quod dicit, *Legem militantem & captiuam*. His enim indicat Apostolus non tantum esse leues titillationes, sed vehemētes plane adfectus, qui hostiliter & furiose ipsam Dei legem & piam voluntatem hominis impugnet. Necessē est igitur horribiliter corruptam esse naturam nostram: Siquidem facta est hostis Dei militans contra legem Dei.

Deinde excitare nos debet hæc militaris Metaphora, vt alacriter cum auxilio Spiritus assidua & ardente inuocatione his hostibus Dei resistamus. Quod fatetur se *captiuari*, non ita accipiendum est, quasi Paulus renatus a peccato superetur: sed ex parte id est intelligendum. Nam caro Pauli, ita adhuc captiua tenetur lege peccati, vt non possit plene exuere peccatum & mortem, & vestiri integræ legis diuinæ obedientia. Alioquin quod ad Spiritum atinet, Paulus est liber per Christum, & peccati victor.

Captiua-
tur carne
tantum.

Spiritu
est liber.

Lex nõ iu-
stificat.

Validissimum autem hic contextitur Argumentum, Quod Lex nequaquam conferat homini vel iustitiã vel vitam. Cum enim Lex sit spiritualis, id est, spiritualem cœlestem & perfectam obedientiam flagitet, homo autem adeo sit carnalis & venundatus sub peccatum, vt licet sit renatus per Spiritum sanctum, & condelectetur legi Dei secundum interioram hominem tamen adhuc sentiat in sese, & in omnibus facultatibus motus, cogitationes, voluntates, adfectus, & concupiscentias æstantes & rebellantes aduersus Regem Dei, & quæ captiuum teneant hominem, fieri certe nullo modo potest, vt talis homo, in quo huiusmodi viget ciuile bellum, & in quo tam potens est malitia & vis peccati, præstet integram, spirituales, & omnibus numeris absolutam obedientiam. Per legem itaq; non venit iustitia: nec ideo Lex iara est, vt nobis vitam & iustitiam adferat; sed potius vt Lex reuelet peccatum, & faciat supra modum peccans peccatum. Hæc diligentissime vrget, & fortissime munit Paulus, quia in hac controuersia de gratuita iustificatione non est difficilior quæstio, quam de vsu & efficacia legis diuinæ.

Peccata
manent
in sanctis.

Testimonium quoq; hic consideretur, quod peccata & prauis adfectus hostiliter repugnētes Deo, manent in sanctis. Loquitur enim Paulus de sese conuerso, & per spiritum renato: Siquidem adfirmat se delectari legi Dei, secundum interiorem hominem: quod de homine constituto sub lege, & nondum conuerso dici nequit.

Gemitus
piorum.

Paulum de
se conuer-
sologui.

24. *Miser ego homo quis me liberabit ex corpore mortis huius?*

ED: TA Confessione de vitiosa sua natura & inhaerentibus peccati reliquiis, vt suo exemplo doceat legem ab homine non posse impleri: adiungit querelam & gemitum, quo expetit vt ab hac misera & peccati mole onerata natura aliquando liberetur, vt totus liber a peccato, Deo vera & integra iustitia possit feruere. Estq; hic proposita imago piorum adfectuum & gemituum in omnibus sanctis gementibus assidue, vt liceat ipsis deponere sordes peccati. Corpus mortis nominat carnem peccato, tanquam lepra, infectam, quæ miseria ipsissima mors est. Et hic totus locus ostendit, quod Paulus de se conuerso loquatur. Huiusmodi enim adfectus non a carne, sed a Spiritu proficiscitur.

Loci do-
ctrinæ cap.
septimi.

25. *Gratias ago Deo, per Iesum Christum Dominum nostrum.*

CONSOLATIONEM subiungit, cum vt se erigat, tum vt doceat per quem liberemur a peccato: qualis autē sit liberatio quæ per Christum fit, supra est dictum. In hac postrema parte huius septimi captis, hi insignes articuli doctrinæ diligenter expendi debent.

- I. Quod Lex requirat interiorem & exteriorem, Spiritualem & perfectam obedientiam.
- II. Quod nobis etiam renatus impossibile sit legem Dei implere in hac vita,

III. Quod hominum natura corrupta, & peccato sit captiua.

III. Quod nullum sit liberum arbitrium in rebus spiritualibus.

V. De assidua lucta inter Spiritum & carnem in sanctis.

VI. Quod manent in sanctis peccata.

VII. Quod peccatum non sit substantia.

Idem ergo ego mente quidem seruius legi Dei, carne autem legi peccati.

REPETIT superiorem sententiam de lucta inter Mens Paternouum & veterem hominem. Mentem autem intelligit renouatam per Spiritum S. Quod vero dicit se carne seruire legi peccati, non de regnante peccato, sed de reliquis corruptæ naturæ intelligendum est. Caro seruit legi peccati, id est, rapitur prauis adfectibus, sed Paulus Spiritu eis dominatur.

CAPVT VIII.

1. *Nulla igitur nunc est condemnatio his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum Spiritum.*

TOTVM octauum caput est consolatorium: Estq; Epilogus quemadmodum Epilogus doctrinæ hætenus traditæ de gratuita iustificatione hominis coram Deo: qui de iustificatione. plenus est ardentissimis adlectibus, & vberissimis conuolationibus. Duæ autem sunt huius capitis partes: In prima multis argumentis demonstrat, hominem fide iustificatum vere placere Deo, & esse hæc vitam æternam, etiam si non prius immutis sit ab omni peccato: Cum enim in septimo capite docuisset, integræ obedientiam flagitari a lege, & adeo deprauatam esse nostram naturam, vt licet sumus donati Spiritu sancto, & regenerati, tamen nequeamus esse sine peccato: Imo manere in nobis repugnantiam aduersus Dei legem. Videt hinc in omnium sanctorum cordibus mox oriri dubitationem: Quomodo igitur possumus Deo placere, si peccata habemus? si militamus aduersus legem? Manet enim iudicium legis in omni æternitate: Peccato pollutam creaturam displicere Deo. Disputat ergo pii: Qui fieri possit, vt placeant Deo, cum habeant peccata? Opponit igitur Paulus huic tationi aliquot Argumenta, quibus ostendit, in Christum credentes vere placere Deo, & a damnatione exemptos esse. In altera parte occurrit alteri obiectioni rationis, quæ fidem vehementer exerceat, videlicet quod non solum impii, verum etiam credentes multis premantur miseris. Quærit ergo ratio, quomodo possit quis coram Deo esse iustus, & ei placere ad vitam æternam, cum licet credat, tamen tam duris miseris in hac vita exerceatur. Multa ergo huic quoq; tationi de scâdalo crucis opponit argumenta Paulus. Ac primum quæ consolatio sit peccati reliquiis opponenda, diligenter aduertendum est. Hipocritæ huc tationi alio modo occurrere conati sunt. Pharisæi finxerunt hominem posse integram implere legem. Pelagius eodem modo finxit homines, si velint, posse sine peccato esse. Monachi quoq; docuerunt, hominem posse integram legis impletionem præstare. Hos tetros errores commentum sunt, vt cōscientiam trepidantem ob immundiciem pacarent. Sed vt vulnus nõ curatur cum tegitur vel dissimulatur: Ita conscientia angores non auferunt cum sordes negantur, & iudicium Dei cōemnitur. Rectius ergo Paulus consult. Is primum docet ac fatetur in se atq; omnibus conuersis & per Spiritum Dei renatis, esse & manere multa & magna peccata. Nõ enim tantum sancti timent Deum, quantum lege tenentur: non tam ardēter inuocant Deum, atq; debebant. Sæpe obrepit animo securitas vel admiratio, propriæ sapientiæ, vel impatientia in cruce: abhorret a periculis cōfessionis: Sæpe oriuntur in animo prauis adfectus, liuor, cupiditas gloriæ, illicitæ flamma, amulatio,

Mens Pat-
lo quid.

Partes cap.

2. Primæ pat-
tis summa.

secundæ
partis sum-
ma.

Pharisæi.

Pelagius.

Monachi.

uo,

vio, iracundia, & similes impuri adfectus: qui etsi displicent renatis, tamen ex corde & anima euellere eos nequeunt. Necesse est igitur nos fateri, nos nondum implere legem Dei: necesse est nos quotidie ad Deum suspirare & petere: *dimitte nobis debita nostra*: Matth. 6. v. 12. &c. Quia vero hinc in omnium sanctorum peccatoribus nascitur valde triste certamen vt secum dispudent, quomodo placeo Deo, cum adhuc tam multum sordiu circumferant? Et quid prodest mihi quod Christus me reconciliauit patri, & deleuit priora peccata, cum iam redemptus & iustificatus non possim abstinere a peccato? Monstrat Paulus nobilissimam & efficacissimam consolationem: nimiru, quod etsi negari non possit manere in sanctis peccata; tamen eos vere placere Deo, manere iustos, & vniuersae condemnationi & maledictioni esse exemptos. Na Iesus Christus non tantum semel est noster. Pontifex & Mediator: sed perpetuo & in aeternum: & suorum meritoru umbraculo tegit adhae nostras sordes, & remittit nobis peccata. *Nulla, inquit, est condemnatio*, id est, non sumus rei mortis, neq; obnoxii maledictioni legis propter peccata, quae renati quotidie committimus: Na n vniuersa peccata Ecclesiae teguntur Christi iustitia, quae est nuptialis vestis Ecclesiae.

Certamen
piorum.

summum
solatium.

Immensa est hec consolatio, & omnibus regnis totius mundi longe anteposenda. Testatur enim hic Spiritus sanctus, nos ex toto regno Satanae ereptos, & immunes esse ab omni condemnatione, licet carnis infirmitates exuere nequeamus. Idem docuit Paulus in dictis: *Non estis sub lege, sed sub gratia*: Rom. 6. v. 14. hoc est, Lex amplius nequit nos condemnare. Item: *iustificati si estis, pacem habemus apud Deum*. Cap. 5. v. 1.

His qui sunt in Christo Iesu.

Id est, qui vera fide Christo sunt inserti: qui promissionem Euangelii de remissione peccatorum amplectuntur vera fide, atq; ita fiunt membra Iesu Christi, hi sunt exempti condemnationi.

Qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulant.

NECESSARIA plane adpendix, qua discrimen statuitur inter eos qui hypocrisis simulant fidem & tamen carnis cupiditatibus laxant frena: & eos qui carnis impuros adfectus Spiritu comprimunt, licet eos penitus extinguere & radicitus euellere nequeunt. Non enim illis promittit Paulus liberationem a condemnatione, qui contra conscientiam viuunt: Sed potius mortem denunciat: *Si secundum carnem vixeritis, moriemini*. Rom. 8. v. 13. *Qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt*. Gal. 5. v. 21. Discrimen igitur est inter peccatum regnans & non regnans seu condonatum. Inter ruentes contra conscientiam, & inter eos qui sentiunt infirmitates carnis. Paulus non fuit contra conscientiam, & tamen sentit legem membrorum repugnantem legi mentis suae. *Ioseph* sentit illicitas flammis, sed his resistit. Hi secundum Spiritum, non secundum carnem viuunt. Spiritus enim in ipsis dominatur.

Vere pii
sunt a con-
demnatio-
neliberi.
Peccatum
regnans &
veniale.

2. *Na Lex Spiritus vitae in Christo Iesu liberauit me a Lege peccati & mortis.*

Primum Argumentum a causa efficiente sumptum: quod est huiusmodi.

Quicumq; per legem Spiritus vitae in Christo Iesu liberati sunt a lege peccati & mortis, hi exempti sunt ex omni condemnatione.

Ego sum liberatus a lege peccati & mortis.

Ergo nulla condemnatione premor.

VT supra seipsum posuit exemplum renati, in quo hæreat peccatum: Ita nunc sese ponit exemplum liberati a condemnatione.

Legem Spiritus vitae alii exponunt de viuificatione: Lex prius quida alii de ipso Spiritu sancto. Simplicissima erit sententia: si dicamus legem Spiritus vitae nominari a Paulo ipsam doctrinam Euangelii, per quam datur Spiritus & vita. Hæc enim doctrina seu promissio liberat nos in Christo Iesu, a lege peccati & mortis: id est, a condemnatione & maledictione. Vt enim *Lex Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c.* Matth. 22. v. 37. *Et maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quae scripta sunt in libro legis huius*: Deut. 27. v. 26. nos astringit condemnationi: Ita vicissim promissio Euangelii de gratuita remissione peccatorum propter meritum Iesu Christi, ab hac condensatione nos solutos esse pronunciat. Nominat autem Paulus hanc promissionem Euangelii legem, consuetudine Prophetarum, quae generatim legem nominat doctrinam: Aut certe vt authoritati legis opponeret nouam quandam legem eiusdem authoritatis.

Lex prius
quida

Euangelium
cur legem
vocet.

Ad distinctionem vero adpellat legem Spiritus vitae: vt ostendat se de promissione loqui. Nam Lex non adfert Spiritum viuificantem, sed potius literam occidentem. Per promissionem vero Euangelii simul cum remissione peccatoru datur & Spiritus sanctus, qui nos viuificat *Legem peccati* Paulus adpellat ius & potestatem condemnandi. Est igitur in hoc Argumento repetita doctrina superius tradita, de gratuita iustificatione & acceptatione hominis coram Deo.

Lex peccati.

3. *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus mittens filium suum in similitudine carnis peccati, hostia pro peccato damnavit peccatum in carne.*

4. *Vt vis legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum Spiritum ambulamus.*

Secundum Argumentum sumptum ab impulsiva causa nostrae redemptionis

Cu diuina Lex est impleta, & iustitiae Dei satisfactum, non potest amplius ab homine flagitari. Sed ideo misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt quod in nobis praestari non poterat, ipse nostro loco efficeret, & legis iustitiam impleteret.

Ergo nihil amplius a nobis flagitari potest, siquidem in Christo integram legis impletionem possidemus.

EST hoc admodum insigne argumentum, in quo docet Paulus, quomodo facta sit nostra redemptio: quomodo quod videlicet aeternus pater non remiserit peccata sine compensatione: sed quod oportuerit immoderate regulæ diuinae satisfieri, quae oportuerit aliquæ & pena pro genere humano subire, & integra obedientia Legis sapientia & iustitia stabilire. Ac testatur id factu esse per Dominum nostrum Iesum Christum. Nobis enim id erat impossibile vt scilicet totam Dei iram peccatis hominum accensam sustineremus & sedaremus, & sufficientem penam lueremus, vt omnibus numeris absoluta & solida obedientia rigori legis & Dei voluntati responderemus. Misit ergo Deus filium suum in carnem & constituit eum hostiam pro peccato, vt nostram subiret vicem, & pro nobis lueret penam debitam pro peccato, & vniuersam legis iustitiam ita impleteret, vt nobis posset imputari. Hæc er-

redemptio
quomodo
facta.

Integram Legis obedientiam habemus in Christo.

go cum præstiterit filius Mediator: Totam enim Dei iram in se deriuauit, & omnibus numeris absolutam obedientiam præstitit: consequitur nos plane exemptos esse condemnationi legis. In Christo enim habemus integram legis obedientiam. Quicquid enim præstitit Christus, hoc totum nobis imputatur, & diuina auctoritate nobis adscribitur.

Immensa consolatio proponitur anxiiis conscientii in hoc Argumēto. Expresse enim hic testatur Spiritus sanctus, vniuersam pœnam omnium hominum peccatis debitam, esse persolutam: testatur integram legis obedientiam à Christo esse præstitam: testatur nobis imputari totum Christi meritum, idq; tam amplū esse, vt Lex nihil amplius à nobis flagitare queat. Multa etiam doctrinæ capita hic explicantur.

Legem homo implere non potest.

Pelagiani. Monachi.

Hieron.

Christus æternus & verus Deus.

Christus verus homo.

Christus victima pro omnibus peccatis mundi.

Imputatam iustitiam confirmat.

Oslander.

J. Attendat lector adseri à Paulo, quod impossibile sit homini legem Dei implere, nec sane opus fuisset mitti filium Dei de cælo, si viribus humanis effici potuisset, quod à lege flagitatur. Refutat ergo hic Paulus errorem Pelagianorum & Monachorum, qui contendunt, Deum ab homine diligi posse super omnia: hominem si velit, posse sine peccato viuere: legem Dei non solum esse possibilem, sed & facilem. Explodatur igitur Hieronymi dictum, quod contrarium est verbis Paulinis: Si quis dicit Deum præcepisse impossibilia, sit anathema. Imo iuxta Pauli hanc sententiam, Sit anathema, si quis dicit legem Dei homini esse possibilem. Deus quidem impossibilia nō præcepit, si consideres primam creationem & obligationem ante peccatum. Cum vero homo suo lapsu vires suas amisit, facta est Lex homini impossibilis.

II. Secundo expendatur testimonium de assumptione humane nature in Christo, aduersus Marcionis delirium & Arrii blasphemiam. Paulus enim docet, Filium Dei missum esse à Patre: Deus, inquit, misit proprium suum filium: Est ergo Christus æternus, & omnipotens Deus: Vtpote genitus ab æterno patre.

Deinde monet hunc filium adsumpsisse humanam carnem. Deus, inquit, misit filium in similitudinem carnis peccati: Non quod spectrum aut phantasma adsumpserit: Sed veram carnem nostræ carni similem, absq; peccato.

III. Tertio expedita est hoc loco insignibus verbis doctrina de sacrificio Messie. De peccato, inquit, damnauit peccatum, id est, Filius Dei factus victima pro peccato generis humani, totam Dei patris iram, & vniuersam legis maledictionem in se deriuauit: Atq; hac hostia damnauit peccatum, id est, sustulit legis maledictionē, placauit iram Dei, sanctificauit, ac Deo reconciliauit omnes in ipsum credentes, atq; ipsam vim peccati prorsus interemit, *παιδείας*: Phrasis est sumpta ex septuaginta Interpretibus & significat hostiam pro peccato, vt ex Ies. 53. v. 5. Leui. 5. v. 6. Cap. patet.

III. Quarto extat hoc loco illustre admodum testimonium, quo doctrina harum Ecclesiarum de imputatione iustitiæ confirmatur. Adseuerat Paulus per Mediatoris obedientiam ita satisfactum esse legi, vt integra iustitia, quam lex à nobis poscit, per Christum in nobis impleatur. Tam vero manifestum est renatos non præstare integram & perfectam obedientiam, qualis in lege describitur. Paulus enim supra de sese est factus, se esse venundatum sub peccatum, & nequaquam hoc facere, quod velit, sentire sese legem repugnantem & militantem contra legem mentis, Id est, sentire sese adfectus in corde, qui sese hostiliter opponunt Dei voluntati. Quo suo exemplo docet, omnium renatorum vitam, etiam cum habent Spiritus sancti primitias, procul tamē à legis impletione abesse: Necessè est igitur hæc de imputatione intelligi: quod videlicet ita merito & iustitia filii Mediatoris vestimur, vt propter ipsum in conspectu Dei habeamur pro iis, qui perfectam præstiterint legis obedientiam.

Execrandus itaq; est Oslander error, qui doctrinam de gratuita imputatione labefactare conatus est. Si-

mul autem sciendum est, Christum variis modis impleuisse Dei legem: Primum persolutione pœnæ: 2. præstando obedientiam. 3. perficiendo eam in nobis in futura vita.

legē impleuit Christus tribus modis.

5. Qui enim secundum carnem sunt, ea quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundum spiritum, ea quæ sunt spiritus.

6. Nam sensus carnis mors est. Sensus vero spiritus vita & pax.

7. Eo quod sensus carnis inimicitia est aduersus Deum: Nam legi Dei non subicitur. Nec enim potest.

8. Qui vero in carne sunt, Deo placere non possunt.

9. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu.

TERTIUM Argumentum, quo probat renatos seu credentes in filium non esse obnoxios maledictioni: licet adhuc sentiant carnis infirmitates: Sumptum ab effectibus regenerationis & veteris nature: Illustratum contrariorum collatione.

Argumentum est huiusmodi.

Sensus Spiritus, est vita & pax. Renati vtpote Spirituales, ea, quæ Spiritus sunt, sentiunt.

Ergo renati non premuntur maledictione, sed fruuntur vita & pace cum Deo.

ILLUSTRATVR demde hoc Argumentum insigni Antithesi non renatorum seu carnalium: in qua Caro quid collatione describitur qualis sit natura ante regenerationem, & sine spiritu sancto. Hic rursus obseruetur: quid Paulus vocet carnem, quid Spiritum Origenis enim & Hieronymi violentæ interpretationes prorsus eneruant hunc insignem Pauli locum. Caro ergo non significat, vt fingit Origenes, inferiores hominis adfectus, vt adpetitum libidinis, cibi, potus: sed potius totam veterem hominis naturam, & omnes eius vires, mentem, voluntatem, adfectus, & quidquid ab homine carnali potest proficisci: omnes cogitationes, consilia, doctrinam, cultus, obedientiam, conatus, studia, contentiones, omnes bonas, vt vocant, intentiones, omnem sapientiam, virtutem, & omnes actiones, quæ ab homine non renato possunt præstari. Hæc omnia Paulus Prophetica consuetudine nominat non renati carnem, Est enim totus homo, quo ad corpus & animam, nihil nisi natura vegeta, caduca, oppressa iudicio Dei, & destinata ad mortem & damnationem: iuxta illa dicta: Omnis caro fœnum, Ies. 40. v. 6. Item: Quicquid ex carne natum est, Caro est. Ioan 3. v. 6.

Paulo.

Origen. Hieron.

summa non renati sapientia est caro.

Spiritus autem non significat præstantiorem hominis facultatem, vt delirat Origenes, & multi cum eo: Sed significat primum ipsam spiritus sancti diuinam personam: Deinde nouum iustum hominem, qui reformatur in agnitionem Dei, videlicet nouam lucem, renatam voluntatem, novos motus & spiritum congruentem cum voluntate & sapientia Dei. v. 6. Quod natum est ex spiritu, est spiritus, Ioh. 3. v. 6. Ab vtriusq; ergo nūc effectu & carnis & spiritus argumentatur: ac demonstrat carnales non ambulantes in spiritu esse oppressos morte & damnatione: spirituales vero seu renatos & in Christum credentes, licet circumferant peccatorum sordes, tamen alienos esse à condemnatione, & frui vita.

Qui secundum carnem sunt ea, quæ carnis sunt sapiunt.

Carnalis homo.

sapiunt. Homines secundum carnem nominat Paulus, qui toti adhuc sunt carnales, & a poenitentia & spirituali regeneratione alieni. Hi, inquit, nihil nisi carnalia sapiunt: id est, tantum cogitant, & intelligunt, & curant carnalia, aliena a Spiritu Dei. Non intelligunt Dei iudicium de peccato, non intelligunt Dei consilium de redemptione generis humani, non norunt quis sit Deus, aut statuunt nihil esse Deum: aut fingunt terra numina, aut ruunt in desperationem. Omnes eorum cogitationes & consilia & voluntates tantum intuentur res terrenas & carnales. Ignorant beneficia Mediatoris, ignorant quomodo placetur ira Dei, quomodo tollatur mors & peccatum. Itaque manent in morte & desperatione, nec sentiunt vitam & consolationem: Unde attexit Paulus: *Sensus carnis est mors.* Id est, huiusmodi notitia, vel potius incitia carnalis absque Dei Spiritu nihil aliud quam ipsissimam mortem parit: Imo talis sensus nihil a morte differt.

Notitia carnalis mors est.

spiritualis homo.

Qui vero secundum Spiritum sunt, ea qua sunt Spiritus sentiunt. Homines secundum Spiritum nominat Paulus credentes in filium Dei, & militantes bonam militiam, retinentes fidem & bonam conscientiam: Qui etiam non careant omni labe peccati, tamen sunt accepti Deo propter Christum, & sunt Spiritus sancti templa. Hi, inquit, ea qua sunt Spiritus sentiunt: id est, habent novam in mente lucem, qua verum Deum in Spiritu recte agnoscant, qua intelligant Dei spirituale, aduersus peccatum, iudicium, & rursus intelligant Dei clementem voluntatem de redemptione generis humani per Mediatorem: intelligunt ex promissione Euangelij beneficia Mediatoris: deinde fide adprehendunt hanc consolationem Euangelij, & certo statuunt se placere Deo propter Christum, placatam esse Dei iram, sublatam legis maledictionem: deletum esse regnum mortis & Satanae, translatos se esse in regnum lucis, sciunt se donari Spiritu sancto, & constitutos se esse heredes aeternorum bonorum: intelligunt quo consilio Deus sinat adligi Ecclesiam in hac vita: tenent promissiones de compensatione laborum in vita aeterna: vident in omnibus rebus & difficultatibus Dei praesentiam, clementem voluntatem & auxilium. Ex quo necesse est sequi in corde laetitiam, tranquillitatem & vitam. Ideo inquit Paulus, *sensum Spiritus esse vitam & pacem* id est, talis intellectus promissionum drumarum, & uoluntatis ipsius: & fides adprehendens Christum cum toto regno suo, adfert vitam & pacem conscientiae: imo est ipsissimum vitae laetitiae aeternae initium. Cum ergo hi, qui sunt in Christo, distincti sint a carnalibus, & tentant quae sunt Spiritus: fieri non potest, ut amplius legis condemnatione premantur.

Notitia spiritus est vita.

Propterea quod sensus carnis inimicitia est aduersus Deum.

Quemadmodum Paulus indubiã conatur monstrare consolationem eis, qui Iesum Christum uera fide amplectuntur: Ita aliis respicientibus Christi beneficia, & vel alios querentibus Mediatorem, vel Epicureo furore ruentibus in scelera, omne in spem salutis & vitae praecidit: ut tanto vehementius omnes ad Christum pelliciat. Itaque in descriptione hominum carnalium seu veteris Adamicæ naturæ perfluit, eamque plane tragicis uerbis depingit, ita, ut uix ullus locus sit in tota scriptura, qui horribilius describat miseriam naturæ humanæ post lapsum Adæ, quam hic locus Pauli. Pondera itaque uerborum examinentur, & amplitudo doctrinæ expendatur. τὸ φρόνημα non significat adfectus, vel carnales appetitus: sed potius omnes sensus humanos, cogitationes, consilia, studia, doctrinam, rationem, voluntates & adfectus, qui ab homine proficiuntur.

Carnalis hominis grauißima descriptio.

sensus carnis quid.

Non dubium est quin Paulus respiciat ad dictum in Moïse: *Omne figmentum cogitationum cordis humani, est malum omni tempore.* Gen. 6. v. 5. c. 8. v. 23. Completur igitur uox φρόνημα τὸν λόγον καὶ ὄρμησιν

seu ἡγεμονιῶν, & omnes præstantissimas vires animæ. Ut, quod Pharisei, teste Paulo Rom. 10. Zelum habent, & conantur propriam stabilire iustitiã. Quod phariseus Luc. 18. conatur Deo gratias agere, & de sua innocentia gloriatur. Quod Paulus ante conversionem vixit irreprehensibilis in lege. Quod Scipio valet fortitudine: Plato sapientia: Aristides iustitia: Atticus modestia, etc. Hæc omnia nominat hic Paulus φρόνημα σαρκὸς, sensum carnis: sunt enim ab homine protecta absque Spiritu sancti illuminatione, & absque ueritate uerbi diuini. Quid uero potest nunc tristius dici, quid magis horrendum cogitari? quã quod Paulus adierit hanc carnalem hominum sapientiam, iustitiam, studia, voluntates, virtutes, esse inimicitiam aduersus Deum: hoc est, bellum gerere aduersus Dei sapientiam, iustitiam, & uoluntatem. Ex animo igitur deprecemur generis humani inutilissimas miseras. Similis accusatio generis humani est in 2. Psalmo, ubi Spiritus sanctus omnes ordines accutat, quod bellum gerant aduersus Dominum & Christum eius.

Carnalis sapientia iustitia inimicitia in Deum.

Immanissimum icellus inimicitia aduersus Deum.

Humana ratio quo sapientior et melior eo uehementius aduersatur Deo.

Utergo omnium operum præstantissimum est dilectio Dei iuxta legem: Ita omnium scelerum immanissimum est hostilis inimicitia aduersus Deum conditorem sapientissimum, & benefactorem liberalissimum: Hinc ergo iam discamus quam non solum uulnerata, sed plane mortua sit nostra natura in delictis: & quod penitus a Deo auerti sumus. Si quis historiam mundi aspiciat, & consideret non renatorum studia, opiniones & figmenta de Deo, adfectus erga ueram doctrinam Ecclesiæ, conatus erga regnum Christi, & fideles ministros Euangelij, & tremitus erga legem Dei, tum non obscure deprehendet, in hominis ingenio nihil præter Dei odium existere. Ac quo quis humanæ rationi sapientior & melior uideatur, eo furiosius aduersus Dei uoluntatem & uerbum tumultuatur. Laudatus est Diocletianus ob sapientiam & uirtutem: sed omnium furiosissime oppugnavit membra Iesu Christi. Loquitur autem hic Paulus de uniuersa hominum natura. Copiosa ergo & necessaria doctrina hic petenda est.

I. Quid si peccatum Originis, expressissime hic describitur: quod uidelicet non sit tantum carentia seu defectus ueræ Dei notitiæ, & rectitudinis in uoluntate: Verum etiam diuina contraria, caligo & error in mente iacens gloriam Dei: nec tantum auersio, sed & inimicitia hostilis aduersus Dei sapientiam & iustitiam: et in omnibus potentiis contumacia et ἀταξία. Conferantur igitur cum hoc dicto similia scripturæ loca: *Omne figmentum cogitationis, est malum ab ineunte aetate.* Gen. 8. v. 21. *Animalis homo non percipit ea qua sunt Spiritus,* etc. 1 Cor. 2. v. 14. *Cor hominis est prauum & inferutabile.* Iere. 17. v. 9. *Quicquid ex carne natum est, caro est.* Ioan. 3. v. 6.

Peccatum Originis est auersio a Deo et hostilis inimicitia.

II. Diserte hic refutatur et expioditur blasphemus error Pelagianorum & Synergistarum: qui fingunt consensum liberi arbitrii concurrere ad perficiendam hominis conversionem ad Deum. Quid enim fortius potest dici aduersus liberum arbitrium, quam sensum carnis, id est, facultates omnes animæ esse inimicitiam aduersus Deum? Tantum ergo abest, ut hominis uoluntas possit cooperari in conuersione, ut nihil ex se possit, nisi Deo obistere, et Spiritum oppugnare. Merum ergo patiens subiectum est uoluntas hominis cum conuertitur, et ex inimico Dei fit filius amicus.

Liberum arbitrium destruitur.

III. Tertio crassus error Monachorum de legis implementatione euertitur hoc testimonio. Paulus enim exponit hominem ita esse hostem Dei, ut sese opponat, non lubiiciat legi. Ergo fieri non potest ut homo legi satisfaciat.

Legem non posse impleri.

IV. Quarto Paulus etiam hic damnat errorem Monachorum de merito congrui. Fingunt enim Monachi hominem non reatum aliquid præstare posse, quod congruat legi, et quod de congruo mereatur gratiam: sed reatatur Paulus, et restatur hominis sensus non lubiici legi: Non tantum detrahit homini facultatem implendi

Meritum congrui negatur.

Facultas sub-
iiciendi se
legi nega-
tur.

Ethnicorū
virtutes di-
splicēt Deo.

Humana
sapientia
damnatur.

implendi legem, verum etiam subiiciendi se: id est, inchoandi obedientiam aliquam. Ergo necesse est nihil in homine existere, quod legi possit congruere: Sed vniuersa studia, opera, conatus hominis nihil nisi peccata esse pugnantia cum lege diuina.

Hinc etiam colligitur facta Ethnicorum, quantumuis splendida, tamen displicere Deo, quia non sunt legis obedientia: Vt iustitia Aristidis, castitas Scipionis, fortitudo Horatij, patientia Reguli, non sunt iustitia, nec placent Deo ad vitam æternam. Hinc conficitur omnes religiones & studia, orta ex sensu carnis absq; Spiritu, esse damnata a Deo.

Postremo grauissime hoc loco damnatur humana sapientia, tanquam hostis Dei. Quare cauendum ne ex ratione humana statuamus aliquid de Deo, de Euangelio, de Ecclesia.

Legi enim non subiicitur: non enim potest.

Explicat Paulus in qua se consistat hæc inimicitia, videlicet quia recuset obedientiam erga legem: Nam in ea voluntas Dei conspicitur Spiritualis: huic vero totus homo oblectatur. Est ergo hostis Dei. Omnium vero atrocissimum est, quod dicit, *non enim potest*: hic enim penitus aufert liberum arbitrium, & facit hominem seruum peccati, & mancipium Sathanæ. Diligenter ergo hic locus expendatur. Nam hic exprimitur significanter qualis sit hominum natura post lapsum. Docet etiam in quam tristi miseria versentur hi, qui non regenerantur Spiritu.

Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt.

In carne esse
se quid.

Carnis vni-
uersa dam-
natur iusti-
tia.

In carne esse dicuntur, qui nondum renati, tantum veterem & peccato pollutam carnem circumserunt, & sunt absq; fide & Spiritu: hi nequeunt Deo placere: quia non credunt in mediatorem, nec legi subiiciuntur: sed sunt hostes Dei. Hic grauissime condemnat Paulus vniuersam carnis iustitiam: & ostendit, quod sit discrimen renatorum & non renatorum.

Siquidem Spiritus Dei habitat in vobis.

Quartum Argumentum, quo probat renatos esse exemptos condemnationi, & plane liberatos a peccato & maledictione: etiam si nondum sint prorsus immunes a sordibus peccatorum: sumptum est autem a consequentibus reconciliationis seu iustificationis, in hunc modum.

Nemo donatur Spiritu sancto nisi sit Deo reconciliatus, & habeat remissionem peccatorum, & sit hæres vitæ æternæ.

Sed vos renati habetis spiritum Christi in vobis habitantem.

Ergo necesse est vos esse reconciliatos, & vere placere Deo, etiam si experiamini adfectus quosdam carnis qui per Mediatorem teguntur.

EST hoc Argumentum efficacissimum. Fieri enim non potest, ut is qui displicet Deo, & destinatus est morti, viuificetur per Spiritum sanctum & initia habeat vitæ æternæ. Quicumq; vero iustificatur, & a condemnatione liberatur, his simul promittitur Spiritus sanctus & vita æterna. Quia enim *filij sumus, effundit Deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater.* Gal. 4. v. 6. Cum ergo renati hoc pignore obsignentur, necesse est eos Deo placere, & non premi condemnatione. In hoc Argumento doctrina continetur de viuificatione: & in habitatione Spiritus sancti: Certo promisit Deus vniuersis credentibus Spiritus sancti donationem: *Quanto magis pater vester dabit spiritum sanctum petentibus:* Luc. 11. v. 13. Item:

spiritus s.
iustificati
onis comes
indiuiduus

Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus Ioh. 14. v. 23. Item: *Templum Dei estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis.* 1. Cor. 3. v. 16. Obseruandum est autem quod Paulus docet, non solum Spiritum sanctum, sed & Christum in piis habitare. Quemadmodum & Gal. 2. v. 20. Testatur: *Viuit autem in me Christus.* Recte ergo *Athanasius:* *In quocunq; est spiritus:* Athana. *in eo est per verbum.* Loquitur autem de filio Dei quem Ioannes nominat λόγος.

Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Semper Antithesin adiungit Paulus suæ argumentationi, ut ostendat has amplissimas consolationes non ad securos, sed ad pœnitentes & vera fide Mediatorem amplectentes pertinere. Spiritum Christi non habent, qui pertinaciter defendunt errores pugnantibus cum verbo Dei: Est enim Spiritus veritatis. Sic Spiritum Christi non habent, qui in lucta conscientiæ non credunt Euangelio, sed ruunt in desperationem: Est enim paracletus & Spiritus gratiæ: Spiritum sanctum non habent, qui se pollunt sceleribus contra conscientiam: His enim sceleribus excutitur fides, & contristatur atq; expellitur Spiritus sanctus. Carere autem Spiritu sancto omnium tristissima est calamitas. Non enim est Christi, hoc est, non habet partem in regno Christi, qui Spiritum eius non habet: Qui vero ad regnum Christi non pertinet, is est triste mancipium Sathanæ, a quo ad omnis generis flagitia impellitur, & tandem in barathrum mortis æternæ coniicitur.

Antithesis.

10. *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus autem vita propter iustitiam.*

Hæc aduersatiua plenissima est consolationis. Primum enim testatur nos per fidem non tantum reconciliari Deo, & impetrare remissionem peccatorum: verum etiam fieri habitacula ac templa totius diuinitatis. Adfirmat enim Christum cum Spiritu sancto in nobis habitare, non ut otiosos hospites, sed qui lucem, sapientiam, iustitiam, vitam, & lætitiā diuinam nobis communicant: hoc est, quod Christus inquit, *veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus.* Ioh. 14. v. 23. Et Paul. Gal. 2. v. 20. *Viuit autem non iam ego, sed viuit in me Christus.* Item: *An experimentum quaeritis Christi in me loquentis.* 2. Cor. 13. v. 3.

Credentes
tēpla sunt
Trinitatis.

Ac separanda est quidem hæc inhabitatio Christi in sanctis per fidem, a personali vnione duarum naturarum in Christo: Nec tamen imaginandum est, quod Christus tantum effectiue sit in nobis: sed Christus nō tantum Deus & homo vere adest piis, inhabitat corda sanctorum, & perfundit ea suo spiritu: Licet modum quo habitat in hæc fiant ratione comprehendere nequeamus. Quod sanctis sed vero dicit *corpus esse mortuum propter peccatum*, ostendit causam cur credentes & reconciliati sint obnoxij liter-

mortali corporali: Videlicet quia peccatum adhuc hæret in carne, quod per mortem oportet aboleri. *Corpus*, id est, carnalis natura est mortua, id est, mortificatur indies, & tandem abolebitur morte temporali, propter peccatum: Nam peccatum prima origo est mortis, & hic finis est mortis ut deleatur penitus peccatum hærens in carne, ut resurgat spiritualis homo immunis ab omni labe peccati. *Spiritus autem vita est:* Hoc est, spiritualis homo renatus per spiritum sanctum habet iam initia nouæ & æternæ vitæ, & resuscitabitur ad vitam æternam: Propter iustitiam scilicet imputatam per fidem in Christum. A deo igitur mors piis non obest, ut potius sit ipsorum lucrum, siquidem finem imponit peccato. Qui vero initia vitæ æternæ iam adeptus est, is certam spem habet se Deo reconciliatum, & certum heredem esse vitæ æternæ.

11. *Si autem Spiritus eius, qui Iesum susci-*

tauit

scilicet ex morte, habitat in vobis: us qui Iesum suscitavit ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem ipsius Spiritum in vobis.

Cum dixisset corpus mortuum esse propter peccatum, Spiritum autem vitam propter iustitiam: ne quis suspicaretur tantum animam fore vitæ participem, declarat & demonstrat etiam corpus, licet nunc adhuc sordidum & morti obnoxium, resuscitatum iri: Totus enim homo renatus, est templum Spiritus sancti. Exemplo etiam resuscitati Christi demonstrat nos non iri relictum in morte, sed resuscitandos esse. Resuscitatio vero ad vitam æternam est certissimum Argumentum factæ reconciliationis cum Deo, & nos omni damnationi exemptos esse. Nec vero vilius est illustrius argumentum cum divini in nos amoris, immensæ eius potentia, quam resuscitatio Christæ mortuis.

In hoc Argumento capita doctrinae expendenda sunt.

I. Illustre testimonium de tribus personis divinis. Apostolus enim Paulus discrete coniungit in procreatione salutis nostræ patrem æternum qui filium suscitavit a mortuis, filium Mediatorem qui resurrexit a mortuis, & Spiritum sanctum vivificantem.

II. Doctrina hic traditur de inhabitatione Dei in homine, & vivificatione per Spiritum sanctum. Nam filius Dei non tantum meruit & confert nobis remissionem peccatorum, verum etiam Spiritus sancti donationem, qui in nobis inchoat novam vitam, & iustitiam.

III. Præclarum testimonium de resurrectione Iesu Christi hic est observandum.

IV. Unde sit mors & omnis generis calamitates: videlicet ex peccato & propter peccatum. *Corpus*, inquit Paulus, *mortuum est propter peccatum*, minime ut aboleatur.

V. Quinto. Insigne hic ponitur testimonium de resurrectione mortuorum & vitæ æternæ: & quidē quod non solum anima futura sit vitæ particeps, verum etiam corpus atque caro nostra sit resurrectura. Inquit enim Paulus, *Deus vivificabit mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis*. Turpiter igitur errarunt *Origenista*, qui contenderunt corpora nostra non esse resurrectura ad vitam æternam.

12. *Ergo fratres debitorum sumus non carni, ut secundum carnem vivamus:*

13. *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: Si vero Spiritu actiones carnis mortificaveritis, vivetis.*

Quia valde illustrem occasionem nactus est vrgendi necessitatem bonorum operum, admonet primum lectorem, ut immensa beneficia per Mediatorem parata, & nobis collata in timore Dei & grata mente expendat, & omni studio an nitatur frenare impuram carnem, & Deo præstare obedientiam. Quid enim posset nobis a Deo maius conferri? Primum filius Dei morte sua liberauit nos a maledictione legis, ira Dei, peccato, morte, & potestate Satanae. Deinde ipse Deus sese nobis arctissime coniungit, effuso in nos spiritu suo sancto: ac facit nos templum Spiritus sancti & confortes diuinæ naturæ: Ita ut Spiritus sanctus in nobis lucem, iustitiam, & vitam accendat. Adhuc promittit & attrahone spiritu ob signat, quod nos resuscitaturus sit una cum corporibus ad æternam & cœlestem beatitudinem. Quæ omnia cum æternus Deus ex immensa bonitate præter omne meritum nostrum in nos propter & per filium conferat, & necessarium & equissimum est, ut vicissim gratitudinem nostram patri æterno declaremus, & summo studio caueamus, ne Spi-

ritum sanctum in nobis habitantem contristemus: aut impura vita expellamus.

Utque non tantum amplitudine beneficiorum Christi nos inuitet & alliciat ad obedientiæ promptitudinem: Sed etiam pœnarum comminatione a sceleribus vastantibus conscientiam deterreat, discrete denunciât iram Dei & mortem æternam omnibus, qui carnis adfectibus indulgent, & peccatis contra conscientiam sese contaminant.

Secundum carnem vivere, est impuris adfectibus carnis frena laxare: ludere fanaticis opinionibus, indulgere dubitationi vel securitati: ferri odio, timore, non cohibere flammam libidinum, sed fornicari, machari, fraudes exercere, malis artibus itudere, & sese mundo conformare. Quisquis hoc fecerit, inquit, morte morietur. Nam talibus moribus testaturum facit se omni fide carere, & non duci Spiritu Dei. Necessarium est igitur studium novæ obedientiæ in reconciliatis & iustificatis. Sic & Christus inquit: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut glorificetur pater vester qui in cœlis est.* Matth. 5. v. 17.

Quod vero dicit: *Si actiones carnis mortificaveritis*. Non sic accipiendum est, ac si studio bonorum operum mereretur vitam æternam, aut vita æterna daretur pro bonis nostris operibus, nequaquam: nam sola obedientia & mors Iesu Christi meruit nobis vitam æternam: & sola fide adprehendimus & nobis applicamus hoc filij Dei beneficium: nec nostris operibus vel debetur vel redditur vita æterna: sed quia hi qui carnis actiones Spiritu mortificant, hoc ipso testantur se fide non ficta credere in Mediatorem. Nam mortificatio carnis sine Spiritu sancto fieri nequit: Spiritus sanctus vero sine fide nequit haberi: Consequens est igitur ut vivat: quia per fidem Christo iam est insertus. Ita ab effectibus fidei colligit victurum pie viventem, non autem dicit opera bona vel esse causam vel meritum, vel applicationis organon. Alia enim hæc est questio.

Perperam etiam illi, & loco Pauli vim faciunt, qui in articulo iustificationis adstruere nituntur. Si, inquit, vero actiones carnis mortificant, vivunt, bona opera certe necessario præsentia esse debent in iustificatione: Sed male colligunt isti dispuratores. Nam Paulus in hoc dicto non tradit doctrinam de iustificatione, quæ supra Cap. 3. & 4. luculenter exposuit: sed tractat hic doctrinam de bonis operibus, quod doctrinae caput prorsus distinguendum est ab illo prioro. Ac sane non Evangelij, sed legis vox est: *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.* Certum est enim talem destitui salu-

Legis vox

ficata fide. Cum vero dicitur: *si actiones carnis mortificaveritis, vivetis*: promittit quidem bene operantibus vitam æternam, ut in universa sacra scriptura passim facit, ut in illis dictis: *Beati pauperes Spiritu: Beati mundi corde: Beati mites: Beati pacifici: Matth. 5. v. 31. Beatus vir qui temet Dominum: Psal. 112. v. 1.* Sed aliud est vitam promittere: aliud causam docere, cur vita æterna promittatur & donetur: aliud medium monstrare quo vita æterna adprehenditur. Obedientia & mors Iesu Christi sola est causa propter quam vita æterna donatur credentibus. Sola fides est medium quo adprehenditur remissio peccatorum & vita æterna: Recte tamē dicitur bene operantibus, & adfectibus carnis mortificantibus dari vitam æternam: Nam ex effectu colligitur causa. Nemo enim mortificat carnem, nemo bona facit opera, nisi qui renatus est ex Spiritu Dei, & in quo lucet vera fides in Mediatore Iesum Christum: *Quid enim non sit ex fide, peccatum est.* Rom. 14. v. 23.

Ipsa ergo promissio vitæ æternæ ad frenandam carnem, & præstanda bona opera inuitare nos debet: sed simul nos statuere oportet, quod Deus & vitam æternam, & omnia bona nobis largiatur absque omni nostro merito ex mera sua benignitate, propter filium Mediatorem.

Corpora resuscitata iri.

Resuscitatio ad vitam æternam reconciliationis argumentum.

Trinitatis testimonium.

Origenes.

Bonorum operum necessitas.

Beneficia Dei.

Secundum carnem vivere.

Bona opera.

Bona opera.

Legis vox.

14. *Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.*

15. *Non enim accepistis Spiritum servitutis ad timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater.*

Quintum Argumentum quo probat per Christum redemptos, & per Spiritum renatos, non esse deunctos, maledictioni, licet circumferant adhuc quasdam sordes peccati, sed Deo ad vitam æternam placere. Summum a connexis. Argumentum est huiusmodi.

Filius nec odio premitur, nec perpetua damnatione abiicitur, sed vere diligitur, & hæres omnium bonorum constituitur.

Vos renati estis filij Dei.

Ergo vere vos diligit Deus, & estis in gratia, atque æternæ vitæ hæredes.

Videt Paulus quam difficulter mens nostra a conspectu ire diuinæ abduci possit, cum suas perpendit infirmitates & Dei iudicium. Quo enim quis magis proficit in Dei agnitione: hoc propius aspicit suam deformitatem, & grauius æstimat Dei iudicium aduersus peccatum. Ut igitur eximat nobis metum iræ diuinæ, dulcissimam ostendit consolationem, videlicet nos esse iam filios Dei effectos: quibus Deus nec possit, nec velit irasci, & qui sint hæredes æternorum bonorum. Nullius autem vel hominis vel Angeli eloquentia hæc dignitas potest exponi, quæ nobis effertur cum filij Dei nuncupamur.

Credentes filij sunt Dei.

Hæredes igitur sunt Regni Dei.

Christi fratres.

Participes naturæ diuinæ.

Habent accessum ad Deum.

Domini cæli & terræ.

Non ergo condemnantur.

Spiritus seruitutis quid.

Nam ex eo sequitur nos in libertatem profus esse vindictos, esse ereptos e regno peccati, mortis & Satanæ, & vere cum Deo reconciliatos esse, & ardentissimo amore nos a Deo diligi.

Deinde monet hæc appellatio nos esse Christi non solum socios, sed coniunctissimos fratres, ad eandem cum ipso lætitiæ vocatos.

Hinc efficitur esse nos participes diuinæ naturæ, & quod Spiritus sanctus in nobis habitet.

Liberrimum nobis patere accessum ad Deum patrem.

Sequitur hinc nos esse Dominos & hæredes omnium creaturarum cæli & terræ. Cogitemus ergo in qua miseria fuerimus antea, cum eramus filij non gratiæ, sed iræ, non Dei, sed Satanæ. Efficacissime autem hinc colligitur, nulla nos premi condemnatione. *Non enim accepistis.* Probatio est minoris, ab efficiente causa illustrata dissimilium collatione: Filij sumus, quia accepimus Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Nam per fidem non solum iustificamur, sed & regeneramur & donamus sancto Spiritu, qui in nobis gignit Spiritum, accendit nouos motus Deo congruentes, confirmat fiduciam, qua Deum tanquam patrem inuocamus: Sumus ergo Dei filij. *Spiritus seruitutis in timorem*, nominat Spiritum animale seu carnis: Is enim propter inhærens peccatum est seruus & mancipium, & tantum metuit Deum, non diligit eum, nec fidet ei. Ut Saul habet Spiritum seruitutis ad timorem, non audeat accedere ad Deum: David vero, Daniel, Paulus, habent Spiritum adoptionis filiorum, audent cum fiducia accedere ad Deum, & clamare Abba pater: quia Deo reconciliati sunt.

16. *Idem Spiritus testimonium dat Spiritui nostro, quod simus filij Dei.*

Sextum Argumentum a testimonio Spiritus sancti.

Spiritus sancti testimonium non potest esse falsum.

Sed Spiritus sanctus in quo clamamus Abba pater, testatur in nostro corde & anima quod simus filij Dei.

Ergo sumus vere filij, & diligimur a Deo, licet habemus peccatorum quosdam nœuos.

Hanc consolationem omnes pii experiuntur: *Iustificati enim fide pacem habemus*: Rom. 5. v. 1. conscientia sedatur per fidem coram Deo, & crepta ex tentationibus tandem immensa lætitiæ Spiritus sancti perfunditur: in quo sensu lætitiæ homo experitur se placere Deo: Non est autem inanis persuasio, sed est efficacissimum testimonium. Nam corda vere per Spiritum sanctum viuificantur, & retrahuntur ex doloribus inferorum: Ac sentiunt præsentiam Spiritus sancti: Quemadmodum dicta illa testantur: *Obsecratis estis per Spiritum sanctum*: Ephe. 1. v. 13. Quia autem *misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater*. Gal. 4. v. 6. Item: *in hoc scimus quod in Deo manemus: quia de Spiritu suo dedit nobis*. 1. Ioan. 3. v. 24. Aspiciamus illa exempla accensæ lætitiæ per Spiritum sanctum ut in *Hiskia*: 38. in *Dauid*, Psal. 103. in *Iesaja*. 61. v. 10. *Gaudens gaudebo in Domino*: In *Laurentio*, in *Blandina*, &c. Cauendum est autem ne in ipso agone conscientiæ a sensu huius testimonii ordiamur: sed primum verbo credamus, tunc certo sequetur hæc experientia.

Efficax testimonium Spiritus.

17. *Si filij sumus & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.*

Expolitio est superioris Argumenti: Nomen filij non est inanis dignitas, sed simul immensam adfert lætitiæ: Statuit enim nos hæredes Dei, & cohæredes Christi. Quam amplum autem sit regnum Dei, & quantas diuitiarum copias possideat Christus, manifestum est: *Omnia*, inquit Paulus, 8. v. 7. *subiecisti sub pedibus eius, oues & pecora campi: cælum & terram*. Omnis igitur creatura ad fideles pertinet.

Filii vox non est inane nomē.

Si quidem compatimur, ut & conglorificemur.

Transitio est ad secundam huius capitis partem: in qua insignem & amplissimam consolationem tradit, alteri obiectioni, quæ de afflictionibus oritur, opponendam. Est enim hic conflictus non exiguus pietatis, quod dubitat an sit in gratia, cum tam ingenti mole miserationum oneretur. Est enim Argumentum rationis huiusmodi. *Quoscumque Deus diligit, his bene esse debet: sed tibi non est bene, imo Deus te miserabiliter affligit: Ergo te odit, nec dum est tecum reconciliatus, quænam admodum promissio adserit.* Hac dubitatione omnium pene fidelium animi cruciantur. Quam difficulter *Dauid* exutus regno, & innumeris oneratus ærumnis statuere potest, habere se remissionem peccatorum, esse se filium Dei & hæredem vitæ æternæ *Ieremias* exulans apud *Ægyptios*, & non tantum ab hostibus, sed a suis quoque auditoribus misere vexatus, quomodo statuet se esse in gratia, nulla se premi condemnatione, vere se diligi a Deo, cum hæ tantæ ærumnæ non obtingant ei absque Dei consilio: afflictiones enim nos commonefaciunt de immunditiæ nostræ conscientiæ, & exaggerant Dei iudicium aduersus peccatum, & propius iram Dei in nostrum conspectum ponunt. Nam ratio aliud iudicare non potest, quam omnes miseras diuinitus impositas signa esse irati Dei, & pœnas nostrorum delictorum. Vehementer itaque exercetur hic fides, ut inter ærumnas & mortem ipsam tamen adprehendat reconciliationem, & statuat hominem miserum Deo placere.

Obiectio Rationis.

Rationis de cruce iudicium.

Huic

Responsio Pauli.

Crucem indicium esse amoris Dei, & glorie future, Crucis doctrina non est ex Lege.

Sed ex Evangelio.

Notanda quatuor.

Crux pietatis est co-munes.

Huic igitur grauissimæ & omnibus piis vilitatæ tentationi occurrit hic Paulus, & monstratis veris causis calamitatum, & veris fontibus consolationum, docet homines in Christum credentes & per Spiritum renatos, licet variis calamitatibus exerceantur, tamē vere placere Deo, esse liberos ab omni condemnatione, & vere Dei filios.

Ac tantum abesse, vt misericordie impediatur Dei in nos amorem, aut iram eius significant, vt multo magis illustria sint diuinæ erga nos beneficentiæ Indicia, & futura gloriæ occasiones.

Hæc autem doctrina neque ex Philosophia neque ex lege peti potest: Lex enim inobedientibus maledictionem & omnis generis calamitates minatur: & vicissim iustis omnia felicia promittit. Ac testatur neminem a Deo sine causa vel iniuste adfligi. Vnde sequitur ex lege diuina non posse veras & efficaces summi consolationes in ærumnis.

Promissio autem Evangelii hanc admirandam Ecclesiæ sapientiam patefacit, quod æternus pater tiam cum penitus condonauit peccatum tamen ærumnas imponat reconciliato, vt eius fidem exerceat, vtque in ipso vetus natura aboleatur: Quodque amorem suum erga nos etiam tunc retineat, cum nos durissime premit. Nam primum in filio suo mediatore hanc demonstrauit sapientiam, tunc eum ardentissime perpetuo dilexit, & in ipso vniuersa mundi peccata condonauit, & tamen admirando consilium pelagus miseriarum dimerit. Itaque ex doctrina Prophetarum & Apostolorum hæc necessaria doctrina & consolatio humanæ sapientiæ prorsus ignota nobis est discenda.

Sunt autem in hoc amplissimo doctrinæ membro hi articuli considerandi, vt plenius intelligatur Pauli concio.

- I. Quod omnes, qui pie in Christo viuere volunt, ærumnis & persecutionibus sunt expositi. 2. Timotheo 3. vers. 12.
- II. De discrimene afflictionum & miseriarum mundi & Ecclesiæ.
- III. Quæ sint causæ afflictionum Ecclesiæ.
- IV. Qui sint fontes consolationum in Evangelio monstrati.

DE PRIMO.

PERSPICUE testatur hoc loco Paulus, omnes ad vitam æternam electos, diuino consilio ærumnis & afflictionibus in hoc mundo expositos esse & exerceri. Quos præsciuit, inquit, hos & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui. Rom. 8. v. 29. Sic & alibi: Omnes qui volunt pie viuere in Iesu Christo, persecutionem patientur. 2. Tim. 3. v. 12. Et Christus inquit: Si quis vult me sequi, tollat crucem suam & sequatur me. Matth. 16. v. 24. Item: Qui vos occiderat, existimabit se cultum Deo prestare. Iohan. 16. v. 2.

Non igitur expectemus aut speremus dies lautos, magnas opes, gloriam mundanam, suaves voluptates, & similia in Ecclesia; quod est regnum Christi. Neque harum rerum spe vel cupiditate amplectamur Evangelium vel adiungamus nos Ecclesiæ cœtui: sed potius sola spe & amore rerum æternarum & spiritualium, vt nimirum liceat nobis euitare mortem & damnationem, & frui aliquando lætissimo conspectu consuetudine æterni patris, filij, & Spiritus sancti, & discamus Evangelium, & perspicua confessione veritatis aggregemus nos Ecclesiæ Christi: Interea vero præparemus & obfirmemus pectora nostra ad omnis generis ærumnas & aduersitates perferendas in hoc seculo. Nemo speret se tam sancte in mundo victurum, vt omnes omnium improborum calumnias, odia, & persecutiones vitaturus sit: Imo quo quis viuunt sanctius, hoc magis improborum odia in se excitabit, vt ostendunt exempla Eliæ, Ieremiæ, Baptistæ, Pauli, in primis Iesu Christi; Dauid inquit, sedet impius in insidijs

atriorum: in occultis ut interficiat innocentem. Psal. 70. v. 29. Nec tantum impii homines subinde vexant & exercent impios: sed ipse etiam Satanas singulis momentis ipsis insidiatur, & variis modis eos adfligit, permittente Deo, vt historia Iob testatur. Hæc enim Dei est benigna voluntas, vt pii ærumnis probentur & exerceantur. Vnde Dauid inquit: Multa sunt tribulationes iustorum: sed ex omnibus his liberabit eos Dominus. Psal. 34. v. 20.

De secundo membro.

DE TRIBVS GENERIBVS AFFLICTIONVM.

CVM Dominus noster Iesus Christus vna cum duobus latronibus pendet in cruce, totum genus humanum admirando hoc spectaculo representat. Eodem enim modo totum genus humanum nocentes & innocentes, sapientes & fatui, damnati, idolatræ, & Ecclesia recte Deum inuocans sine discrimine adfligitur, & variis modis adfidue flagellatur. Vnde illud Salomonis: sicut bonus, sic & peccator: sicut per iustus, sic & qui verum iurat Ecclesiasticus 9. vers. 4. Et vero dictum est: *αδύρα δει αετι δοναυ υδρρον υντα*. Ac infinitæ sūt huiusmodi querelæ de calamitatibus per totum genus humanum grassantibus: Ac singulari consilio hoc permittit Deus vt nostram fidem exerceat. Sed tamen magna est afflictionum differentia: quemadmodum & Augustinus inquit: *Et si pariter boni & mali adfligantur, tamen plurimum sunt distincti: Inter est enim non qualia, sed qualisquisq; patitur*. Alii igitur alio modo distinguunt genera afflictionum. Vt Longobardus dicit quinque modis flagellari homines, vel ad augenda iustitiæ merita, vt Iob: vel ad custodiam virtutum ne superbia tentet vt in Paulo: vel ad corrigenda peccata, vt Mariæ lepra: vel ad gloriam DEI, vt de cæco nato: vel ad iudicium pœnæ vt in Herode.

Augustinus tria genera afflictionum Ecclesiæ recēset. *Profunt ista mala qua pijs perferunt, vel ad emendanda peccata, vel ad exercendam probandamq; iustitiam: vel ad demonstrandam huius vita miseriam, vt illa, ubi erit vera beatitudo, & desideretur ardentius, & inquiratur instantius*. Hi scriptores prudenter animaduertunt esse discrimen inter afflictiones. Et quidem multæ causæ sunt afflictionum piorum, de quibus postea. Primum autem necesse est, vt distinguantur passiones Christi, a miseris mundi: deinde vt improborum flagella a cruce piorum discernantur, sicut & Dauid discernit: Psal. 34. v. 20. *Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Impium interficiet malum, & qui oderunt iustum, erunt rei*. Psal. 33. v. 22.

Tria igitur sunt genera afflictionum. Primum genus est *αδύρα*, videlicet miseriæ, passio & mors Iesu Christi. Nam propter hanc passionem & mortem datur Ecclesiæ remissio peccatorum: Est enim compensatio seu precium redemptionis pro peccatis mundi: iuxta illa dicta: *Ego animam meam do pro mundi vita: Iohan. 6. v. 51. Ego veni vt animam meam darem αδύρα pro multis: Mat. 10. v. 45. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi: Iohan. 1. v. 29. Ille est propiciatio pro nostris peccatis: Iohan. 2. v. 2. In ore eius sanati sumus. Esa. 53. v. 5. Ab his filii Dei afflictionibus discerni oportet omnium patrum, Prophetarum, Apostolorum, martyrum, & omnium hominum ærumnas. Nullius enim hominis afflictio est compensatio pro delicto, aut meritum, propter quod detur remissio peccatorum: Nam ira Dei immensa flagitat immensam satisfactionem, quam creatura non potest præstare. Nunquam igitur cogitandum est, quantumuis atroces miseriæ optima conscientia sustineamus, quasi sint precium propter quod æternus pater nobis reconcilietur, vel tollantur vel mitigentur pœnæ*

Auguſt.
Longobar.
Auguſt.
Primũ
genus af-
flictionũ
satisfactio
pro peccã-
to.

2. Genus probatio.

Imagini Christi quomodo conformemur. Petrus a Soto.

Augustinus

Augustinus

Pœna æterna & temporalis a piis transferitur. Pontificii Christum Iesu Christi æternas pœnas in temporales esse commutatas : & nobis pro temporalibus satisfaciendum esse. Imo filius Dei tam pro temporalibus quam pro æternis pœnis abunde satisfecit : Totum enim peccatum mundi tulit & ipse est propitiatio nostra, non ex parte, sed ex toto : ita ut pater æternus nos paterno amore complectatur, cum in Mediatorem credimus, & iustus pronunciet. Cum Elaias inquit : Inuore eius sanati sumus, disciplina pacis nostræ super eum : non tantum de pœnarum æternarum perfolutione loquitur : sed etiam temporalium. Integram & non mutilatam pacem nobis acquisiuit Christus.

Cap. 53. v. 5

æternæ. Nam hanc virtutem & gloriam sola Christi mors possidet. Hanc primam speciem nominat hic imaginem seu speciem filii Dei: fuit enim species eius deformis & misera, cum in cruce penderet.

Secundum genus est *dominatio*, videlicet, probatio seu exploratio, quales sunt ærumnæ & afflictiones omnium fidelium, siue illi sanctam vitam interis peregerint, ut Abel, Noah, Elias, Isaias, Ieremias, Baptista, Daniel, Iob, siue scelere aliquo vitam contaminarunt, de quo tamen pœnitentiam egerunt, ut Dauid, Manasse, Magdalena, Paulus, Augustinus. Horum & omnium piorum ærumnæ accurate distinguendæ sunt ab ærumnis & morte Christi. Non enim sunt compensationes pro delictis, nec placant iram Dei: rex enim postulat æternos cruciatus pro peccato: & ira Dei est ignis consumens, quam nulla creatura placare potest: etiamsi quis plus ærumnarum & cruciatuum sustineret, quam omnes martyres perpassi sunt: tamen non satisfaceret vel pro minimo peccato. Nequaquam igitur hoc vult Apostolus Paulus, quod ita conformemur imagini filii Dei, ut sicut ille pro nostris peccatis satisfecit, ita & nos nostris afflictionibus iram Dei auertamus: Quemadmodum Soto Monachus violenter & impie hunc locum contorquet: Sed hoc tantum vrget: ut Christus in terris miser & calamitosus fuit: ita ordinauit pater æternus ut & fideles in terris ærumnas subirent: aliud est cum agitur de causis & fine calamitatum. Discernendæ etiam sunt piorum aduersitates & afflictiones a calamitatibus & pœnis impiorum: Piorum enim ærumnæ non sunt signa iræ Dei, non sunt pœnæ nec supplicia, quæ infligantur propter peccata commissa: sed sunt paternæ castigationes, exercitia, exploratio atq; probatio, quæ electis cedit in bonum.

Etsi enim pii non tantum habent internam immundiciem, & multas circumferant sordes, verum etiam sæpe externis sunt sceleribus polluti, vel antequam conuersi fuerunt: ut Manasse, Magdalena, Paulus: vel postquam fide illuminati fuerunt, ut Dauid, Petrus, quibus sceleribus pœnam sunt meriti, & iram Dei prouocarunt: tamen postquam pœnitentiam egerunt, & veniam a Deo impetrarunt, nihilominus duriter castigantur: ut Adam & Dauid: non ut pœnas aut supplicia pro peccatis sustineant, sed ut mortificetur in ipsis corpus peccati: & ut fide in ipsis crescat. Omnis enim pœna tum æterna tum temporalis translata est a nobis in filium Dei: posuit in eum Deus peccata omnium nostrum: Abiecit Deus omnem iram suam: pronunciat nos iustos coram se propter sanguinem sui filii, & omnem pœnam remittit.

Grandis error est, quod fingunt Pontificii mortem Iesu Christi æternas pœnas in temporales esse commutatas: & nobis pro temporalibus satisfaciendum esse. Imo filius Dei tam pro temporalibus quam pro æternis pœnis abunde satisfecit: Totum enim peccatum mundi tulit & ipse est propitiatio nostra, non ex parte, sed ex toto: ita ut pater æternus nos paterno amore complectatur, cum in Mediatorem credimus, & iustus pronunciet. Cum Elaias inquit: Inuore eius sanati sumus, disciplina pacis nostræ super eum: non tantum de pœnarum æternarum perfolutione loquitur: sed etiam temporalium. Integram & non mutilatam pacem nobis acquisiuit Christus.

Quod vero Deus reconciliatis, & pro quibus filius Dei plene satisfecit, nihilominus imponit varias ærumnas, ut Adam, licet conuersum, tamen subiicit morti: Aaronem peccato condonato iubet mori in monte Hor. Dauidem receptum in gratiam pellit in exilium non facit eo, ut compensationem aliquam pro delictis flagiter: Sed potius ut futura peccata caueat, seriam & assiduam excitet in ipsis pœnitentiam: Acuat inuocationis studium, & propter alias causas grauissimas, quæ mox recitabuntur. Spiritus sanctus has piorum ærumnas nominat castigationes, correptiones, iudicium, tribulationes, dominatio, martirium.

Tertia igitur est species calamitatum mundi, pœnæ & supplicia impiorum: Omnis enim calamitas, quam sustinet homo impius, pœna est propter peccatum infligta. Cum enim impius non credat in Mediatorem, nec sit reconciliatus Deo, manet ira Dei super ipsum, & ipse iuxta legem est reus mortis & omnium pœnarum: Itaq; omnes impii, quauis calamitates, ut certa signa iræ Dei aduersus se interpretari debent, & certo itatuere se vocari ad pœnitentiam. Idcirco enim temporat Deus pœnas, & differt aliquādiu æternam, ut spacium habeant homines resipiscendi: Quod si perseuerent in impietate, calamitates illorum sunt initia æternorum suppliciorum. Hinc est quod Dauid inquit: *Multa sunt tribulationes iustorum: Sed ex omnibus his eripiet eos Dominus. Impium vero interficiet malum.* Psalm. 34. v. 20. Item Prouerbiolorum 14. v. 32. *Impius in afflictione sua succumbit: Iustus autem in morte sua sperat.*

Paulus ergo hoc in loco non de primo, nec de tertio, sed de secundo genere de calamitatum loquitur: ac docet nos bono nostro a Deo ad illi. Sunt ergo in conspectu causæ afflictionum Ecclesiarum.

De Tertio.

CAVSÆ AFFLICTIONVM ECCLESIAE.

I. Prima causa, fons & origo omnis miseriæ humanæ est lapsus Adæ: Si enim Adam in sua integritate perstitisset, nihil fuisset in mundo ærumnarum aut molestiarum: *Per unum hominem autem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors.* Romanorum 5. vers. 12. & Psalm. 90. v. 7 8. *Quia de fecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, occultaristi in lumen vultus tui:* Propter peccatum subieci Deus totum genus humanum morti & variis ærumnis, ut clare constet Deum vere irasci peccato. Etsi enim mox post lapsum obtulit toti mundo in Mediatore remissionem peccatorum, iustitiam, & vitam, nihilominus mortem corporis, & huius mundi ærumnas imposuit toti generi humano, ad testificandum omnibus inhæere peccatum, & singulis opus esse Mediatore. II. Secunda causa est odium & furor Satanæ, qui cū totum genus humanum variis calamitatibus infestet, tum crudelissime sequitur in Ecclesiam sponsam Christi, ut ægre faciat Iesu Christo, utque periculum faciat num pios a fide possit deicere: *descendit inquit Ioannes ad vos Diabolus, habens ingentem iram conceptam animo, & persecutus est mulierem, quæ peperit masculum.* Apoc 12 v. 12.

III. Tertia causa, sanctos suos ipse Deus obicit variis ærumnis & afflictionibus, ut propius aspiciant peccatum iudicium Dei, ex actius sese examinent, horrendum malum Originis & totius naturæ immundiciem agnoscant, & expendant, & ne sibi plane innocentes videantur. Utque agnita naturæ prauitate serio agant pœnitentiam. Hier. 30 v. 11. *castigabo te in iudicio, ne tibi innocens videaris.* Item: 1. Cor. 11. v. 32. *Cum iudicamur, a Domino corripiamur, ne cum hoc mundo damnemur.*

IV. Quarta, Ut gustum aliquem percipiamur iræ diuinæ: atque tum plura faciamus immensa filii Dei beneficia, qui totam iram Dei nostris accensam peccatis, in se deriuauit & placuit: utque magis magisque peccato moriamur: ea caueamus & vitemus: utque corpus peccati aboleatur, & suscitetur in nobis desiderium æternæ consuetudinis cum Deo.

V. Quinta. Ut igne probetur & exploretur nostra fides, num sit sine simulatione, sincera & stabilis, Paulus inquit: *uniuscuiusque opus quale sit, per ignem probatur.* 1. Cor. 3. v. 13. Dum enim res sunt secundæ, & nullis exercemur difficultatibus, minus splendet lux fidei: & sæpe securitas vel hypocrisis venditat sese pro fide, adeo ut ipsæ conscientiæ piorum cum nullis obiciuntur

Pœna iræ piorum.

Impiis & afflictio signum iræ Dei. Initium æternarum pœnarum.

Lapsus Adæ.

Odium Satanæ.

Agnitio peccati.

Gustus iræ Dei.

Exploratio fidei.

Reuelatio
hypocrisis.

biiciuntur periculis, dubitent aliquando num vere credant, posteaquam tam varias sentiunt imbecillitates & impuros adfectus: A Erumnae autem, pericula & difficultates examini subiiciunt fidem; eamque explorant num sit sincera. Hypocrisis enim seu simulata fides nequaquam persistit in aduersitatibus & periculis, sed mox prodit sese, terrena bona praeferendo caelestibus, & verbum ac confessionem proiicendo. Solita autem fides manet constans in omnibus periculis & aerumnis: & ostendit se solo niti Deo & sacro sancto verbo ipsius. Hinc est quod Moses inquit Deut. 8. v. 2. *Recorderis cuncti itineris, per quod duxit te Dominus Deus tuus, his quadraginta annis per desertum, ut adfligeret te, & tentaret te: ut experimento quodam innotesceret, quid esset in corde tuo, num seruares praecepta eius, an minus.* Et quod Paulus inquit: *Gloriamur in afflictionibus scientes, quod afflictio patientiam parit, patientia probationem, probatio spem. Spes vero non confundit.* Rom. 5. v. 3 Et Petrus: *Nunc ad breue tempus (si opus est) afflicti in varijs experimentis, ut exploratio fidei vestra multo preciosior auro (quod petit & tamen per ignem probatur) inueniatur in laudem, gloriam & honorem tuum cum reuelabitur Iesus Christus.* 1. Pet. v. 6 Saul ostendit se non vere credere Deo: quia in congruo periculo, abiicit verbum, & sequitur suum consilium. Dauidis autem sincera fides fulsit splendidissime in arduis & multiplicibus tentationibus.

Argumentum pietatis.

VI. *Sexta causa:* ut in nobis excitetur vera inuocatio, augeatur fides, accendatur dilectio Dei, ardentior sit gratiarum actio, occasio offeratur Confessione, conspiciatur nostra patientia, & reliquae virtutes in aerumnis exerceantur: Nam inter ipsas lucet aerumnae decor. Omnes fateri cogimur esse nos negligentiores in inuocatione, & frigidiores in omni exercitio pietatis, dum res ad nostram fluunt voluntatem & immunes sumus a calamitatibus. Grata est carni securitas, & aliena est ab alacri exercitio pietatis: neque existimamus tantopere nobis opus esse auxilio Dei, cum bene est nobis. Varias igitur obiicit suis Deus aerumnas, difficultates, miseras, pericula, aduersitates, ut sentiant sibi Dei patrocinio & auxilio opus esse, utque ad ipsum non oscitanter, sed ardenti gemitu cordis clament, promissiones diuinas secum repetant, in ipsis aerumnis patientiam discant, & Dei in se paternum amorem experiantur: Ies. inquit 26. v. 16. *In angustijs o Domine quasi fuerunt te, & clamor murmuris disciplina tua* Et Olce 5. v. 15 *Cum in Angustia haeserunt, mane quarent te.* Item: Psalm. 73. v. 34. *Cum occideret eos, quarebant eum.*

Intellectus Regni Christi Spiritualis.

VII. *Septima causa:* ut sublimem & abhumana ratione alienam doctrinam de regno & beneficijs Mediatoris recte intelligere, & Spiritualia Christi beneficia expetere discamus. Cum audimus conciones Prophetarum de amplissimo regno Christi, de Ecclesia, de ministerio, de Dei erga nos clementia: mox somnia nobis fingimus de terreno regno Christi, & tantum in terrena bona intenti sumus, ut in prouerbio est: *ματαιοὶ ματαιὰ λογίζονται τὰ ἐπιθυμίας.* Ex nostris cupiditatibus adstringimus sensum sacrae scripturae. Ut igitur aurea carnis somnia excutiat nostris animis Deus, & illuminet oculos ad intuendum spirituale regnum Christi, idcirco omnis generis miseras, aerumnas & calamitates imponit nobis Deus, in quibus coram videmus, regnum Christi non consistere in opibus, potentia, voluptatibus huius mundi, neque has res nobis polliceri: sed potius secum adferre omnis generis pericula & difficultates: & quod omnes oporteat persecutionem pati, qui pie in Iesu Christo viuere volunt. 2. Timotheo 3. vers. 12. Offerre autem nobis aeterna ac spiritualia bona, nimirum reconciliationem cum Deo, iustitiam, pacem conscientiae, donationem Spiritus sancti, & hereditatem vitae aeternae. Hanc doctrinam de regno Christi nunquam possemus percipere, nisi afflictionibus varijs in mundo agitareretur. Hanc causam deserte mon-

strat Ies. 28. v. 9. *Quem docebit scientiam ablactatum a lacte, & auulsum ab uberibus.* Item: *Vexatio dat intellectum.* Ibid. v. 19. Et Psalm. 119. v. 71. *Bonum est mihi quod humiliasti me Domine, ut discerem iustificationes tuas.*

VIII. *Octaua.* Ut imagini filii Dei conformes efficiamur: Talis enim rex est filius Dei ab aeterno patre constitutus, ut ei subeundae fuerint accerbissimae calamitates, & mors probrosissima, & per afflictiones ingreditum ei fuerit in suam gloriam. Luc. 24. v. 26 *Voluit enim Deus admirandam suam sapientiam & potentiam declarare in admirabili regno sui filii, & in extrema abiectione summam patefacere maiestatem: & quod abominatio sit coram Deo, quicquid est sublime coram hominibus.* Cap. 16. v. 15. Qui ergo ad regnum hoc Christi aspiramus, & per crucem & mortem eius salutem expetimus, a cruce abhorreere non debemus: Ipse enim aeternus pater omnino vult nos sequi vestigia sui filii: vult nos dissimiles esse mundo, & per multas tribulationes ingredi in vitam aeternam. *Non enim seruus maior est Domino suo: nec discipulus supra magistrum* Matth. 10. v. 24. Et equum est membra conformari capiti & toti corpori. De hac causa potissimum loquitur Paulus in hoc octauo capite v. 29. *Quos praesciuit, hos & praedestinauit, ut sint conformes imagini filij sui, ut ipse sit primogenitus inter multos fratres.* immensa autem est haec gloria nostrarum afflictionum, quod dicuntur conformitas cum passionibus Christi. Significat enim nobis omnia cum Christo esse communia: ut aerumnas & miseras, ita & gloriam & regnum: monet Deo esse grata sacrificia nostras aerumnas. Nos denique bona conscientia, & ad Dei gloriam sustinere afflictiones: nosque in aerumnis Deo maxime curae esse.

Conformitas imago- nis Christi.

Gloria crucis.

Turpiter autem errant Pontificii Soro & alii, qui eam fingunt conformitatem nostrarum afflictionum cum passionibus Christi, quae consistat in per solutione poenarum: ut sicuti Christus sua morte pro nostris peccatis satisfecit: ita & nostrae aerumnae sint compensatio pro delictis, & meritum vitae aeternae: quod est falsissimum. *Vnica enim oblatione consummavit sanctos:* Heb. 10. v. 14. *Nos vero in suis liuore sanati sumus* Ela. 53. v. 5. ut supra indistinctio afflictionum est indicatum. Conformitas ergo consistit non in satisfactione, quae solius Christi gloria est: sed in similitudine afflictionum & passionum, & quod Christi & nostrae aerumnae cedant in gloriam Dei, & in immensum gaudium vertantur.

Pontificii.

Confirmatio in quibus consistit.

IX. *Nonae causa:* ut piorum afflictiones sint testimonia de doctrina: Cum enim Apostoli, Prophetae, Pastores, & omnes pii ingentia pericula, grauissimas calamitates, & atrocissima supplicia fortissimo animo sustinent propter doctrinae confessionem, palam testatum faciunt, se serio ita sentire, se non propter opes vel voluptates, vel vlla commoda huius vitae fingere incertam doctrinam: sed certo statuere, quod haec doctrina sit diuinitus patefacta, quodque & pluris sit facienda, quam omnia huius vitae commoda. Stephanus finit se obrui lapidibus: Ignatius finit se lacerari a bestiis: Polycarpus senex ardenti rogo imponitur: idque propter professionem doctrinae Christi. Christus inquit, Matth. 10. v. 18. *adducemini ad principes & reges propter nomen meum, in testimonium ipsis:* hoc est, ut gentes & principes pretendere non possint, se non cognouisse doctrinam: aut se non putasse Apostolos & pastores serio ita sentisse.

Testimonium de doctrina.

X. *Decima causa:* ut sint testimonium de vita aeterna. Promisit Deus filijs suis credentibus in Christum totum mundum cum omnibus bonis: necesse est igitur ut aliquando bene sit pijs. Ostendit autem Deus multis Argumentis, quos agnoscat suos & vere diligat nimirum credentes doctrinae Christi: Saepetiam miraculis ostendit, se pios paterno amore amplecti. Sic testatus est se diligere Abrahamum, Isaacum, Iacobum, Moysen, Dauidem, Ieremiam, Danielem, Baptistam,

Testimonium de vita aeterna.

Baptistam, Paulum, & alios: & tamen variis & multiplicibus ærumnis onerat illos in hac vita. & plerisque etiam tristi supplicio adfici permisit: Necessè est igitur restare aliud seculum, aliamque vitam, in qua tandè bene erit piis, & bona illa totius mundi promissa ipsi a Deo tradentur. Non fruuntur bonis a Deo promissis Hieremias in hac vita, sed miserrime viuit, & tandem lapidibus obruitur. Restat ergo aliud seculum, in quo recipiet omnia, quæ ipsi a Deo promissa sunt. Ad hanc causam Paulus respicit: *Existimo autem afflictiones huius temporis ne comparandas quidem esse ad illam gloriam, qua erga nos reuelabitur: Rom. 8. vers. 18.* Sic & felicitas impiorum in hac vita, vel placida mors eorum, quos constat displicere Deo, & atrocibus sceleribus pollutos esse: testimonium per seipsum dicit restare aliam vitam, in qua impii iustas daturi sunt pœnas. Siquidem Deus non frustra interminatus est hostibus suis digna supplicia.

Augmen-
tu in præ-
miorum
æterni:

reuelatio
cogitatio-
num.

XI. *Vndecima causa*, vt piis augerentur præmia in futura vita. Rom. 8. v. 17. *Sitamen computamur vt etiam conglorificemur.* 2 Tim. 2. v. 11. *Fidus est hic sermo nam si cum eo mortui sumus cum eo etiam uiuimus: Si toleramus etiam cum eo regnabimus.*

XII. *Duodecima causa*: vt multorum cordium cogitationes reuelentur, & conspicuum fiat, qui sint fideles, & quanta sit malitia mundi. Nouit mundus eleganter sibi apponere laruam iustitiæ, & tetra scelerata quæ fouet in corde artificiosis coloribus velare & tegere: contra vero pietatis studiosos omnis generis probriis conspurcat & deformat, ita vt pro sceleratissimis turbatoribus humane societatis habeantur, qui Deum sincere colunt: Qui vero hostes sunt Dei & omnis iustitiæ conculcatores pro sanctissimis sese venditent. Has laruas detrahit Deus hominibus persecutionibus Ecclesiæ, in qua aperuntur multorum cordium cogitationes: Palam enim conspicitur piis sustinentibus persecutionem, quod qui antea videbantur religiosissimi, sint omnium acerbissimi hostes religionis: qui antea præ se ferebant singularem sapientiam, produnt extremam suam stultitiam: qui simulabant singularem mansuetudinem, omnium sunt crudelissimi: Qui habebantur studiosi veritatis, mendacia concinnant impudentissima. Tantam impietatem & immanitatem latentem in imo recessu cordis humani, & quæ de in iis qui singulare studiū pietatis præ se ferunt, nemo suspicaretur, nisi persecutio piorum proferret in lucem, quemadmodū Simeon testatur: *animam tuam pertransibit gladius, vt multorum cordium cogitationes manifestentur* Luc. 2. v. 35. Vicissim & piorum, quos mundus vt *quædam* habet, solida pietas & sincera virtus elucet in persecutionibus: Siquidem vitam profundere malunt, quam verbum Dei abiicere.

Occasio de
clarandæ
gloriæ Dei.

XIII. *Decima tertia causa* est: vt Deus habeat occasionem ostendendæ suæ omnipotentia, sapientia, bonitatis, & clementia erga Ecclesiam: Ideo conicit piis in difficultates summas, vt a Deo auxilium petant, & eius præsentiam & sapientiam experiantur, eamque deinde prædicent iuxta dictum: *Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me.* Psal. 50. v. 15. Et Christus inquit: Ioan. 9. v. 5. *Neque ille peccauit, neque parentes eius, sed vt opera Dei in illo manifestentur.* Moysen cum toto exercitu Israelitico in summas adducit angustias, vt liberatio ex tantis periculis tanto liquidius demonstraret Dei præsentiam, eiusque immensam potentiam & sapientiam. Hanc causam eleganter exponit Hanna mater Samuelis, 1. Samuel. 2. v. 6. *Dominus neci datus, & vita restituit: deducit ad in-feros, & reducit: Dominus facit pauperem, & locupletat.* Et Moyses Deut. 8. vers. 16. *Ipsè Dominus se a suis manna in deserto: quod nesciuerunt patres tui, vt scilicet affligeret, & tentaret te, atque sic tandem tibi beneficeret. Ne diceret in corde tuo, virtus mea, & robur manus meæ parauit mihi hanc opulentiam.* Hæc causas afflictionum Ecclesiæ si quis expendit, aliquando in-

telliget, quid velit Apostolus, cum dicit, *electi omnia cooperari in bonum.* Rom. 8. vers. 28.

De quarto.

FONTES VERARVM CONSOLATIONUM quos monstrat Euangelium Iesu Christi.

I. *Prima consolatio*, est in quacunq; necessitate: quod vox diuina testatur nihil nobis euenire, nullâ cladem a Satana nobis inferri, nulla iniuria a malis hominibus nos adfici, nisi de sapiente consilio, & clementi voluntate æterni Dei: Ipse enim fidelem nostram curam agit, & omnia in sua habet manu: Matth. 10. v. 30. *Omnes capilli vestri, inquit Christus, numerati sunt: & non cadit capillus de capite vestro, sine voluntate patris vestri.* Item: *benedictus Dominus quotidie nobis onus imponunt, & tamen est salus nostra.* Psal. 68 v. 23. Nequaquam ergo casu incidimus in milerias: sed omnia nobis eueniunt diuina prouidentia sic disponente. Hæc consolatio ostendit non in arbitrio Satanae vel malorum hominum situm esse, vt nos adfligant & vexent: vt in historia Iob clare ostenditur: sed a Deo omnia pendere, qui & cohibere & modum statinere Satanae potest, ne supra vires grauemur: vt qui & malorum Spiritum opera pro sua immensa sapientia ad suam gloriam, & nostram salutem vri nouit.

Deus calum-
nias in-
mittit.

II. *Secunda consolatio* est, gratuita remissio omnium peccatorum, & cum Deo reconciliatio per Dominum nostrum Iesum Christum. Iure iurando enim testatur Deus se non velle mortem peccatoris, sed vt conuertatur & uiuat. Ezech. 33. v. 11. hoc est, promittit gratuitam omnium peccatorum condonationem credentibus in filium, iuxta dictum: *Iustificati gratis gratia ipsius: per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit propiciatorum in sanguine ipsius per fidem, &c.* 3. v. 24. Item: *Huic omnes Prophecia testimonium perhibent, accipere omnes remissionem peccatorum in nomine ipsius, qui credunt in ipsum.* Actor 10 v. 42. Item: *Iustificati fide, pacem habemus erga Deum: Rom. 5. v. 1. Hic nulla nunc est condemnatio his qui sunt in Christo Iesu, Rom. 8 v. 1.* Hic tons est vberissimus efficacissima consolatio. Ostendit enim patrem æternum, non ex ira nos adfligere, nec peccatorum pœnas exposcere, neque nostri interitum querere: sed ex paterno animo nos castigare, & in nostrum commodum & gloriam nos exercere.

remissa
peccata.

Eti enim peccauimus grauiter, & non tantum præsentis ærumnas, sed & æterna supplicia meriti sumus tamen nequaquam nobis irascitur Deus: ser uierfam iram remisit, & abiicit propter filii sui mortem, in quem credimus. Neque vt puniat nos sed vt nobis benefaciat, ærumnas imponit. Dauid magnis sceleribus suis attraxit sibi horrendas calamitates quia vero penitentiam agit, & credit in Messiam venturum, abstulit Dominus omne peccatum eius, & tantum amore paterno castigat eum. Ita in omnibus ærumnis & aduersitatibus semper statuere debemus, nos Deo per Mediatorem Iesum Christum esse reconciliatos & habere omnium peccatorum remissionem. Vnde sequitur nos in omni calamitate habere liberum accessum ad Deum: Bono nostro fieri quæ ærumnis exercemur: neque posse nos mergi in æternum exitium: siquidem Deo reconciliati sumus.

Intelligi
de
Christo
dicitur
quod

III. *Tertia consolatio* est bona conscientia. Pii plerumque adfliguntur in mundo propter Confessionem nominis Iesu Christi: & mundus eos atroci adfici in iuria, pro summis beneficiis extrema reddens supplicia. Paulus summis beneficiis adsecerat mundum docendo Euangelium Christi, & multos sanando. Pro tanto beneficio crudeliter necatur. Polycarpus multos erudiuit in pietate: pro hoc beneficio mundus imponit eum rogo & comburit. Innocentem ergo & puram conscientiam gerunt coram Deo, sciunt se non esse reos eorum scelerum, de quibus accusantur: Itaque mortuus conscientia non sentiunt, sed potius lætiam in Deo

Bona con-
scientia.

in Deo experiuntur. Sic omnes qui propter iustitiam & veritatem ærumnas in mundo sustinent. Hanc consolationem David monstrat Psal. 17. v. 3. *Probasti cor meum, & visitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas* Item: 7. v. 9. *Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam.* Item: 1. Sam. 25. v. 30. 31. *Et cum Dominus præcepit ut ſis Dux ſuper Iſraelem: non erit tibi Domino meo hoc in vacillationem et offendiculum cordis, ut ſcilicet effunderes ſanguinem abſq; cauſa.*

Præſentia & auxili- um Dei.

IV. *Quarta*. Præſentia & auxili- um Dei, mitigatio & liberatio. In omni tribulatione Deus adest ſuis, ſuſtentat, protegit, & defendit eos, moderatur ærumnas ut ſufferre poſſint pii: & tandem eripit eos ex violentia hoſtium Psal. 91. v. 15. *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum.* Icl. 43. v. 1. 2. *Ne timeas Iacob, ego enim te redemi, vocaui te nomine meo, ut meus ſis: cum tranſibis aquas, ego tecum ſum: cum flumina tranſibis, non te obruent: cum per ignem incedes, non combureris, neq; flamma te incendet.* Et Chriſtus dulciſſime dicit: *Ego ſum vobiscum omnibus diebus, uſq; ad conſummationem ſæculi:* Matth. 28. v. 20. Sic adfuit Deus populo Iſrael in deſerto, Joſue prælianti, Ionæ in ventre ceti, tribus Iudæis in fornace Babylonica, Paulo naufragium facienti, Danieli in lacu Leonem.

Donatio S. S.

V. *Quinta eſt*: Donatio S. S. Deus non tantum moderatur ærumnas, ſed etiam cor in ærumnis admirando robore firmat & confortat, ut pii magno animo omnis generis eruciatuſ perferre & contemnere poſſint. Perfundit etiam cor lætitiâ per S. S. quia in ipſis etiam ſuppliciiſ exultant, ut de Stephano dicitur: *ibat quans animis, et ſpe ſua damna leuabat.* Ignatius, Polycarpus, Laurentius, Blandina, Agnes, Romanus, ingentem ſentiunt in corde conſolationem, dum Spiritus ſanctus lætitiâ in ipſis accendit: ut de Agnetæ virgine Prudentius ait.

Ibat triumphans virgo Deum Patrem Chriſtumq; ſacro carmine concinens.

Exem- plum Chri- ſti & ſan-ctorum.

De hac conſolatione Chriſtus inquit: Iohan. 14. v. 16. *Ego rogabo patrem, et alium para- letum dabit vobis ut maneat vobiscum, in æternum.*

VI. *Sexta conſolatio*. Exempla Ieſu Chriſti, omnium Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum & totius Eccleſiæ: magna ſane conſolatio & gloria eſt, nos communem fortunam ſubire cum Chriſto filio Dei, & cum ſummis Prophetis & Apoſtoliſ. Nec ſane æquum eſt nos expete- re meliorem conditionem, quam qua fuit in mundo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & omnes pii *Non eſt ſeruus*, inquit Chriſtus, *ſupra Dominum: Si patrem familias vocauerunt Bæelzebub, quanto magis domesticos eius?* Matth. 10. v. 24. Et in hoc capite 8. Paulus allegat non tantum Apoſtolorum exemplum, qui primitias ſpiritus acceperunt: Sed etiam totius creaturæ, quæ vanitati eſt ſubiecta, propter Dominum. Cum ergo in ærumnis videmus nos eadem conditione eſſe, qua fuit Chriſtus & Apoſtoli, & tota Eccleſia in mundo, inde colligere poſſumus, nos veros eſſe Eccleſiæ ciues.

Omnia co- operantur ia bonum.

VII. *Septima conſolatio* quæ hoc loco ponitur: *Omnia electis cooperantur in bonum*: magnam vtilitatē adferunt piis ærumnæ: ſunt enim incitamenta ad poenitentiam adſiduam, ad timorem Dei, ad ſeriam inuocationem, ſunt exercitia humilitatis & paciētiæ: inuuant verum intellectum ſcripturæ: ſunt prophylætica contra peccatum: ſuſcitant in nobis deſiderium vitæ æternæ: & innumera habent commoda. Ipſa etiâ mors tandem imponit finem non tantum miſeriis, ſed etiam peccato: & liberat nos a carne peccato obnoxia. Paulus inquit: *Vita mihi Chriſtus eſt: & mori mihi lucrum eſt.* Phil. 1. v. 21. Pl. 94. v. 12. *Beatus homo quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum.* Item: *Bonum mihi, quod humiliſti me Domine, ut diſcerem iuſtificationem tuam.* Plal. 119. v. 71.

Illustratio gloriæ Dei.

VIII. *Octaua conſolatio*: Omnes piorum ærumnæ & martyria illuſtrant Dei gloriam, & ſeruiunt adifi-

cationi Eccleſiæ, ſtabiliunt & late ſpargunt veritatem Euangelii, & ſunt gratiſſimum ſacrificium, odor ſuaue olens Domino. Hinc eſt quod Ioannes dicit: 21. v. 19. *Hoc autem dixit ſignificans, qua morte eſſet glorificaturus Deum.* Ite. n. Plal. 116. v. 6. *precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* 1. Pet. 4. v. 16. *Si quis ut Chriſtianus patitur non erubeſcat, glorificet potius Deum in hac parte ſua.* Martyrium Polycarpi, quod animo conſtanti eſt perpeſſus, plurimos Chriſtianos in vera doctrina confirmauit.

IX. Exiguo tempore durant ærumnæ piorum: *modicum*, inquit Chriſtus, *non videbitis me, & modicum videbitis me: mulier cum parit triſtitiâ habet, quia venit hora eius: Cum vero peperit infantem, non meminit amplius doloris præ gaudio, quod homo natus eſt in mundum.* Iohan. 16. v. 16. Item: Plal. 30. v. 6. *Quoniam momentum ira eius, & vita deleſtatur: ad vesperam de morabitur fletus, & ad matutinum lætitiâ.* Icl. 26. v. 20. *lateas paululum ad momentum: donec pertranſeat indignatio.* Icl. 34. v. 7. 8. *Puſillo momento dereliqui te: at in miſerationibus magnis colligam te: per momentum quo irāſcebar abſcondi vultum meum abſ te: ſed miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, ait redemptor tuus.*

X. *Decima conſolatio eſt*: plena liberatio ab omnibus ærumnis, & donatio vitæ æternæ, & omnium cæleſtium bonorum. Tandem eripiet nos Deus ex omnibus periculis & ærumnis, abſterget lachrymas ab omnium oculis, reſuſcitabit nos ex morte, & tranſferet in regnum luum, ubi non erunt morbi, exilia, carceres, odia, celumitæ, ſupplicia, cruciatuſ, pericula, fletuſ, maiores, aut vllæ moleſtiæ: ſed perpetua vita, cæleſtis lætitiâ, diuina gloria, & æterna beatitudo, iuxta promiſſionem: *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, dixerintq; omnia malum verbum aduerſus vos, mentientes propter me: Gaudete et exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cæliſ.* Matth. 5. v. 11. 12. *Qua oculos non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, ea præparauit Deus his qui diligunt eum.* 1. Cor. 2. v. 9.

Has cauſas adſtictionum Eccleſiæ & fontes conſolationum, diligenter expendat lecter in hoc 8. capite: Ita inſignem fruſtum inde percipiet, & Pauli Argumēta ſine difficultate intelliget. redeo nūc ad textū.

18. *Statuo enim quod adſtictiones huius ſæculi non ſunt comparandæ ad futuram illam gloriam, quæ erga nos reuelabitur.*

primum Argumentum ductum a natura correlatiuorum, cum collatione maiorum.

Quidquid æterna gloria poſt hanc vitam eſt compenſandū, id decet nos præſenti & forti animo ferre.

Sed Eccleſiæ adſtictiones immenſa gloria compenſabuntur.

Ergo patienti & forti animo ſunt tollerandæ.

Hæc omnium conſolationū potiſſima eſt, atq; in hunc ſcopum omnes conſolationes diriguntur. Ideoq; huc deducere vult mentē adſtictorum, ut præſentium laborū & ærumnarum obliu, intueatur illā immenſam & incomparabilem lætitiâ & gloriâ, qua pii poſt hanc vitam ornabuntur. Eſtq; omnino efficaci hæc conſolatio, moſtrat n. finem materiæ & laborum: & oſtēdit immenſum bonum videlicet vitam & lætitiâ in Deo, & æternam gloriâ. Nihil ferē eſt, quod adeo ex cruciat mentem in miſeriis, quam q. finem earum non perſpicit ratio: ſed metuit fore perpetuas. Paulus ergo voce diuina monet omnino fore finē, & ſecutura eſſe immenſa gaudia: Monet etiâ ipſas ærumnas, quas hic pro gloria Dei & pro adſcēda veritate ſuſtinemus, æternis præmiis compenſatum iri.

Duratio breuis.

Liberatio certa & glorioſa.

Conſolationum ſumma.

Ignota rationi.

Cum ergo hæc omnium sit maxima consolatio, sitque propria Ecclesie, profus ignota rationi, semper in conspectu habende sunt diuinæ promissiones, quæ tam in mensum bonum nobis ob oculos ponunt. Ioan. 16. v. 20. *Tristitia vestra vertetur in gaudium. Gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo auferet a vobis.* Iohan. 14. v. 2. *In domo patris mei mansiones multe sunt: vado ut parem vobis locum.* Ion. 5. v. 29. *Iusti vero resurgent in vitam æternam.* Iohan. 17. v. 24. *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum, ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi.* Hæc & similia dicta nobis in conspectu sint, ut nos in afflictionibus spe futuræ quietis & gloriæ sustentemus.

Papistæ.

Perperam ex hoc loco Pauli colligunt Papistæ, vitam æternam dari propter nostras miseras, vel propter patientiam: Non enim hoc ait Paulus: sed dicit afflictiones ad futuram gloriam non esse comparandas.

Vita æterna.

Propter quam causam vita æterna detur, supra non datur docuit, videlicet ex meta Dei gratia, propter meritum propter æ-

ludum nas.

Iesu Christi credentibus gratis dari remissionem peccatorum & hæreditatem vitæ æternæ. *Ex fide,* inquit Paulus Rom. 4. v. 13. *sumus hæredes.* Item: Ephel. 2. v. 8. *Gratia saluati estis id est, per fidem, donum Dei est, non ex operibus.* Sic Rom. 6. v. 13. *Donum autem Dei vita æterna.* Falso igitur & contra Apostolicam doctrinam adferitur: Vitam æternam dari propter nostra merita. Hæc autem certissima sententia nihil impedit, quo minus in vita æterna omnium nostrorum laborum, & miseriarum, locuples fiat compensatio. Aliud est enim cum quaeritur de causa acceptationis ad vitam æternam, seu propter quam vita æterna detur: aliud cum dicitur de præmiorum in vita æterna amplitudine. Filio patris familia contingit hæreditas non propter laborem, sed quia est filius & hæres: Et tamē hæreditas ampla est simul compensatio laborum, quos in familia sustinuit filius, antequam hæreditatem caperetur.

In vita æ

compensa

tio miseri

arum.

19. *Nam expectatio creaturæ sollicitè expectat, ut palam fiant filii Dei.*

20. *Quippe vanitati creaturæ subiecta est non volens: sed propter eum, qui subiecit illam sub Spe.*

21. *Quoniam & ipsa creaturæ liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.*

22. *Scimus enim quod omnis creaturæ congemiscit simul, nobiscum parturitur usque ad hoc tempus.*

Secundum Argumentum sumptum ab exemplo vniuersæ creaturæ.

Iniustum est ut quis se eximat vniuersæ creaturæ conditioni, & vel peculiarem, vel præcipuam sibi postulet fortunam.

Sed vniuersa creaturæ, cælum & terra, sol, luna, stellæ, animalia, arbores, subiecta est confusio & vanitati, & liberationem expectat.

Ergo neque nos hanc expectationem patientiæ detrectemus.

Totus mundus patientiæ exemplum.

Hic Paulus non vnum aut alterum exemplum nobis proponit: sed ingentem exemplorum acervum imo totum orbem, & vniuersam creaturam proponit nobis patientiæ exemplum. Multi hunc insignem locum Pauli intelligunt de creaturis ratione præditis, Angelis & hominibus, eo quod inanimatæ crea-

turæ careant sensu, ideoque gemere nequeant. Sed Paulus non obscure ostendit, se non tantum de hominibus, vel Angelis, sed de tota rerum natura, & singulis creaturis loqui, quas omnes dicit gemere & dolere in modum parturientis, & in vitam ministrare vanitati, hoc est, impiis hominibus cum primum cõdita sit ad ministerium filiorum Dei: dicit enim, *creaturam expectare liberationem gloria filiorum Dei:* & addit, *totam creaturam gemere, & dolores parturientis pati.*

Plerique interpretes dicunt Paulum *creaturam* & *omnium* gemitum & sensum tribuere rebus inanimatis. Ac manifestum quidem est soli, Lunæ, stellis, & cæteris inanimatis creaturis non in esse sensum, neque intellectum: Sed tamen cum Paulus spiritu Apostolico dicat eas gemere, & expectare liberationem, dubitare non possumus, quin arcamus & nobis ignotus motus in sit creaturis, quo inuita seruiunt vanitati, cum expetant potius gloria Dei & salutem filiorum Dei seruire. Condidit Deus aurum in usum filiorum Dei: Cum ergo ex auro fiunt idola, Deo interrogatur contumelia, & homines scelerate impleantur, doli aurum, & non volens seruit huic abusus. Sol conditus est ut luceat generi humano, & distinguat noctem & diem, & foueat terram: Cum ergo luceat latronibus, furibus, raptoribus, tyrannis, inuitus præstat officium, & ingemiscit: Paret tamen quia Deus subiecit eum vanitati: & vult eum oriri super bonos & malos. Singulæ arbores cupere tantum filii Dei ferre fructus cupide seruiunt suis dominis: indignèque ferunt, cum impii decerpunt fructus. Sic vinum & omnes creaturæ: Sic Propheta sæpe sensum arcantum tribuunt creaturis. Deut. 32. v. 1. *Audite cæli: quia loquor, &c.* Iel. 1. v. 2. *Audite cæli, & audiat terra, &c.* Olee. 2. v. 21. 22. *Cæli exaudient terram, & terra exaudiet triticum.* Exiendatur exempla, cum in Bibliis, tum in aliis historiis *Core, Dathan & Abiram* mouentibus seditionem in terra de hinc, & ab eis hereditarios Num. 16. v. 21. 32. *Sol & luna totum diem in motu manent pugnante Iosua.* Iol. 10. v. 13. *Murus in Aphec de leuit. 27 mil: spirituum.* 1. Reg. 20. v. 30.

Patientia Christo Sol obtenebratus est.

Flamma recessit a corpore Polycarpi.

Lue. 23.

vcil. 45.

Leopardi & seuissimæ bestię pepererunt corporibus martyrum. Hæc quidem miraculose diuina gubernante prouidentia facta sunt, significant tamē creaturis vim arcanam inesse, qua pareant Dei mandatis, & commodo piorum prompte seruire cupiant. Cum ergo vniuersa creaturæ expectet liberationem, æquum est & nos patienter sustinere arumnas. Hoc Argumentum testatur omnium creaturarum, cæli & terræ mutationem insitare. *Ecco ergo creo caelos novos & terram nouam &c.* Iel. 65. v. 17. 2. Pet. 3. v. 13.

23. *Non solum autem illa: sed & nos qui primitias Spiritus habemus in nobis ipsis gemimus, adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri.*

Tertiū est Argumentum, ab exemplo Apostolorum.

Æquum est ut reliqui fideles non detrectent conditionem in hac vita quam etiam Apostolos, qui primitias Spiritus acceperunt, & columnæ sunt Ecclesie, esse vident.

Sed Apostoli gemunt in arumnis, & expectant liberationem filiorum Dei: sunt catharmata.

Ergo & reliquos Christianos decet patienter ferre arumnas, & non abire fiduciam.

Hoc

Hoc argumentum nulla eget explicatione: Acta Apostolorum & tota historia Apostolorum ostendit, quomodo Apostoli in mundo sint excepti: Adiungantur autem ad exempla Apostolorum etiam alia, ut Prophetarum & martyrum: quemadmodum vniuersa sacra scriptura testatur. Certum est autem Apostolos Deo esse carissimos: Ipse enim filius Dei resuscitatus ex morte suauissime illos consolatus est, effudit in eos Spiritum S. visibili specie, & promisit ipsis vitam aeternam. Ergo pii non habent causam dubitandi de Clementia Dei erga se, etiam si in summis vei sentur miseris.

24. *Spe enim saluati sumus. Porro spes si videatur, non est spes. Quod enim quis cernit, cur idem speret?*

25. *Si vero quod non videmus, speramus, id per patientiam expectamus.*

Quartum Argumentum a propria differentia spei.

Spes est earum rerum quae non certantur: sed certo expectantur.

Spe sumus saluati.

Ergo nondum obtinemus salutem, sed in futurum eam speramus.

Salus hic totam liberationem notat.

Vocabulum salutis Paulus hoc loco non accipit pro iustificatione seu reconciliatione, sed pro integra liberatione ab omnibus ærumnis & possessione vitæ aeternæ. Alio sensu accipitur Rom. 4. v. 7 ubi remissionem peccatorum seu reconciliationem eum Deo significat. *Salus, inquit, seu beatitudo est eius viri, cui remissa sunt iniquitates, & cui recta sunt peccata.* Rursus autem in hoc Argumento abducit Paulus mentes nostras a conspectu ærumnarum, quas in hoc seculo sustinemus, ad considerationem aeternorum bonorum, quæ nobis per Christum sunt parta, & in promissione Euangelii offeruntur. Cum mens pia credit Euangelio, accipit statim remissionem omnium peccatorum, reconciliatur Deo, donatur Spiritu sancto, & viuificatur, scribitur etiam certus hæres omnium aeternorum bonorum: sed non statim ducitur in plenam possessionem: Nouus enim homo per Spiritum renatus, doctrina fouendus, cruce & afflictionibus exercendus, & Spiritu in dies confirmandus est, donec in virum perfectum adolescat. Ærumnæ igitur non sunt signum Dei irascentis nobis: sed potius reconciliati, qui fidem nostram explorare conatur, & aeternæ beatitudinis lætitiæ, & gloriam aliquantisper differit, ut gaudium nostrum sit plenius, & possessio salutis stabilior. Adolentes hoc in loco differentiam fidei & spei obseruent.

Fidei & spei differentia.

Fides.

Fides est certa fiducia qua amplectimur promissionem Euangelii de gratuita remissione peccatorum: & statuimus nos propter Christum esse Deo reconciliatos, & hæres vitæ aeternæ iuxta dictum: Qui credit in filium, habet vitam aeternam. Ioh. 3. v. 36.

Spes.

Spes est fructus fidei, videlicet certa fiducia & expectatio mitigationis ærumnarum, in hac vita, iuxta consilium Dei, & aeternæ hæreditatis propter Christum promissæ. Fides igitur præsentia licet non adparentia bona intuetur & apprehendit. Spes vero respicit & expectat futura bona.

Fides præsentia spes futura respicit.

26. *Similiter & Spiritus opitulatur infirmitati nostræ. Nos enim nescimus quid & quomodo nos petere oporteat. Spiritus autem intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus:*

27. *Qui vero scrutatur corda, nouit quis sit sensus Spiritus, quia secundum Deum intercedit pro sanctis.*

Quintum Argumentum dictum a causa efficiente consolationis:

Cui Spiritus sanctus in ærumnis fert opem, quem sustentat, in quo accendit veras consolationes, & quem non tantum docet, quomodo sit orandum: sed etiam simul pro eo intercedit: Is & potest & debet animo præsentem ferre ærumnas a Deo sibi impositas.

Sed nobis reconciliatis per fidem & cruce oneratis ac est Spiritus S. qui succurrit nostræ infirmitati, erigit nos dulcissimis promissionibus, docet nos orare pro mitigatione, confirmat peccata nostra, ut confidenter ad Deum accedamus: Etiam intercedit pro nobis apud patrem, gemitibus inenarrabilibus: & confortat nos ut mortem contemnere possimus.

Non ergo propter ærumnas abiiciendus est animus, aut diffidendum de beneuola Dei erga nos voluntate: sed forti & constanti animo ærumnæ omnes perferendæ sunt.

DE donatione Spiritus sancti supra prolixè est concionatus: *Qui Spiritum Christi non habet, inquit, hic non est eius. v. 9. Item: vos non accepistis spiritum seruitutis ad timorem: sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater. v. 16.* Sunt autem multiplicia Spiritus sancti dona, quibus ornat credentes in Christum. Nunc vero Paulus concionatur de eo beneficio, quod fideles in afflictione admirabiliter sustentat, ut mortem & omnis generis calamitates vincere possint. Caro enim nullo modo huius vitæ ærumnas patienter ferre & vincere potest: Sed necesse est eam succumbere: Spiritus autem tale robur tribuit, quo omnes cruciatus contemni possint. Babylas sponte se offert supplicio: Ecce ego & filii mei, inquit Diligenter igitur in omni afflictione oremus Dominum ut nos sustentet, illuminet & regat suo sancto spiritu, quemadmodum promisit. *Quanto magis pater vester celestis dabit Spiritum sanctum petentibus. Luc. 11. v. 13.*

Spiritus sanctus pios in cruce sustentat.

In hoc Argumento monet Paulus magnam infirmitatē hæere in sanctis, adeo, ut nisi sustentarentur a Spiritu sancto, necesse haberent vel in leui afflictione despondere animum. Tantam etiam fatetur infirmitatem non tantum in rudioribus, sed etiam in summis Apostolis existere, ut nesciamus omnes, quid & quomodo petere debeamus liberationem ab ærumnis. Difficulter enim nostra caro subiicit se voluntati diuinæ. Paulus ardentem petit a Christo, ut auferatur ab eo Angelus Satanæ: sed audit: *sufficit tibi gratia mea 2. Cor. 12. v. 9.* Deinde docet Apostolus sic deum recte inchoari veram ad Deum inuocationem, cum ipse S. S. per fidem in Iesum Christum acceptus, exultat & accendit corda nostra ad precandum, & nostræ opitulatur infirmitati, auferit metum & fugam cordis, confirmat nos esse in gratia tollit torporem carnis, & facit nos alacres ad præcandum, atque ipsam inchoat precationem, Abba Pater. Mundus ergo qui Spiritu sancto caret, non potest precari.

Pii nesciunt quid petunt.

28. *Sciamus autem quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui iuxta propositum vocati sunt:*

Orare sine Spiritu sancto nemo vere potest.

Quia

29. Quia quos præsciuit, hos & præfinit, ut conformes fiant imagini filii eius: ut ipse sit primogenitus inter multos fratres.

Sextum Argumentum ductum a causa finali, autem ab exemplo filii Dei, & ab efficiente causa afflictionum Ecclesie, nimirum a Dei prædestinatione. Estque huiusmodi.

Quæ magno bono nostro nobis imponuntur, & a Deo in salutem & gloriam Ecclesie præfinita sunt, & in quibus conformamur imagini Filii Dei, illa nequaquam sunt signa iræ Dei aduersus nos, nec impatiēter ferēda sunt.

Sed Ecclesie afflictiones diligentibus Dominum, cooperantur in bonum, & a Deo præfinitæ sunt, ut electi conformes fiant imagini filii Dei, & ipse sit primogenitus inter multos fratres.

Ergo afflictiones piorum nequaquam sunt signa iræ Dei aduersus nos, sed animo præsentis & tranquillo sunt ferēda.

Fructus crucis piorum.

Quomodo piorum afflictiones cedant in bonum nostrum, ex causis calamitatum Ecclesie quas sacra scriptura docet, manifestum est. Testatur enim Spiritus sanctus in hunc finem exerceri & operari Ecclesiam calamitatibus & miseriis, ut discat metuerē iudicium Dei, admonetur quotidie de agenda pœnitentia, moriatur peccato, accendatur in ea ardēs desiderium vitæ æternæ, exploretur eius fides, excitetur ad seriam inuocationem, exercent patientiam & spem, crescat in agnitione Dei, & vero intellectu verbi Dei, deponat carnalia somnia de mundano regno Messie, edat testimonium de veritate doctrinæ Christi, & futuro iudicio: præbeat Deo occasionem declarandæ suæ sapientiæ & potentiæ, & illustri Confessione non simulatam fidem suam coram mundo testetur: Et tandem conformis Christo in cruce, etiam in gloria illi conformetur. Hos immensos & utilitates afflictionum piorum simul hic intuetur Apostolus animo, & vno verbo comprehendit, cum inquit: in bonum cooperantur. Plurimas igitur Prophetarum & Christi conciones de cruce & afflictione hic complectitur.

Crucis doctrina rationi ignota.

Estque hæc propria Ecclesie sapientia ignota vniuersæ rationi, & tantum diuinitus reuelata, quod afflictiones & martyria bono Ecclesie cedant. Non est autem imaginandum, quod pii afflictionibus suis pro peccatis satisfaciunt, aut patientia sua vitam æternam mereantur: Hæc enim gloria filio Dei soli debetur, ut Mediatori, vnde inquit: filius hominis non venit in hunc mundum, ut ei ministretur, sed ut ministret, & ponat animam suam &c. pro multis. Matth. 20. v. 28. Item: non est in alio salus, nec est aliud nomen datum hominibus sub celo, in quo oporteat saluos fieri. Act. 4. v. 12. Sed pii per fidem in sanguine Christi iustificati, cum afflictiones patienter sustinent, præstant Deo in fide gratum cultum, & a S. S. multis donis ornantur, etiam impetrant a Deo magnam futuræ vite gloriā: sicut Christus de Lazaro inquit: Ille nunc consolationem accepit. Luc. 16. v. 25. Conformitas etiam cum imagine filii Dei non consistit in eo, quod sicut Christus morte sua iram Dei placuit, ita afflictiones nostræ placēt iram Dei, sic iusticia coram Deo, & vitam æternam mereantur. Hæc corruptelæ Soris & aliorum Pontificiorum, quibus Pauli textus deprauatur,

Conformitas imaginis filii Dei in quibus sit. Sorus. Pontificii.

& filius Dei contumelia adficitur, explodendæ sunt ex Ecclesia Dei.

Sed in eo consistit conformitas, quod sicut Christus propter Dei nomen & gloriam passus est: ita & fideles propter veritatem in mundo adfliguntur: Sicut Christus omnibus mundi iniuriis fuit expositus: Ita & pii qui sunt membra Christi iuxta suam quæque mensuram, variis ignorantibus & iniuriis in mundo adfliguntur: Sicut etiam Christus per multas tribulationes & mortem intrauit in gloriam: Sic & omnibus qui pie in Christo viuere volunt, subeundæ sunt afflictiones 2. Tim. 3. v. 12. huius seculi, et post hanc vitam cum Christo regnent. Ut etiam pater æternus immensam suam sapientiam in passione Christi declarauit: Sic & Ecclesie ærumnis & liberationibus inelarefcit & splendescit diuina sapientia & virtus.

Addit Paulus fideles secundum propositum Dei vocatos esse, & Dei prouidentia præfinitas esse Ecclesie ærumnas: Monet ergo non metuendum esse ne deficiamus a fide propter ærumnas: Si quidem æternū Dei cōsiliū, quo nos in Christo elegit & prædestinauit, immotū est, nec ærumnæ quas certo consilio præfinitus Deus in cōmodum Ecclesie Dei propositū eius mutare vel impedire possunt. Prædestinatio & propositū Dei de salute impiorū ineffabilē suppeditat consolationem in afflictionibus, siquidem docet, nullius creaturæ vi, nulla calamitate, nec vlla ratione salutem electorū impediri posse.

Crux non mutat Dei propositū.

Quod Christum nominat primogenitum inter multos fratres, insignem fontem consolationis monstrat: adeo afflictiones nostras non esse signa irati Dei, aut nostram impedire salutem, ut potius nos commonefacere debeant, nos fratres esse filii Dei per fidem a Deo adoptatos, siquidem eandē cum Christo in mundo conditionem propter Dei veritatem subimus.

Afflicti sunt fratres Christi.

30. Quos vero præfinituerat, hos & vocauit.

Quia Paulus mentionem electionis seu prædestinationis fecit, ut ostendat salutem nostrā in Christo etiā inter acerbissimas ærumnas immoto & æterno inniti fundamentō: exponit quem ordinem seruet Deus in saluandis electis, quibus mediis vtatur, & quomodo tandem eos perducatur. Initium igitur & causam salutis piorum ponit Dei electionem, prædestinationem, seu præfinitionem. Nam ut alibi dicit: Antequā mundi fundamenta iacerentur, elegit nos Deus pater in Christo, secūdū beneplacitū voluntatis suæ. Eph. 1. v. 4.

Electio salutis causa.

Non enim vel noster adensus, vel fides, vel merita vel opera, vel præterita vel futura sunt causa nostræ electionis, sed sola Dei immensa misericordia, bonitas, consilium, & beneplacitū suæ voluntatis. Estque electio causa fidei: non fides causa electionis. Ne autem electio imaginaremur electos Dei extra Ecclesiam & cæterum vocatorum, & ne speraremus salutem absque ministerio Euangelii, exponit Dei processum. Quos præfinit, hos & vocauit: id est, per ministeriū Euangelii ad suam notitiam, veram pœnitentiam & fidem in Mediatorem Iesum Christum vocauit. Sic enim placuit Deo sapienti, per stulticiam prædicationis saluos facere credentes. Nō ergo satis ei fuit eligere & prædestinare sanctos: sed etiam verbo legis & Euangelii vocauit eos ad participationem regni Messie. Hic iam certo liquet nullam esse electos ad vitam æternam, nisi in cæto vocatorum: id est, qui amplectuntur incorruptam legis & Euangelii doctrinam. Atque hic monet Apostolus Paulus non permittendum esse humanis ingeniis, vt indagent arcanam Dei voluntatem de prædestinatione abſque verbo: sed remittit eos ad cœtum vocatorum, atque ita ad ministerium Euangelii, in quo Deus suam patefecit voluntatem.

Fides vel opera non sunt causa electionis causa fidei: Electi non sunt extra Ecclesiam.

Electi ad ministerium verbi remittuntur.

Agent ergo homines pœnitentiam, discant beneficia Mediatoris, intueantur amplissimas promissiones, credant in Iesum Christum crucifixum & resuscitatum: vtantur Sacramentis iisque alant suam fidem, atque tum a posteriore statuunt se in Christo electos esse ante mundi conditionem.

Quos

Quos vocavit, hos & iustificavit.

I.
Electio
quomodo
fiat.

Primum Dei beneficium est, quod nos ex immensa bonitate in filio ante conditionem mundi ad vitam æternam sine omni nostro merito elegit. Alterum est, quod nos per ministerium Spiritus vocat ad suam agnitionem & veram pœnitentiam: patefacit nobis iudicium legis, tangit nostra corda, offert Mediatoris beneficia, accendit in nobis fidem. Tertium beneficium est, quod sic electos & vocatos etiam iustificat, hoc est, propter Christum absoluit ab omnibus peccatis, pronunciat iustos, & statuit hæredes vitæ æternæ. Nam ideo filium constituit Mediatorem, & posuit in eum peccata omnium nostrum, ut nobis peccatum gratis donari, & iustitia per fidem restitui possit.

Vocatio duplex.
Externa.

Hic autem sciri oportet duplicem esse vocationem: alia est *externa*, quæ fit ministerio verbi publico, quo omnes vocantur ad pœnitentiam, & invitantur ad fidem in Mediatorem, quo sensu Christus loquitur: *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Matt. 20. v. 16. Quæ sententia sine omni ambiguitate adfirmat: Etiam magna hominum multitudo audiat, & aliquomodo amplectatur doctrinam Euangelij: tamen paucos ad vitam æternam peruenit. Non ergo omnes externa vocatione vocati iustificantur & glorificantur, quia multi audientes Euangelij manent sine motibus veræ pœnitentiæ & fidei.

Externe vocati non omnes saluantur.

Interna vocatio.

Alia est autem *interna vocatio*, quæ quidem fit etiam per externam prædicationem, sed simul etiam adiunctam habet internam tractionem patris, & efficacem operationem Spiritus sancti quod clausum cor referatur ad admittendam prædicationem verbi divini, & mens cœca illustratur, & voluntas aversa ad Deum convertitur. Hæc Paulo dicitur *vocatio secundum propositum Dei*. Recte igitur Augustinus inquit: *Esse quandam certam vocationem eorum qui secundum propositum vocati sunt: quos præsciuit & prædestinavit conformes imagini filij Dei.* Et rursus *ex vocante dictum est ei, non quæcumque vocatione, sed qua vocatione fit credens.* Hoc sensu hic loquitur Paulus: affirmat enim sic vocatos, iustificatos, hoc est, ab omnibus peccatis absolutos esse. Sic & Rom. II. v. 29. *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, id est, sine mutatione stabiliter fixa sunt.*

Vocatio secundum propositum.

Quos iustificavit, hos & glorificavit.

IV.
Iustificanti glorificantur.

Quartum hoc est beneficium Dei: Non tantum absoluit nos a peccato, & pronunciat nos iustos coram ipso: Verum etiam electos per gratiam, vocatos per verbum & Spiritum, & iustificatos per sanguinem Christi glorificat: hoc est, æterna beatitudine & gloria ornat, quemadmodum & Christum a mortuis resuscitatum immensa gloria ornauit. Glorificatio hæc inchoatur in hac vita, sed perficitur in altera. Iustificatus glorificatur cum vivificatur ex morte, donatur Spiritu sancto, fit templum Dei, ornatur vera sapientia & iustitia: fit conformis imagini filij Dei, constituitur hæres omnium æternorum bonorum. At post hanc vitam perficietur hæc gloria, cum *Deus erit omnia in omnibus, & Deum visuri sumus facie ad faciem.* 1. Cor. 13. v. 12.

Glorificatio inchoatur in hac vita.

Glorificatio qualis.

Cum ergo Deus ordinem hunc in saluandis electis sequatur: *Primum* ex immensa misericordia iuxta suum propositum eligit homines in Christo: quos vita æterna donare constituit. Atque hos electos præfinit conformes fore imagini Filij Dei, ut ipse sit primogenitus inter multos fratres. *Secundo* electos & prædestinatos, ut conformes Christo, vocat per ministerium verbi & efficacem operationem Spiritus. *Tertio* vocatos iustificat & absoluit a peccato. *Quarto* iustificatos glorificat, & ad æternam beatitudinem transfert. Calamitates ergo & ærumnæ quæ nobis sunt cū Christo cōmunes, nullo modo impedire queunt nostram salutem, sed potius argumentum sunt, nos esse in gratia apud Deum, esse iustos, & in altera vita immensa gloria cum Christo fruenduros esse.

31. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis quis contra nos?

Conclusio est totius octavi Capitis: validissimis enim Argumentis demonstravit, nec peccatorum sordes quæ reliquæ sunt in piis, nec calamitates & ærumnas, quibus pii exercentur in hac vita, nostram cum Deo reconciliationem & spem vitæ æternæ impedire posse. Nunc ergo ut omnibus occurrat tentationibus, in genere infert: *Si Deus pro nobis, inquit, quis contra nos?* quasi dicat: Quia certo constat nos placere Deo, & esse in gratia: non tantum duas illas tentationes de reliquiis peccatorum & ærumnis piorum, sed omnis generis ignita tela Satanae vincere possumus. Nihil est in toto orbe terrarum, nulla est creatura, quæ salutem nostram labefactare aut conuellere possit. Argumentum enim habemus, quod vniuersam creaturam superat: cum Deus stet a nostris partibus, cum ille nobis sit reconciliatus: nos receperit in gratiam: iure iurando promiserit vitam, nec Satan nec mors, nec vlla creatura nobis nocere, vel impedimento esse potest. Cum dicit, *Deum pro nobis esse*, completur omnia beneficia Mediatoris: quod pater æternus non amplius agnoscat nos hostes, nec irascatur nobis propter peccatum. sed quod propter filium vni-genitum remiserit nobis omnia peccata, receperit nos in gratiam, adoptauerit in filios, donauerit nobis Spiritum sanctum, pepigerit nobiscum socius, quod nos fouere, tueri, gubernare, consolari, sustentare, & in omnibus periculis protegere velit: quodque scripserit nos æternæ vitæ hæredes. Hæc & similia omnia, de quibus tota doctrina Euangelij concionatur, comprehendit Paulus.

Conclusio cap. octavi.

In omnibus tentationibus solatium certum.

Deus pro nobis.

Quæcumque igitur aduersa, seu tentationes nos infestant seu exercent, mox repetamus memoria dulcissimam hanc argumentationem, quæ in omni periculo & necessitate animum nostrum erigere potest. Simile est Christi amplissimum dictum: *Nemo rapiet oves meas ex manu mea: pater meus qui eas dedit mihi, maior est omnibus: & nemo potest eas rapere ex manu patris mei: Ego & pater unum sumus.* Ioh. 10. v. 28. 29.

32. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, quomodo non omnia cum ipso nobis daret?

Donatio vni-geniti filij Dei, non solum est Argumentum præcipuum factæ reconciliationis cum Deo: Verum etiam eiusmodi ut cœtera omnia quæ ad hanc causam pertinent, in se contineat. Ut igitur summa hæc consolatio infixæ hæreat pectoribus piorum, repetit eam Paulus in hoc Epilogo suæ disputationis: Et ex collatione maiorum infert, nihil posse nobis a Deo negari: Vni-genitus filius Dei præstantior est omni creatura in cœlo & in terra: Sed pater æternus in tantum dilexit nos, ut proprio filio suo non pepererit, sed dederit eum in mortem pro nostra salute. Ergo nulla est creatura, neque in cœlo neque in terra, quam æternus pater nobis negare possit, si ea nobis opus esse ad salutem viderit. Sic etiam Christus: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vni-genitum daret ut omnis qui credit in eum, non pereat: sed habeat vitam æternam.* Ioh. 3. v. 16. Hinc Paulus pronunciat: *Omnia quæ in cœlis & in terris sunt, nostra esse.* 1. Cor. 3. v. 21. 22. *Omnia enim sunt vestra, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem Dei.*

Donatio filij argumentum est nihil nobis a Deo negati.

33. Quis accusabit electos Dei? Deus est qui iustificat.

Tentationi de peccati reliquiis rursus occurrit: & omnium validissimum Argumentum sumtum a testimonio summi iudicis repetit. Ipse Deus pronunciat nos miseros peccatores iustos, id est, absolutos a peccatis: Sed nec Satan, nec Lex Mosajca, nec conscientia

Argumentum a summi iudicis Testimonio.

N nostra

Iustificare Paulo est absoluer. Iustificacionis processus.

nostra, nec vlla creatura audet se tãtã authoritati opponere. Nemo igitur audet accusare electos. Hoc loco obseruetur, quo sensu Paulus accipiat verbum *Iustificare*: quia enim inter se opponit, accusare & iustificare. Item: damnare & iustificare: manifestum est Paulo iustificare idem esse quod absoluer. reum in iudicio. Atq; hic quodammodo integrum processum iustificacionis nobis pingit ob oculos: Rei nos sumus qui sistimur ab tribunal æterni Dei, qui summus est iudex. Accusatores nostri sunt Lex & Satan: Testis citatur conscientia nostra: Aduocatus autem noster est vnigenitus Filius Dei, qui cum nostro loco satisfaciatur, & pro nobis intercedat effuso suo sanguine, pater æternus nos absoluit, & pronunciat iustos.

34. *Quis condemnabit? Christus est qui mortuus est, imo vero qui resuscitatus est.*

Dei iudicio iusti pronunciamur.

ALTERVM Argumentum ab impulsua causa nostræ iustificacionis. *Christus*, inquit, *pro nobis est mortuus, & sanguine suo satisfecit precia pro nobis.* Ergo nec ipsa lex diuina quidquã iuris in nos habet ad condemnationem. Videt Paulus grauissimas esse tentationes, quas consideratio iustitiæ Dei, & seueritatis legis in animis piorum excitat: Ne igitur turbentur, ostendit ipsius Dei authoritate nos iustos pronuciari, & per sanguinẽ Christi satis factũ esse legi. Atq; ita vult nos firmiter statuere nos esse in gratia, & vere diligẽ a Deo.

Qui est in dextera Dei.

Sessio Christi ad dexterã quid notet.

VT amplitudinem beneficiorum Christi semper in conspectu habeamus, repetit hic præcipua eius officia, & monstrat fontem vberissimum & perennem omnium consolationum. Facit enim mentionem regni & sacerdotii Messia. Quo sensu accipienda sit phrasıs scripturæ, *Christus sedet ad dexteram patris*, Paulus dilucide exponit Ephes. 1. v. 20. 21. *Deus suscitauit Christum a mortuis, & sedere fecit ad dexteram in caelestibus, supra omnem principatum & potestatem & virtutem & Dominium, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, Verum etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedes illius, & ipsum dedit caput Ecclesie super omnia.* Item: Hebr. 1. v. 3. 4. *Ferens omnia verbo potentia sua, per se facta purgatione peccatorum, sedet ad dexterã maiestatis in sublimi, tãto præstator Angelis factus, quanto excellẽtius præ illis sortitus est nomẽ.*

Ex his locis liquido constat, sessionem Christi ad dexteram non significare Christum certo loco circumscriptum esse, sed potius amplitudinem & maiestatem spiritualis regni ipsius, in quo æquali cum patre potentia, gloria, maiestate vniuersa creaturæ dominatur, & otania in sua habet manu: idq; non tantum quo ad diuinam: sed etiã quo ad humanam naturã: Caro, enim Christi ab ipso vnita resuscitata ex morte, collocata est ad dexteram patris, in pari gradu gloriæ & Maiestatis cum diuinitate. Hoc enim testantur amplissima illa dicta: *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.* Matth. 28. v. 18. Item: *Pater diligit filium, & omnia dedit ei in manus.* Ioh. 3. v. 35. Item: *Omnia subieciisti sub pedibus eius, oues, boves, & pecora campi.* Psal. 8. v. 7. 8. Item: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.* Psal. 110. v. 1. Item: *Pater venit hora, ut glorificet Filium, ut filius te glorificet, quem admodum dedisti ei potestatem omnis carnis.* Ioh. 17. v. 1. 2. Item: *ascendit in altum ut omnia adimpleret.* Ephes. 4. v. 10. Hæc testimonia ostendunt Christum Deum & hominem æquali sapientia, gloria & potentia cum Patre æterno regnare. Iubet ergo hic Paulus, vt quoties turbamur propter peccatum, aut ærumnis vexamur, regnum Christi intueamur, & inde efficacissimas consolationes petamus. Regnũ enim Iesu Christi est spirituale & cœleste imperium: In quo vnigenitus Filius Dei Dominus noster Iesus Christus Deus & homo, sedet ad dexteram Dei Patris in caelestibus, regnans cum ipso pari sapientia, gloria, potentia, iure & Maiestate super

In ærumnis ad Regnũ Christi respiciendum. Regnum Christi quale.

omnes creaturas, & constitutus Dominus & caput totius Ecclesie: Quod regnum in terris administrat verbo & Sacramentis: & efficax est in eo per Spiritum Sanctum; Mittit Apostolos, Prophetas, Pastores & Doctores: Et per prædicationem Euãgelii vocat homines ad poenitentiam & fidem, regenerat eos ad vitam æternam, liberat eos ex morte, ira Dei, & Tyrannide Diaboli: Remittit eis peccata, donat Spiritum sanctũ, & accendit in eis nouam lucem, iustitiam, vitam, & læticiam: respicit & exaudit omnes ipsum inuocantes, gubernat, cõsolatur, fouet protegit & defendit membra sui corporis, omnibus in locis reprimat Satanã & mundi conatus, quibus Ecclesiã delere conantur: omnium hominum consilia & voluntates habet in sua manu: Et tandem in extremo iudicio, toto genere humano resuscitato, impios omnes æternis suppliciis adfecturus: Electos vero & in fide perseverantes æterna gloria & læticia ornaturus.

Hoc spirituale Christi regnum qui intuetur vera fide, nulla tentatione eueri potest. Si enim peccata nostra accusent nos Christus sedet ad dexteram, qui peccata remittit, & suã nobis donat iustitiam: Si mors terreat, Christus sedet ad dexterã, qui victor est mortis, & nobis vitam per Spiritum impertit: Si Satan nos infestet, Christus sedet ad dexteram patris, qui est maior omnib. & is prostrauit Satanam sub pedibus suis, & nostri defensionem suscipit. Summa: Christus ad dexteram Dei sedens ex omnibus periculis nos vult eripere, & omnia largiri, quæ petimus ab illo.

Qui & intercedit pro nobis.

HIC nos ad alterum consolationis fontem deducit, & reuocat nobis in memoriam doctrinam amplissimã de sacerdotio Iesu Christi. Nam vtramque officium Messia a patre demandatum est: regnum & sacerdotium, & quidem vtrumq; spirituale.

Est ergo sacerdotium Christi, munus spirituale ab æterno patre demandatum vnigenito Dei filio Domino nostro Iesu Christo, Deo & homini, vt arcãnam Dei voluntatem de redemptione generis humani patefaceret hominibus, vtq; pro genere humano apud Deum supplex intercederet: Tum vt fieret victima pro peccatis mundi, & vniuersam patris iram sua morte placaret: ac tandem facta peccatorum purgatione, Ecclesiã per fidem & Spiritum sanctum sanctificaret, & gloriosam in conspectum Dei adduceret. Hæc omnia competere Sacerdoti summo Iesu Christo, testimonia multa scripturæ docet: vt Ioan. 17. v. 6. *Ego nomen tuum manifestaui hominibus, quos mihi de mundo dedisti.* Item: *nemo nouit patrem nisi Filius, & cui filius voluerit reuelare.* Matth. 11. v. 27. De intercessione Psal. 2. v. 8. inquit: *postula a me, & dabo tibi gentes hereditatẽ.* Et hoc loco Paulus inquit: *Christus intercedit pro nobis:* De oblatione Iohannes loquitur: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* De sanctificatione Christus testatur. *Ego me sanctifico pro eis, vt et ipsi sint sancti.* Ioh. 17. v. 19. Hæc omnia Christi beneficia iubet nos adspicere Paulus, cum dicit: *Christum pro nobis intercedere.* Monet enim Christum non deseruisse suum munus, sed adhuc sumum in caelo agere Pontificem apud patrem, & quotidie nostra vota ad patrem perficere, & pro nobis intercedere.

Sacerdotii Christi partes. Docere. Intercedere. Offerre pro peccato.

Cum ergo impossibile sit irritam esse Christi intercessionem, non est quod metuamus vel peccatum vel ærumnas, vel Satanam, vel mortem: nam intercessio Christi potentior est omnibus. Simul autem nos hic hortatur Paulus ad fidẽ & inuocationem: Nam cum dicit *Christum ad dexteram Dei sedere*, vult vt fide eum intueamur, cum oculis nequeamus. Cum intercessionis meminit, admonet nos nostri muneris, vt vera inuocatione ad Deum in omni periculo & necessitate accedamus fiducia Mediatoris Iesu Christi.

35. *Quis separabit nos a dilectione Dei? Num afflictio, vel Angustia, vel per.*

Cap. 1. v. 29.

persecutio, vel fames, vel nuditas, vel periculum, vel gladius?

- 36. *Sicut scriptum est: propter te mortificamur tota die, & reputati sumus ut oves occisionis.*
- 37. *Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos.*
- 38. *Confido enim, quod neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura.*
- 39. *Neq; altitudo, neq; profunditas, neq; vlla alia creatura poterit nos separare a dilectione Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.*

Monstratis & repetitis omnium efficacissimis consolationibus de donato nobis vnigenito filio, de testimonio ipsius Dei nos iustificantis, de regno & sacerdotio Christi: infert ac concludit tandem, vt peccatum & satanam per Christum superamus, ita etiam victuros nos omnes ærumnas, & mortem ipsam: nec vllam fore creaturam, quæ Dei erga nos amorem auertere vel impedire possit. Ideoq; iubet nos esse presenti & tranquillo animo, in quacunq; calamitate, periculo, aut necessitate versemur: & certo statuere, nos vere & ardentem diligere a Deo, & semper nobis ratam esse æternam salutem. Non enim ex euentibus externis, lætis vel aduersis, sed ex certissima & infallibili promissione Dei statuendum est de Dei erga nos voluntate. Atque ipsæ ærumnæ & pericula piorum sunt indicia amoris Dei erga nos, qui cupit suam erga nos bonitatem illustrare facere, & nos conformes reddere imaginis filij sui: Et quod in vniuersum omnes dubitandi causas penitus tollit, cum ab æterno decreuerit Deus nostram salutem, eiusque decretum immotum & inmutabile sit, certissimum est nullius creaturæ vi nostram euertere vel impediri posse salutem.

Quæcunq; igitur occurrunt pericula, qualiscunq; sit euentus rerum, semper obfirmet pius suu animum, vt cum Iob cap. 13. v. 13. dicere possit: *Etiam si occiderit me, tamen sperabo in eum.* Testatur enim Paulus, Deum perpetuo ita moderaturum omnia pericula, ærumnas & aduersitates electorum, vt non extinguatur in ipsis fides, nec ruant in desperationem. *Fidelis, inquit, est Deus, qui non sinit vos tentari supra id quod ferre potestis.* 1. Cor. 10. v. 13. *Iem: nemo rapies oues meas ex manu mea.* Ioh. 10. v. 28.

Neq; Angeli, inquit. Vnus Angelus vna nocte deiecit potuit 185000. hominum: & vnus Angelus fortior est omnibus hominibus: sed tamen omnes Angeli coniuuentis viribus ne vnus quidem hominis ab æterno decretam salutem impedire possunt. *Principatus & exercitus* alij ad immundos Spiritus, alij ad tyrannos & exercitus hominum referunt: sed quia Paulus in vniuersum omnes excludit creaturas, de vtriusq; re & verba eius intelliguntur.

Præsentia sunt vel illecebræ vitæ & commoditates, vel terrores, damna & supplicia:

Futura sunt, vel bonum speratum, vel metus periculorum & impendentium malorum.

Altitudinem intellige non solum sapientiam & doctrinam hæreticorum & Epicureorum, sed quicquid speciosum & sublime videri potest coram hominibus: vt sunt pax mundana, consensus magnorum hominum, autoritas parentum, gratia coniugis, liberorum amor, florens status Reipub. externa species religionis, & quicquid ratio suspicere & admirari solet. *Profunditatem* intellige inscitiam & tenebras cordis humani, & in primis profundas Satanae tentationes, quas ex inferis adductas offundit pectoribus piorum;

vt cum obicit dubitationem de voluntate Dei, cum tristitiam animi quasi nocte inducit, quæ nos in profundum barathrum desperationis mensura videtur. In summa, nulla est creatura, neq; in cælo, neque in aère, neq; in terra, neq; in mari, neque in inferno, quæ possit efficere vt Deus suam erga nos dilectionem abiciat, & salutem nostram ab æterno decretam, retractet. Quod Pontificii fingunt, Paulus hæc verba tantum de sua protulisse salute: & ex peculiari reuelatione fuisse de ea certum: Neminem alioquin ex verbo Dei de sui electione & indubitata salute ante mortem certum esse posse, manifesta est Paulinæ sententiæ deprauatio. Paulus enim Romanos & omnes in Christum credentes in his verbis consolatur: Non solus Paulus expostus fuit variis tentationibus, vexatus ærumnis, oppressus a tyrannis, turbatus a Satana: sed omnes quosquod in Christo viuere volunt, persecutionem patiuntur. 2. Tim. 3. v. 12. Singulis igitur hac consolatione opus est. Nec indigemus peculiari reuelatione, cum promissio Euangelii reddat nos certissimos: *Qui credit in filium,* inquit Ioannes, cap 3. v. 36. *habet vitam æternam.* Item Christus: *Qui crediderit & baptisatus fuerit saluus erit.* Mar. 16. v. 16.

Quod disputatur hoc loco, num electi amittere possint dilectionem, qua diliguntur a Deo, et gratia penitus excidere: distinguendæ sunt quæstiones: Aliud est enim cum quaeritur: num credentes in Christum a fide deficere et gratia excidere possint: Et aliud est cum quaeritur num prædestinatus ad vitam æternam perpetuo perire possit: rursus aliud est cum quaeritur, num illi qui externis sceleribus sese cõtaminant, vere placeant Deo Quod ad primum attinet quæstionem, certum est multos egregia habere iniria fidei, verum in ea non persistere vsq; ad finem: vt Saul, Aisa, Bileam, Ioas, habuerunt preclara iniria fidei, sed ab ea tandem defecerunt. Idcirco Christus inquit: *Qui perseuerauerit vsq; ad finem, hic saluus erit.* Et Luc. 8. v. 13. exponens parabolam de semine, quod in loca petrosa cecidit, inquit, *cum gaudio excipiunt sermonem, & radicem non habent, ad tempus credunt, & tempore tentationis deficiunt.*

Certum est igitur ex hoc clarissimo Christi testimonio, eos qui ad Deum conuersi, in Christum credere inceperunt, et Spiritus sancti dona degustarunt, gratia posse excidere: quod et Petri dictum testantur. 2. Pet. 2. v. 20. *Si enim postquã effugerunt inquinamenta mundi, in agnitione Domini & saluatoris Iesu Christi: his rursus implicati superantur facta sunt ipsius posteriora peiora prioribus.*

Ad secundam vero quod attinet quæstionem: certum est electos et prædestinatos ad vitam nullo modo perire posse: Expresse enim inquit Christus Matth. 24. v. 24. *Vt in errorem inducantur, si fieri posset, etiam electi.* Adfirmat ergo fieri non posse, vt propositum Dei impediatur. Atq; ideo dulcissime sunt illæ promissiones: *Nemo rapiet oues meas ex manu mea:* Iohan. 10. v. 28. et hoc loco: *Confido quod neq; mors, neq; vita, neq; vlla creatura poterit nos separare a dilectione Dei, quæ est, in Christo Iesu Domino nostro.* Item: *firmum stat fundamentum habens hoc sigillum, Dominus nouit sues.* 2. Tim. 2. v. 19.

Hinc autem non est colligendum, quod hi qui ruunt in peccata contra conscientiam, si sunt e numero electorum, placeant Deo Dauid cum sese polluit adulterio et cæde, displicet Deo: et nisi serio egisset pœnitentiam, in æternum fuisset abiectus. Fides enim in Mediatorem cum talibus sceleribus vastantibus conscientiam, stare nõ potest *Qui autem non credit in filium,* inquit Ioannes, *vitam non videbit, sed ira Dei manet super eum.* Ioh. 3. v. 36. Et Paulus inquit: *propter hæc uenit ira Dei super filios inobedientia.* Ephel. 5. v. 6.

Nemo ergo blandiatur sibi in securitate carnis, aut externis sceleribus, quasi Deo placeat. Qui vero serio agit pœnitentiam, credit in filium Dei, ardentem et ad fiduciam inuocat Deum, regitur per Spiritum sanctum, in

Salutis certitudinem Paulus non ex singulari reuelatione habuit.

Electi an excidant gratia. Distinctæ quæstiones. I. II. III.

Ad I. An credentes a fide deficere possunt. Matt. 10. v. 22.

II. Prædestinatus perire possint?

III. Perseuerantes in peccatis conscientiam nõ sunt electi.

Nullam creaturam auertere posse amorem Dei erga pios.

Voluntas Dei non ex euentu mutanda.

arumnis constanter retinet fidem; Et in fide petit a Deo, ut ad finem per seuerare possit, is erigat & confirmet se hac insigni consolatione: quod nulla creatura possit nos a dilectione Dei, qua est in Christo Iesu, separare.

DE PRÆDESTINATIONE SANCTORVM.

CAPVT I.

Quod doctrina de prædestinatione sit proponenda Ecclesiæ.

Prædestinationis doctrina tractanda,

Sunt qui arbitrantur, doctrinam de prædestinatione sanctorum, prorsus silentio prætereundam esse, neq; rudi populo proponendam, ne curiosa ingenia arripiant hinc occasionem scrutandi arcanam Dei Maiestatem, & sese labyrinthis inextricabilibus implicandi. Sed cum Prophetæ & Apostoli in multis concionibus proposuerint hanc sublimem doctrinam, atque ipse Dominus noster Iesus Christus filius Dei eam aliquoties repetierit: temeritatem & arrogantiam non ferendam produnt, qui tantæ authoritati non cedunt, sed exillimant se salubriorem rationem erudiendi Ecclesiam, inuenturos quam Christus patefecerit. Si Filius Dei ac Spiritus sanctus in Prophetis & Apostolis iudicasset, aut superuacaneum esse, aut periculosum, mentionem electionis facere in Ecclesia, haud dubie pepereisset nobis, nec curiositati ingeniorum, cui sæpe frena iniecit concionibus suis seruiisset. Quia vero eam perspicue reuelauit, toties repetiuit, atque inculcauit, certissimum est & necessariam esse hanc doctrinam Ecclesiæ, & insignem in se continere utilitatem: Psal. 65. v. 5. *Beatus quem elegisti, & adsumpsisti, inhabitabit in atriis tuis, replebitur bonis domus tua, & sancti templi tui:* Deut. 7. v. 6. *Nam populus sanctus es tu Domino Deo tuo, te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris præ omnibus populis, qui sunt super faciem terra.* Exod. 23. v. 19. *Miserebor cuius miserebor: Et clemens ero cui clemens fuero.* In Malachia inquit Deus: cap. 1. v. 2. 3. *Iacob dilexi, Esau vero odio habui.* Ier. 41. v. 8. *Tu autem Israel seruus meus es, & tu Iacob quem eligi.* Et rursus v. 9. *Seruus meus es tu, elegi te, neque unquam te repudians.* Et Paulus Rom. 8. v. 30. *Quos elegit hos & uocauit.* Rom. 11. v. 7. *Quod inquitur Israel hoc non adsequitur: Electio autem adsecuta est:* Ephes. 1. v. 4. *Quemadmodum elegit nos in Christo, antequam iacerentur fundamenta mundi.* Et in hoc 9. Capite integram pertexit concionem de prædestinatione. Christus uero inquit: Matth. 20. v. 16. *Multi uocati, pauci uero electi.* Item: *Multi Pseudochristi & Pseudopropheta facient signa & prodigia, ut in errorem seducantur etiam electi, si fieri posset.* Matth. 24. v. 24. Act. 13. *Quotquot erant in vitam æternam ordinati.* 1. Pet. 1. v. 1. *Electis aduenis dispersis iuxta præscientiam Dei.* Has & similes conciones Spiritus sancti una litura a inducere conantur, qui doctrinam de electione Dei perpetuo silentio obrui uolunt.

Filius Dei doctrine de prædestinatione author.

Causa cur tractanda hæc doctrina.

1.

Nobis autem potior sit filij Dei Iesu Christi authoritas, in quo omnis sapientiæ thesauri reconditi sunt, qui doctrinam a patre accepit, quam nobis reuelauit, & omnium rectissime nouit, qua consolatione nobis opus sit. Ac si quis sine petulanti curiositate & sine superba ingenij confidentia, in uero timore Dei hanc sublimem doctrinam de prædestinatione sanctorum didicerit atque expenderit: is non obscure animaduertet, causas esse grauissimas, cur hæc doctrina proponenda sit Ecclesiæ Christi, & inueniet in ea uerri-mos contineri fructus.

Nam primum insigniter commendat & illustrat hæc

doctrina immensam Dei misericordiam & bonitatem, ut illustretur misericordia Dei. qui citra omne meritum nostrum ab æterno ante mundi conditionem nos in Christo elegit ad æternæ uitæ consortium. Hic conticescant necesse est omnia humana merita: Siquidem cum nondum aliquid vel boni vel mali fecissemus, cum nondum nati essemus, imo cum nondum existeret mundus, electi & prædestinati sumus a Deo ad cœlestis uitæ æternæ gaudia in Christo. Recte igitur soli misericordiae suæ adscribit Deus nostram salutem: *miserebor cuius miserebor, & clemens ero cui clemens fuero.* Exod. 33. v. 19.

II. Ut confutetur Synagoga & meritorum opinio.

Secundo doctrina de prædestinatione malleus est ad contundendam & deiciendam superbiam humani ingenii, quod semper aliquas sibi partes uendicat in obtinenda salute æterna, & sua allegat merita: neque concedit soli Deo huius beneficii gloriam. Proflus enim nihil relinquitur vel meriti, vel industriae, vel electionis, vel glorificationis, homini, in impetranda salute, cum Spiritus sanctus demonstrat a sola Dei electione, quæ ante mundi creationem definita est, sanctorum salutem pendere. Vnde Paulus: *Ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante.* Rom. 9. v. 11. Atque adeo duo præcipui Articuli doctrinae Christianæ, uidelicet de gratuita Dei iustificatione peccatoris coram Deo, absq; nostro merito & dignitate. Deinde de seruo hominis arbitrio, hac ipsa doctrina de prædestinatione non solum illustrantur, sed & muniuntur & confirmantur.

III. Est testimonium confirmati-onis Ecclesiæ.

Tertio prædestinatio seu electio Dei, argumentum est euidentissimum & firmissimum, semper mentum esse Ecclesiam in terris, nec posse eam uilla vi Tyrannorum, aut insidiis Hæreticorum deleri, aut ullis tempestatibus mergi: *Firmum enim & solidum est fundamentum Dei, habens hoc sigillum. Dominus nouit suos.* 2. Timoth. 2. v. 19.

IV. Confirmat salutis certitudinem.

Quarto Electio Dei singulis piis uera fide amplectentibus Euangelium Iesu Christi, efficacissimam hanc monstrat consolationem: quod salus ipsorum nulla ui Satanæ uel ullius creaturæ impediri possit: Siquidem *donum & uocatio Dei sine penitentia sunt,* Rom. 11. v. 29. hoc est, mutari non possunt. Vnde Paulus exultat: Rom. 8. v. 39. *Confido quod neq; mors neque uita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; uilla alia creatura poterit nos separare a dilectione Dei, qua est in Christo Iesu Domino nostro.* Et in hac sententia Christus inquit: *nemo rapiet oues meas de manibus meis.* Iohan. 10. v. 28.

V. Est solati-um in cruce.

Quinto monet hæc doctrina, ærumnas, exilia, calamitates, pericula, tentationes, supplicia, non obesse piorum saluti, sed potius cedere ipsis in bonum. Siquidem Deus ita præfiniuerit & ordinauerit, ut electi ad uitam æternam imagini filij sui redderentur conformes. Rom. 8. v. 29. Hac ergo erecti consolatione pii, etiam in ipsa morte exultare possunt.

VI. Coercet ingenijum petulantiam.

Sexto prodest hæc doctrina ad coercendam petulantiam humani ingenij, quod semper cupit vagari cogitationibus absq; uerbo: & temere irrumperet conatur in secretum Archium Dei, & ipsius arcanam perferutari uoluntatem. Hic enim quasi compedes iniiciuntur homini, ut sese intra certos limites contineat, nec progrediatur ulterius, quam ducitur uerbo Dei. Hic admonetur homo suæ imbecillitatis, quod abyssum immensam consiliorum Dei exhaurire non possit, ideoq; meminisse eum oportet, quod homo sit, & semper æternam & imperferutabilem maiestatem diuinam submisit & in timore Dei admirari.

Quæ cum ita sint, satis liquido adparet, Ecclesiam Christi tam necessaria & salutari doctrina, nequaquam defraudandam esse. Neq; propter eos, qui ea uel ad securitatem carnalem, uel ad desperationem abutuntur, uel dissimulanda, uel silentio obruenda est doctrina ut salutaris, ita necessaria. Multi saluberrima doctrina Christi de gratuita iustificatione peccatoris coram Deo, de sola fide iustificante, de uera & salutari penitentia,

penitentia, de liberate Christiana, & aliis summe necessariis consolationibus scelerate abutuntur ad prophanam peccandi licentiam. An propter istorum impietatem perpetuo silentio tegenda esset summe necessaria doctrina? Imo potior ratio habenda est fidelium & piorum quibus Euangelium Christi est bonus odor vita in vitam: quam impiorum, quibus eadem doctrina est odor mortis in mortem 2. Cor. 2. v. 16. Paulus de iis, qui ad suam perniciem abutuntur saluari Christi doctrina, & inquirunt: *faciamus mala, ut eveniant bona:* respondet, *quorum condemnatio iusta est.* Rom 3. v. 8. Et Petrus inquit. homines indoctos & parum firmos, dicta Pauli, quemadmodum & reliquam scripturam contorquere ad suam ipsorum perniciem, 2. Pet. 3. v. 16. Videant ergo pii ut ad huius doctrinae, de praedestinatione sanctorum cognitionem, cum timore Dei accedant.

CAPVT II.

De vocabulorum significatione.

Præsentia quid.

PRÆSCIENTIA Dei dicitur infinita Dei sapientia & cognitio, qua omnia futura, tam mala quam bona non minus quam presentia ab æterno prouidet & tuetur: neque ullus rerum euentus eum latere potest. *Ego sum Deus,* inquit in Esaia 46. v. 9. 10. *Qui nuncio à principio postrema, & ab exordio ea, quæ nondum facta sunt: qui dico, & consilium meum ratum est, & quicquid volo facio.*

Prouidentia quid.

Prouidentia vero dicitur diuina ratio & cura, qua vniuersum hunc mundum sustentat, & gubernat, habet singulas creaturas in sua manu & arbitrio, moderatur omnia pro suo beneplacito & diuino consilio: colligit in mundo Ecclesiam regit sanctos suo Spiritu: Impios sinit grassari ad tempus, donec eis statuat metam & modum bona adiuuat & premis ornatur: mala permittit & punit. Hanc prouidentiam describit Dauid his verbis: *De caelo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum: De preparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram. Qui fingit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera ipsorum.* Psal. 33. v. 13. Item: Matth. 10. v. 30. *Omnes capilli capitis nostri numerati sunt.*

Electio quid.

Electio vero ἐκλογή seu praedestinatio, seu praefinitio προέκθεσις, seu propositum προθέσις, seu praedeterminatio προδeterminationis, est æternum Dei consilium, quo ante mundi conditionem, sine omni respectu meritorum vel operum, tantum ex immensa misericordia sua, in Filio suo Iesu Christo, elegit sibi certum numerum hominum, quos proposuit secundum beneplacitum voluntatis suae per praedicationem Euangelii vocare, & per fidem ad æternam vitam & gloriam perducere: ac statuit reliquam hominum lapsorum multitudinem relinquere exitio. Sic Luc. Actor. 13. v. 48. inquit: *Et crediderunt, quot quot erant praordinati in vitam æternam.* Et Paulus Ephe. 1. v. 5. *Per quem & nos in sortem adsciti sumus, per praedestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suae.* De hac electione iam agimus.

CAPVT III.

Vnde sit petenda, & quo ordine proponenda doctrina de electione.

Tantum ex reuelato verbo hæc doctrina.

CVm omnes articuli fidei, tum in primis hæc doctrina de electione sanctorum est mysterium absconditum vniuersæ rationi humanae, & longe excedens omnem captum, humani ingenii: Ideoque non ex Philosophorum libris, aut sapientum huius mundi plausibilibus rationibus: Sed tantum ex verbo Dei, in quo Deus arcana sua mysteria, quantum nos scire voluit, immensa bonitate reuelauit, petenda, discenda, & haurienda est. *Deum,* inquit Baptista, *nemo vidit unquam: unigenitus Filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis.* Ioan. 1. v. 18. Item: *nemo nouit patrem nisi*

Filius. Matth. 11. v. 27. Item: *Quia mundus Deum non cognouit in sapientia, placuit Deo per stultum praedicationem saluos facere credentes.* 1. Cor. 1. v. 21. Item: *Gratias ago tibi pater cælestis, quod abscondisti hæc à sapientibus huius mundi, & reuelasti ea paruulis.* Matth. 11. v. 25. Item: 1. Cor. 2. v. 6. *Sapientiam loquimur in perfectis, non sapientiam huius seculi, aut principum huius seculi qui abolentur: sed loquimur sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam praefinituit Deus ante secula in gloriam nostram:* Meminerimus igitur mentes nostras in cogitatione de electione profus auocandas esse ab omnibus rationibus, quas humana ratio admiratur. Quid enim ineptius, quam fingere & componere arcanum & æternum Dei consilium de colligenda Ecclesia sanctorum, ex stulta & cæcitate humana quasi plus sit & sapientiae & iustitiae, in sordido homine, quam in sanctissimo Deo.

Deum ergo de sua electione testificantem, & mysteria voluntatis suae patefacientem, cum omni reuerentia audiamus: & quicquid non expressis verbis per filium Dei, Apostolos, & Prophetas, est reuelatum, id sciamus non solum incertum, sed plane falsum, & in Maiestatem diuinam contumeliosum esse. *Lucerna,* inquit Dauid, *pedibus meis verbum tuum.* Hoc cum in vniuersa religione, tum in primis in hoc articulo locum habere debet. Nec pudebit nos in his modestam & pia ignorantiam fateri, in quibus temeraria est inquisitio, & scientiae praesumptio perniciosa.

Non inuidet nobis Deus arcanae suae sapientiae inaccessiblei lucem: Sed nostrae cõsulit imbecillitati, quæ immensum fulgorem diuinæ Maiestatis sustinere non potest. *Faciem meam,* inquit ad Moysen, *videre non poteris: Non enim videbit me homo & uiuet.* Potius igitur gratias agamus Deo, quod nihil eorum, quæ ad consequendam salutem æternam pertinent, nos celauit: sed omnia clarissime per filium patefecit: quæ vero sine iactura salutis à nobis ignorantur, & in huius vitæ fragilitate à nobis nec percipi nec sustineri possunt, in commodum nostrum à nostro conspectu procul remouit.

Postquam monuimus tantum ex fontibus Israel hauriendam esse doctrinam de praedestinatione sanctorum: addendum nunc est, quo ordine ea sit populo proponenda. Omnino enim cauendum, ne in tempestiua huius doctrinae tractatione, conscientiae nondum necessaria doctrina instructa & firmata in ipso ingressu religionis, abripiantur in inextricabiles labyrinthos disputationum.

Vt infantibus in Christo locutus sum vobis, lacte vos potaui, inquit Paulus. Auditorum igitur ratio habenda est. Ac suo exemplo nos docet in hac Epistola, quando sit tempus hanc proponendi doctrinam.

Primum ordiendum est à concione legis, & docendi homines iudicio Deo leuero aduersus peccatum: arguendus est mundus de peccato, & monendi auditores, ut iram Dei expauescant, & seriâ poenitentiam agant.

Deinde conscientias agnitione suorum delictorum perturbatis, & iram Dei atque æternum exitium metuentibus, dulcissima Euangelii promissio de gratuita remissione peccatorum, & donatione vitæ æternæ inculcanda est. Hic quanta fieri potest diligentia, immensa Dei bonitas & misericordia in verbo patefacta: infallibile & immotum iuramentum de clementi Dei voluntate, intercessio, passio, & mors Iesu Christi, atque omnia beneficia Mediatoris: Promissio denique vniuersalis, quæ omnibus offert salutem, tum mandatum immortum, quod iubet, ut omnes credant filio, & amplectantur Euangelium repetenda, vrgenda, & ante oculos pingenda sunt. Hortandæ sunt conscientiae, ut nunquam oculos à verbo promissionis, & à vulneribus Iesu Christi auertant: Sed infixos semper in promissionem oculos & mentem habeant: & ex ea de Deo erga se voluntate statuunt.

Ex qua promissione, ubi per fidem consolationem perceperunt, & se per fidem Deo reconciliatos,

Psal. 119. v. 105.

Pia ignorantia.

Exod. 33. v. 20.

Methodus huius doctrinae.

I. Inculcanda Lex.

II. Euangelium, Misericordia Dei.

Promissio vniuersalis. Fide.

Bona ope-
ra.

coram ipso iustificatos intellexerint; Tum vero etiam sedulo monendi, & assidue excitandi sunt, vt veram fidem studio bonorum operum demonstrent, in omni genere virtutum celebrent æternum patrem, & legi diuinæ, quantum in hac fragilitate carnis conceditur, obtemperare annitantur. Etiam erudiendi sunt, opus esse luctatione aduersus carnis desideria, & adfectus: Obistendum esse peccato, ne rursus dominetur nobis: semper agnoscendam esse nostræ carnis immudiciam & prauitatem, & assidue orationi directæ ad Filium Dei Mediatorem, vt nobis opem ferat suo spiritu, indefinenter insistendum esse.

Lucta.

Preces.

Hanc Apostolorum doctrinam cum pius homo probe didicerit, consolationem quoque ex ea per fidem perceperit, & tandem vitam suam iuxta eam instituerit, tum sponte ei occurrent variæ ærumnæ, aduersitates, pericula, opprobria, & tentationes acerbæ, turbabitur à carne, & variis se obiectum esse certaminibus animaduertet. Hic ne succumbat dolori, erigendus & confirmandus est amplissimis & vberissimis consolationibus Euangelii, & monstranda ei est immensa utilitas afflictionum Ecclesiæ, æternæ beatitudinis portus certissimus ostendendus.

Electionis
doctrina.

Tandem vbi auditores habemus in doctrina Legis & Euangelii recte institutos, vbi Christus cum toto regno suo diligenter annunciatus, vbi intelligimus Ecclesiam grauius exerceri acerbissimis ærumnis, & assidue insectari tentationibus, tum non solum tuto, sed etiam magno cum fructu proponi potest doctrina de electione sanctorum ab æterno decreta, quæ demonstrat piis mentibus efficacissimam hanc consolationem nullius creaturæ vi, nec villo periculo, nec vlla ratione salutem nostram ab æterno decretam infringi, impediri aut retardari posse. Atque ita eibus hic adultioribus in cognitione Euangelii est præbendus, nimirum sub magna ærumnarum mole gementibus, & cum multiplici tentatione luctantibus.

Non inci-
piendam
à prædesti-
natione.

Qui ordo doctori seruandus est in explicanda hac doctrina, is & auditori est circumspicere sequendus: Non statim ad doctrinam de prædestinatione omissis cæteris gradibus doctrinæ, superbe adicendum est sed tanquam in scala Iacob consistentes, primum discamus doctrinam legis, agnoscamus iudicium Dei aduersus peccatum, deploremus nostram prauitatem, agnoscamus nostram indignitatem, & metuemus poenas, quas meriti sumus.

Deinde confugiāmus ad Christum Mediatorem, infigamus peccatoribus nostris dulcissimas promissiones Euangelii: Sic Deus dilexit mundum, vt filium vni-
genitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat: Sed habeat vitam æternam. Iohan. 3. v. 16. Item: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. v. 28. Item: Vinuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Ezech. 33. v. 11. Itē: si peccata vestra fuerint vt coccinum, quasi nix dealbabitur. Iesa. 1. v. 18. Ex his promissionibus petamus consolationem contra pauores conscientie: Tū iustificati fide, & adepti pacem, studeamus nouæ vite, iuxta mandata Dei: reprimāmus adfectus carnis, & captiuemus mentes nostras in obsequium Iesu Christi: obfirmemus etiam animos nostros ad ærumnas. Nam omnes qui pie in Christo viuere volunt, persecutionem patientur: 2. Tim. 3. v. 12. Nec frangamur periculis vel aduersitatibus, sed inquiramus veros consolationum fontes ex Euangelio: Inter quos consolationum fontes & doctrinam reperiemus, de æterna sanctorum prædestinatione, qua nobis tuto & cum fructu licebit vti in timore Dei, & iuxta ipsius verbum.

Cogitatio-
nes impie,

Nemo dicat vel cogitet, si sum electus ab æterno, tum perinde est, siue discam siue contempnam Euangelium, siue credam in Christum, siue indulgeam dubitationi, siue pie siue scelerate viuam, tamen necesse est me saluum fieri: Si autem nō sum electus, tum nihil me iuuat, etiamsi doctrinam magno studio addiscam, firma fide in beneficiis Christi ac quiescā, & le-

gi diuinæ obtemperare annitar, tamen necesse est me perire. Huiusmodi extremæ impietatis cogitationes contumeliosæ in Deum, pugnantibus cum verbo Dei, & ab authore Satana profectæ, & præsentissima pestis animæ, nullo modo admittendæ sunt, sed procul remouendæ, atque primo intuitu detestandæ.

Non enim Deus reuelauit doctrinam de electione, vt ipsi secute illuderetur, & Euangelium suum contempri esset: sed vt nos tanto submissius ipsius Maiestatem admiraremur, tantoque diligentius ipsius verbum disceremus, & Christum librum vitæ amplecteremur. Sciant ergo homines, qui facta mentione electionis sanctorum, dedūt sese carnali securitati, quod iniuri sunt in Maiestatem diuinam, quod scelerate inuertunt & calumniantur immensam Dei bonitatem: quod spreto Dei consilio, quod ad verbum nos deducit, sequantur præstigias Satanæ: quod sibi ipsi neccāt laqueos desperationum. Itaque piæ mentes sibi cauant ab ea impietate, & se intra metas verbi diuini contineant, adhibitis semper piis ad Deum gemitibus in fide.

CAPVT IV.

Quod Christi redemptio & satisfactio pro peccatis sit vniuersalis.

Piæ mens ingressura cogitationem de æterna prædestinatione sanctorum, in primis figat sibi ob oculos immensam Dei misericordiam, qua constituit mundum sibi reconciliare in Christo, & vniuerso generi humano dedit vni-genitum Filium redemptorem & saluatorem: nec vlla ratione patitur sibi ex conspectu abduci promissiones quæ testantur Iesum Christum missum esse in salutem totius mundi: Nequaquam enim hoc vult doctrina de Electione, quod particularis sit redemptio per Christum facta: aut quod Christus tantum pro paucorum peccatis satisfecerit. Vniuerso generi humano dedit pater æternus filium, quod prima promissio testatur, in qua dicitur: *Semen mulieris conteret caput serpentis*, Gen. 3. v. 15. hoc est, totum regnum Satanæ delebit. In secundo Plal. v. 8. *Domine postula à me & dabo gentes hereditatem tuam, & fines terræ possessionem tuam*. Esa. 49. v. 6. inquit pater æternus. *Parum est quod sis seruus meus ad erigendas trilus Iacob. & ad restituendas vestitates Israelis, quin te de us in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terra.*

Hic sane pater æternus Christum dat in salutem vniuerso generi humano, nec excludit quemquam: Christus quoque à patre constitutus Messias & victima, non tantum aliquorum in se peccata deriuauit, sed totius mundi peccata in se recepit: quemadmodum vox diuina clarissime testatur. Ian. 1. v. 29. *Eccce agnus Dei. Non dicit paucorum, & electorum, sed mundi peccata tollit*. Nam pater æternus, teste Iesaja cap. 53. v. 6. *peccatum omnium nostrum in eius humeros posuit.*

Propiciatio est Iesus Christus pro peccatis nostris non pro meis tantum, sed pro peccatis totius mundi. I. Ioan. 2. v. 2. Nem o igitur causam habet excludendi Iesum à regno Christi, quasi sua peccata non sint ex piata: Sedit Filius Messias suo sacrificio vniuersam iram Dei: Et nullum est peccatum grauius, quam hoc partum toti mundo beneficium aspernari, & promissionem abiicere, perinde ac si nihil ad te pertineret.

Ipsæ Christus fatetur, *se carnem suam dare pro mundi vita*. quis igitur audebit hoc eius immensum beneficium toti mundo datum ad paucos restringere?

Idcirco & vniuersalis promissio toties in vniuersa scriptura repetitur & inculcatur, ne quis fingat particularem redemptionem. Venite, inquit Christus, *omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. Matth. 11. v. 28. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit*. Iocel. 2. v. 32. Item: *Iustitia Dei reuelatur per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes credentes.*

Rom.

Rom. 3. v. 22. Item: Conclufit Deus omnia sub inuentione, ut omnium miferetur. Rom. 11. v. 32.

Ac vniuerfa fcriptura paffim teftatur. Iefum Chriftum toti generi humano impetraffe & meruiffe falutem, eamque in Euangelio omnibus offerre: Toti enim mundo inftituit ministerium, per quod omnes vocat ad penitentiam. Ite inquit, predicare Euangelion vniuerfæ creaturæ: Marc. 16. v. 15. 16.

Qui crediderit & Baptifatus fuerit faluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Ac pater æternus de cælo alloquens genus humanum omnibus pariter mandat vt audiant filium, eius Euangelio credant & in ipfo quaerant falutem.

Hic est filius meus inquit, in quo mihi complacetis, Hunc audite Matth. 17. v. 5.

Teftatur etiam fe velle vt omnes homines faluentur & ad agnitionem fui perueniant.

Nequaquam igitur imaginandum est quasi beneficium redẽptionis per Chriftum factæ fit particulare.

Sic autem exposuit Deus fuum confilium & voluntatem, quod dederit quidem filium suum toti generi humano: vt demonftraret suam mifericordiam nulli homini defuiffe: Sed tamen tantum credentibus in Chriftum velle fe impertiri falutem: Non credentes vero & mediatori oblectantes tanto grauiore adfice-re pœna: Vt fimul in omni æternitate & immenfa Dei mifericordia, & æterna iuftitia conſpiciatur.

Adapplicatio igitur & contemptus beneficiorum Chrifti, faciunt discrimen inter faluandos & reprobos. Non eſta utem liberi arbitrii virtus vel facultas, ipfa adprehensio promiffionis, feu vera in Iefu Chriftum fides: Sed eſt purum & merum donum Dei, qd Deus ex immenfa bonitate per verbum & Spiritum ſanctum confert in eos quos ab æterno ad vitæ cæleſtis confortium prædeſtinauit: Aliis hoc pecuhare donum non largitur: Hinc ergo doctrina de electione ſanctorum naſcitur: De qua deinceps per Dei gratiam agemus.

CAPVT V.

Quod certus numerus electorum Deo fit notus.

Sacra igitur ſcriptura perſpicue & ſine omnibus ambagibus teſtatur, certum eumque exiguum reſpectu multitudinis impiorum numerum ſanctorum electum eſſe a Deo ante conditionem mundi, ad æternæ vitæ ſocietatem. Paulus enim inquit, 2. Tim. 2. v. 19. *Solidum Dei fundamentum ſtat habitans ſignaculum hoc: Nouit Dominus qui ſunt ſui.* Et Act. 13. v. 48. *Et crederunt quotquot ordinati erant ad vitam æternam.* Et Rom. 8. v. 29. *Quos elegit, hos & præſeruiuit conformes fore imaginis Filij Dei.* Item: Eph. 1. v. 4. 5. *Quemadmodum elegit nos in Chriſto, antequam mundi fundamenta iacerentur, vt eſſemus ſancti & irreprehensibiles coram ipſo in dilectione. Prædeſtinans nos in adoptionem filiorum iuxta beneplacitum voluntatis ſue.* Ex his manifeſtis ſcripturæ locis necelle eſt ſtatueri, quod Deus ab æterno certum electorum numerum præſeruiuerit, & prædeſtinauerit. Ad quem & Chriſtus reſpexit Ioan. 17. v. 12. *Quos dediſti mihi, cuſtodiri et nemo ex ijs perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impletur.* Accum ſcriptura adfirmet Deum omnes pilos capitis noſtri, Matth. 10. v. 30. *Omnnes ſtellæ in firmamento, Ieſ. 40. v. 12. Omnes dies vitæ noſtræ, Pl.*

Auguſt. de 139. v. 16. *Omnes fugat et lachrymas noſtras.* Plalm. 59. Exactiſſime numeraffe: quis dubitare poterit, Deum etiam ſanctos, quibus ſuam ſapientiam, vitam cæleſtem, latitiam, regnum, gloriam, & felicitatem ſempiternam eſt communicaturus, in ſuo cenſu numeratos habere? Et niſi omnium rerum præſcientiam, & infinitam deroges Deo ſapientiam, quod extremæ eſſet impietatis, negare non potes, Deum ab æterno certo præſeruiſſe, quot & quanam electi, æterna gloria cum Deo fruuntur ſunt. Paulus certo adfirmat, conſta-

re propoſitum Dei ſecundum electionem. Rom. 9. verſ. 11. Ergo falli Deus nequaquam poteſt. Teſte Chriſto, præparauit Deus regnum cæleſte ſuis electis, antequam fundamenta mundi iacerentur. Cognouit igitur eos omnes & præuidit eos, quibus ea præparauit.

Quamquam improprie loquamur cum dicimus, Deum præuidere futura, nam nec præterita nec futura ſunt coram Deo, ſed omnia præſentia. Si autem præſens intuetur quicquid in omni æternitate futurum eſt, necelle eſt certum numerum ſaluandorum eius ſapientiam non latere. Chriſtus inquit: *Nemo rapiet oues meas ex manu mea,* Ioh. 10. v. 28. Nouit ergo Dominus & in numero habet, qui ſint ipſius. Ioh. 6. v. 64. Inquit Euangelilla: *Nam ab initio Chriſtus noſerat, qui eſſent qui non crederent: et quis eum traditurus eſſet.* Hoc igitur extra controuerſiam ſit poſitum certum eſſe electorum numerum, ſoli Deo cognitum: Et extra perpetuæ ruinæ periculum eſſe, qui Chriſto a patre dati ſunt. *Quos dediſti mihi,* inquit Chriſtus. *cuſtodiri: Et nemo ex ijs perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impletur.* Ioan. 17. v. 12.

Etiam illud liquido conſtat ex ſcriptura ſacra, numerum electorum exiguum eſſe, reſpectu multitudinis pereuntium: Manifeſtiſſima enim eſt Chriſti ſententia: Multi ſunt vocati, pauci vero electi: Primum Chriſtus dicit, non omnes homines in toto orbe eſſe vocatos. Plurimæ enim gentes omnibus temporibus fuerunt in orbe, quibus lux Euangelii non eſt cõceſſa: Sed relictæ ſunt in horrendis tenebris ignorantie Dei, & horribilium errorum. Paulus inquit *Deus qui creauit cælum et terram præteritis at atibus ſinebat omnes gentes ingredi vias ſuas.* Act. 14. v. 15. Hoc eſt: Non dedit illis verbum ſuum, vt ſemini Abrahæ: Vnde & Dauid inquit *Psalm. 147. v. 8. Qui annunciat verbum ſuum Iacob, iuſtitias ſuas, et iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, et iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Iuſtiſſimo quidem iudicio hoc fecit Deus. Cum enim gentes promiffionem de Meſſia, datam vniuerſæ poſteritati Adam contemnerent, abiicerent blaſphemarent, & ſæda idola comminifcerentur, tradidit illas Deus in reprobam mentem. Quod vero primum populo Iſrael, deinde gentibus ſuum reuelauit Euangelium non eſt vllis hominum meritis tribuendum, ſed ſoli diuinæ mifericordie & bonitati adſcribendum. Hos ergo qui verbo ad ſocietatem Eccleſiæ vocati ſunt, & quibus Euangelium de Iefu Chriſto in mundo eſt anunciatum, nominat Chriſtus multos vocatos, cum Iudæos, tum gentes: Sed addit, cum multi ſint vocati, & lux Euangelii late per orbem diſfuſa ſit, tamen in illo vocatorum numero pauci ſunt ad vitam electi.

Sic Chriſtus Luc. 12. v. 32. *Ne timueris puſille grex quia cõplacitum eſt patri noſtro, dare vobis regnum.* Et Eſa. 10. v. 22 inquit: *Etiam ſi o Iſrael populos tuos fuerit ſicuti arena maris, tamen reliquæ tantum ſaluabuntur.* Et Ieſ. 4. v. 3. *Et fiet, vt qui reliquus fuerit in Sion, & qui reſiduus manſerit in Hieruſalem, ſanctus vocetur: Omnis ſcilicet, qui Hieroſolimis inter viuos ſcriptus fuerit.* Et Amos inquit *Cap. 3. verſ. 12. Quemadmodum paſtor eripit ex ore Leonis duo crura, aut auris cartilaginem: Sic eripientur filij Iſrael, qui habitant in Samaria.* Item: Paulus Rom. 11. v. 5. Sic igitur & in hoc ſeculo, reliquæ, ſecundum electionem gratiæ, ſaluæ ſunt. Hæc & ſimilia teſtimonia euidenter docent paucos eſſe electos, & ad vitam æternam a Deo ordinatos, reſpectu multitudinis abiectæ: Idq, denunciatur nobis ſacra ſcriptura, ne ſecure viuamus & ne titulo externæ Eccleſiæ nimium conſidamus, ſed nos diligenter exploremus, atq; id operam demus, vt ſeriam agamus penitentiam, & promiffionem Euangelii vere amplectamur: Vnde ſtatueri poſſimus, nos eſſe in numero electorum, & hæredes fore vitæ æternæ. Deinde ne ſtupenda paucitate credentiu offendamur: ſiquidem omnes pii doctores cum Ieſaia exclamant: *Quis credidit auditiui noſtro?* Ec.

Deo nihil eſt futurum.

Exiguus electorum numerus.

Contra ſecuritatem.

Contra ſcandalum.

Tantum credentibus datur ſolus.

Applicatio ſaluandos & reprobos diſcrimit.

Auguſt. de C. D. lib. 14. cap. 26. & Epift. 206.

53. v. 1. Sed sciamus Dominum semper nouisse suos, atq; abiicere Ecclesiam propter paucitatem.

CAPVT VI.

Quæ sit electionis causa.

CVM ipsa electio sit Argumentum omnium euidentissimum gratuita Dei misericordiae & immensae bonitatis, detestanda est hominum audacia & impietas, qui ex cerebro suo effingere conati sunt, causam electionis esse hominum merita: Deum ab æterno vidisse, qui obtemperaturi essent ipsius diuinæ voluntati, & qui futuri essent impii: Et eos quos pios futuros præuiderit, elegisse ad vitam: Quos vero præiudicauit futuros impios, exitio destinasse.

Fides præuifa non est causa electionis.

August.

Augustinus his verbis Pelagii sententiam refert. Præsciebat ergo, ait Pelagius, qui futuri essent sancti & immaculati per libera voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua præscientia, quæ tales futuros esse præsciebat, elegit. Elegit ergo, inquit, antequam essent prædestinati, filios, quos futuros sanctos immaculatosq; præsciebat: utiq; ipse non fecit, nec se facturum, sed illos, futuros esse præiudicauit. Atq; hanc sententiam sparsit in Ecclesia Origenes, & plurimi eum secuti sunt, quia congruit humanæ rationi. Ac mordicus hanc retinent Pontificii scriptores.

Origenes.

Synergistæ.

Patroni liberi arbitrii & Synergistæ videntur sibi circumspicius loqui cum dicunt, Deum quidem non respexisse nostra merita in electione, sed ad sensus voluntatis rationem habuisse, quos enim præiudicauit Deus credituros Euangelio, & ad sensuros tractioni Spiritus S. hos elegisse ad vitam æternam: Quos vero præiudicauit repugnaturus Euangelio & Spiritui sancto, hos destinasse æternæ damnationi. Atq; ita voluntatis ad sensum, causam constituente electionis.

Verum hæc sententia Synergistarum prorsus nihil differt à sententia Origenis, Pelagii, & Pontificiorum: Siue enim pietatem, siue ad sensum electionis in nobis constituunt: Cui falsæ sententiæ vniuersa sacra scriptura reclamationem fortiter. Demonstrat enim causam electionis in Deo, non in nobis esse. Vos me non elegistis, inquit Christus, sed ego elegi vos. Ioan. 15. v. 16. Et attendenti verba Pauli: Eph. 1. v. 4. sicut elegi nos in Christo, ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati: non obscurum est: non ideo nos electos esse, quia futuri eramus, sed ut essemus sancti. Ac Paulus demonstrat euidentissime Deum secundum propositum voluntatis suæ & ex mera misericordia legisse vitæ socios, neq; respexisse ad vlla nostra vel opera vel merita, vel ad sensum, Rom. 9. v. 11. Cum enim nondum nati essent, nec quicquam boni vel mali fecissent, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Maior seruiet minori. Item: Rom. 11. v. 5. Sic & nunc reliqua secundum electionem gratia superiunt. Item: Ephe. 1. v. 3. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis omni benedictione spirituali, in caelestibus Christo: quemadmodum elegi nos in ipso ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati coram ipso in dilectione, prædestinans nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum erga seipsum, secundum beneplacitum voluntatis suæ. Item: Ibid. v. 11 in quo in sortem adsciti sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur iuxta consilium voluntatis suæ. Item: miserebor cuius miserebor, & clemens ero cui clemens fuero. Exod. 33. v. 18. Hoc est, quisquis meam misericordiam adipiscitur, vocatur, iustificatur & glorificatur, is eam tantum gratuito ex mera misericordia obtinet. Tantum ex mera misericordia & bonitate distribuo mea dona. Ac cum vniuersa scriptura testetur tantum ex gratia Dei iustificari homines: Gratia, inquit Paulus, saluati estis, per fidem, idq; non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Eph. 2. v. 8. Iustificatio vero pendeat ex electione: quemadmodum

Causa electionis in Deo est non in nobis.

Misericordia Dei electionis causa.

Paulus discrete docet, iustificationem esse effectum vocationis, vocationem effectum electionis. Quos elegit, inquit, & vocauit. Necessè est tantum mera misericordia & bonitate manare electionem sanctorum, & non ex merito neq; ex ad sensu voluntatis. Ita & Christus causam electionis ostendit, esse bonitatem Dei: An oculus tuus ideo malus est, quia ego tam bonus sum. Mate. 22. v. 15. Item: non me elegistis: sed ego elegi vos & constitui vos ut abeatis & fructum feratis. Ioan. 15. v. 16. Item: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Ioan. 6. v. 44. Cum patris sit dare ad sensum voluntatis, necessè est in Deo causam esse ad sensum, & quidem non partialem, sed totalem: Nimis impudens est D. Crellii Oratio, qui non veretur hæc ponere verba: Porro causa electionis hæc sunt: Principalis est misericordia in voluntate Dei, qui propter filium recipit & saluat credentes. Deinceps accedit alia causa, nempe voluntas humana ad sensum verbo, & adprehendens misericordiam Dei. Hoc sane est contradicere Paulo, & toti sacrae scripturae.

D. Crellius.

Paulus enim vrget soli misericordiae & proposito Dei adscribendam esse nostram electionem: & vt omnem in nobis causam excludat, inquit, cum nondum nati essent, nec quicquam vel boni vel mali fecissent. Rom. 9. v. 11. Ac nequis partiretur beneficia electionis, inter Deum, & hominem, quasi principalis sit causa in voluntate Dei minus principalis in hominis voluntate: prorsus excludit humanæ voluntatis studium & conatum omnem. Non est volentis, neq; currentis, sed miserentis Dei, Rom. 9. v. 19. iuxta dictum: Miserebor cuius miserebor, & clemens ero cui clemens fuero. Firmiter itaq; statuamus omnium sanctorum electionem prorsus & ex toto, ex sola gratuita Dei misericordia & bonitate pendere, sine omni respectu humanorum meritorum vel operum, vel ad sensum voluntatis: quæ omnia effectus esse possunt electionis ante constitutionem mundi factæ, causa vero electionis nullo modo esse possunt.

Exod. 33. v. 19.

CAPVT VII.

Quod omnes saluandi, in Christo sint electi.

EST quidem immensa Dei misericordia sola causa, & vnicus fons electionis sanctorum: verum ea ita patefacta est, quod in solo Iesu Christo filio Dei pateat. Nam in filio dilecto, & per filium, & propter filium nos elegit, & prædestinauit in adoptionem filiorum. Extra filium Dei Iesum Christum, non solum nullus hominum est electus, verum etiam ne intelligi quidem potest misericordia Dei erga massam peccato pollutam. Non ergo inquirenda est electio absq; Christo: sed statuendum nos ante mundi conditionem in solo Christo electos esse: hoc est: propter filii Dei intercessionem, & hac conditione, vt Christus Mediator & victima constitueretur pro peccatis mundi, vt etiã Ecclesia spiritu & potentia Christi colligeretur, ipsi vniretur, & in omni æternitate Christo addicta esset, & in vera iustitia & sanctitate eius gloriæ seruiret. Hæc Paulus clare docet, Ephe. 1. v. 4. Quemadmodum elegi nos in ipso, ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram ipso per charitatem: qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum erga se, iuxta beneplacitum voluntatis suæ, ut laudetur gloria gratia suæ, charos nos credidit per illum dilectum. Item: decreuit Deus omnia instaurare per Christum, per quem in sortem adsciti & prædestinati sumus, secundum propositum ipsius. Item: Coloss. 1. v. 16. 17. Omnia per illum & in illum creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt. si nihil est in tota rerum natura, quod non in Christi gloriam sit conditum, necessè est Ecclesiam sanctorum in primis propter Christum electam esse. Atq; huc referenda sunt omnia illa dicta: Nemo venit ad patrem nisi

Extra Christum nemo electus.

nisi

nisi per me. Ioh. 14. v. 6. Item: non est in alio salus, nec est aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat vos salvos fieri. Act. 4. v. 12. fundamentum aliud poni non potest, praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus. 1. Cor. 3. v. 11. Item: Quoniam in illo beneplacitum est patri uniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari cuncta erga se pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem, siue qua in terra sunt, siue qua in caelis. Coloss. 1. v. 19.

CAPVT VIII.

Quod Deus non omnium hominum corda, pari efficacia moueat, & ad se trahat Spiritu sancto.

CARDIO disputationis in controuersia de praedestinatione est, num Deus omnium hominum corda pari efficacia moueat, & trahat per Spiritum sanctum. Videtur enim absurdum rationi humanae tribuere iustissimo Deo, quod inaequaliter erga genus humanum sit affectus, & quosdam trahat, quosdam praetercat. Eoq; dementiae labitur ratio, ut insimulet Deum authorē peccati: Et fingat homines reprobos omni vacare culpa, ni hoc obtineat, Deum ex aequo vocare & mouere omnes, & pari efficacia singulorum corda trahere. Quā Pelagianorum, & Synergistarum rationi consentaneam sententiam, his uersibus describit Prosper.

Pelagiani & synergistae. Prosper.

Vt cunctos uocet illa quidem, inuitetq; nec ullum, Prateriens student, communem adferre salutem: Omnibus & totum peccato absolvere mundum. Sed proprio quemq; arbitrio parere uocanti: Iudicioq; suo, mota se extendere mentis: Ad lucem oblatam, qua se non subtrahat illi.

Verum sacra scriptura multis in locis diserte testatur, non omnium hominum corda, pari gratia illustrari, aut eodem modo trahi à patre.

Primum manifestissimum est lucem Euangelii, qua hominum mentes illuminantur & trahuntur ad fidem, non omnibus populis eodem modo concessam esse. Plurimas gentes reliquit Deus multis seculis in tenebris ignorantiae: Soli uero populo Israel dedit Deus excellentes Prophetas & Doctores, qui promissionem adfidei sonarent. *Non fecit taliter, inquit Dauid, omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. 147. v. 9. Psal. 76. v. 1. Notus in Iudea Deus: & in Israel magnum nomen eius. Act. 14. v. 15. Prateritis seculis fuit Deus omnes gentes ire uias suas. Christus inquit: Matth. 11. v. 21. Si in Tyro et Sidone adita fuissent uirtutes, qua in te adita sunt, olim in sacco et cinere egissent penitentiam. Amplior ergo gratia Capernatis & Bethsaidanis oblata fuit, quam Tyriis ac Sidoniis.*

Cur non omnes ex a quo uocatur.

Quod si externa praedicatione non aequè offertur omnibus, nec interna motio ac tractio patris, quae non cōtingit cuiquam, nisi per uerbi externi ministerium. Nam quos elegit, hos et uocauit Rom. 8. v. 30. Causam sane scire non possumus, cur Deus huic populo concedat sui uerbi lucem, illi deneget. Hoc tamen certissimum est, non esse iniustitiam apud Deum. Quos populos punit caecitate & errorum caligine: in eos iustā exercet uindictam spretae promissionis: Quibus oriri sinit lucem Euangelii sui, iis demonstrat amplitudinem suae misericordiae & bonitatis.

Inter uocatos non eadē apud omnes efficacia operatur Deus.

Deinde in eo cōtatu, qui externo ministerio ad uitae aeternae confortium uocatur, non pari efficacia operatur Deus in auditorum cordibus. Pharaoni oblatum fuit externum uerbum, & miracula diuina, sed negata interna spiritus sancti gratia. Ad Moysen uero non tantum factum est uerbum Domini, sed etiam cor eius emollitum est, ut crederet uerbo & promissionibus. Vnde & scriptura dicit: *Indurabo cor Pharaonis: Exod. 4. v. 21. Et Paulus hinc infert: Ergo cuius uult miseretur, et quem uult, indurat. Rom. 9. v. 18. Quid potest dici dilucidius in hac causa? Disertis uerbis pro-*

nunciat Paulus, non omnibus dari gratiā, sed quosdam indurari. Valeat sane interpretatio: Deum non efficacia motu, sed permissione iusta indurare corda, obturare aures, & excecere oculos mentis: Interea liquido hic conficitur, non omnium corda à Deo trahi per spiritum: sed quorūdam relinqui, ut indurescant.

Fides sane solius Dei donum & spiritus sancti opus est, à ratione & libero arbitrio adeo non proficiscens, ut maxime ei aduerferetur Vnde Paulus: *Gratia saluati estis per fidem, idq; donum Dei est. Ephes. 2. v. 8. Ac alio loco Paulus testatur, fidem non esse omnium. 2. Thess. 3. v. 2. Non ergo ex aequo tanguntur omnium mentes & uoluntates. Christi uero sententia aufert omnem controuersiam: Nemo, inquit, potest ad me uenire, nisi pater meus traxerit eum. Ioh. 6. v. 44. Cum ergo non omnes auditores ueniant ad Christum, sed plurimi eum deserant, auerferentur, blasphement, paucissimi uero ad eum ueniant, sole clarius est, non omnes à patre trahi. Ne enim dubitare possemus, nū omnes qui trahuntur à patre, ueniant ad Christum, ipse liquido testatur. *Omne quod dat mihi pater, uenit ad me: et uenientem ad me non eieciam foras. Ioh. 6. v. 37. Item: qui audit à patre et discit, uenit ad me. Ibid. v. 45.**

Fides donum est Dei.

Valde quidem remota est à sensibus carnis haec schola, in qua pater auditur, & docet ut ueniat ad filium: Ibi est & ipse filius, quia ipse est uerbum eius, per quod sic docet, nec agit cum carnis aures, sed cordis: simul est ibi & spiritus Patris & filii, neq; enim ipse non docet, aut separatim docet. In separabilia quippe dicimus opera Trinitatis. Numquam gratia legera est: Gratiam uero esse quis dubitet. Haec itaq; gratia, quae occulte humanis cordibus, diuina largitate tribuitur, à nullo corde duro respuitur: Ideo quippe tribuitur, ut cordis duntia primitus auferatur. Omnes itaq; crederent, si fides daretur omnibus: sed cum paucissimi credant, maxima pars in incredulitate persistat, negari non potest, non omnium mentes tangi, nec omnibus dari fidem.

Nec dici à quoquam potest, offerri quidē gratiam singulis, sed ab aliis repelli, ab aliis accipi. Nam priusquam homines cōuertantur per spiritum, omnes rebelles sunt gratiae: Et ideo datur gratia, ut ex nolente fiat uolens, & ex repugnante aduertiens. Et ipse fidei aduentus merum Dei donum est: Et trahi à patre ad Christum, & audire, & discere à patre nihil aliud est, quam donum accipere à patre, quo quis credat in Christum, ut Augustinus testatur.

Nō omnibus datur fides.

Aduentus fidei donum est Dei. August.

Paulo concionante aperuit Deus cor Lydiae, ut attenderet ad uerba Pauli: si pari gratia omnibus Pauli auditoribus aperiebatur Deus corda: quid erat causae, cur spiritus sanctus hoc de Lydia peculiariter annotaret. Paulus inquit: *1. Cor. 1. v. 18. sermonem crucis iis qui perierunt, stultitiam esse: iis uero qui saluantur uirtutem Dei. 1. Cor. 1. v. 18. Qui ergo amplectuntur sermonem crucis, iis datam hoc est diuinitus: Quibus est stultitia, iis datum non est. Matth. 13. v. 11. 12. 13. 14. Apollolis interrogatibus, cur Christus in parabolis loqueretur, respondit: *Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum: illis uero non datum est: Qui enim habet, ei dabitur, et abundabit: Qui uero non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquebatur eis, ut uidentes non uideant, & audientes non audiant, ne intelligant: Et impletur in ipsis Prophetia Iesaiæ, qui inquit: Aures audite & non intelligite. Itē: v. 16. 17. Beati oculi uestri, quia uident: & aures uestra, quia audiunt: Amen dico uobis, multi Prophetae et reges cupiuerunt uideri, quod uidetis, et non uiderunt: et audire quae auditis, et non audiuerunt. Item: Luc. 8. v. 8, sublata uoce clamat Christus: *Qui aures habet ad audiendum, audiat.***

Hoc sane non dixisset, nisi significare uoluisset, non omnes habere aures ad audiendum uerbum Dei: qui autem habent, iis datae sunt diuinitus. Ad Rom. 8. v. 30. *Quos elegit, hos et uocauit: non dicit omnes et a quo uocari uocatione sancta, et iuxta propositum: sed tantum electos et praefinitos.*

o

Adhæc

Adhuc parabola Christi de operariis conductis in vineam, perspicue euincit, Deum impari ratione sua distribuere dona, ita tamen vt nemini iniuriam faciat. Solutione mercedis inchoare iubet à nouissimo: Qui vnā hōram laborarunt, iis numerat ex gratia denarium: Qui tulerunt æstum diei, soluit quidem pactam mercedem: Sed nihil addit ex gratia: Et rationem addit: quia liceat ipsi facere de suo quod vult Matth. 20.

Cur non omnibus det gratiā.

Rom. 9. v. 22.

Iam si quis interroget, cur autem Deus non omnibus dat gratiam, non illuminat, trahit, conuertit pariter omnes, non in omnibus accendit fidē, non omnibus inspirat sanctam mentem? Huic respondet Apollus Paulus: *Deus, inquit, volens ostendere irā, & notam facere potentiam, magna longanimitate tulit vasa ira preparata ad interitum: & vt notam faceret diuitias gloriae sua erga vasa misericordiae, qua preparauit in gloriam, quos & vocauit.* Hic tres causas ostendit Apollus, cur Deus magnā hominum multitudinem reliquerit in interitu: *Primo* vt iram seuerissimam & æternam ostēderet in iis aduersus peccatum. *Secundo* vt in impiis reprimendis diuinam suam potentiam mundo patefaceret. *Tertio* vt conspectior fieret immensa eius misericordia & bonitas erga electos, qui cum ex eadē polluta sunt massa, tamen mera Dei bonitate ad vitam sunt prædestinati: Hac manifestatione consilii diuini, cōtenti simus, nec vberiore scientiam horum mysteriorum cœlestium inquiramus.

Quare vero Deus, cum omnes ex eodem peccato polluta, & morti obnoxia massa veniamus, Deus hunc elegerit, illum præterierit, huius misereatur, illum induret, ad secretum & imperuestigabile Dei consilium pertinet, quod humanæ fragilitati non temere inquirendum, sed submisse admirandum est: Et eleganter in hanc sententiam Prosper inquit:

Prosper. Docta ignorantia.

*Multa etenim bene tecta latent, nescitque pro sunt:
Dura mansueta fides quadam dilata modeste
Sustinet: & nullo ignorat non edita damno.*

Quin & diuina autoritas humani ingenii curiositatem conantis irrumperere in archium Dei, compefcit & coerces, inquiens, *qui scrutator est Maestatis, opprimetur à gloria.* Prouerb. 25. v. 27. Sufficiat ergo nobis scire, quod non sit iniustitia apud Deum: *Ipsius enim donum est æterna salus* Rom. 6. v. 23. hanc imperit cui ipse vult: neminem debita mercede defraudat: Imo nemini quicquam debet. Hic reuera tota iustitia est: Hoc volo: vt Christus restatur: *An non licet mihi facere de meo, quod volo: An oculus tuus malus est, quia ego tam bonus sum.* Matth. 20. v. 15. Gratulemur & nobis quod Deus ex immensa sua bonitate, absque nostro merito nos elegit, verbo suo ad societatem Euangelii vocauit, & fidei lumen per Spiritū sanctum in nobis accendit. Modeste etiam hanc moram sustineamus, quod perfecta sapientiæ cognitionem distulit in vitæ æternæ consuetudinem nullis perturbationibus obnoxiam. Interea cum Apollolo Paulo exclaimemus: *o altitudo diuitiarum, sapientiæ & cognitionis Dei: quam inscrutabilia sunt eius iudicia, & inuestigabiles via eius: quis cognouit mentem Domini? Quis consiliarius eius fuit?* Rom. 11. v. 33. 34.

CAPVT IX.

Quomodo erudiendi, & qua cōsolatione erigendi sint animi, qui tentatione de electione perturbantur.

OMNIA qua scripta sunt, in nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiā & cōsolationem scripturarū spē habeamus. Rō. 15. v. 4. Sed salutis nostræ aduersarius vt vniuersam scripturam deprauare, & remedia saluberrima in præsentissima venena cōuertere conatur: Ita & hac salutari doctrina deprædestinatione sanctorum abutitur, & laqueos hinc necesse nititur, quibus impellat homines ad desperationē. Ministris igitur Euangelii opera danda est, vt animos turbatos & irretitos, tristi tentatione de electione extricent ex

Tentatione an sis in

huiusmodi laqueis, & in viam planam deducāt. Cum ergo offeruntur nobis animi anxii, & pene absorpti mcerore, eo quod verentur, & sibi imaginantur se nō esse in numero electorum, atque ideo vsum verbi, exercitium fidei, & luctā aduersus dubitationem abiiciūt.

Primum inquirendum est, an tentatione obrutus, curiositate quadam, vel fiducia ingenii, vel contemptu ministerii ingressus sit disputationem de electione: An verō obiectæ sint hæ tentationes à Satana, dum animus est sollicitus de vitæ æternæ acquisitione. Qui enim sponte labyrinthos tentationum ingrediuntur, graui & seria castigatione coercendi sunt: & monendi vt pœnitentiam de hoc peccato agant, & in posterum abstinēat. Peccatum enim contra primum præceptū, committit, qui Dei consilia arcana absque verbo peruestigare nituntur, & sese Deo sapientia æquant. Ac huiusmodi temeritas semper cum cōtemptu ministerii est coniuncta, quod est grauissimum peccatum.

Quos vero Satan suis dolis irretiuit, & hanc voraginem præter opinionem abripuit, cōsolatione erigendi sunt, etiam hanc grauem tentationem cessuram ipsis in bonum.

Deinde inculcandum est, quanta fieri potest diligentia, non licere nobis nostris vagari speculatōibus, & indagare consilia Dei de electione extra verbum: Ideoque mens prorsus auocanda ab omni disputatione, quæ non nititur expresso Dei verbo. Estque diligenter vrgendum mandatum Dei, quo iubemur *captiuare mentes nostras in obsequium Christi*, 2. Cor. 10. v. 6. & alligamur ad verbum. *Ad legem, inquit, & ad testimonium, nisi dixerint iuxta verbum hoc, non orientur illis matutina lux:* Esa. 5. v. 20. Huic admonitioni non est imponendus finis, donec obtinuerimus, quod velint se subiicere verbo.

Tertio sedulo docendæ sunt mētes turbatæ, Deum nullo modo iniustitiæ aut vilius crudelitatis accusandum esse: Est enim Deus immensa bonitate, clementia & misericordia præditus. Et quomodo iniustitiæ insimulari potest, cum omnes simus natura filii iræ, careamus gloria Dei, & mortem æternam meriti sumus. Etiam si Deus nullum elegisset hominem, sed omnes in damnatione reliquisset, tamen iniustitiæ argui non posset. Cauendum igitur ne blasphemis cogitationibus, quas suggerit Satanas, quis indulgeat: sed potius eas reprimat.

Iam si tentatus animus fatetur, se nihil derogare iustitiæ Dei, nec se velle vagari absque verbo: hoc tamen certo statuere non posse, quod sit in numero electorum: Tum *quarto* totus sermo ad cōsolationem est cōformandus, & amplissimi thesauri Euangelii aperiendi, & hac vel simili oratione compellendus anxius animus.

Cum æternus pater tam innumera, tamque euidentia argumēta suæ immensæ bonitatis atque inexhaustæ clementiæ nobis ostēderit, & ob oculos posuerit, magnæ cæcitatē & imprudētiæ est, omnia illa clarissima testimonia de conspectu remouere, & obliuione obuiere, & eā mentem ad fingere Deo, cuius ne leuissimum quidem signum extat. Nō fuit Deo satis cōdidisse cœlum & terram, & in hoc domicilio collocasse hominē ornatum sapientia, luce, iustitia, vita, & beatitudine: Verum etiam cum homo violasset Dei præceptum, & se in mortem æternā præcipitasset, aperuit immensum fontē suæ inexhaustæ misericordiæ, obtulit hominibus cōdonationem peccati, promisit liberationem ex tyrannide Satanae, & viam adsequēdi æternæ vitæ beatitudinem nobis patefecit & monstrauit. Ac vt amplitudinem suæ clementiæ ineffabilis nobis omnium euidentissime demonstraret, non peperit vnigenito filio suo, quo vnice delectatur, quin ipsum nobis cōstituit Mediatorem & redemptorem, *posuit in eum peccata omnium nostrorum:* subiicit eum maledictioni legis ac morti, vt nobis certo constaret salus. Non potuit clementissimus & mitissimus pater euidentiore argumento, immensum suum amorem erga nos demonstrare. Merito igitur Christus exulciat nostra corda ad

numero electorum quomodo resistendum.

I.

II.

III.

IIII.

Esa. 5. v. 6.

ad

ad contemplationem admirandæ dilectionis Dei. Sic inquit, *dilexit Deus mundum, ut filium unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Ioan. 3. v. 16. Et Paulus. Rom. 5. v. 8. *comendat Deus dilectionem suam erga nos, quod cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis est mortuus: multo magis iustificati tunc in sanguine ipsius servabimur per eum ab ira: Si enim cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii sui, multo magis reconciliati servabimur in vita ipsius.* Et rursus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio etiam filio non peperit, sed dedit eum pro nobis omnibus, quomodo non omnia cum ipso nobis largiretur?* Rom. 8. v. 31. 32.

Huc ergo mi homo respicias, & contemplare immensum ignem flagrantissimi amoris Dei erga te & totum genus humanum: Cur tu imaginaris, Deum esse crudelem Tyrannum, qui inuideat tibi salutem, quam petis? Cuius rei nullum extat argumentum in tota rerum natura. Quin tu optimo & veracissimo Deo de sua natura tam clementer & benigne testanti fidem habes: Ego inquit, *sum Dominus Deus tuus, misericors, beneficus, leni animo: Immensa bonitatis & veritatis: faciens misericordiam in mille: Condanans iniquitatem, transgressionem & peccatum.* Exod. 34. v. 6. David inquit: *Psalm. 103. v. 13. Quemadmodum pater miseretur filiorum: Ita Dominus miseretur eorum, qui diligunt eum.*

Non secundum peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. v. 10. Et rursus ipse Deus affirmat: *Isai. 49. v. 15. Numquid mater oblivisci potest infantem uteri sui? Etiam si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliviscar: Quali dicat, nullius vel mitissimi patris peccata ita flagrat amor erga liberos, quin meus erga vos amor multis modis sit flagrantior.*

Iam vero etiam repete animo mi homo gravissimum iurandum ipsius Dei, qui ut omnibus omnem auferret dubitandi causam, per seipsum iuravit: *Vivo ego, inquit, nolo mortem peccatoris sed ut convertatur & vivat.* Ezech. 33. v. 11. Overe ter beatos, quorum causa Deus iurat: o ter miserimos, qui Deo ne iuranti quidem credunt. Quos vero prætextus saltem diffidentia suæ erga Deum vllus homo habere potest? Verax est Deus & meriri non potest. Et cum satisfuisset saltem patetere & promittere clementem voluntatem, etiam iuramento eam nobis confirmavit.

Ad hæc fige mihi oculos in Dominum nostrum Iesum Christum: In quo nullum indicium iræ cõspicitur: Sed omnia immensum testantur amorem, & ardentissimam sitim nostræ salutis. Nostræ enim salutis causa descendit de cælo, & homo factus est: Adsumpsit fragilem carnem nostram, ut se nobis quam ardentissime cõiungeret: Recepit in se peccata omnium nostrum, & deriuavit in se totam patris iram, sudavit sanguinem, sustinuit legis maledictionem, subiit tristissimam mortem, passus est se deserere a Deo, & ad inferos usque descendit, ut nobis salutem compararet. *Nemo, inquit, Ioh. 15. v. 13. maiorem dilectionem habet, quam ut ponat animam suam pro amico: Ego pono animam meam pro vobis.* Ioan. 10. v. 11. Atque ut hoc suo beneficio partio omnes utantur, suavissime nos inuitat. *Venite, inquit, omnes ad me, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos.* Matth. 11. v. 28. Graui vero iniuria adhecit Christum, qui fingit eum non delectari nostra salute, quam tam amplo redemit precio: quæque tam dulcibus promissionibus offert: *Deus, inquit, non misit filium suum, ut iudicet mundum: sed ut mundus per eum saluus fiat.* Ioan. 3. v. 17. *Filius hominis venit saluare, quod perierat.* Matth. 18. v. 11. Item: *Omne quod venit ad me, non eiciam foras.* Ioan. 6. v. 37.

Edidit & Spiritus sanctus evidentissima testimonia immensissimi erga nos amoris, & quod ardentissime expetat nostram salutem: Idcirco enim descendit de cælo, & sese hominibus manifestavit, cõservat ministerium Euangelii, etiam inserit se nostris pectoribus, ut purget

ea a peccatis, & cõglutinet nos cum æterno & vivo Deo. Clamat etiam *gemitibus inenarrabilibus in nobis, Abba pater.* Rom. 8. v. 26. Atque hoc ipsum desiderium salutis, quod in te est, iam a Spiritu sancto est accensum. Hæc tam illustra & innumera testimonia amoris Dei erga te intueri & expendere, & animo tuo infingere debes, ut nunquam oculos & mentem ab eis auertas.

Fortassis autem cogitas in animo tuo: *Ut amplissima, ita verissima sunt ista omnia: Verum tentum ad illos pertinent, qui ab æterno electi & prædestinati sunt ad vitam: Hoc autem me angit, quod ex eorum numero non sum.*

Respondes: Unde vero tu hoc rescivisti, unde colligis, te non esse ex numero electorum? Num cor tuum hoc dicat tibi? At omnis homo mendax: & unde absque verbo constaret cordi tuo, quid Deus ab æterno præfinit? si sensum tuum allegas, scire debes, Deo potius credendum esse, quam tuis sensibus: At Deus nusquam tibi patefecit, quod te non elegerit: Nulla voce in toto orbe terrarum significavit Deus, quod te non prædestinavit, sequitur ergo à Satana iuggeri cuiusmodi cogitationes, qui cum sit pater mendacii, non solum indignus est cui fides habeatur, sed etiam verbo divino confutandus est. Et quid est mi homo, quod te ipsum tam atroci sententia damnas, cum ne Deus quidem tam tristem in te proferat sententiam? Sed dicis: *Stat tamen sententia, quam ante constitutionem mundi præfinit.* Hoc quidem est verum: sed quod te non elegerit, verum non est, quia verbum Dei hoc non testatur. Sine verbo Dei autem, cor humanum nihil nisi mendacia profert de regno Christi spirituali: Quin tu potius argumenta solida ex verbo Dei colligis, quibus animum tuum firmare potes, te adivina clementia nequaquam exclusum esse. Cum primum patefecit Deus consilium bonitatis suæ de mittendo Messia, & liberando genere humano ex faucibus Satanae, neminem exclusit Deus: sed toti posteritati Adæ Euangelium hoc proposuit & obtulit: quod evidens est Argumentum, Deum omnium hominum expetere salutem.

Et Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, constitutus Mediator non tamen paucorum electorum, sed totius mundi peccata in se recepit, uniuersam iram Dei sustinuit, pro omnibus hominibus impleuit legem, & omnibus impetrauit & meruit salutem. Nequaquam imagineris, Christum tantum pro paucis electis sudasse suum sanguinem, reliquorum nullam habuisse rationem: Imo ut Ioannes testatur: *Christus est propiciatio pro nostris peccatis, non pro nostris tantum, sed pro totius mundi peccatis.* Ioan. 1. v. 2. Et Baptista: *Eccce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Ioannes. 1. v. 29. Item. *Isai. 53. v. 6. Posuit Deus in eum peccata omnium nostrum:* Ergo & tua peccata in humeros tuos recepit Filius Dei: pro te satisfecit Christus patri: tibi meruit salutem. Quomodo posset Deus liquidius demonstrare suam erga te immensam clementiam, & quod te nequaquam excluderet à participatione salutis, quam per Filium unigenitum dedit *ἀντὶ πάντων* pro tuis & omnium hominum peccatis.

Hic vero etiam nunc repetas animo, expende, considera, inculca, & infige menti, utraq, manu & verius toto pectore adprehende, & firmiter tene uniuersalem promissionem, quæ toties in sacra scriptura à Christo, & ab omnibus Prophetis & Apostolis repetitur. Quales sunt.

Ioan. 3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Rom. 3. v. 22. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes credentes.

Matth. 11. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos.

Ioan. 6. v. 37. Omnes, quod venit ad me, non eiciam foras.

Tentatio
ni quomodo
occurrendum:
quod promissiones
ad te non
pertineant

Rom. 10. v. 12. *Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant eum.*

Ioc. 2. v. 32. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.*

Rom. 11. v. 32. *Conclusit Deus omnes sub incredulitate, ut omnium misereatur.*

1. Timoth. 2. *Deus uult omnes homines saluos fieri: & ad agnitionem ueritatis peruenire.*

Iesa. 53. v. 6. *Posuit Deus in eum peccata omnium nostrum.*

Act. 10. v. 43. *Hic omnes Propheta testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum in nomine eius omnes, qui credunt in eum.*

Act. 13. v. 39. *In hoc omnis qui credit, iustificatur.*

Ioan. 6. v. 39. *Hac est uoluntas eius, qui misit me, ut omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam aeternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Iesa. 55. v. 1. *Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, comedite: Venite, emite absq; argento, & absq; ulla commutatione uinum & lac.*

Has & similes uniuersales promissiones, quæ omnibus sine discrimine offerunt salutem & omnia Iesu Christi beneficia, sculpe tibi ante oculos, & imprime cordi tuo: neq; permittas ulla ratione eas tibi uel obliuiscari, uel auferri ex animo tuo. Te ipsum quoq; in illam promissionem includas, & singula beneficia in Christo oblata, ad te transferas, tibi adplices, & ut propriam tuam possessionem occupes. Quid disputas de inscrutabili Dei iudicio: cum eius clarissimam uoluntatem & immensam erga te misericordiam, in uniuersali promissione, tanquam in tabula expressam habes?

Ad hæc expende, cum potuerit Deus iustissimo iudicio te relinquere in tenebris ignorantiae, sicut plurimas gentes relinquit, quibus non impertit Euangelii lucem, ut uerbi sui contemptum seuerè puniat: Quam euidenti Argumento suam erga te clementiam demonstrarit, quod te ad societatem Ecclesiae uocauit, radios suæ lucis super te sparsit, & notitiam Mediatoris Iesu Christi tibi communicauit: iam te uocat & inuitat Deus sua uoce ad participationem salutis: Cur ergo tu tibi imaginaris, Deum tibi inuidere salutem, aut te non esse electum? Tu ne putas Deum simulate tecum agere? an errantibus & cæcis cogitationibus tuis plus fidei est habendum, quam uerbo perspicuo omnipotentis Dei?

Ad hæc etsi valde iniquum sit, miserum & sordidum hominem multis pollutum peccatis, comparari cum iustissimo ac sanctissimo Deo. Tamen hætenus tibi hoc liceat, ut saltém erroris tui admonearis, & immensam Dei bonitatem & iustitiam perspicias. Quid ergo est, dic mihi mi homo, causæ cur metuis te non esse electum? Est ne aliquod in te aeternæ salutis desiderium? Ex petis ne fidem? Cupis ne te conuerti per spiritum sanctum? vis ne adscribi catalogo electorum? Si prorsus nulla tangereris desiderio salutis, sane non admodum sollicitus esses de electione, nec angereris. Si non expeteres fidem, non quereris te credere non posse. Haud dubie igitur dices, sic, expeto, & profundo gemitu desidero salutem. An ergo mi homo existimas, te meliorem esse ipso Deo? An tribuis tibi plus sapientiæ, clementiæ, bonitatis, iustitiæ, misericordiæ, quam ipsi iustissimo & clementissimo Deo? Nequaquam inquis. Ergo uel desiderio cordis tui admonitus expende & statue, Deum flagrantissimo desiderio tuam expetere salutem. Nam bonitas Dei in immensum amplior est, quam scintilla tui desiderii esse potest.

Præterea reuoca in memoriam sanctissimum factus, quod inter Deum & te iam dudum actum est in Baptismo. In quo tota diuinitas, pater, filius, & spiritus sanctus te recepit in gratiam, condonauit tibi omnia peccata, adsciuit te in societatem electæ Ecclesiae, & cooptauit te hæredem aeternæ uitæ & lætitiæ. Cum ergo per Baptismum insertus sis corpori Christi, indu-

tus uestimento iustitiæ, etiam donatus spiritu sancto, nullam sane habes dubitandi causam, nisi uel ficto corde acceperis Baptismum: aut factum cum Deo pactum propria ruperis perfidia: Deus enim non simulate: sed serio se tibi deuinxit, & sanctissime seruat factum. Et quidem hoc ipso consilio in Baptismo tam sancte obstringit se tibi, ut citra omnem dubitationem statuas, te ab æterno à Deo ad uitam electum esse.

Ad eundem modum expende sacrosanctum testamentum Iesu Christi filii Dei: qui in sacra cæna offert tibi uerum corpus suum, quod pro te in mortem dedit, & uerum sanguinem quem in remissionem tuorum peccatorum effudit, quo sanctissimo pignore testatum facit, quod pro tuis peccatis satisfecerit, iram Dei placauerit, & uitam æternam tibi meruerit, ac in te habitare uelit. His tam immensis consolationibus erige & confirma mi homo turbatum & trepidantem animum, & luctare contra diffidentiam. Caue ne remittas manus, uel dedas te desperationi: Non perpetuo durare potest hæc acerba & ardens tentatio. Si hæc hora, uel hoc die, uel etiam hæc septimana nondum sentis solatium & lætitiæ in corde: constanter persiste in luctu, & sustine quantum uis difficilem agonem: Totum te dedas & committas benignæ Dei uoluntati: & certius statuas, te intuentem promissionem Dei, & luctantem contra diffidentiam, & oculos tenentem defixos in Mediatorem Iesum Christum, breui momento fore uictorem, & tum sensurum admirandam lætitiæ in spiritu sancto.

Hæc uel simili oratione consolatoria compellendus & confirmandus est is, qui de electione grauerè tentatur. Et quia Deus promisit se per uerbum suum fore efficacem: *Verbum meum, inquit non redibit ad me uacuum.* Esa. 55. v. 11. Sperandum est, talem consolationem non abituram absq; fructu sæpe etiam tentatus ad seriam inuocationem ad Deum pro dono fidei, excitandus est: Et cum aliquandiu durat tentatio, publicæ etiam preces in Ecclesia pro eo sunt faciendæ.

CAPVT X.

Quod fides sit solius Dei donum, & nulla sit synergia uoluntatis humanæ.

OMNINO ad ministerium Euangelii deducendæ sunt mentes de electione sollicitæ: subinde inculcanda est promissio gratuita & uniuersalis: & Christus cum omnibus suis beneficiis pingendus ante oculos. Solus enim Iesus Christus est liber uitæ, in quo omnium saluatorum nomina sunt scripta. Extra Christum frustra inquiritur electio Dei: Urgendum est etiam mandatū æterni Dei, quod iubet ut audiamus Filium, & eius sermonibus credamus: *Hunc audite,* inquit Deus de cælo: Matth. 17. v. 5 *Hac est uoluntas eius: qui misit me, ut qui uidet Filium & credit in eum, habeat uitam aeternam.* Ioh. 6. v. 40. Præterea excitandæ sunt mentes, ut sæpe & in uera pœnitentia uersent cœnam Domini. Nam his organis utitur Deus ad excitandam & roborandam languidam fidem: Verum hæc fingendum non est esse aliquam mentis & uoluntatis humanæ nondum renatæ synergiam in adipiscenda

Nulla in acquirenda fide Synergia.

fide, sed hanc laudem soli Deo tribui oportet, quod per spiritum sanctum sine cooperatione mentis & uoluntatis accendat, efficiat & donet fidem: quemadmodum uniuersa sacra scriptura testatur. Eph. 2. v. 8. *Gratia saluati estis per fidem, idq; non ex uobis. Dei uero donum est: id est, non solum gratuito nobis cõsetur remissio peccatorum & salus: sed etiam fides per quã adprehendimus salutem, solius Dei donum & beneficiũ est, sine omni nostra cooperatione.* Itē: Phil. 1. v. 6. *Confido quod qui incepit in uobis opus bonũ, idem & perficiet usq; in diem Iesu Christi.* Phi. 1. v. 29. *Quia uobis datum est per Christum ut non solum credatis in ipsum, sed & pro ipso pati ualeatis.* Phil. 2. v. 13. *Deus est qui operatur in uobis, & uelle*

Et velle & operari, pro bona voluntate. Et Act. 3. v. 16. Et fides qua per eum est, dedit et integram sanitatem hanc coram omnibus vobis. Coloss. 2. 12. In quo resurrexistis per fidem operationis Dei Heb. 12. v. 2. respicientes ad ducem & consiliatorem fidei nostrae.

Hæc perspicua oracula Spiritus sancti cum diserte testentur, solius Dei donum & opus esse fidem, nequaquam fingendum est, mentem & voluntatem cooperari in conuersione hominis, & adprehensione promissionis Evangelii. Non enim ita consolandus est homo, vt iniuria fiat maiestati diuinæ: Et mendacium pugnant cum expresse Dei verbo, non minuit tentationem, nec viuificat cor: sed magis fascinat, inuoluit, & perplexum reddit hominem: Nec tamen hinc sequitur, si nihil agit voluntas humana in conuersione, irritæ sunt omnes promissiones & consolationes, & frustra inculcatur mandatum Dei, quod iubet credere: Nam Deus omnipotens per verbum est efficax, & mortuam naturam viuificat, & tenebras illuminat.

Non si nihil agit voluntas in conuersione promissiones sunt irritæ.

Tentationi quomodo accutendum quod credere non possis.

Phil. 2. v. 13

Phil. 1. v. 6.

Cum ergo tentari queruntur, se credere non posse, non est dicendum: Imo tu potes credere: hoc enim idem est, ac si dicas imo mortuus se potest resuscitare: Sed potius respondendum est: Et quia tu viribus cordis tui credere non potes: Idcirco Deus tibi dat verbum, offert S. S. sonat in corde tuo promissionem, & vult in te efficere, accendere & operari fidem, *Deus est* inquit Paulus, *qui operatur in vobis & velle & perficere, iuxta beneplacitum suum.* Sic Hoc ipsum quod iam cupis credere, non est ex te, sed diuinitus inspiratum: *Et qui incepit in te opus bonum, perficet usque ad diem Iesu Christi.* Tu caue ne obliuisceris Spiritui sancto, ne contempnas verbum, ne indulgeas diffidentiae: sed potius obliuiscere tentationi, sequere vocantem & trahentem Deum: infige oculos & mentem in promissionem, & insiste assidue prece ad Deum. Hæc & iubet Deus, & simul dat ipse Deus, & per verbum suum est efficax, ac dicit in corde consolationem & accendit, fouet, & auget fidem.

C A P U T X I.

Quomodo scire potest homo quod sit electus?

Augustini opinio.

Augustinus in ea est sententia, quod homo quamdiu in hac vita est, scire non possit, nisi sit electus: Sed cum hæc sententia aduersetur Prophetiis & Apostolicis testimoniis, suo auctori relinquatur. Spiritus sanctus vult nos esse certos de nostra salute, & sine omni dubitatione expectare æternam hereditatem. Paulus Rom. 8. v. 38. non tantum de sua, sed omnium vere credentium salutem, magna certitudine pronunciat: *Confido, inquit, quod neque mors, neque, vita, neque, Angeli, nec principatus, neque, potestates, neque, instantia, neque, futura, neque, altitudo, neque, profunditas, neque, vlla creatura alia poterit nos separare a dilectione, que est in Christo Iesu Domino nostro.*

Certitudinem salutis Paulus non habuit ex reuelatione singulari.

A vocatio-
ne oriendū

Nec somniantum est, quod Paulus hanc certitudinem suæ salutis habuerit ex peculiari reuelatione Spiritus sancti, sed ex fide, qua adprehendit promissionem Evangelii. Hac ergo ratione scire potest fidelis, quod pertineat ad numerum electorum.

A vocatione ordiendum est, nusquam. n. querendi sunt electi, nisi in cœta electorum. *Quos elegit, inquit Paulus, hos & vocauit.* Rom. 8. v. 30. Circumspice igitur quod sit indubitatum Dei verbum, quibus argumentis eius certitudo comprobata sit: & quomodo illud ab omnibus aliis religionibus in toto orbe sit distinctum. Nec sane difficile est recte instituto in pietate, discernere doctrinam Iesu Christi ab omnium gentium religionibus & erroribus: Quare etiam quæ nam sit vera & indubitata Dei Ecclesia, in qua lucet vera Dei notitia, & quæ ad societatem vitæ æternæ est electa. Ac te ipse examina, num hoc æternum Dei verbum per Christum reuelatum vere amplecta-

ris, & num membrum sis eius cœtus, qui est sancta Dei Ecclesia, quod certe ex testimoniis Apostolicis in conscientia tua statuere potes.

Deinde ad filium Dei Iesum Christum Mediatorem, qui est liber vitæ, in quo omnes electi conscripti sunt, te conuerte, & inquisit nomen tuum: explora te ipsum, num sis viuum membrum corporis Christi, num in solo Christo salutem speres num Christus te pro suo membro agnoscat, & te inter cohæredes suos accenseat. Id vero ex eo constabit, si vere & sine hypocrisis penitentiam agas & credas Evangelio. Testatur enim Filius Dei se omnes accipere qui ad ipsum veniant. *Omne quod venit ad me non eijciam foras.* Ioh. 6. v. 37. Item: *Venite ad me omnes, qui laboratis & operati estis, ego reficiam vos,* Matth. 11. v. 28. Iam vero scire potes num vere & ex animo agas penitentiam, & doleas te peccatis tuis ostendisse Deum. Scire etiam potes num vere & ex animo credas Evangelio Iesu Christi, & statuas te habere propitium propter Mediatorem. *Stientes fratres electionem vestram siquidem Evangelium nostrum non fuit apud vos in sermone tantum: Sed & in virtute et Spiritu sancto et in certitudine multa.* 1. Thess. 1. v. 4. Vtque hæc fides tua tanto sit firmior, repetere debes vniuersalem promissionem de gratuita remissione peccatorum: in memoriam tibi reuocare debes fœdus initum cum Deo in baptismo: Intuere debes pignus videlicet testamentum Iesu Christi, quo Deus obsignat tuam fidem.

An sis Christi mem-
brum querendum.

Vbi vero cordi tuo constat de fide tua non simulata, sed vera & natia, non est quod dubites de electione. Nam ipsa filius Dei testatur, te iam per mortem in vitam transisse, te iam esse filium Dei, te iam constitutum hæredem vitæ æternæ. Qui credit in filium, inquit, non iudicatur. Ioh. 3. v. 18. Item: Qui credit in me, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet, sed a morte in vitam transiit. Iohan. 5. v. 24. Nulli autem adipiscuntur vitam & hereditatem æternam nisi electi: Ergo cum credis in filium Dei, statuere & potes & debes, te esse electum a Deo.

Tertio arrhabonem considera, quos nos obsignauit pater æternus, & de æterna beatitudine certos effecit. Nam credentibus dat Spiritum sanctum, qui in habitat corda ipsorum, vt eos regat, consoletur, custodiat, & de salute certos reddat. *Hic Spiritus sanctus dat testimonium Spiritui nostro, quod sumus filii Dei,* 1. Cor. 6. v. 16. Item: *in quo credentes obsignati estis Spiritu promissionis sancto, qui est arrhabo hereditatis nostræ* Eph. 1. v. 13. Item: *Qui autem vixit nos, Deus est, qui et obsignauit et dedit arrhabonem Spiritum in corda nostra* 2. Cor. 5. 21. 22. Arrhabo a Deo datus fallere non potest. Vt ergo scire possimus, num habeamus Spiritum sanctum: Ita & scire possimus num simus electi.

Spiritus est arrhabo certus.

Quarto, nostram examinemus vitam & mores: & diligenter inquiramus num existant in nobis veri fructus Spiritus & fidei: Sic enim iubet Petrus operam dare: *vt certam faciamus vocationem et electionem nostram.* 2. Pet. 1. v. 10. Non quod fides nostra nostrorum operum merito niti possit, aut ex operibus pendere debeat: Sola enim gratuita promissio fundamentum est fidei: sed quod ex operibus iustitiæ explorari possit num sincera sit fides: ex fructibus enim cognoscitur. Cum vero certo constet nostræ conscientie, quod fides nostra in Deum sit sincera, & expertis omnis hypocrisis: tum etiam indubitanter statui potest, nos esse electos ad vitam æternam, & adscriptos hæredes in vitam æternam.

Opera testificantur conscientiam.

Quinta ad adhibitiones quoque iubet nos sacra scriptura respicere: quas pro gloria Dei in mundo sustinemus: quæ nos non modo non turbare, aut fauorem Dei erga nos obscurare debent, sed multo magis de nostri ab æterno facta electione docere & confirmare, & in spem amplissimorum præmiorum erigere: Nam vt Paulus docet: *quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imagini filii sui, vt ipse sit primogenitus inter multos fratres.* Rom. 8. v. 29. Arrumnis & calamita-

Cruce idem confirmat.

tibus quidem etiam homines impii subiacent, ut suorum scelerum dent poenas, & testimonium in orbe dicant de iustitia Dei. Sed impii licet sint calamitosissimi, non tamen redduntur conformes imagini filii Dei. Omnium vero piorum calamitates conformes sunt suo modo passionibus Christi: quia seruiunt gloriae Dei: sustinentur conscientia pura, erudiunt Ecclesiam: Compesabuntur aeterna gloria.

Quando ergo Deus nobis imponit varias afflictiones & tribulationes, in mundo propter Confessionem veritatis, & nos conformes reddit imagini filii sui, quod de omnibus electis ante mundi constitutionem praefiniuit, dubitare non debemus, sed firmissime statuere, quod ab aeterno electi, & ad vitam praefiniti sumus. Diligenter autem hic attendendum est, quod tantum eorum aeternae & miseriae conformes sint imagini filii Dei, qui per fidem Deo reconciliati sunt, & ut filii Dei sustinent calamitates.

Precibus
exsuscita-
tur fides.

Sexto & ultimo ad sidue insistendum est verae & ardenti preceationi ad Deum, ut nostram languidam fidem per Spiritum sanctum exsuscitet, trepidantem confirmet, tentationibus quassatam consolidet, praerantem adiuuet & confortet, & tandem usque ad finem vitae virtute sua conseruet, iuxta promissionem: *Nemo rapiet oves meas ex manu mea.* Ioh. 10. v. 28. *Itē: limum fumigans non exstinguet, & calamum quassatum non confringet.* Esa. 42. v. 3. Hanc rationem qui sequitur, certus omnino esse potest, quod sit electus & in libro vitae scriptus. Quia promissio diuina fallere non potest.

CAPVT XII.

Quae sit causa reprobationis damnatorum.

Deus non
est causa
perditio-
nis.

CAUSA damnationis reproborum non est confutanda in Deum. Deus enim nemini est causa interitus: quin potius Deus ingenti dolore adficitur quod homo seipsum meritis in mortem, & sponte sibi exitium attraxit. Condidit Deus Adamum ad suam imaginem & similitudinem, impertiuit ei summa illa bona, sapientiam, iustitiam, libertatem, laetitiam, vitam: Et destinauit eum ad societatem aeternae consuetudinis cum Deo. Nec tantum Adae, sed vniuersae posteritati eius donauerat Deus haec summa bona. Addidit & graues comminationes, ut tanto accuratius bona illa custodiret: Fecit autem hominem liberi arbitrii, & posuit ante eum bonum & malum, vitam & mortem, ut tanto conspectior esset eius erga Deum obedientia. Neque Deus vllum hominem destinat ad interitum, nisi peccato pollutum & contaminatum. Neque praescientia Dei, quia prauidit hominem lapsurum, & impios reluctaturos verbo, & mansuros in odio Dei, necessitatem peccandi imposuit, aut causam illis diffidentiae dedit. Seuerissime enim Deus prohibuit peccatum & diffidentiam.

Præscien-
tia Dei non
imponit
peccandi
necessita-
tem.

Neque propterea vlla culpa Dei adsignari merito potest, quod permisit labi Adamum. Donatio enim liberi arbitrii ingens fuit Dei beneficium, & insignis gloria hominis. Nec tenebatur Deus hominem ornatum integris viribus, & iustitia perfecta confirmare in bono, nondum declarata obedientia. Nobis quidem arcani consilii diuini causae, cur permisit tantum Satanæ, ut hominem in peccatum & mortem praecipitaret, scrutandae non sunt, quia scriptura eas non exponit. Tantae autem bonitatis & sapientiae Deum esse docet scriptura, ut etiam ipso Adae lapsu ad gloriae suae amplificationem, & misericordiae suae demonstrationem uti possit. Immensae enim misericordiae & bonitatis euidentissimum argumentum est, quod hominibus lapsis in mortem, largitus est filium unigenitum: Et quia per eum destruit totum regnum Satanæ, & restituit amissam iustitiam & vitam, multo illustrius testatam orbi facit suam infinitam potentiam & sapientiam, quam in ipsa creatione. Sed ex hac immensa Dei bonitate & sapientia, qua etiam malis ad laudem suam

uti nouit: Nullo modo colligendum est, Deum aut voluisse, aut ordinasse, aut vlla ratione effecisse Adae lapsum. Totus abominabatur Deus scelus filiorum Iacob, quo fratrem Ioseph vendiderunt: Et tamen eo ad salutem totius familiae Iacobi est usus. Consilium igitur Dei & hominis peccatum longissime inter se distat. Hinc est quod Dominus in Propheta inquit: *Perditio ex te est Israel, in me tantum salus tua.* Osee 13. v. 9. *Item: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors.* Rom. 5. v. 12. Homo igitur ut peccati est author, ita sibi ipsi architectus est mortis. Neque inde colligi debet aut potest, Deum esse causam reprobationis damnatorum, quia eos non elegerit: Non enim debebat vlli quicquam: & praeterit eos non sine causa, sed propter peccatum neminem adiudicauit morti, nisi meritum damnationem. Ac cum potuisset vno momento redigere in nihilum vasa irae praeparata ad interitum, tulit ea magna patientia, ut suam in eis seueram iustitiam atque etiam potentiam demonstraret, & magnitudinem gratiae suae erga vasa misericordiae Dei gratuita adscribenda est saluandorum electio: Ita causa omnis reprobationis damnatorum in sola hominum malitia residet.

Non ideo
Deus est
causa re-
probatio-
nis quia
non elegit.

CAPVT XIII.

Quod Deus non sit causa peccati.

QUOD vero ad illas scripturae phrasas attinet, *Exod. 10. v. 1. Indurabo cor Pharaonis.* *Item: Iesa. 64. v. 17. Cur se duxisti nos a visis tuis Domine? Cur indurasti cor nostrum, quo minus timeremus te.* *Item: Tradidit illos Deus in mentem reproba.* Rom. 1. v. 28. & quae sunt similes: non ita intelligendae sunt, ac si Deus velit peccatum, vel impellat ad peccandum, vel efficiat peccatum, vel adprobet illud, vel vlla ratione sit causa peccati: Vniuersa enim sacra scriptura clamat, Deum odisse, detestari, & seuerissime punire peccatum: sed de permissione diuina accipiendum est, qua sinit hominem furere in peccato: & de iusto Dei iudicio, quo puniuntur peccati: nec tamen efficit aut adprobat ea. Contemptum Euangelii punit Deus amentia, furore, induratione: non quod ipse Deus sit causa efficiens amentiae & indurationis: sed dum subtrahit Spiritum suum, & opponit se corrupto homini, magis magisque se se exercit hominis malitia, insurgit aduersus Deum, sponte sua indurefcit, & incrementum lumit odium aduersus Deum, donec ruat homo in extremum exitium. Sicuti solis splendor, lippientes oculos magis excecatur, non suo, sed oculorum vicio. Quatenus ergo induratio cordis poena est peccati, eatenus probat eam Deus iuxta normam suae iustitiae iustum est enim, ut contemptor lucis, tenebris obruatur.

Permissio
diuina.

Quatenus vero induratio peccatum est, & oritur a mala hominis voluntate, displicet Deo: sic necesse est in eodem facto accurate discernere, quid respiciat Deus? Quid Satan? Quid homo? Pharaonis cor indurat Deus, dum ei lucem & Spiritum subtrahit & denegat: & potenter retinet ut non possit nec intelligere, nec eligere veritatem: immittit ei Spiritum furoris & amentiae, ut sponte ruat in perniciem: nec tamen est peccati causa: Deus enim iusto hoc facit iudicio, & Zelo veritatis. Quia Pharaon erat hostis Dei, & contemnebat veritatem: hanc impietatem vero punit Deus. Deinde huc respicit Deus, ut suam amplificet gloriam, & demonstret amorem erga Ecclesiam, per furorem Pharaonis. Satan vero quaesuit per Pharaonis indurationem, ignominiam Dei, eumque excecavit odio veritatis: tum ut hominem in aeternam damnationem pertrahat: Cum Satanæ voluntate consentit Pharaonis ingenium. Hi ergo sunt peccati causa: Deus non solum omni vacat culpa, sed etiam iustitiam suam mundo demonstrat.

In actioni-
bus alius
finis Dei, a-
lius Satanæ
alius ho-
minis.

Sic cum Deus loquitur ad Spiritum: *1. reg. 22. Vade & sis Spiritum mendax in ore Prophetarum Achab.* *Item:*

Item

Item cum David inquit, 2. Sam. 16. v. 10. *sine eum maledicere: Dominus enim iussit.* Nequaquam hoc vult Spiritus sanctus, Deum esse peccati authorem: Sed doctet prouidentia Dei accidisse, quod impius Rex Achab piorum Prophetarum hostis, per falsos Prophetas sic deceptus, quodq; Semei Dauidem exulantem atrocibus conuiciis incesserit. Et consilium atq; mandatum Dei a voluntate Satanæ & impiorum hominum discernendum est. Iussit Deus vt Spiritus in ore Prophetarum mentiretur, hac enim seductione voluit punire sacrilegam impietatem Achab, qua persecutus fuerat doctrinam Euangelii, & effuderat sanguinē sanctorum Prophetarum, noluerat veritatem: Ergo misit illi Deus erroris efficaciam: repudiavit benedictionem: ergo venit illi maledictio. Iustum ergo iudicium suum exercuit Deus, mittendo Spiritum mendacem. Et quod dicitur iussisse Deus, vt iret Spiritus mendacii, significatur, Satanam nihil audere nec posse in homines, sine permissione diuina. Alio respexit Satan, qui Deum voluit contumelia adficere mendacio, & hominem seducere, vt sibi calamitatem & interitum attraheret. Huc & Zedekias falsus Propheta respexit. Sic in maledictione Semei, Deus hoc agit, vt hypocritis Semei in lucem proferatur, & vt fides & patientia Dauidis explorentur & probentur. Mouet igitur cor Semei, vt sese aperiat in exilio & calamitate Dauidis. At in colatebat profligata impietas, & odium erga Dauidē, & veram religionem: Occasione igitur oblata, euomit maledictiones in Dauidē. Deus ergo iustum suum iudicium exercet. detegendo hypocrisis, & explorando suos. Sed Semei, qui conatur Dauidis famam lædere, & miserū exulem opprimere, sceleratissime peccat. Firmiter ergo hanc doctrinam retineamus, Deum non esse authorem peccati, nec velle peccatum, nec adprobare peccatum, nec impellere ad peccandum, sed semper odisse & abominari peccatum. Quemadmodum perspicua testimonia scripturæ testantur: *Non volens Deus iniquitatem, tu es.* Psal. 5. v. 5. Item: *Hæc sunt quæ oīi, dicit Dominus.* Zach. 8. v. 17. *Diabolus cum mendacium loquitur, ex propriis loquitur.* Ioan. 8. v. 44. Cum ergo legimus in Prophetis, q̄ Deus miserit Spiritum mendacem, & dixerit: *Vade & fac sic:* Intelligendum hoc est de vniuersali sustentatione rerum, & prouidentia, quia nihil fieri potest Deo in scio, aut non permittente. Origo autem mendacii est a Satana: qui, vt Christus inquit, *ex propriis loquitur.* Iuste autem permittit Deus Satanæ deceptionem, vt puniat peccata amentia & errore. Nec fingendum est, ab electione vel prædestinatione provenire scelerata & mendacia. Abominatur. n. illa Deus, & punire statuit: Nec præscientia imposuit necessitatem: Sed praua voluntas Satanæ & hominis sunt origo, fons, & causa scelerum & mendaciorum.

CAPVT XIII.

Quod non sit profopolepsia apud Deum.

Sacra scriptura multis in locis testatur, apud Deum non esse personarum acceptionem. Vt Rom. 2. v. 11. Eph. 6. v. 9. Coloss. 3. v. 25. 1. Pet. 1. v. 17. Hinc multi doctrinam de electione infringere conantur. Sic enim Argumentantur. Si Deus alios elegit, & ad vitam præordinauit: Alios vere præterit, & in damnatione reliquit, erit acceptor personarum: siquidem æqualibus tribuit inæqualia. Sed tota Scriptura testatur, apud Deum nullam valere *προποληψίαν*. Ergo necesse est omnes ex æquo electos, & ad vitam ordinatos esse: Omnes etiam ex æquo vocati & trahi Spiritu sancto. Quod vero alii credunt, alii perpetuo resistunt Spiritui sancto: voluntati humanæ tribuendum esse censent, vt quæ tantum adhuc libertatis habeat, vt ex sese vel adferri possit: vel contemnere promissionem.

Obiectio.

Respond.

Sed hallucinantur hi disputatores, decepti ignorā-

tia, quid proprie vocet scriptura *προποληψία*. Hæc enim non est, vt a plerisq; definiti solet, tribuere æqualia inæqualibus, & inæqualia æqualibus. Nam si hoc modo definiueris, effugere nullo modo potes, quin Deum iustissimum huius criminis insimules. Operariis. n. qui in vinea inæqualiter laborarunt, æqualem dedit mercedem: & tamen defendit suum factum, vt testimoniū suæ bonitatis. Et cur non liceret nobis de his, quæ nostris iuris & potestatis sunt, & cum nemini quidquam debemus, inæqualiter pro nostro beneplacito & libera voluntate æqualibus in æqualia distribuere, tota donatio est libera: & si nemini quidquam demus accusari non possumus: Cur ergo si inæqualiter distribuamus nostra?

rectius ergo Augustinus definit, quid sit profopolepsia, ad Bonif. lib. 2. c. 7. videlicet *cum ille qui iudicat, relinquit causam meritum, de qua iudicat: & alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona, quod honore vel miseratione dignum sit.* Vt cum Iudex respicit eorum de quibus sententiam ferre debet, potentiam, vel opes, vel munera, vel amicitiam, vel sanguinis coniunctionem, vel præterita beneficia, & propter has res externas & alienas a controuersia, inflectit iudicium. Hæc iniusta profopolepsia nullo modo est in Deo, quin eam seuerissime prohibuit: & ipse ab ea est alienissimus: nullius hominis opes, vel potentiam, vel gratiam, vel munera, vel dona, vel cognationem respicit, vt discedat a norma suæ iustitiæ. Tam irascitur Dauidi regi committenti adulterium atq; infamæ fortis homini polluenti se eodem scelere. Tam abiicit magnum regem Saluē, deditum impietati, & expertem fidei, quam extremæ fortis hominem impiam. Non respicit Deus potentiam Achab & Iezebel: sed quia sunt impii, horribiliter eos punit. Vt cissim non paupertatem, non miseriam, non infamam forte in hominis respicit: sed omnes quotquot agunt pœnitentiam, & credunt Euangelio recipit in gratiā. Tam Lazarum extremæ paupertatis abiectissimum hominem, qui credit promissioni datæ Abraham, recipit in gratiā, paterno amore cum complectitur, & adscribit hæredem vitæ æternæ: atque potentem & gloriosum Regem Iosaphat, eadem promissione de Messia se in fide sustentantem. A deo iudex viuorum & mortuorum æquissimus & sanctissimus est, nemini facit iniuriam: Nec ullius flectit iudicium.

Quod vero Deus ab æterno non omnes pariter elegit, nec omnes ex æquo vocat, neq; pari ratione mouet, & trahit omnes homines, non propterea profopolepsias insimulari potest. Nā in eligendo non exercet suum iudicium iuxta legem: hoc enim si faceret, neminem eligeret, sed omnes in damnatione relinqueret: Immensum autem thesaurum bonitatis suæ aperit: & destinat ad vitam ex mera misericordia immeritos quos ipse vult. Hic nemini quidquam debet: De suo autem largitur pro suo beneplacito. Vnde & Christus in Euangelio defendit Dei iustitiam, qui tamen inæqualiter distribuēbat denariū. Matth. 20. v. 13. *Amice, inquit, non facio tibi iniuriam: Nonne denario pactus es mecum? tolle quod tuum est & abi: Volo autē huic postremo dare sicut et tibi: An non licet mihi quod volo facere in rebus meis? Nā oculus tuus malignus est, quia ego tū bonus sum?* Testatur Christus, Deū nemini facere iniuriam: pactus. n. est eū toto genere humano denario. hoc est, dedit nobis decē præcepta seruātib; ea p̄misit vitā æternam: transgredientibus mortē, & damnationē æternam est minatus. Jam si quis iure cū Deo agat & poscat denarium, audit ab eo: *tolle quod tuum est et abi:* peccatum est tuum, & tua est damnatio: Nemo. n. seruauit decē præcepta: Si q̄ externa honestate est ornatus, abunde satis accipit suam mercedem in hac vita, sed æterna vita nemini debetur.

Quod vero immeritis donat denariū, soli bonitati illius est adscribendū: *Et hic sola iustitia est,* vt Augustinus inquit: *Hoc volo:* Et hac inæquali bonorū suorū distributione, ad deo non agit contra suam iustitiā Deus,

Profopolepsia quid.

Electio nō fit ex iudicio legis.

Augustina.

Deus, ut Christus inde immensam Dei bonitatem & beneficentiam probet. Numquid licet mihi facere de meo, quod volo: An oculus tuus tam malus est: quia ego sum tam bonus? Eligit ergo Deus quem vult: quem vult: praterit. Rom. 9. v. 18. Cuius vult miseretur: & quem vult, indurat. In electis diuitias gloriae & bonitatis suae demonstrat: In induratis & reprobis rigore suae iustitiae & seueritatis mundo patefacit.

C A P V T X V.

Quod non sint pugnantes seu contradictoriae voluntates in Deo.

Vera quidem est distinctio, aliam esse arcanam Dei voluntatem: aliam in verbo ipsius patefactam, in rebus nimirum diuersis: Non enim Deus vniuersam suam sapientiam patefecit generi humano: sed tantum ea quae salutem nostram sufficiebant, Legem videlicet & Euangelium: Non exposuit nobis Deus, cur non citius condiderit mundum: cur non plures condiderit mundos: quando futurum sit extremum iudicium: cur Cyro dederit perlicam Monarchiam: Irum vero in extremam paupertatem abiecerit. Cur Dauidem ad vitam praeparauerit: Saullem in electione praeterierit, & in damnatione reliquerit. Haec & alia infinita, quae non sunt patefacta verbo, ideoque nec scrutanda a nobis, recte dicuntur consilium & voluntas Dei arcanam: iuxta illa dicta: *Iudicia Domini abyssus multa. Item: Psal. 35. v. 7. quam inscrutabilia sunt iudicia eius: & imparsuestigabiles viae eius? Quis cognouit mentem Domini: aut quis fuit eius consiliarius?* Item Rom. 11. v. 33. Act. 1. v. 7. *Non est vestrum scire momenta temporum, quae Deus sua reseruat potestate, v. 7.* Hanc ergo voluntatem in illis arcanis & abstrusis rebus, quae reuelata non est: ab illa Dei voluntate, quae cum in lege, tum in Euangelio est clarissime patefacta: omnino discerni oportet.

Non autem est fingendum, quod sint pugnantes seu contradictoriae voluntates in Deo, de vna & eadem re aequi patefacta: nec imaginandum est, Deum aliud apud se statuisse ab aeterno: vel inspectore suo clam deliberasse: aliud vero verbis simulare & promittere. Atrox eliet blaspheemia, eiusmodi dolos & versutiam adfingere Deo: Quin potius firmissime est statuendum, quod Deus omnis veritatis fons, mentiri non possit, & ab omni simulatione & fraude sit alienissimus. Sic, inquit Paulus, *Deus verax: Omnis autem homo mendax.* Rom. 2. v. 4. Item: *Malach. 3. v. 6. Ego Deus & non mutor.* Item: *Dominus Deus clemens, beneficus misericors, longanimis, & immensa bonitatis & veritatis.* Exod. 34. v. 6. *Psal. 5. v. 7. Perdes qui loquuntur mendacium: Virum sanguinum & dolosum abominatur Deus.* Deut. 32. v. 4. *Omnes viae Domini sunt iudicium: Deus verax absque falsitate, iustus & rectus est.* Psal. 25. v. 10. *Vniuersa via Domini misericordia & veritas, custodientibus testamentum eius & testimonia eius.* Psal. 111. v. 8. *Opera manuum eius veritas & iudicium, fideliter omnia mandata eius: confirmata in saeculum saeculi, sunt & sunt vera & recta.*

Haec illustria testimonia imis pectoribus infigenda sunt, neque vnquam admittenda cogitatio, quasi aliud de te decreuerit Deus, quam in verbo suo patefecit. Non imagineris tibi, Deum in verbo quidem omnibus offerre salutem, & te vocare ad poenitentiam: sed in arcano & imperscrutabili suo iudicio te destinasse ad interitum. Horrenda haec esset contumelia, huiusmodi cogitationes admittere in animu. Ideo enim Deus non tantum patefecit suam voluntatem, & promisit salutem, sed & iure iurando eam stabilivit, ut certo statueremus hanc esse ipsissimam, verissimam, & ineffabilem Dei voluntatem erga nos, quam in verbo patefecit. *Vino ego dicit Dominus: nolo mortem peccatoris: sed ut conuertatur et viuat.* Ezech. 33. v. 11. Neque pugnant inter se sententiae: *Deus vult omnes homines saluos fieri, et ad agnitionem sui peruenire.* Tim.

2. v. 4. *Et Deus ab aeterno paucos elegit ad vitam: seu quos vult indurat.* Rom. 9. v. 18. Prior enim sententia loquitur de absoluta Dei voluntate, respectu bonitatis diuinae: qua considerata in se ipsissima creditur, & certissime statuendum est, Deum certissime velle & ardentissimo desiderio optare ut omnes homines poenitentiam agant, & per fidem in Christum saluentur. Nemini inuidet Deus salutem: nemini est causa interitus: neminem arcet a thesauro bonitatis suae. Omnes homines condidit ad vitam: toti generi humano dedit Messiam: toti posteritati Adae instituit ministerium: Omnes vocat ad poenitentiam: Neminem abiicit nisi meritum aeternas poenas. Altera sententia de paucitate electorum, & induratione reproborum, ostendit Dei diuersam voluntatem, non absolute per se considerata, sed aliquo respectu, videlicet ut iustitia Dei hominibus innotesceret. Et ut magnitudo misericordiae Dei erga electos illustrior esset: Ideo Deus reliquit alios in interitu: alios ad vitam ordinauit. Haec de predestinatione sanctorum enarratione Pauli premittere volumus, ut textus plenius intelligeretur.

Ut autem haec quae tradidimus in verbo Dei fundata sunt, & conscientias pias erudiunt & consolantur: Ita diligentissime cauendum est, ne quis progrediatur viterius in inquisitione huius arcani mysterii, quam nobis praelucet verbum: Paulus cum docuit hac de re quantum satis fuit: metam ponit, & abruptum disputationem: *o altitudo sapientiae et cognitionis diuinae: ita & nos intra cancellos contineamus.*

Absoluta voluntas respectu bonitatis Dei.

Voluntas ab illa diuersa respectu iustitiae.

Rom. 11. v. 33.

C A P V T I X.

1. *Veritatem dico in Christo, non mentior, attestante mihi propria mea conscientia in Spiritu sancto.*
2. *Quod tristitiam magnam, & dolorem indefinentem circumfero in corde meo.*
3. *Optarim enim ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.*

Ingressurus Paulus disputationem de gratuita Dei electione, & ostensurus non nasci filios Dei ex carnali procreatione: neque obseruationem rituum Mosaicorum adferre salutem, initio de suo erga gentem Iudaicam amore testatur. Persuasum enim erat Pharisaeis, Paulum esse capitalem hostem gentis Iudaeorum: & suspicabantur Paulum ideo nouum doctrinae genus spargere, ut Iudaeos premeret, & totam politiam Mosaicam deleret.

Ut igitur hac se suspicione liberet, iure iurando testatur, se immensum dolorem capere ex caecitate: pertinacia, & interitu sui populi, eumque esse tantum, ut populi sui salutem, aeterno suo exitio redimere cupiat: Nemo autem ardentiolem dilectionem declarare potest, quam si alterius salutem suam anteponat. Hoc ardentissimo adfectu conatur Apostolus Iudaeos ad considerationem suae doctrinae inuitare: & ostendit se non priuato aliquo odio, ut aere faciat Iudaeis, doctrinam de iustificatione hominis coram Deo per fidem absque operibus legis, spargere in mundo: & abolita circumcissione gentes aequare Iudaeis, & recipere in societatem Ecclesiae: sed quia diuinitus illi mandatum sit: & totius Ecclesiae salus id postulet.

Horribiliter sane offenduntur sapientum animi, quando audiunt nouo doctrinae genere conuelli veterem statum vel Ecclesiae vel Reipub. Et cum Ecclesia & politia Mosaica ab ipso Deo esset constituta, non solum Pharisaei & gubernatores politici offendebantur: sed ipsi etiam Apostoli ingenti dolore adfiebantur, quod viderent concidere illam politiam, templum tum omnibus ceremoniis. Ac Paulus non tantum

Affectus Pauli.

ruersionem politiae, sed imprimis horrendam populi cecitatem & interitum intuetur. Verum monet hic Spiritus sanctus, ne nimium offendamur conuulsione pristini status: vel Ecclesiae, vel politiae: sed semper in hoc respiciamus, vt doctrinam audiamus & retineamus puram & sinceram: non etiam moueamur scandalo impiorum: sed gloriam Dei, & salutem Ecclesiae omnibus rebus antepo namus.

Affectus pauli an pius,

Disputat hic aliqui, an Paulo vel cuiquam liceat optate anathema fieri a Christo: cum aeternum exitium, cum perpetuo Dei odio & blasphemia sit coniunctum.

Sed respondendum est: quod Paulus solum aeternam poenam & cruciatus respexerit: quos Paulus in se recipere cupiat, pro salute Iudaici populi: Intuetur etiam Paulus in hoc ardentissimo adfectu, immensam Dei gloriam, quam vel cum suo interitu cuperet quam latissime diffundi: Cum enim videret tantam Iudaeorum multitudinem, quae erat posteritas sanctorum patrum, furenter se opponere Euangelio & regno Messiae, ac ruere in aeternum exitium: In tantu soluit Deum a suo populo tam atroci adfici contumelia, & cognatos suos aeterna beatitudine priuari: vt optauerit in aeternum abiici a Christo, si suo interitu populi sui salutem redimere posset.

Mosis affectus. Exod. 32. v. 32.

Similis amor erga populum Israel in Mose extitit, qui ad Deum inquit, aut dimitte populo hoc peccatum, aut dele me de libro vita. Pius ergo fuit hic adfectus in Apostolo Paulo: siquidem cum primo praeccepto congruit: Dei enim gloriam pluris facit, quam suam salutem. Idq; iureiurando confirmat: Attestante, inquit, mibi conscientia mea in Spiritu sancto. Ex hoc Pauli loco patet, quod liceat Christiano iurare, quodq; iusiurandum non leuitate susceptum nec falso praestitum, sed ex amore veritatis profectum, & ad illustrationem gloriae diuinae, & adificationem Ecclesiae directum, sit cultus placens Deo.

Iuramentu licitum.

- 4. Qui sunt Israelitae quorum est adoptio filiorum & gloria, & testamenta, & legislatio, & cultus, & promissiones.
- 5. Quorum sunt patres.

Hic ostendit Paulus se non tantum cognatione carnis moueri, vt Populum suum tam ardenti amore complectatur: sed in primis amplissimis Dei beneficiis, quae in hanc gentem Iudaicam contulerit: commemorat enim praerogatiuam & excellentiam huius populi, qua ornatus fuit pra omnibus populis in toto orbe. Quemadmodum & Dauid inquit: Psalm. 137. v. 9. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Item: notus in Iudaea Deus. Eccl. Psalm. 76. v. 1. Sic & Christus Iudaeos appellat filios: gentes vero canibus confert: Non est bonum, inquit, sumere panem filiorum & dare canibus, Matth. 15 v. 26. Ita & hoc loco excellentem gloriam populi Iudaici commemorat Paulus.

Adoptio.

Adoptio filiorum: significat hunc populum Israel peculiariter a Deo fuisse electum, vt esset Ecclesia Dei: vt in hoc coetu per ministerium verbi posterius Abraham regenerarentur ad vitam aeternam: quodq; Deus huic populo veluti parens semper adfuerit, cum nutriuerit & rexit.

Gloria.

Gloria. Significat excellentiam huius populi pra omnibus nationibus: quod nimirum admiranda miracula adita sunt in hoc populo, quod sese Deus saepe in hoc populo patefecit: quod inter eos vaticinia de maximis rebus reuelata sunt: quod praclaras & admirandas victorias huic populo concessit Deus: quod excellentes Prophetas inter eos excitauit, & similia ornamenta, quibus hic populus claruit in orbe.

Testamenta.

Testamenta seu foedera: Non est dubium quin intelligat legem & Euangelium: Haec enim duo sunt foedera, quae pepigit Deus cum populo Israel: Vnum in monte Synai iuxta decem praeccepta, in quo sub co-

ditione impletae legis promisit vitam & omnia bona: Alterum quo promisit Messiam, & propter eum gratis obtulit credentibus remissionem peccatorum, & haereditatem vitae aeternae. Legis latio: altera est species pactorum seu testamentorum: fuit enim ingens beneficium, quod Deus legem suam de caelo repetiuit, & nos de voluntate sua certos reddidit.

Legislatio.

Cultus ad verus testamentum pertinet, vt ceremoniae & ritus Mosaeici: Tantum in hoc populo cultus veri praestabantur Deo placentes. Deus enim mandauerat, & fiebant pra lucente promissione de Messia: Omnes alios cultus aliarum gentium abominatus est Dominus.

Cultus.

Promissiones: altera est species testamentorum, videlicet nouum: quo Deus per Messiam promittit remissionem peccatorum & vitam aeternam.

Promissiones.

Quorum sunt patres: Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, Moyses, Aaron, Samuel, Dauid, & alii sanctissimi patres, de quibus gloriari poterant Iudaei: In nullis. n. gentibus sub sole similes heroes extiterunt. Hic iam exponenda est doctrina de causis constitutae & abrogatae politiae Mosaeicae, & quidem haec capita sunt obseruanda.

Causae constitutae politiae Mosaeicae.

Primum non est imaginandum, quod Deus hunc populum elegerit propter eius iustitiam: Diserte enim id negat Moyses. Deut. 9. v. 5. Non propter iustitiam tuam & rectitudinem cordis tui, tu uenis in terram hanc vt possideas eam: sed voluit Deus hoc peculiari beneficio immensam suam bonitatem erga posteros Abraham declarare.

I.

Non propter merita Iudaeorum

Secundo non est existimandum, quod constitutione politiae Mosaeicae, reliquae gentes a participatione promissionis, & ab aditu regni Messiae prorsus fuerint exclusae. Semper enim vniuersalis promissio toti orbi terrarum data, retinuit suum vigorem: neq; vquam fuit astricta: Gentes quidem idolis seruientes non agnouit Deus pro populo suo: Si qui vero ex gentibus promissionem de Messia amplexi sunt, his non minus contigit salus, quam Iudaeis.

II.

non vt excluderentur gentes

Tertio sciri oportet, neque in obseruatione Decalogi, neque in circumcissione, neque in sacrificiis, sitam fuisse iustitiam coram Deo & salutem: Tantum enim per fidem in promissum Messiam iustificari & saluari oportuit Israelitas. Quemadmodum & Abraham fide est iustificatus.

III. Non vt ex legibus Mosaeicis haberent iustitiam.

Causae ergo propter quas hunc populum sibi eligit ingenti gloria ornauit, & politia inter sese deuinxit, haec sunt.

Cur electi Iudaei

I. Prima, vt promissio de Messia, a quo omnis salus hominum pendeat, tanto accuratius adseruaretur in mundo: & ad omnem posteritatem propagaretur. Psalm. 78. v. 5. Constituit testimonium in Iacob, & legem tulit in Israel, quae praecipit patribus nostris, vt ea nota facerent filijs suis.

I.

Vt conseruaretur promissio Messiae.

II. Secunda, vt certus esset in orbe coetus, a quo Deus recte agnosceretur, inuocaretur, & celebraretur: Vtq; Ecclesia Dei toti orbi esset conspicua, idcirco ea certis legibus & caeremoniis distinxit ab omnibus alijs populis, & varijs victorijs & miraculis illustrem fecit.

II.

Vt certa esset Ecclesia.

III. Tertia, vt essent noti & fide digni testes omniu patefactionum diuinarum, promissionum, miraculorum, vaticiniorum, concionum diuinarum.

III.

Vt testes essent patefactionum diuinarum

IV. Quarta, vt familia ex qua nasciturus erat Messias & locus in quo docturus, editurus miracula, passurus & resurrecturus erat, certo sciri posset: Nathan, familia: Michaeas locum natiuitatis: Iesaias, locum miraculorum: Zacharias asinum quo ingressurus erat Hierusalem: Haggaeis templum monstrant.

IV.

Vt de Messiae aduetu constaret.

V. Quinta, vt Lex & tota politia esset carcer custodiens populum, donec Messias veniret, ac libertati eos vindicaret: Et Lex demonstrando & arguendo peccata esset paedagogia in Christum.

V.

Vt esset paedagogia in Christum.

Ultimo sciendum est: non ita constitutum fuisse politiam Mosaeicam, vt perpetuo duraret, sed tan-

VI.

Vt esset tyrum pus Christi.

Match. 11. v. 13. tum vsque ad Messiam aduearum. Vnde Christus inquit: *Lex & Propheta usque ad Ioannem. Et finis legis*
Rō 10. v. 4. *Christus est.* hoc est, omnia in Christum respiciebant, & causa de-
 praesente corpore, nō oportuit amplius sectari umbrā.
letæ politicæ. Sunt ergo hæc causæ cur penitus excisa & deleta sit
Mosaica. politia Mosaica.

1. Ut esset exemplum iræ, aduersus verbi sui & omnium beneficiorum suorum contemptores, utq; vindicaret sanguinem suorum Prophetarum, & in primis crucifixionem unigeniti Filii sui, seuere puniret.

2. Ut testimonium esset exhibiti Christi. Secunda deletionē politia & abrogatione omnium ceremoniarum, euidentissimum testimonium relinquere voluit orbi, quod Messias sit exhibitus & omnia uaticinia Prophetarum impleta.

3. Doceret in Lege mo- sis iustitiā non esse. Tertia, docere voluit, circumcissionem, sacrificia, ceremonias, & ipsam legis obseruationem non esse iustitiam coram Deo, quemadmodum Pharisei & plerique Iudæi falso imaginabantur, & hac opinione fœminatū contemnebant beneficia Messia, & promissionem Euangelii.

4. Ut Genes quoque ad Ecclesiā congregarentur. Quarta, ut interitio sublato, vnum fieret ouile, ut vnus est pastor & gentes nouo beneficio adficerentur æquarentur Iudæis, & ad societatem Ecclesiæ adficerentur Paulus inquit: *naturales rami excisi sunt, ut gentes insererentur.* Rō. 11. v. 21. Item: *Iudæorum causa salua facta est gentibus.* Rom. 11. v. 12.

Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus, in secula, Amen.

Iudæorum gloria præcipua.

VT præcipue propter Messiam Filium Dei constituta fuit politia Mosaica: Ita huius populi præcipua fuit gloria, quod ex Iudæis natus est Christus omnipotens Deus: Simmum etiam huius populi peccatū fuit, quod unigenitum Dei Filium non receperunt. Sed cum blasphemis conspurcarunt & crucifixerunt. Tradit autem hoc loco Paulus doctrinam de duabus in Christo naturis, humana & diuina in vna persona vnitis. Ex Iudæis est Christus secundum carnem: Est ergo Christus verus homo, carnem & sanguinem, corpus & animam habens. Est etiam æternus & omnipotens Deus super omnia, natus de essentia æterni patris. Atque hæc duæ naturæ diuinæ, sunt vna hypostasis. Ex hoc igitur dicto, sumenda est doctrina de communicatione idiomatum.

Christus verus homo & Deus

6. Non autem quod exciderit sermo Dei.

Occupatio.

Pæoccupatio est qua monet, non ita accipiendam esse hanc ipsius testificationem ac si oblitus esset Prophetarum concionum, quæ diserte huius populi abiectiōem prædixerunt: Sed tantum eo quod ardentissime expetat populi sui conseruationem ac salutem. Reuocat ergo se nunc ab illo ingenti dolore, quem capit ex populi sui interitu, & conuertit mentē ad verbum Dei, & ex eo docet hæc duo: *Primo* quod Ecclesiæ seu cœtus electorum non pendeat ex carnali propagatione seminis Abrahamæ, nec a forma politicæ, vel ceremoniis Mosaicis, sed ab æterna Dei electione gratuita & promissione de Messia: *Deinde* quod non ita sit abiectus populus, ut nemo ex eis saluari amplius per Christum possit: sed tantum ideo externā formam politicæ sublatam, ut gentes ad societatem Ecclesiæ adfumerentur: Et incredulos tantum abiectos esse. Si quis ad Christum conuertatur, cum adeo non excludi a regno & beneficiis Mediatoris, ut exemplo gentium magis prouocetur ad fidem in Christum.

Non enim omnes qui sunt ex Israel sunt Israel.

7. Neque qui sunt semē Abrahamæ sunt & filij.

Hic iam ingreditur disputationem de electione, & de vera Dei Ecclesia, quæ illa sit: vnde nascatur: quid eam constituat, vnde pendeat. *Non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel.* Hoc est, non omnes qui car-

nali procreatione ex Iacob nati sunt, sunt veri Israelitæ, electi ad vitam æternam neque, qui sunt semen Abrahamæ sunt filij, hoc est, hæredes promissionis. Duplex hic ponit Israelitas, & filios Abrahamæ: Alios secundum carnem, alios secundum Spiritum & promissionem. Ac docet hic Apostolus Paulus, quod non omnes sint viuæ Ecclesiæ membra ordinata ad vitam æternā, quæ secundum carnem ex semine. Abrahamæ Isaac & Iacob procreati sunt. Nō. n. carnali procreatione generatur constituitur, & propagatur Dei Ecclesia, sed tantum æternæ Dei electione, promissione & Spiritu. Deus enim ab æterno pro immensa misericordia sibi elegit in filios quos ad vitam prædestinauit. Et per promissionem & Spiritum S. eos regenerat, & in filios adoptat, qui futuri hæredes æternæ beatitudinis: Neminem ergo agnoscat filium & hæredem vitæ, nisi verbo & Spiritu regeneratum. Hoc est insigne & plane necessarium doctrinæ caput, ostendens nobis originem Ecclesiæ, & quæ sit vera & electa Ecclesia: de qua se semper præcipua fuit in genere humano controversia: ac reuelans multiplices errores cerebri humani. Vana disputat ratio de collectione Ecclesiæ: ac quia videt imperia constituiti, defendi & transferri ad alios, vel generatione carnali, vel adoptione, vel insigni virtute, laboribus, victoriis, vel consilio & electione subditorum & similibus, imaginari sibi, eadem etiam effertationem constituendi & propagandi Ecclesiæ.

Causa efficiens Ecclesiæ electionem.
Duplices.
Israelitas.

Ac latissime hi errores in mundo grassantur. Sic Pharisei cum quibus Paulo ætimum de Ecclesia erat certamē gloriabantur, se esse p. pu um Dei, nec eū posse deleri. quia essent patres sanctissimis patribus Abrahamo, Isaac, & Iacob, quibus facta esset promissio: *Ego Deus tuus. & Deus seminis tui.* Gen. 27. v. 7. Nihil interea pensi habebant, quod essent sine penitentia, negligerent Dei iustitiam, & oppugnarent Christum & Apostolos.

Phariseorum opinio.

Alii cordat ores existimant viribus liberi arbitrii, videlicet sapientia, doctrina, iustitia, obedientia, virtute, labore, industria, imitatione, continentia, fieri homines filios Dei, & hæredes vitæ æternæ. Ita Nicodemus miratur plus requiri ab homine, quam præstare possit: Alii existimant circumcissionem, rituum obseruationem, multitudinem sacrificiorum, *παρομοιωσιν* & legis diuinæ impletionem adoptari homines in filios Dei, & adscribi societati Ecclesiæ.

Alii excellentiæ donorum adscribunt, ac putant inde nasci filios Dei, quod præ aliis heroicis sapientia, fortitudine, virtute, doctrina & similibus donis exornati sunt. Cæteris omnibus stolidiores sunt Pontificii nostri, qui ineptissime ratiocinantur, Ecclesiæ consistere in successione continua Episcoporum, in iis locis ubi Apostoli docuerunt: & hoc esse in tali le signum Ecclesiæ Christi. Omnes hos errores, & quæquid præterea cæca ratio fingere & somnare solet, de collectione & propagatione Ecclesiæ, reuellit hoc loco Paulus, & docet, falsissimas esse illas imaginatio- nes de Ecclesia, & promissionem Dei: *Ego ero Deus tuus. & Deus seminis tui.* Gen. 27. v. 7. nequaquam esse ita intelligendam ac si carnali procreatione constituat Dei filios: sed ad Dei electionem, ad promissionem gratuitam, & ad Spiritus sancti operationem respiciendum esse. Si enim carnalis procreatio, vel circumcisio, vel obseruatione rituum, vel successio constitueret Ecclesiam, tum frustra esset patet facta promissio: frustra datus esset Messias: non esset opus penitentia, nec contritione, nec fide. Nam illa externa caritas, electio, successio ordinaria, victoria, & similia sine fide haberi possunt, & sæpe perditissimi hominibus contingunt. Atque ita regnum Christi euerteretur: Nec vllus vnus esset doctrinæ Propheticae & Apostolicae. Plurimum igitur interest, ut isti errores retellantur & vera origo & solidum fundamentum Ecclesiæ monstretur. Cum Iudæi CHRISTO obiicerent, *se patrem habere Abrahamum, nunquam se seruuisse.* Ioan. 8. vers. 33. responderi illis
Christus

Pontificiorum opinio de Ecclesia.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Christus

Christus, v. 44. Vos ex patre diabolo estis, quia queritis me interficere: Et nisi vos Filius Dei liberauerit moriemini in peccatis vestris v. 24. Sic & Baptista: Ne dixeritis, patrem habemus Abrahamum: Potest enim Deus filios Abrahæ excitare ex lapidibus hujce. Matth. 3. v. 9. Firmiter igitur hoc statuamus, neq; natiuitatem ex sanctis parentibus, neq; successionē ordinariam, neque cultus & ceremonias, neque titulum Ecclesiæ, neq; ullam rem externam constituere Ecclesiā Christi: sed hanc pendere ab æterna Dei electione & generari per verbum promissionis, & S. S.

Sed in Isaac vocabitur tibi semen.

3. Hoc est, non filii carnis, sunt filij Dei: sed filij promissionis reputantur in semine.

V. Argument

PRIMUM Argumentum sumptum ab exemplo Isaac. Plures fuerunt filii Abrahæ, vt Ismael: filius Hagar: & postea filii Keturæ: Et tamen de Isaac tantum pronunciat Spiritus sanctus: In Isaac vocabitur tibi semen. Gen: 21. v. 12. Hi dicentur filii Abrahæ qui ex Isaac nascuntur. Duplices ergo posuit filios Abrahæ Deus: filios secundum carnem, & filios secundum S. & promissionem. Carnalis enim generatio Abrahæ non constituit Ecclesiam: alioquin oportuisset Ismaelē præferri Isaac. Monet hic Paulus accurate expēdas esse promissiones diuinas, vt quæ sint vnicus fons omnis salutis. Ismael erat de semine Abrahæ perinde vt Isaac. Sed promissio de semine benedicto Isaac data fuit. Christus autem vnicum fundamentum est Ecclesiæ. Ergo non ad natiuitatem carnalem, sed ad promissionem, & filiū Dei Iesum Christum respiciendum est, cum quærimus Ecclesiam.

9. Promissionis enim sermo est hic, iuxta tempus hoc reuertar, & erit Sara filius.

TESTIMONIO scripturæ probat suum Argumentum & monstrat discrimen inter natiuitatem Isaac, & Ismael. Ismael vsitato ordine naturæ est conceptus & natus: At Isaac præter naturæ ordinem ex sterili & effæta Sara. Promissio vero diuina fecundam reddidit Saram: Atque ita Isaac filius fuit promissionis. Sic & soli hi sunt spirituales filii Abrahæ, qui renascuntur ex promissione, per S. S. & sequuntur vestigia fidei Abrahæ. Paulus monet accurate expendendam esse diuinā promissionem, quæ fuit causa natiuitatis Isaac: nec tantum respiciebat generationem Isaac sed in primis generationē Messie, seminis benedicti, & totius Ecclesiæ: Et quod Deus peculiari ratione semen Abrahæ nominat eos, qui ex Isaac nascituri essent. Ac promissio data Abrahæ de Isaac non tantum de multiplicatione seminis, possessione terræ Canaan, & constitutione regni loquebatur: sed imprimis ostendebat venturum Messiam Iesum Christum, in quo colligit patet æternam Ecclesiam, & constituit spirituale regnum.

10. Non solum autem, sed & Rebecca, ex vno Isaac patre nostro grauida facta.

11. Cum nondum nati essent, neq; quidquam boni vel mali fecissent, vt iuxta electionem propositū Dei maneret.

13. Non ex operibus, sed ex vocatē dictū est ei: Maior seruiet minori.

II. Argument

SECUNDUM Argumentum exemplo Iacob & Esau, quo probat Ecclesiam pendere a gratuita Dei electione, non a carnali natiuitate: neq; a viribus arbitrii vel meritis operum. Illustre fuit argumentum de Ismael & Isaac, quod a promissione Dei pendeat, qui sint filij Dei: sed hoc est illustrius: Nam Rebecca vter-

rum gestauit ex vno Isaac patre nostro concipiens: & cum consuleret Dominum, antequam pueri nati essent, nec quicquam egissent vel boni vel mali, vox diuina respondit: Maior seruiet minori, hoc est, Iacob eligitur in populum Dei, & ad illum transferetur promissio de Messia. Esau vero seruus constituitur, non adsumitur in populum Dei: Manifestissime igitur apparet, natiuitatem ex sanctissimis parentibus non efficere, vt quis sit viuum Ecclesiæ membrum: Nam quo ad natiuitatem, Esau erat primogenitus Isaac. Nec opera vel merita hominum quidquam faciunt ad constituendam electam Ecclesiam & hæredes vitæ æternæ. Cum enim nondum nati essent pueri, nec quicquam vel boni vel mali fecissent: dictum est ei: Maior seruiet minori. Hoc est, alterum elegit, alterum neglexit. Iacobum in lædus & populum Dei adsumpsit: Esau vero non adsumpsit in populum læderis. Causā addit Paulus, vt secundum electionem Dei, propositum eius subsisteret, non ex operibus: sed ex vocatē dictum est ei. Hic disertissime docet Apollolus: Electionem saluandorum nequaquam ex dignitate carnis, vel meritis operum, sed ex gratuita & mera Dei electione pendere: Nec Deum vlla nostra opera vel merita respicere: Sed libertinum suum propositum, clementiam & voluntatem.

Si quis hic obieciat, scripturam in Mose loqui de corporali beneficio, quo peculiariter Iacobus præ Esau a Deo est adfectus: videlicet quod ex ipso nasciturus esset populus Dei, & semen benedictum, quod posteritas eius occupatura esset terram Canaan, & regnū habitura: sciendum est Spiritum sanctum in promissionibus diuinis semper ad spiritualia in primis respicere, & Christum benedictum semen esse finem totius politiæ, & omnium promissionum diuinarum. Christus finis omnium promissionum. Vt igitur ex mera Dei electione & misericordia proficisceretur, quod Iacob adsumebatur in lædus, constituebatur cum posteritate populus Dei, accipiebat promissionem de nascituro Messia: Ita & spiritualis illa gratia, quod Iacobus ad vitam æternam est prædestinatus, quod vocatus est in ministerio Evangelii, quod in ipso fides est accensa, quod per Messiam filium suū salutem æternam est acceptus ex solius Dei beneplacito, & gratuita electione profectum est.

Quod vero Esau non est adsumptus in lædus externum, nec accepit promissionem de Messia, sed subiectus dominio Iacobi, ex eo non potest Deū iniustitiæ accutare: nihil enim ei debebat. Quin potius hunc discere potuit, si voluit sperare salutem æternam, eam in sola Dei misericordia querendam esse. Ac sperandum omnino est, Ismaelem & Esau tandem acta patientia, & collocata fide in mediatorē promissum: quam doctrinam a patribus Abrahamo & Isaac didicerant: per Dei misericordiam salutem consecuros esse, etiamsi prærogatiua promissionis Iacobo data caruerint.

13. Quæ admodum scriptum est: Iacob dilexi: Esau odio habui.

TERTIUM Argumentum sumptum ex testimonio Dei, in Propheta Malachia: cap. 1. v. 2. 3. quo probat electionem, & totum salutis beneficium, tantum a Dei misericordia, propositum, & clementia pendere. Dominus in Malachia exprobaturus ingratiudinem populo: prius sua in populum Iudaicum beneficia commemorat: Nunquid Esau erat frater Iacob: ibid. quasi dicat. Eiusdem conditionis erant duo fratres veterini, neuter quidquam prærogatiua habebat: neuter præstabat alteri: Et tamen Iacob dilexi. Esau odio habui. Ius primogenituræ, benedictionem potiorem, promissionem de Messia, terram Canaan & regnum atque sacerdotium, contuli Iacobo: Esau vero remouit ab æterna societate populi Dei, & constitui seruum. Non ergo ex vlla dignitate, vel vllō operum merito pendunt beneficia Dei, & in primis salus sanctorum, sed ex mera Dei electione, bonitate & beneplacito.

Christus finis omnium promissionum Dei.

Obiectio. Christus finis omnium promissionum Dei.

III. Argumentum

Non

Non autem hinc colligendum est, quemadmodum Jacob gratis absque omni merito diligitur: Ita Esau gratis præter omne meritum premi odio Dei. Cum enim Deus sit iustus, neminem odit aut abiicit sine causa: Quia igitur de femine viciosa & polluta & iustissimæ iræ Dei subiecto natus est Esau, merito suo sustinet Dei odium. Sed dicit: Et Jacob fuit ex eadem infecta massa natus: fareor! Atque ideo potuisset optime iure & priuare eum suo beneficio & premere odio: sed diuitias bonitatis & misericordiæ in Iacobo demonstrare voluit: In Esau vero placuit exercere iudicium.

Testimoni Rursus autem hic moneo, hæc testimonia de temporalibus & externo beneficio loqui: videlicet de promissione Messiaë alligata ad certam familiam, de publica Ecclesia forma, & regno certo: Quantum. n. ad Spiritualem benedictionem & participationem salutis attingit: nec Ismael nec Esau ab ea erant exclusi: quod in deo est manifestum, quod vterque fuit circumcisus, & doctrinam Abrahamæ retinuerit. recte tamen hæc testimonia Paulus ad hanc causam de electione sanctorum ad vitam accommodat: Dilerte enim ostendunt omnia Dei beneficia tantum a gratuita Dei electione, misericordia & beneplacito pendere.

14. *Quid ergo dicemus, num iniustitia est apud Deum? Absit.*

Ratio humana cum audit Iacob & Esau profus pari conditione esse natos, & neutrum altero meliorem esse: alterum tamen alteri prælatum: vnum electum, alterum relictum, grauiter offenditur. & Deum iniustitiæ insinuat, vt qui tyrannorum more, non iuxta iustitiæ normam: Sed pro libitu in summis rebus agat. Pro sua enim sapientia vel potius stultitia ratio ceaset: Paria paribus tribuenda esse: aut vtrumque ex corrupta massa natum relinquendum, aut vtrumque eligendum. Hanc obiectionem, quæ non solum prophanis animis: Sed & omnium sanctorum menti obrepere solet: eo quod animalis homo non percipit ea quæ Spiritus Dei sunt: stultitia enim est ei, nec potest percipere 1 Cor 2 v 14. Hoc loco refellit Paulus, & demonstrat non esse iniustitiam apud Deum, etiam si diffideat a iudicio rationis, sanctorum electio nemini enim facit iniuriam: & totum electionis beneficium est gratuitum, & a sola Dei misericordia proficiscitur. Misericordia autem nequaquam pugnat cum iustitia. Ac Deus nemini quicquam debet: si neminem eligeret, aut nulla sua beneficia cõferret, non tamen accusari de iniustitia posset. Prorsus eodem modo refellit malitiam humani ingenii, calumniantis Dei bonitatem Christus Matth 20. v. 13. *Amice, inquit, nam quid tecum pactus es denario? tolle quod tuum est & abi: Volo autem huic dare sicuti & tibi: an non licet mihi de meo facere, quod volo: An oculus tuus idoo malignus est, quia ego tam bonus sum?*

15. *Moses enim dicit: miserebor cuius miserebor, & clemens ero cui clemens fuero.*

Argument **YV.** Quartum Argumentum ductum ab autoritate. Testimonio enim scripturæ probat, Deum non posse iniustitiæ accusari, etiam si alios eligat ad vitam alios in damnatione relinquat: siquidem immensa misericordia eligit eos, quos ordinat ad vitam. Misericordia vero adeo non pugnat cum iustitia, vt non minorem laudem mereatur quam iustitia. Estque testimonium grauissimum, & sententia dulcissima: Ipse enim Deus de cælo propria voce voluntatem suam testatur & exponit, qua ratione per filium collecturus sit æternam in genere humano Ecclesiam, videlicet non iuxta merita hominum: sed ex vera & gratuita sua misericordia, clementia, & bonitate. Quod eadem repetit voces, docet beneficium gratiæ electionis, iustificationis, & donationis vitæ æternæ, aliter

explicari non posse, quam miserationis & clementiæ vocabulis, nec vllam prorsus se habere meritorum rationem in hoc summo beneficio: repetitio sententiæ, & certitudinem voluntatis diuinæ, & immensam amplitudinem misericordiæ eius testatur.

Ac in sequente capite Exodi 34. v. 6. 7. ipse Deus hanc sublimem promissionem explicat: *Ego sum Dominus Deus, misericors, beneficus, longanimus, immensa beneficentia & veritatis: Custodiens misericordiam in mille: condonans iniquitates, transgressiones & peccatum: apud quem innocens, non est innocens.* Idem & Christus dicit in dulcissima promissione: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium unigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat: sed habeat vitam æternam.* Ioan. 3. v. 16.

16. *Non igitur est currentis, neque volentis, sed misericordis Dei.*

EX superioribus testimoniis scripturæ cõclusionem infert, quod videlicet beneficium electionis, & tota hominis salus, nullo modo pendeat neque a voluntate, neque a cursu, vel conatu hominum: sed a sola Dei misericordia. *Non est volentis.* hoc est, voluntas vel studium, vel conatus vel aduentus humanus, non sunt causa salutis æternæ: sed ea tantum a clementissima Dei voluntate pendet. Flagitiose corrumpunt hunc locum, qui sic exponunt: *Non est solius currentis, sed & misericordis:* Atque ita contra mentem Pauli beneficium salutis inter Deum & hominem partiuntur. Cum Paulus omnem cooperationem humanæ voluntatis in adipiscenda salute excludat: & soli misericordiæ Dei beneficium hoc adscribat.

Peruersa expositio.

Omnis cooperatio voluntatis humanæ:

in causa salutis excluditur.

Synergistæ.

Vni scripturæ & illi faciunt, qui ex hoc loco patrociniū Synergiæ quærunt: quod homo possit ex se se velle & currere ad obtinendam salutem. Non enim oblitus est Paulus, quod ad Philipenses dixit: *Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere.* Phil. 2. v. 13. Hoc ergo hic vrget Paulus, quod salus æterna a voluntate, cursu, vel conatu hominis non proficiscatur, sed tantum a Dei electione, proposito, & misericordia. Est sane voluntas & cursus in homine, sed peruersus, præposterus, carnalis. Pharisei curcebant, & iustitiam sectabantur, sed peruerso studio: magis obstitabant gratiæ Dei, & propriæ saluti: quam eam quærebant iuxta Dei verbum. Non ergo sequitur ex sententia Pauli, hominem ex se se posse vere expetere salutem, aut conari quod faciat ad obtinendam salutem: Ex carne velle & currere, plurimum differt ab eo quod est ex Spiritu velle & currere. Pauli mens est, qualiscunque est carnalis hominis voluntas vel cursus vel conatus, in adsequenda salute, is tamen nihil iuuat nostram salutem: siquidem ea in sola Dei gratuita misericordia posita est.

Aliud est ex carne, aliud ex Spiritu velle.

17. *Dicit enim scriptura ad Pharaonem: in hoc ipsum excitauit te, vt ostenderet in te potentiam meam: vt que nomen meum annuncietur in vniuersa terra.*

Quintum Argumentum sumptum ab exemplo Pharaonis, & confirmatum testimonio scripturæ, quo probata solo Dei proposito & voluntate pendere, vt quis eligatur & ad vitam ordinetur: siquidem in damnatione relinquat Deus quos vult: vt Pharaonem nõ elegit ad vitam, sed in damnatione reliquit: vsus tamen est hoc reprobro homine ad suam gloriam & ædificationem Ecclesiæ: auxit enim eum opibus, potentia regno, honore: Sed Spiritum ei non dedit, quin potius foris offerendo illi lucem sui verbi, magis magisque eum excœcauit, & in furorem adegit, vt conaretur astute opprimere, & vi inelutitate retinere populum dei. Hoc autem eõ consilio fecit Deus, vt immensa sua potentia magis inclaresceret in orbe: Vtq; liberatio Ecclesiæ illustrior esset e manu tam potentis ty. annii

tyranni: atque ita notitia Dei late in orbe spargeretur, In Dei ergo arbitrio & voluntate positum est, ut alios faciat vasa misericordiae, alios sinat esse vasa irae, qualis fuit Pharao: quibus tamen irae vasis ad amplificationem suae irae, & utilitatem Ecclesiae vti sapientissime nouit.

18. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult, indurat.

Repetit & inculcat conclusionem & principalem propositionem quantum uis ea absurda & durissima videatur rationi. retundere enim atque deicere vult superbiam humani ingenii, quae sibi partes aliquas in comparanda salute vendicat, cum sit solius Dei beneficiū, qui pro suo beneplacito, liberrima voluntate & clementissima misericordia & elegit quos vult: & electos vocat: & vocatis fidem inspirat: & credentibus Spiritum sanctum largitur, & iustificatos aeterna salute gratis donat: Vtque in Dei arbitrio situm est quos velit eligere: Sic in ipsius arbitrio est positam quos velit praeterire, & in damnatione relinquere. Non autem hinc colligendum est, ut salutis electorū sola Dei misericordia est causa: Ita & voluntas Dei est causa damnationis reprobatorum: neminem enim relinquit & abiicit, nisi pollutum peccato & meritum mortem: Peccatum ergo quod haeret in homine reprobro, est causa reprobationis & interitus: Et Deus in reprobro suam ostendit & exercet seueram iustitiam. Quod ad phrasin attinet: Indurat quem vult: tetinuit Paulus formam loquendi usitatam Moysi: eaque non sic accipienda est, quasi Deus sit peccati causa: Sed quod permittat indurari impios, Et quia verbum Dei per accidens auget furores impiorum: Tum quod Deus iusto iudicio exerceat corda hominum ut suū contemptum seuerè puniat.

19. Dicis igitur mihi: Quid ergo queritur? voluntati eius quis resistit?

20. Verum o homo tu quis es qui litigas cum Deo? Num opus dicit factori suo cur me sic fabricasti?

21. An non habet figulus potestatem lutum, ut ex eadem massa faciat aliud vas in honorem, aliud in ignominiam?

Rationis iudicium Deo aduersum.
 Quia sublimis Dei iudicium, quod sequitur in colligenda & sanctificanda Ecclesia, plane est absconditum & alienum ab ingenio humano: ratio se contineere non potest, quin subinde obganniat Deo, eius opera quodammodo in ius vocans, & de aequalitate & iustitia eum accusans. Non enim intelligit atrocitatem peccati, nec seueritatem iustitiae diuinæ, nec immensitatem misericordiae, nec inexhaustam profunditatem diuinæ sapientiae. Vt ergo Deum insinulat iniustitiae: Ita seipsam omni culpa liberat, & plane absoluit. Si, inquit, Deus miseretur cuius vult, & quem vult indurat, atque ita non in hominis, sed in Dei arbitrio & voluntate est situm, ut quis vel eligatur ad vitam, vel relinquatur in damnatione: Ergo Deus causam non habet cur irascitur reprobis: Et cur tanta vehementia arguit homines impios: quomodo exercebit iudicium: Nemo enim eius voluntati resistere potest. Hanc blasphemiam proteruiam rationis, intendit litem Deo conditori, compescit & refellit Apostolus, admonens eam suae originis, Quid est iniquius quam ut opis litiget cum suo fabricatore? Cum ergo Deus sit conditor hominis, nullo modo decet hominem cum suo factore litigare. Impii & superbi homines alia refutatione non sunt digni, quia enim ex mera superbia & petulantia Deo litem mouent, merito reprimuntur hac seuera castigatione, quod indignum sit lutum rationes postulare suae formationis a figulo suo.

Pios etiam hac graui refutatione docet, sublime & arcantum mysterium electionis tum rectissime a no-

bis intelligi, cum immensam Dei Maiestatem expendimus: & vicissim vilitatem naturae nostrae fatemur: Et nos totos arbitrio & potestate diuinæ permitimus, & nos formari sinimus: Sicuti lutum tractatur & formatur a figulo.

Nec tamen ratio hinc obtinere potest quod culpa vacet. Massa enim tota ex qua Deus alia vasa in honorem format: alia ignominiae destinat: in secula & polluta est peccato. Condiderat Deus ab initio humanam naturam puram, iustam, rectam: sine omni labe peccati: Sed propria sponte & libera voluntate abiicit hanc innocentiam: & sese peccato commaculauit, & in mortem demersit. Ex hac vero peccato contaminata massa format Deus vasa misericordiae destinata ad gloriam: quo opere immensam suam misericordiam & sapientiam demonstrat. Alia vasa ex eadem corrupta massa relinquit ignominiae, iusto suo iudicio, nemini faciens iniuriam. Non ergo habet homo, quod queratur: frustri a impii sese excusare, & culpae eximere nituntur. Optimo iure Deus in extremo die suum exercebit iudicium.

Similitudo de figulo & luto, qua & Iesa. Cap. 40. v. 9. & Ier. Cap. 18. v. 6. Vti sunt: Sic dicit Dominus, sicuti lutum in manu figuli, sic vos estis in manu mea: perspicue docet, totam hominis salutem in solius Dei manu & clementissima voluntate positam esse. Et quod

prorsus nulla sit *συνεργία*, id est, cooperatio humanae voluntatis in conuersione hominis ad Deum: Sed sicut lutum in manu figuli habet se mere passive, sic & mens & voluntas humana & totus homo est subiectum mere patiens, in quo Spiritus sanctus per verbum accendit lucem & operatur vitam. Nec tamen hinc sequitur, ut Synergistae calumniantur, nullam fieri mutationem in homine, & hominem omni sensu priuari, ut truncum. Omnino enim sit mutatio in homine. Nam tenebrae mentis pelluntur, & in ea noua lux accenditur, voluntas conuertitur ad Deum, cordi inspiratur dilectio Dei: Verum hi noui motus non ab homine, qui totus est peruersus & mortuus in delictis, sed a Spiritu sancto proficiscuntur, atque ideo ipse ad sensus, seu nutus voluntatis qui sequitur trahentem Deū, & amplectitur promissionē Euāgelii, est solius Spiritus sancti merum & donum & opus.

22. Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam: tulit in multa patientia vasa irae destinata ad interitum.

23. Et ut patefaceret diuitias gloriae suae erga vasa misericordiae, quae preparauit ad gloriam.

Curiosa & superba ratio vix patitur se compesci, nisi rationes consiliorum Dei audiat. Monstrat ergo Paulus grauiissimas causas consilii diuini, cur Deus non totum genus humanum eligerit ad vitam, sed magnam partem in damnatione reliquerit, & quidem tres causas recenset.

I. Prima est, ut ostenderet iram suam, hoc est, intererat iustitiae Dei, ut seuerum Dei iudicium aduersus peccatum conspiceretur: Reliquit ergo magnam hominum partem in damnatione aeterna, ut poena eorum in omni aeternitate diceret testimonium, Deum vere & horribiliter irasci peccato & sanctissimū esse.

II. Secunda, potuisset Deus momento delere omnes impios, & in nihilam redigere vasa irae: sed magna patientia tulit ea atque reliquit, ut eis quoque ad suam gloriam vteretur, & ipsis in mundo aduersus Ecclesiam furentibus occasionem haberet declarandi orbis suam immensam & sapientiam & potentiam. Siquidem colligit, defendit, seruat, et saluat Ecclesiam, tremantibus licet inferorum portis.

III. Tertia causa est: ut collatione interitus reprobatorum, conspiceretur et illustrior sit amplitudo gratiae et misericordiae Dei, quam praestat et gratis largitur electis.

Salus hominum in solius Dei potestate posita.

Synergistae.

Causae cur non omnes sint electi.

I.

II.

III.

electis. Omnes enim meriti eramus eiusmodi damnationem, qualem reprobi sustinent: Sed immensa Dei misericordia nos damnationi exemit: & per Christum in regnum ducis & gloriæ collocavit.

His grauisissimis causis contenti sumus, nec quaeramus aliquid vltius in hoc arcano Dei mysterio. Et quia videmus etiam damnationem reproborum seruire gloriæ Dei, & salutem Ecclesiæ illustrare, adoremus sapientiam, & grati celebremus ingens beneficium.

Deus non est causa damnationis.

Vocabulum (*Tulit magna patientia*) obseruatione dignum est: Innuit enim Paulus, Deum non esse causam interitus impiorum, nec a Deo esse quod sint vasa iræ: Hominum enim natura sponte defecit a Deo, & seipsam in mortem præcipitavit. Deus autem tulit ea vasa iræ, non cum voluptate, sed magna patientia: Vellet enim Deus hominem esse sine peccato: Quia vero peccatum inuasit humanam naturam, etsi potuisset, tamen non voluit eam delere: Sed potius tolerauit & sustinuit, vt iudicium suum aduersus peccatum demonstraret.

24. Quos & vocauit nos non solum ex Iudæis sed & ex gentibus.

Hactenus docuit & validissimis Argumentis probauit Paulus, electionem sanctorum prorsus esse gratuitam, nec in hominis arbitrio, sed in Dei beneplacito sitam esse, vt quis sit de numero saluandorum. Ex quo euidentissime sequitur. Ecclesiam non constitui vel carnali procreatione, vel externis ceremoniis, & politia, vel viribus liberi arbitrii: Sed tantum clementissima Dei voluntate, qua & eligit sanctos, & electos vocat, & vocatis largitur Spiritum sanctum. Vt per hunc credant in Filium Dei, & sanctificentur ad vitam æternam. Vnde porro sequitur, non tantum Iudæos esse Ecclesiam, sed ad regnum Dei pertinere omnes quicumque in omnibus gentibus per Euangelium vocantur ad poenitentiam, & Spiritu sancto regenerantur ad vitam. Atque ita transit hic ad doctrinam de vocatione gentium, & docet promissionem de vita æterna non tantum Iudæis, sed & gentibus datam esse: Quia vero difficile erat statuere Deum ignoscere velle gentibus: idolatris, blasphemis, ignaris Dei & pollutis horrendis sceleribus, easque donata remissione peccatorum, & concessa Luce Euangelii admittere ad societatem Ecclesiæ, communionem sacramentorum, & consuetudinem vitæ æternæ: Paulus multis grauisissimis testimoniis Prophetarum docet, Deum iam dudum id apud se statuisse & promississe.

Vocatio gentium.

Ethnici per fidem saluati.

Est autem & vocatio gentium euidentissimum Argumentum, quod nec circumcisio, nec legis Mosaicæ obseruatio sit iustitia coram Deo: Multi enim Ethnici non circumcisi omnibus temporibus sunt perfidem in promissum Mediatorem saluati. Vt Pharaon pius nutriticus Israelis. Abimelech, in Gerar. Rahab Ruth, Arafna, rex Iebusitarum. Regina Sabea. Naaman Syrus, Darius Medus. Cyrus Nebucadnezar Rex Ninuitarum conuersus per Ionam. Artaxerxes Longimanus, & alii plurimi: qui cum nec circumcisionem, nec alias leges Mosis susceperint, imo multis peccatis polluti fuerint, & tamen gratiam consecuti sint, luculentum dicunt testimonium, quod iustitia eoram Deo non veniat ex operibus legis, sed ex mera gratia, & immensa misericordia Dei, propter Christum Mediatorem per fidem. Atque huc pertinet totus liber actorum Apostolicorum, cuius præcipuum argumentum est: quod Lucas ex concionibus Apostolorum, & exemplis gentium iustificatarum diserte probat, iustitiam coram Deo non pendere ex obseruatione legis Mosaicæ, sed gratuita Dei misericordia & bonitate.

Euidenter etiam conspicitur, in vocatione gentium sententia dulcissimi dicti Paulini, Vbi abundauit peccatum, ibi super abundauit gratia. Rom. 5. v. 20. Omnes

enim historia testantur, pollutissime vixisse gentes, parricidiis, incestis consuetudinibus, scædis libidininibus, idolomania, & omnis generis sceleribus contaminatissimas fuisse: Et tamen quotquot receperunt doctrinam Apostolorum, abluti sunt sanguine Christi, donati sunt remissione peccatorum, & coaptati hæredes vitæ æternæ. Nemo igitur est in toto orbe terrarum, quantumuis ingenti mole peccatorum premeatur, qui causam habeat desperandi de Dei misericordia.

Deinde testatur vocatio gentium, quod apud Deum non sit profopolepsia: quemadmodum & Petrus ex vocatione gentium recte colligit. Act. 10. v. 35. Quod in omni populo, omnis qui timet Deum & operatur iustitiam, placeat Deo.

Profopolepsia non est apud Deum.

Adhæc ostendit nobis amplitudinem regni Christi, quod non circumscribitur angustiis limitibus terræ Israeliticæ, sed diffusum est per totum orbem terrarum. Omnes enim gentes vbiuis terrarum, ad regnum Christi pertinent: Deus enim vnigenitum filium suum non tantum populo Iudaico: Sed toti mundo dedit, Et Christus agnus Dei non tantum Iudæorum, sed totius mundi peccata portauit. Ioh. 1. v. 29.

Et Deus constituit Messiam super omnia opera manuum suarum. Psal. 8. v. 7. Non ergo tantum Iudæis, sed & gentibus patet accessus ad beneficia Mediatoris.

Vnde porro sequitur non tantum Israelitas esse Ecclesiam electam ad vitæ æternæ societatem: Sed etiam eam ex gentibus colligi, quod cum omnibus temporibus factum sit, etiam durante & maxime florente politia Mosaicæ, cum in primis factum est tempore noui Testamenti, & Christo ex mortuis resurrexisset & ad caelos translato. Quia enim militia populi Iudaici cum exhibitio Messia finem habebat: & politia tota propter occisum filium Dei, & contemptum verbi diuini penitus excindenda erat, vt nihilominus certam haberet Deus Ecclesiam & exemplo gentium Iudæos prouocaret ad fidem, magna bonitate ipsis dedit lucem Euangelii, adseruit eas ad societatem Ecclesiæ, & quauit eas Iudæis: conuertit eas magno numero ad Deum, effudit in eas donas Spiritus sancti, & ministerium docendi Euangelium inter eas instituit. Hæc grauisissima & amplissima doctrina hoc Argumento Pauli expendenda est.

25. Vocabo non populum meum, populum meum: & non dilectam, dilectam.

Hoc est: gentes quæ abiecerant promissionem de Messia, & terra idola, & blasphemata sacra excogitauerant: qua propter eas Dominus abiecit, nec pro populo agnouit: illæ cõsequenter misericordiam a Deo, & rursus vocabuntur ad poenitentiam per ministerium Apostolorum, & per fidem adsciscuntur ad societatem sanctæ Ecclesiæ.

27. Iesaias vero clamat super Israel, si fuerit numerus siltorum Israelis tanquam arena maris, tantum reliquæ saluabuntur.

Hoc Esaiæ testimonio rursus docet Apostolus non omnes qui ex Israel sunt nati, saluatos esse: carnalis enim procreatio non constituit filios Dei: sed tantum reliquias & exiguum numerum Israelitarum saluatum esse, videlicet qui Spiritu Dei fuerunt regenerati, & promissioni de Messia vere crediderunt, & in fide ad vitæ finem perstiterunt.

28. Sermonem consummans & abbrevians in iustitia: quoniam rem abbreviatam faciet Dominus exercituum in vniuersa terra.

Retinuit Paulus vsitatam versionem 70. interpretum. In hebræo autem habetur: consummatio concisa exundans erit iustitia. Non consummationem & eam quidem.

quidem definitam faciet Dominus in vniuersa terra. Vaticinatur Propheta de excisione & deletione populi Iudaici Israelitæ enim imaginabantur, politiam Mosaicam, & regnum perpetuo duraturum, etiam si omnis generis impietates exercerent. Monet ergo Esaias, illos vehementer errare: siquidem certo decreuerit & præfinerit Deus se euerfurum & aboliturum esse politiam Mosis cum omnibus ceremoniis & legibus, & ipsum populum ad interuersionem vsque excisurum. Ita tamen Deus pro admiranda & immensa sua sapientia populi excidium & euerfionem gubernabit, vt tum iustitia Dei inundet, id est, copiosissime profluat & totum terram occupet. Hæc iuxta Esaiæ vaticinium impleta sunt. Dominus enim fecit consumationem, id est, finem fecit politiam Mosaicæ: aboleuit sacerdotium Aaronis, euerfit templum, & totum populum Iudaicum excidit & deleuit. Hæc ipsa autem vastatio fuit *inundatio iustitiæ* hoc est, in ipso excidio populi Iudaici, quo videbatur tota interitura Ecclesia: fons iustitiæ & omnium beneficiorum Christi largissime & vberissime profluebat: Ipse enim Messias ex morte resuscitatus & collocatus ad dexteram patris, effudit Spiritum sanctum visibiliter super Apostolos & Ecclesiam. Apostoli & ad Deum conuersi Iudæi sparserunt lucem Euangelii per totum orbem terrarum: gentes sunt cooptatæ ad societatem Ecclesiæ: Non solum multi ex Iudæis, sed & plurimi gentiles in omnibus regnis & nationibus amplexi sunt doctrinam Euangelii liberati a peccato & morte, & conuersi sunt iustitiam & vitam æternam. Nullo vnquam tempore inde a condita Ecclesia, adeo floruit Ecclesia, & tam admirabiliter creuit atque tempore excidii populi Iudaici, et doceatibus Apostolis Euangelium.

Excidio populi Iudaici

Inundatio iustitiæ

Dispersio Iudæorum est collectio gentium.

Non est igitur quod vereamur ne interciderit Ecclesia ruentibus imperiis, aut facta Ecclesiarum & Scholarum dissipatatione: Deus enim ita nouit moderari euentus, vt quæ nos existimamus certissimum interitum allatura Ecclesiæ: ea maxima ei dent incrementum.

4. *Quemadmodum & Esaias prædixit, nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma & Gomorrha essemus.*

Idem probat alio testimonio Esaiæ, quod videlicet Ecclesia non pœdeat a multitudine populi Iudaici: Sed quod Deus maiorem populi partem abiecerit, & deleuerit, & quod tamen reliquias sibi ex populo elegerit & seruauerit. Quodque singulare Dei beneficium & opus sit, quod non vniuersus populus a Deo sit, abiectus & deletus. Sicuti ex Sodomitis & Gomorris nemo est seruatus: Ita ex vniuerso populo Iudaico nemo saluatus fuisset: omnes periissent libero suo arbitrio: Nisi Dominus singulari clementia & bonitate semen sibi seruasset, hoc est, per Spiritum sanctum aliquos Filios Dei adoptasset. Hi ergo sunt Filii Dei, electa Ecclesia & semen sanctum, qui diuina clementia vocantur & seruantur. Hic diligenter expendendus est locus de stupenda paucitate Ecclesiæ, ne ea offendantur: Sed sciamus sic placuisse Deo Patri, quod constituerit dare regnum cælorum puillo gregi. Luc 12. vers. 32.

Ecclesia puillus grex

30. *Quid ergo dicemus? quod gentes, quæ non sectatæ sunt iustitiam, iustitiam adeptæ sint: eam vero iustitiam quæ est ex fide.*

31. *Israel vero sectans legem iustitiæ, iustitiæ legem non est adsecutus:*

32. *Quamobrem? quia non ex fide, sed sanquam ex operibus legis.*

Quia Paulus meminit reiectionis Iudæorum & adsumptionis gentium in Ecclesiam, causam monstrat vtriusque euentus: & modum ostendit quo Iudæi exciderunt gratiæ Dei: gentes vero eam sunt consecutæ.

rationi valde iniqua videbatur hæc commutatio: quod videlicet gentes idolatriæ, blasphemæ, ignorantæ legis, & pollutæ multis sceleribus, consequerentur gratiam, & iustitiam apud Deum. Iudæi vero qui totis viribus contendebant viuere secundum legem, & obtemperare Dei mandatis, pellerentur a facie Dei, & iustitia spoliarentur. Sed Paulus docet, hoc Dei iudicium esse iustissimum: Gentes enim quæ non erant sectatæ iustitiam, hoc est, quæ vixerunt sine lege, & contaminarunt sese sceleribus, apprehenderunt iustitiam: hoc est, Deus pro sua immensa misericordia, agentes penitentiam, & credentes in Mediatorem Iesum Christum, recipit in gratiam, donauit eas remissionem peccatorum, iustitiæ, & vitam æternam. Israel vero sectando legem iustitiæ, legem iustitiæ non est adsecutus: quia Israel in lege & operibus quæsiuit iustitiam, & voluit propriis operibus satisfacere Deo, & mereri vitam æternam: quod naturæ humana in hac imbecillitate profusus est impossibile: nemo enim potest implere legem Dei: beneficia autem Mediatoris Iesu Christi, quæ offert Deus in Euangelio, aspernati sunt: Ideo iustitiæ legem non sunt adsecuti, id est, coram Deo non sunt iustificati, beneficiorum Christi, qui solus largitur iustitiam & vitam, non sunt facti participes: Legalis enim & carnalis iustitia Iudæorum non fuit spiritualis & plena legis obseruatio & iustitiæ, quæ coram Deo consisteret: Sed tantum externa disciplina, simulata iustitiæ, & metu vix extorta obedientia. Deus autem requirit perfectam obedientiam & iustitiam: Ea sola reperitur per fidem in Dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nobis legem impleuit, in quo & propter quem pater ex mera misericordia peccata donat, & iustitiam imputat credenti. Ideo Paulus addit: *Quia non ex fide, sed ex operibus legis*, quasi dicat hæc causa est cur frustrati sint iustitiæ Iudæi, quia eam in operibus propriis quæsiuerunt: Gentes vero quæ agnoscunt & deplorant sua peccata, & iniustitiam, coniungunt autem fide ad Mediatorem Iesum Christum, adipiscuntur iustitiam: peccata enim illis remittuntur propter Christum: & constituuntur hæredes vitæ æternæ.

Externalis iustitiæ Iudæorum

Impegerunt enim in lapidem offensionis.

33. *Quemadmodum scriptum est: Ecce pono in Zion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnes qui credit in eo, non pudebit.*

Figurata oratione idem repetit, quod supra dixit: nimirum Israelitas non esse adsecutos iustitiam: sed potius in Christum impegisse. Et subnectit duo testimonia ex Propheta Esaiæ: quorum altero probat ruinationem Iudæorum, altero salutem gentium per fidem.

Propheta Esaias nominat Christum lapide offensionis cap. 8. v. 14. & petram scandali. Itē. laqueum & tendiculum, duabus domibus Israelis. Nō quod Christus vlli hominum sit ruinæ Christus la causa: sed quia regnum Christus gerit plane diuersum pis offensionis. Ideo sapientes huius mundi in eo vehementer offenduntur. Populus querit opes & voluptates: At Christus non habet, vbi reclinet caput. Matt. 8. v. 26. Et qui vult me sequi (inquit) tollat crucem suam. cap. 16. v. 24. Potentes gubernatores, tale Christi regnum & doctrinam expetunt, quæ nihil moueat certaminum vel turbarum: quæ non offendat potentum animos. At Christi regnum & doctrina sine certaminibus in hoc mundo esse non possunt: opponit enim se mundus CHRISTO totis viribus: Et humana natura captiua Saranæ agre fert taxari suam impietatem: poterit ergo Christum cum sua doctrina & toto regno auersantur.

tur, vt facem seditionum, & impedimentum salutaris pacis. Sapientes & Philosophi expetunt Euangelium quod congruat cum rationis iudicio: sed tota doctrina Christi de ipsius persona, regno, beneficiis, iudicio, & vita æterna, est longe posita supra omnem captum humani ingenii: & tota videtur absurdissima rationi: Homines sancti & iusti coram mundo, nolunt sibi detrahi laudem iustitiæ, & eiusmodi querunt Christum, qui ipsorum iustitiam & sanctitatem admiretur, & æternis præmiis dignam censeat.

Quia vero Christus eiusmodi circumfert doctrinam, quæ damnet totius mundi iustitiam & sanctitatem, & tantum in mediatore offerat veram iustitiam & sanctitatem coram Deo: execrantur eum.

Hoc modo non solum gentes ignorare Dei, sed maxima pars in populo Iudaico impedit in Messia tanquam in lapide offensionis. Non enim in vera poenitentia & fide sese subiecerunt consilio & voluntati Dei, & regni Messia spirituali: sed contumaciter pro arbitrio formare voluerunt Messiam & regnum eius: spiritualia Christi beneficia, quæ esset futura victima pro peccato, quod esset deleturus potentiam Satanae & instauraturus iustitiam & vitam, aspernabantur: Confidebant enim se propriis viribus satisfacturos legi, & impetraturos iustitiam coram Deo: Tantum vero terrena bona a Messia expectabant: impegerunt igitur: Nam iustitiam coram Deo non sunt adsecuti: sed a Deo plane sunt abiecti.

Qui vero crediderit, non pudebit: Vt Christus impiis & superbis est lapis ruinae & offensionis: Ita agentibus poenitentiam, fractis corde & credentibus in ipsum, est causa resurrectionis: Vt Simeon testatur: Et Esaias Esa. 8. v. 14. nominat sanctuarium: vel sanctificationem. Item: cap. 8. v. 16. lapidem probatum, angularem, preciosum solidissimum: quo nimirum firmiter & tute niti possimus. Atque ita docet gentes per fidem in Christo surrexisse, & iustitiam & vitam adeptas esse. Summa, *Christus est lapis, qui omnia comminuit: qui ceciderit super ipsum, confringatur, super quemcunq; verbum ceciderit, conteret.* Matth. 21. vers. 44. Nihil est igitur totus mundus: solus Christus est omnia. Et qui fateantur se nihil esse, & ad Christum fide confugiunt, hi surgunt in Christo ad iustitiam & vitam æternam.

CAPUT X.

1. *Fratres propensa quidem voluntas cordis mei, & deprecatio qua fit ad Deum pro Israele, est ad salutem.*

Causa re-
jectionis
Iudæorum

IN hoc decimo capite Paulus latius exponit causam reiectionis Iudæorum: nimirum incredulitatem fiduciam propriae iustitiæ, contemptum beneficiorum Christi, & in erroribus contumaciam. Constituit enim Deus tantum per & propter Mediatorem in fide iustificare & saluare Ecclesiam: & extra Christum nullus hominis acceptare iustitiam. Iudæi vero nec legis sententia recte præcepta, nec Euangelio intellecto, fingebant ideo datam ipsis esse legem, vt eius obseruatione coram Deo essent iusti: Conabantur igitur aliquo mundo viuere iuxta legem, studebant externæ disciplinæ, imaginabantur eam esse perfectam coram Deo iustitiam: magno studio tuebantur & cumulabant ceremonias Mosaicæ. Promissiones vero de Messia plane corruppebant & de regno mundano interpretabantur. Spiritualia vero officia & beneficia Mediatoris prorsus sepelebant.

Dum igitur Iudæi suam conantur stabilire iustitiam, plane obluantur & resistunt iustitiæ Dei: Legis enim iudicium plane euertunt: corruptionem humanæ Naturæ prorsus negant: Christum vero cum tota sua iustitia & regno superbe aspernantur & persequuntur. Hanc sententiam multis grauissimis Argumen-

ris & testimoniis comprobatur in hoc capite. Deinde latius declarat quo modo gentes sint receptæ in societatem Ecclesiæ: videlicet non suo merito vel propter iustitiam: sed per gratuitam prædicationem Euangelii, per quam in ipsis accensa est fides in Mediatorem Iesum Christum: atque hoc ipsum scriptura testimoniis probat. Primum autem repetit iustificationem sui amoris erga populum suum: ne quis suspicetur eum ex odio ista scribere: sed potius vt eos doceat doctrinam necessariam, & ad salutem inuitet.

2. *Testimonium enim de eis, quod Zelum quidem habeant, sed non secundum scientiam.*

CAUSAM sui amoris erga populum, & simul causam reiectionis ostendit. Testimonium illis præbeo inquit, quod zelo Dei ardent, conantur tueri & obseruare legem: pugnant pro ceremoniis & sacrificiis, sed citra scientiam: id est, non iuxta verum intellectum verbi diuini, non ex vero Spiritu & fide. Hic discant adolentes quid sit verus zelus, nimirum serua & ardens Dei dilectio & nominis ipsius, orta ex vera in Deum fide, & accensa a Spiritu sancto, qua homo impulsus & inflammatus posthabitis omnibus vitæ periculis conatur Dei nomen & gloriam tueri, & vindicare. zelo accensus erat Phineas trucidans scortatorem Israelitam cum scorto Medianitico, Num. 35. v. 8. zelo accensus erat Moyses trucidans Aegyptium percussorem Israelitæ, Exod. 2. v. 12. zelo accensus erat David arma sumens contra Goliath 1. Sam. 17. Sic Elias zelo motus trucidauit Prophetas Baal. 1. Reg. 17. v. 40: Et Christus eniciens vendentes & ementes e templo, dicit: *zelus domus tua comedit me.* Iohan. 2. v. 17.

Oportet autem hunc zelum regi luce verbi diuini, vera fide & motibus ortis a Spiritu sancto: humani enim cordis motus quo sunt vehementiores, hoc minus seruiunt gloriæ Dei. Damnat scriptura in tempestiuum zelum Saul interficientis Gibeonitas, 1. Sam. 21. non enim regebatur verbo, & Spiritus sancti ductu. Sic iniustus erat zelus Simeonis & Leui: qui arreptis gladiis Sichimitas interfecerunt, quibus pacem dederant, Gen. 34. Grauius obiurgat Christus Apostolos Ioannem & Iacobum, quod iniusto zelo ardebant perdendi Samaritanos propter denegatum hospiciū. Luc. 9. v. 44.

Videndum est igitur vt zelus regatur Dei verbo, & vera fide, & non ex impatientia carnis, sed ex instinctu Spiritus sancti profiscatur. Iudæi habebant aliquem zelum seruandi & tuendi legem: sed non intelligebant mentem legis: erant sine poenitentia, sine fide in Christum: imo opponebant se iustitiæ fidei, quo in primis impellebat Lex.

3. *Ignorantes enim Dei iustitiam, & propriam iustitiam stabilire, quærentes, iustitiæ Dei sunt subiecti.*

VT supra in fine Noni capitis ex Prophetis Iesa: & Osee probauit reiectionem populi Iudaici ob diffidentiam. Ita hic pluribus Argumentis docet populum Israel non esse Ecclesiam Dei, nec iustum coram Deo: qui resistat Euangelio de iustitia fidei per Mediatorem concionanti: Est igitur hoc secundum Argumentum sumptum a natura contrariorum: & amplificatum causa efficiente iniustitiæ.

Ex Diametro inter se pugnant iustitia hominum propria, & iustitia Dei, nec simul stare possunt.

Sed Iudæi ignorantes iustitiam Dei, propriam statuere conati sunt.

Fieri ergo non potest, vt iustitiā Dei consequantur.

Mirum

Verus zelus quid.

Propria
hominum
iustitia cō-
traria est
iustitiæ di-
uinæ.

MIAVMA autem alicui non satis attendenti doctrinam Pauli videri posset: quomodo hominum iustitia propria, ex diametro pugnet cum iustitia Dei, cum potius hominum iustitia videatur esse-
Aus iustitiæ diuinæ: sed verissima est Pauli Argumentatio: idq; hoc modo intelligendum est. Cum homo adeo sit peccato corruptus, vt perfectam obedientiam legi nequaquam præstare possit: promulgauit Deus suam legem, in qua postulat vt homo agnoscat suam immundiciem & prauitatem, & quod damnationem æternam sit meritus. Deinde ne homo territus conspectu iustitiæ Dei, & suæ impuritatis rueret in desperationem, reuelauit de celo suam iustitiã: quod remittere velit credentibus peccata, propter obedientiam Christi, & imputare eis iustitiam.

Quando ergo homines non intellecta mente legis, non agnoscent suam deformitatem, peccata, & culpam: sed operibus suis adscribunt iustitiam coram Deo: certe stabiliendo propriam iustitiam, ex diametro pugnant contra Dei iustitiam: Dei enim iudicium secute contemnunt: Deum accusant mendacii & iniustitiæ, vt qui falso criminetur totum genus humanum: & homines innocetes sine causa adiudicet morti æternæ. Aspernantur remissionem peccatorum: contemnunt beneficia Mediatoris, manent expertes fidei: & filium Dei extrema contumelia adficiunt. Humana igitur iustitia, quæ conatur coram Deo subsistere, duplex est iniustitia. Mirum ergo non est ab iis Israelitis. Et hic discant omnes iustitiam, quam scede hallucinentur: siquidem teste Paulo bellum gerunt eum iustitia Dei: & dum sibi de iustitia coram Deo blandiuntur, iustum Deum extrema contumelia adficiunt.

4. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.

Finis legis.

TERTIVM argumentum ab officio legis. Ipsa inquit, Lex flagitat, vt tantum in Mediatore per fidem queramus iustitiam. Hoc enim sine lata est Lex, vt nos deducat ad agnitionem nostrarum sordium, & doceat nos quod vera iustitia coram Deo careamus, quod iram Dei prouocauerimus, & peccatis nostris presentes & æternas penas meriti simus. Nec tamen voluit Deus vt sub onere peccati succumberemus: sed Lex ipsa nos cogere & impellere debuit ad querendum Mediatorem in Euangelio promissum, vt per ipsum impetremus in fide iustitiam & benedictionem. Qui ergo nec naturæ suæ immundiciem agnoscunt, nec serio iram Dei expauescunt, nec in Mediatorem promissum confidunt, hi legi nequaquam obtemperant, sed ipsa etiam lege condemnantur.

Christus est finis legis.

Diligentissime obseruandum est hoc insigne dictum Apostoli: *finis legis est Christus*: non enim tantum docet quis sit præcipuus vsus legis diuinæ: sed etiam vniuersam legem, Mosen, & omnes Prophetas hic luculenter exponit. Monet enim vniuersam legem Dei ad Christum referendam esse: hoc est, tota Lex ad hoc nobis seruire debet, vt cogat nos currere ad Christum Mediatorem: Et cum Christum adprehendimus: tum legi plane est satis factum. Nec habet Lex quidquam amplius quod à nobis flagitet.

Cum ergo legimus in Mose: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & proximum tuum sicut teipsum*: Deut. 6. v. 5. hoc sensu accipi debet: Tu quidem homo teneris diligere Deum ex toto corde, & proximum sicut teipsum: sed quia id non præstitisti nec præstare potes ob corruptam naturam, meritus es damnationem. Expauescit igitur iram Dei, agnosce tuam immundiciem, & age serio pœnitentiam. Deinde contugito ad Mediatorem in Euangelio promissum: statue hunc tuo loco impleuisse legem, & pro tuis Peccatis satisfacisse iudicio Dei: In hunc crede vt eius obedientia tibi imputetur: Ita in Christo habebis legis finem & impletionem:

Sic cum audimus in Mose: *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus his quæ scripta sunt in libro legis*

huius: Deut. 27. v. 26. sic intelligenda sunt: Omnino agnoscere & fateri debes o homo, quod non seruaueris nec seruare potes omnia quæ in lege scripta sunt: Subiaces ergo maledictioni diuinæ, quæ te premeret in infernum: sed accurre ad Mediatorem Iesum Christum, is est finis legis: *is factus est maledictum pro nobis*, Gal. 3. v. 13. vt nos acciperemus benedictionem promissam Abraham. Et in summa vniuersa Lex ad Christum est referenda.

Multa sunt amplissima doctrinæ capita in hoc breuissimo & simul grauissimo dicto Pauli.

I. Primum enim docet nos Apostolus, quis sit præcipuus vsus legis, non vt iustificet hominem, sed vt reuelat & abundare faciat peccatum: recte valentibus enim non est opus medico. Cum ergo Christus sit finis legis: necesse est ideo latam esse, vt vulnera nobis monstraret.

II. Secundo, testimonium est hæc sententia, quod nullus hominum satisfaciat legi: Quia enim omnibus opus est Christo, qui est finis legis: certum est neminem propriis operibus satisfacere legi.

III. Tertio, hinc liquido sequitur totam humanam naturam corruptam esse: Nisi enim irascere essent hominum vires, Lex non deduceret ad Christum: sed nostra obedientia esset contenta.

IIII. Quarto, hinc efficitur, omnes qui in lege fiduciam ponunt, & in Mediatorem non credunt, esse sub maledicto legis: quantacumq; enim obedientia præditi sunt: Finem certe legis non adsecuti sunt: quia in Mediatorem non credunt.

V. Quinto, quia totius legis finis est Christus. Ergo nulla hominum opera placent Deo absq; Mediatore: Lex enim deducit ad Christum: Ergo qui Christum non habet, non obtemperat legi.

VI. Sexto, hæc sententia monet legem non tollere peccatum & mortem, nec euertere regnum Satanz. Remittit enim Lex hominem ad Christum, vt per illum liberetur à peccato & morte, & noua iustitia & vita donetur. Nihil opus fuisse Christo, si Lex id præstare potuisset.

VII. Septimo, Sicut Lex moralis, decem præcepta, nec mortem tollit, nec vitam confert: ita nec ceremoniæ, nec circumcisio, nec sacrificia abstulerunt peccata & mortem: Sed tantum monstrarunt, & deduxerunt Israelitas ad Christum, in quo per fidem quærent liberationem à peccato, morte, & donationem iustitiæ & vitæ.

VIII. Octavo, quia Christus est finis legis ad iustitiam omni credenti: Ergo omnis qui credit in Mediatorem, etiam si nihil habeat bonorum operum: tamẽ liberatus est ab omni maledictione legis: habet perfectam impletionem legis, nulla ei timenda est condemnatio, etiam si circumferat reliquias peccati: est iustus coram Deo, & hæres vitæ æternæ.

IX. Nono, cum vniuersa Lex in Christum respiciat, necesse est & promissiones omnes in Christo ratas esse, & omnia bona cum presentis tum æternæ vitæ propter Christum dari.

X. Decimo, docet hic Paulus omnia dicta legis iuxta Euangelium interpretanda esse: Christus enim est finis legis ad iustitiam omni credenti Cum ergo Lex dicit: *Qui fecerit ea, viuet in eis*, Leuit. 18. v. 15. sic intelligendum est: Qui crediderit in Christum, is habet integrã legis obedientiam, & viuet per Christum.

XI. Vndecimo, Quia Christus est finis legis: non ideo per illum liberamur à lege, vt deinceps in sceleribus viuamus: Sed vt in operibus iustitiæ secundum legem ambulemus, & fructum feramus Deo. Christus enim non abolet nec soluit legem: Sed eam stabilis, adimplet & confirmat.

XII. Postremo ingentem hanc monstrat consolationem, quod per Christum redempti & saluati in futura vita perfecte sint impleturi legem Dei: Quia enim Christus est finis legis, necesse est vt hi qui Christo inseruntur per fidem, aliquando integram præstent

I. Doctrinæ huius loci

II.

III.

IIII.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

stent legi obedientiam Hæc vberissima & copiosissima doctrina in hoc breuissimo Pauli dicto pie consideranda & expendenda est.

- 6. *Moses enim iustitiam, quæ est ex lege, describit quod homo qui fecerit ea, uiuet in eis:*
- 7. *Sed Fides iustitia sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum? Hoc enim est Christum deducere de cælo.*
- 8. *Aut quis descendet in abyssum maris? hoc est enim Christum ex mortuis reducere.*
- 9. *Quid vero dicit: Prope est tibi uerbum in ore tuo; & in corde tuo: Hoc est uerbum fidei quod praticamus.*
- 10. *Quod si confessus fueris ore tuo Dominum Iesum, & credideris corde tuo, quod Deus excitauit eum a mortuis, saluaberis.*

Quartum hoc est argumentum sumptum à discrimine iustitiæ legis, & iustitiæ fidei: quam utramque confirmat testimonio Moïsi.

Duplex iustitia legalis & Euangelica. Iustitia Legis. Iustitia Euangelica.

Duplex, inquit, est iustitia: alia legalis, alia Euangelica. Iustitia legis est integra & perfecta obedientia interior & exterior iuxta omnia præcepta Dei, quæ caret omni uicio & labe peccati, quam qui præstat, is sane per eam consequitur uitam.

Iustitia fidei non est nostrum aliquod opus, sed est fiducia, quæ nititur expresso Dei uerbo, in quo Deus promissit se propter Mediatorem crucifixum & resuscitatum donaturum remissionem peccatorum & uitam æternam. Hæc sunt duæ diuersissimæ species iustitiæ: legalis enim consistit in integra perfecta legis impletione. Euangelica uero seu fidei consistit in gratuita donatione remissionis peccatorum & uitæ propter Christum. Utramque iustitiam docuit Moïses, ex quo manifestum est, non esse satis scire legem & secundum illam aliquomodo uiuere. Quod si enim per legem potuisset homo saluari, plane superuacaneum fuisset præter legis iustitiam, aliam docere & postulare. Sed uidit nimirum Moïses, quod nullus hominum satisfacere legi diuinæ, nemo enim potest integram præstare obedientiam, qualem lex requirit: Ita maledictioni legis omnes subiacent. Quia uero ex lege non potuit uenire iustitia: ideo patefecit Deus nouam rationem iustitiæ, qua saluari possent homines: Hanc ita exponit Moïses: quod Deus in uerbo suo, nimirum in promissione Euangelii suam clementem uoluntatem patefecerit, quod daturus sit Mediatorem filium suum, & quod propter eius mortem & resurrectionem condonaturus sit credentibus remissionem peccatorum & uitam æternam. In quo uerbo postulat Deus fidem, & ita gratis pronunciat credentes iustos coram se & hæredes uitæ æternæ. Cum uero Israelitæ utraq; iustitia, quam Moïses docuit, destituantur: Legis enim iustitiam non habent: non enim integre satisfaciunt legi: non præstant perfectam interiorem & exteriorè & omnibus numeris absolutam obedientiam: Circumferunt multiplicia peccata, quæ à lege accusantur. Nō diligunt Deum ex toto corde: nec proximum sicuti seipos: Deinde & iustitia Euangelii destituantur: nō enim credunt in Iesum Christum crucifixum & resuscitatum, de quo uniuersum Dei uerbum uaticinatur: non adsentiantur promissioni Euangelii, quam toties inculcat & urget Moïses: Frustra gloriantur quod sint populus Dei, & suam coram Deo iustitiā stabilire conantur.

Judæi utraque iustitia docent.

Discrimen

In hoc argumento diligentissime obseruandum

est discrimen legis & Euangelii, quod est lumen totius scripturæ. Sunt autem tria illustria discrimina, sicuti supra in cap. 3. indicatum est. Quæ doctrina hoc loco repetatur.

legis & Euangelii triplex.

Deinde obseruetur in hoc loco quis sit præcipuus scopus totius sacræ scripturæ, nimirum quod Dominus noster Iesus Christus crucifixus, mortuus, resuscitatus, sedeat ad dexteram patris: in quem qui credit, saluabitur: Mirum fortassis alicui uideri posset, quomodo Paulus. probet descriptionem iustitiæ fidei ex 30. v. 15. Deuteronomii, cum Moïses in isto loco phrasibus legalibus utatur: Si, inquit, obdieris uoci Dei, inacta omnia qua præcipio tibi, ut diligas Dominum Deum tuum, utq; in cadens in uis eius. Sed recte attendenti cognitionem hanc Moïsi, non difficile erit intelligere, quod tota sit Euangelica: siquidem hortatur Iudæos ad poenitentiam, & promittit agentibus poenitentiam misericordiam Dei: Si, inquit, conuersus fueris ad Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: conuertet & Dominum captiuitatem tuam: & inimicis uisceribus miserationis erga te commouabitur. & conuersus colliget te. Ibid. v. 2. 3. Lex non concionatur de remissione peccatorum: sed maledicit peccatoribus: Euangelium uero, agentibus poenitentiam, fide ad Dominum redeuntibus, affert gratiam & uitam. Nec sane uera in Deum dilectio existere potest in homine, quam in hoc capite Moïses requirit, nisi præluceat uera fides in Deum, accipiens remissionem peccatorum, & statuens se Deo reconciliatum esse. Rectissime ergo Paulus desumpsit ex hoc loco Moïsi descriptionem iustitiæ Euangelii seu fidei: Prorsus enim idem docuit Moïses, quod urget Paulus: Moïses enim testatur ita Iudæos fore beatos, si ueris moribus poenitentia reuersi fuerint ad Dominum, & ipsius uerbo crediderint. Idem tradit hic Paulus hanc esse iustitiam coram Deo, si quis agnito peccato & acta poenitentia uere credat in Dominum nostrum Iesum Christum promissum Mediatorem, & statuat se propter eius mortem & resurrectionem habere remissionem peccatorum, iustitiæ & uitam æternam.

Scopus scripturæ Christus crucifixus.

Iustitia fidei a Moïse quomodo tradita.

Neq; hoc lectorem torquere debet, quod apud Moïsen non sit expressa mentio Mediatoris, seu mortis & resurrectionis Christi: Moïses enim in genere ad uerbum Dei illos remittit: uniuersi autem uerbi diuini scopus est Dominus noster Iesus Christus, quemadmodum Petrus discrete docet: Hinc omnes Propheta testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum in nomine eius omnes qui credunt in ipsum. Act. 10. v. 43. Item: seruamini scripturas ipsa enim de me testimonium perhibent. Ioan. 5. v. 39.

Humanitas ubi dicitur uerbum caro factum.

Cum ergo caput & summa totius uerbi diuini sit quod Iesus Christus Deus & homo sit mortuus pro nostris peccatis, & resuscitatus propter iustitiam nostram, quod omnes qui credunt in ipsum habeant uitam æternam: nihil aliud uoluit Moïses, quam ut Iudæi in Christum crederent. Ac cum toties iubet ut Iudæi diligant Dominum, de Messia, qui est Ichoua & semper adfuit populo suo, loquitur.

Curiositatis rationis.

Cumq; Paulus uerba illa Moïsi: Ne dixeris in corde tuo quis ascendat in cælum? Ita enarrat: hoc est Christum de cælo deducere: depingit eleganter diffidentiam & curiositatem humani cordis, non contenti expresso Dei uerbo. Deus enim se & uoluntatem suam expresso uerbo patefecit: & testatus est nobis quod credentes in Mediatorem recipiat in gratiam, & donet uitam æternam: sed cor humanum non acquiescit huic patefactioni: cupit Deum coram uidere & audire: abhorret à fide: & ipsam beatitudinem statim experiri desiderat: cupit uidere essentiam Dei, cupit colloqui cum ipso Christo, & eius Maiestatem coram uidere: Quemadmodum & Moïses non erat contentus prædicatione Euangelii: Miserebor cuius miserebor: Exod. 33. v. 19. sed optabat uidere faciem Dei. Et Philippus petebat: Domine ostēda nobis patrem: Et omnium hominum corda similibus cupiditatibus laborant: cuperemus coram uidere Christum: & cum Thoma digitos inferere in uestigia clauorum.

Job. 14. v. 8.

TUM

100
101
 vum: Ioh. 20. v. 25. cuperemus videre quale sit cœlum quod nobis paratum est: & qualis beatitudo in altera vita futura est Sed hanc diffidentiam & curiositatem humani ingenii seuerè castigant Moses & Paulus.

Ne, inquit, dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum, hoc est enim Christum de cœlo deducere: id est, ne expetas peculiaria colloquia cum Deo, ne postules, vt Christus denuo de cœlo ad te mittatur, vt tibi patris voluntatem reuelet: sed sis contentus verbo, in quo abunde sese Deus patefecit, & infallibilibus testimoniis voluntatem suam demonstrauit. *Neq; dixeris, quis descendet in abyssum:* hoc est enim Christum à mortuis reducere: hoc est, non expetas vt infernus ipse tibi se patefaciat, & ostendat qualis sit ratio apud inferos, non postules vt denuo Christus moriatur, & resurgens ex morte tibi se conspiciendum præbeat, atque ita oculis tuis coram aspicias, quæ sint cœlorum & inferorum secreta. Huiusmodi cupiditates omnia coram visendi, ex mera diffidentia & impietate promanant: Ideoq; te primendæ sunt.

Prope est autem verbum in ore tuo & in corde tuo: hoc est: sed contentus sis tam illustribus revelationibus, tot repetitionibus promissionis, tam perspicuo verbo, tam euidentibus testimoniis, in quibus Deus voluntatem suam clarissime reuelauit, quod videlicet nos velit recipere in gratiam, & saluos facere propter filium suum vnigenitum Mediatorem. Atq; ita describit nobis Paulus naturam & proprietatem veræ fidei, quam non oportet pendere à sensibus externis, vel experientia: sed totam intentam esse in verbum reuelatum, in eo acquiescere, consistere & figere pedem. *Hoc, inquit, est verbum fidei quod predicamus:* Hic iam exponit: quale sit hoc verbum, in quod fides perpetuo respicere debet: nimirum de Domino nostro Iesu Christo: Quod pater æternus dedit mundo vnigenitum filium suum, subiecit eum morti pro peccatis totius generis humani: & resuscitauit eum à mortuis, vt omnis qui credit in eum nõ pereat: sed habeat vitam æternam. Hoc verbum statim in Paradiso est patefactum: *semen mulieris conteret caput serpentis:* Gen. 3. v. 15. hoc verbum factum est ad Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Cap. 26. v. 4. Idem hoc verbum salutis vrsit Moses: *Dominus Deus, Deus clemens, misericors, beneficus, multa miserationis & veritatis, condonans iniquitatem & peccata.* Exod. 34. v. 6. Item: *Prophetam excitabit tibi Dominus, sicuti me: is loquetur in nomine meo, illum audies.* Deut. 18. v. 15. Idem verbum & Paulus prædicauit: docuit enim filium Dei Iesum Christum iuxta vaticinia Prophetarum exhibitum, mortuum, & tertia die resuscitatum esse: & omnes qui credunt in ipsum, habere remissionem peccatorum & vitam æternam.

Atq; ita Paulus primum probat doctrinam suam de Iesu Christo testimoniis omnium Prophetarum niti. Deinde exponit ipsum Moysen, quod is vrgendo & inculcando verbum Dei, doctrinam vrsit de Domino nostro Iesu Christo.

Docet præterea Iesum Christum esse æternum & omnipotentem Deum: si quidem ille est quem toties Moses nominat Iehoua.

Ad hæc testatur de consensu omnium Prophetarum & Apostolorum, quod omnes prorsus eandem doctrinam sint professi, nimirum de Domino nostro Iesu Christo, iuxta Petri dictum: *Huic omnes Propheeta testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum omnes qui credunt in nomen ipsius.* Act. 10. v. 43.

10. *Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem.*

Subiectum fidei.
 QVIA monstrato discrimine inter iustitiam legis & iustitiam fidei probauit Iudæos à vera iustitia, quam Moses docuit alienos esse: euidentius adhuc exponit eam, monstrando causam instrumentalem, videlicet fidem, indicando subiectum fidei, & exponen-

do eius effectus: *Corde, inquit, creditur ad iustitiam,* quasi dicat, fides quam Moses in verbo flagitauit, & quam ego vrgo, non est tantum notitia historice de Messia quod sit exhibitus, crucifixus, & resuscitatus: sed est ardens motus cordis, quo homo amplectitur vniuersum Dei verbum, & in hoc promissionem gratiæ de remissione peccatorum, & vere credit & statuit se iustum esse coram Deo, hoc est, habere remissionem peccatorum propter Christum, & esse hæredem vitæ æternæ, qua fide adplicat sibi homo veram coram Deo iustitiam oblatam in promissione Euangelii: quæ iustitia Euangelii nihil aliud est quam remissio peccatorum donata propter Mediatorem, reconciliatio cum patre æterno, & imputatio iustitiæ Mediatoris. Cum ergo Paulus dicit: *corde creditur ad iustitiam:* docet iustitiam nostram coram Deo non esse aliquam nouitatem, seu motus, seu virtutes, seu qualitates in nobis: sed fide accipi gratis donatam, & per Christum imputatam iustitiam: atq; ita fidem esse organon, seu mendicam manum, qua adprehendimus & nobis adplicamus iustitiam.

Qui dictum hoc sic enarrant: *corde creditur ad iustitiam:* id est, fide fit præparatio, vt deinde alia re coram Deo simus iusti, videlicet vel infusa dilectione, vt Pontificii: vel essentiali iustitia, vt Osiander contendit, plane corrumpunt sententiam Pauli.

Non enim dicit præparationem fieri per fidem: sed fide ipsam iustitiam adprehendi, & fide nos iustificari. Nec hoc vult Paulus, vel nostram virtutem vel ipsam Dei in habitationem nostram esse iustitiam: Imo hanc imaginationem totis viribus in tota epistola acerrime oppugnat: sed docet nostram iustitiam eam esse quæ nobis in verbo sit oblata, quæ est remissio peccatorum donanda propter Christum: quam fide tanquam instrumento adprehendimus & nobis adplicamus.

Ore autem fit confessio ad salutem. Vt plenius ostendat Paulus, de qua fide iustificante loquatur, indicat verum & illustrem eius effectum, videlicet alacrem & perspicuam confessionem nominis diuini. Ne enim Iudæi gloriari possent, se omnino credere verbo Moysi, etiamsi non agnoscerent Christum Messiam: Paulus ab effectu refellit eos, quasi dicat, si vere creditis verbo Moysi, necesse est & confessionem nominis Iesu Christi sequi: Hæc enim natura est fidei, vbi adprehendit in verbo veram iustitiam, tum erumpit per Confessionem oris, laudat & celebrat nomen Christi, testatur de sua in Deum dilectione, cupit omnes homines adducere Christo, & regnum eius late propagare. *Credidi, inquit Dauid, propter quod locutus sum:* Psal. 116. v. 1. Ex confessione ergo deprehendi potest, num fides sit vera. Effectus enim monstrat causam: Atq; ita non tantum Iudæorum falsam gloriationem refellit, sed etiam monet gentes, ne sibi inani persuasionem imponant, sed serio credant in Mediatorem Christum, & fidei sinceritatem explorent in confessione, & aliis fructibus veræ fidei, vt sunt inuocatio, gratiarum actio, patientia, mansuetudo, humilitas, castitas, dilectio proximi, & similes virtutes. Vt enim orto sole fieri non potest, quin diffundatur lux, & spargantur radii: Ita fide in corde per Spiritum sanctum accensa, fieri non potest, quin fulgor bonorum operum & nouæ vitæ ex ea splendeat atq; eluceat: Per fidem enim accipitur non tantum remissio peccatorum: sed & Spiritus sanctus, qui non relinquit hominem in morte, sed eum viuificat & renouat, & ciet eius mentem, voluntatem, & cor ad dilectionem Dei, ad inuocationem, ad gratiarum actionem, ad alacrem confessionem nominis Christi, & omnia bona opera.

Verum hic aduertendum est, non sic accipi oportere hoc dictum Pauli, Ac si confessione oris salutem impetremus. Multis enim grauissimis Argumentis in tota Epistola docuit, nullo opere posse nos impetrare iustitiam & salutem: *Arbitramur, inquit, hominem iustificari fide absq; operibus.* Rom. 3. v. 28. *Abraham sine*

Iustitiam fidei non in nouis qualitatibus consistit.

Pontificii. Osiander.

Fides non est dispositio vel præparatio ad iustificat. Trident.

Effectum fidei confessio.

Bona opera indiuidui comites fidei.

Confessio non promeretur salutem.

Sine operibus iustificatus est: Non operanti, credenti autem in eum qui iustificat impium imputatur fides sua ad iustitiam. Cap. 4. v. 5. 6. Ex operibus legis non iustificabitur coram Deo vlla caro. Rom 3. v. 20.

Confessio
no est cau-
sa salutis.

Non ergo hæc est mens Pauli: sicut fide lucente in corde iustificamur: Ita confessione profluente ex ore saluamur, confessio enim nec est causa, nec est organon, nec est pars salutis: sed discernendæ sunt phrasæ Pauli, cum dicit, *corde creditur ad iustitiam*: hic de causa instrumentali loquitur: quæ adprehendimus iustitiam: fides enim est illa mendica manus, qua Christum cum omnibus beneficiis regni sur adprehendimus & nobis adplicamus. Cum vero Apostolus dicit, *Oressis confessio ad salutem*, de effectu loquitur monstrante causam, & sensus est: Confessionem oris testificari, nos certo adeptos esse salutem: liquidem opus hoc insigne, ut fructus sinceræ fidei, docet fidem non esse simulatam.

Georg.
Maior.
Iustitiæ
partes duas
ingit.

Graviter hallucinatur hoc loco *Georgius Maior*, & corrumpit doctrinam Pauli, eo quod fingit duas partes iustitiæ fidei, videlicet cordis fidem, & Confessionem oris cum aliis fructibus fidei. Tota enim iustitia fidei consistit in gratuita remissione peccatorum, seu reconciliatione cum Deo per Mediatorem: nequaquam vero in nouitate vitæ, quæ in conspectu Dei consistere non potest. Paulus de Abrahamo tenato, & multis virtutibus Spiritus ornato, dicit: *cum ex operibus non esse iustificatum, sed ex fide*: Rom. 4. Ergo nec confessio, quæ haud dubie fuit in eo, nec alii fructus fidei fuerunt pars iustitiæ fidei coram Deo.

Confessio-
ne non fit
applicatio
Christi.

Errat & in eo Maior, quod dicit adplicationem beneficiorum Christi fieri fide & Confessione: Hic enim Paulus non agit de adplicatione, sed de testificatione seu comprobatione salutis, iuxta dictum Psalmi: *Credidi propterea locutus sum*. Psal. 116. v. 1. Sicut & Christus Luc. 7. v. 47. ex dilectione mulieris probat, remissa ei esse peccata multa. *Remissa sunt, inquit, ei peccata multa: quia dilexit multum*: hoc est, ardens dilectio est certissimum signum, & demonstratio, quod reconciliata sit Deo, & quæ multa peccata ei condonata sint. Cum vero de ipsa iustitia coram Deo, atque de adplicatione queritur, sciri oportet, quod sola fide, sine operibus iustificemur: falso autem adferatur: Bona opera in articulo Iustificationis necessario præsentia esse. Sola enim fide fit adplicatio beneficiorum Christi, & non aliis operibus.

Causæ bo-
na opera
cur præstā-
tia.

In hoc dicto Pauli expendenda & repetenda est doctrina de causis, cur præstanda sint bona opera Nimirum.

- I. I. Prima, ut bonis nostris operibus glorificemus patrem, qui in cælis est: *Lucaat Lux vestra, ut glorificetur pater vester qui in cælis est*. Matth. 5. v. 17.
- II. II. Secunda, ut bonis operibus nostram testificemur fidem, cum nobis, atque ita vocationem nostram firmam efficiamus: tum aliis: *Ostende mihi*, inquit Iacobus, *fidem tuam ex operibus tuis*: Cap. 2. v. 18. Item: *Oressis Confessio ad salutem*. Item: 1. Ioan. 3. v. 10. *in hoc manifesti sunt filii Dei. & filii diaboli*.
- III. III. Tertia, ut nostro exemplo alios ad fidem & veram pietatem alliciamus: ut doctrinam Christi vita nostra ornemus. 1. Pet. 3. v. 1. 2. *Mulieres subditæ sint viris, ut si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant: considerantes in timore sanctam conuersationem nostram bonam in Christo*.
- III. IV. Quarta, ne conscientiam nostram vulneremus, & Spiritum sanctum in nobis & aliis contristemus: *milita bonam militam, habens fidem & bonam conscientiam*. 1. Timoth. 1. v. 18 19.
- V. V. Quinta, ut pœnas vitemus cum præsentibus tum æternis. Coloss. 3. v. 25. *Cæterum, qui iniuste agit iniustitiam suam reuertabit, & non est respectus personarum*.
- VI. VI. Sexta, ut obtineamus amplissimam mercedem, quam Deus promittit bene operantibus cum in hac, tum in altera vita, tam corporalem quam spiri-

tualem. 1. Timoth. 4. v. 8. *Pietas habet promissionem præsentis & futura vitæ*.

11. *Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in eo, non pudefiet.*
12. *Non enim est distinctio inter Iudæum & Græcum: Idem enim est Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant eum.*
13. *Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.*

ARGUMENTVM de iustitia fidei probat testimonio Iesaiæ: Tota autem concio Prophetæ inspicenda est, in qua hortatur totum genus humanum ad seriam pœnitentiam, proponit Messiam & eius beneficia: Esa 28. v. 16. *sic dicit, Dominus Deus, inquit, Ego fundo in Zion lapidem, lapidem probatum, angularem, preciosum, solitissimum, fundamentum, qui crediderit, non festinabit*. Metaphoram hanc Paulus ad Corinth. & Eph. exposuit: *fundamentum aliud poni non potest, præter id quod positum est: quod est Iesus Christus* 1. Cor. 3. v. 11. Hunc tuto inniti & insistere possumus: hic vniuersam sustentat Ecclesiam: hic nos liberat à peccato, ab ira Dei, à maledictione legis, à morte, à potestate Satanae: & transfert nos in regnum lucis & iustitiæ. Hæc autem beneficia fide ab eo percipiuntur.

Scopus Iesaiæ.

Quod Apostolus reddidit, *non pudefiet*, in Hebræo est, *non festinabit*: Idem plane sensus est: hoc enim voluit Propheta & Apostolus: Qui credit in Christum, non superabitur à morte & diabolo: sed vincet & obtinebit vitam & salutem æternam. *Vox festinabit*, depingit trepidationem, festinationem, & fugam pollutæ & contrictæ conscientia, quæ aspiciens peccata sua, & sentiens iram Dei, festinat fugere è mundo, & tamen hæret itretita: fides vero aufert hanc festinationem & fugam: & parit confidentiam, & *καρπνοίαν* inuocandi Deum.

Æquat deinde gentes Iudæis, ut doceat vna & eadem ratione omnes peruenire ad salutem æternam: videlicet vera in Christum fide: & ostendat gentes si de adeptas esse gratiam: Iudæos diffidentia excidisse. Et obseruandum est, quod quemadmodum Paulus supra cap. 3. Iudæos & gentes in accusatione exæquauit, ita hoc loco in oblatione beneficiorum Christi eisdem exæquat. *Non est distinctio*, inquit: Tam gentibus in Christum credentibus donat Deus salutem æternam, quam Iudæis: *conclusit enim Deus omnia sub incredulitatem ut omnium miseratur*. Rom. 11. v. 32. *Idem est enim Dominus omnium*.

Iudæi & gentes ut æque sunt obnoxii iræ Dei sic etiam æqualiter offeruntur gratia.

Atque hic repetenda est promissio vniuersalis, quæ non sine causa toties inculcatur à Spiritu sancto: Efficiatissimam enim continet consolationem aduersus difficiles & multas tentationes. Probat deinde vniuersalem promissionem, quam simul ad gentes & Iudæos adplicat, testimonio Iohannis Prophetæ, qui vaticinans de tempore noui testamenti, testatur Deum non tantum effusurum Spiritum super Iudæos: sed *super omnem carnem*: Iohel 2. v. 28. & 32. & *omnes cuiuscunq; nationis fuerint, qui inuocauerint nomen Domini, saluos fore*. Inuocatio autem à nemine fieri potest, nisi in quo lucet vera fides: ut supra in doctrina de Inuocatione dictum est: & hic à Paulo fusc probatur.

Promissio vniuersalis.

Quomodo igitur inuocabunt, in quem non credunt? Quomodo credant in eum, de quo non audiuerunt?

14. *Quomodo audient sine præcone?*
15. *Quomodo vero predicabunt, nisi missi fuerint? Sicut scriptum est, quam specio-*

Speciosi sunt pedes euangelizantium pacem: euangelizantium bona?

Gentibus Euangelium reuelatum.

PAVLVS conatur probare gentibus non esse præclusum aditum ad salutem: sed perinde eis patere ianuam misericordiae diuinæ, atq; iudæis: & tandem contendit, quod gentes assumptæ sint in populum Dei per fidem, qua amplexi sunt gratiam Dei: quem admodum Iudæi reiecti à Deo propter diffidentiam. Instituit autem gradationem, in qua ex effectibus proximas causas colligendo probat, gentibus quoq; reuelatam esse promissionem Euangelii: lucere in eis fidem & inuocationem, atq; ita per misericordiam Dei salutem æternam esse adeptas.

Fundamentum gradationis est testimonium Iocelis cap. 2. v. 32. *Omnia qui inuocauerint nomen Domini, saluus erit.* Quo dicto Propheta etiam gentibus tribuit inuocationem ad Deum, & promittit salutem. Hinc infert Paulus: sed vera inuocatio fieri non potest, nisi prælucente fide in Mediatore: *Oportet enim patrem in Spiritu & veritate inuocari* Ioan. 4. v. 23. *Et nemo venit ad patrem, nisi per filium.* Cap. 14. v. 6. Fides autem existere non potest, sine externo ministerio verbi. Hoc enim est organon per quod Deus accedit fidem in cordibus credentium. Prædicatio autem verbi non potest existere, nisi Deo mittente præconet: qui enim sua sponte currunt sine mandato Dei, non Dei verbum, sed sua commenta proferunt. Hac serie cum ista inter sese cohæreant, manifestum est Deum etiam gentibus reuclasse suam clementem voluntatem in Mediatore ostensam, & velle Deum vt non solum Iudæi, sed omnes gentes agant poenitentiam, credant Euangelio, & per Christum saluentur.

Testimonium Iesaiæ: *Quam speciosi sunt pedes Euangelizantium pacem*, Esa. 52. v. 7. loquitur de missione Prophetarum & Apostolorum: qui mandato Dei excitati, doctrinam de Mediatore, & gratuita remissione peccatorum, non tantum Iudæis, sed etiam omnibus gentibus reuelarunt & proposuerunt. Itaq; ipsa prædicatio facta gentibus, testatur, Deum velle ex gentibus colligere Ecclesiam.

Doctrinæ huius loci.

Multa insignia doctrinæ capita, tradit Apostolus Paulus in hac gradatione.

I. *Primum docet*, quomodo possit ac debeat fieri inuocatio, videlicet prælucente vera agnitione Dei & fiducia in Mediatorem Dominum nostrum Iesum Christum: *quomodo*, inquit, *inuocabunt, nisi crediderint.* Serio igitur inquiramus quis sit verus Deus, qui sese infallibilibus testimoniis in Ecclesia patefecit. Deinde vera fiducia amplectamur Mediatorem Iesum Christum, & statnamus nos per hunc reconciliatos esse patri, & accessum ad Deum nobis patetactum esse.

II. *Secundo docet*, vnde sit fides, videlicet non ex viribus liberi arbitrii, neq; ex figmentis rationis humanæ, sed ex prædicatione verbi diuini.

Montanus. Suengfel.

III. *Tertio ostendit efficaciam ministerii Euangelici*: Montanus & Phryges finxerunt Ethusiasmos sine ministerio verbi: & nunc Stenckfeldius contendit, Deum sine ministerio verbi operari fidem & salutem: sed has Satanae præstigias, quibus insidiatur incautis mentibus, & eas conatur abducere à verbi ministerio, clare refellit Apostolus, testificans, fidem esse ex auditu: & neminem credere posse, nisi ei prædicetur verbum Dei: ac loquitur de vocali prædicatione, quæ insonat auribus.

IV. *Quarto monet*, non esse temere & propria audacia inuadendum munus docendi in Ecclesia: sed missionem & mandatum diuinum expectandum esse, tam in mediata seu communi, quam in immediata vocatione. Vtriusq; enim vocationis author est Deus: & vtramq; regi vult suo mandato.

V. *Quinto considerandum* hic est discrimen inter iudicia humana, & iudicia Spiritus de ministerio Euangelii. Mundus non tantum contemptum habet mini-

sterium, sed & furenter odit, blasphematur, persequitur, & totis viribus delere conatur, tanquam impedimentum pacis, & faciem omnium dissidiorum & turbationum. At Spiritus sanctus pronunciat, nihil esse speciosius nec amabilius his præconibus, siquidem annunciant pacem & bona, hoc est, sunt legati, qui annunciant remissionem peccatorum donandam propter Christum: prædicant reconciliationem cum Deo, & docent quomodo pax conscientiae & æterna bona obtineri possint. Inuit etiam Propheta effectum promissionis Euangelii, vt ostendat discrimen inter legem Mosaicam, quæ tantum terrores parit in conscientia, & promissionem Euangelii, quæ pacem adfert.

16. *Sed non omnes crediderunt Euangelio: Iesaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro?*

17. *Fides ergo ex auditu: auditus autem per verbum Dei.*

OCCUPATIO est, qua tacite obiectioni occurrit: Cum enim Paulus missionem præconum, prædicationem verbi, auditum, & fidem vt causas & effectus ordine connexionisset, poterant obiecere Iudæi: Si ergo ex auditu & prædicatione nascitur fides, non est quod nostram accuses incredulitatem: cum semper ad hunc populum Prophetae sint missi, & verbum Dei in nostro populo perpetuo sonuerit. Sed responderet Paulus: fides quidem ex auditu est: sed hinc non sequitur, omnes qui audiunt, amplecti verbum vera fide: Non enim est Physica causarum connexio: multi contemnunt verbum, multi resistunt spiritui sancto, multi furenter persequuntur verbum: quod & Iesaias de populo Israel grauitate conquestus: *Quis credidit auditui nostro?* Cum stupore admiratur paucitatem credentium in populo Israel. Non igitur satis est audire & nosse promissionem: sed ea vera fide adprehendenda est, vt gentes faciunt.

Occupatio.

Cur non venos credant.

Tristis querela Prophetæ admonere nos debet de horrenda paucitate credentium omnibus temporibus. Florebant studia doctrinæ cælestis tempore Iesaiæ Prophetæ, qui admiranda eloquentia eam proponebat, & stupendis miraculis eam confirmabat, & de futuris rebus clarissime vaticinabatur: & tamen pauci crediderunt eius vaticiniis. Non ergo offendamur, nec labores docendi abiiciamus, cum mundi malitiam, securitatem, & impietatem ante oculos videmus: sed erigamus nos hac consolatione, quod labor noster non abit absq; fructu. Quemadmodum & pater æternus Christum consolatur, conquerentem in Iesaiâ se frustra consumere vires suas: Iesa. 49. v. 4 & 5. *Ego dixi in vancuum laboravi sine causa, & frustra fortitudinem meam consumpsi. Imo, inquit, pater, dedi te in lucem gentium.* Et Obed Propheta ad Assam inquit: 2. Para. 15. v. 7. *Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestrae: Erunt enim merces operi vestro.*

Quam diligentissime obseruetur testimonium de causa fidei, & quomodo Deus operetur in homine salutem, videlicet per externum ministerium verbi. Non ergo expectandi sunt Ethusiasmi, aut reuelationes, aut raptus, seu impressiones extra verbum: nec fingendum est, ministerium verbi tantum esse exercitium hominis externi, sicuti Stenckfeldiani contendunt: sed audiendum est Dei verbum, reuerenter ad ministerium Spiritus accedendum, & sacramentis vtendum, sacra scriptura scrutanda, & adlidue meditanda est, vt Spiritus sanctus in nobis accendat, alar, & confirmet fidem, & salutem operetur.

Externum ministerium causa fidei.

Suengfeld.

Hic etiam discamus, fidem nequaquam nasci ex liberi arbitrii viribus, aut Philosophia, & aliis mundi historiis: sed accendi per verbum Dei: Solus enim Spiritus sanctus est causa efficiens fidei. Ephe. 2. v. 8. *Gratia saluati estis, per fidem, idq; nimirum quod creditis, donum Dei est.* Instrumentales causæ sunt verbum Dei, & auditus hominis: mens & voluntas non sunt causa efficiens.

philosophia non accendit fides.

Synergiste. ciens, sed subiectum patiens, in quo Deus pro admiranda sua clementia & bonitate operatur. Errant igitur Synergistæ, qui adferunt tres causas concurrentes fidei: Spiritum sanctum, verbum Dei, & mentem ac voluntatem. Atque ita viribus liberi arbitrii adscribunt, quod est folius Spiritus sancti.

18. *Sed dico, numquid audiuerunt? Imo in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis verba eorum.*

Gentes etiam cognouerunt doctrinam Prophetarum. TESTIMONIO scripturæ adducto ex XIX. Psalmo probat, gentibus annunciatam esse promissionem Euangelii de Messia. Prophetæ quidem tantum in populo Israel docuerunt Dei verbum: sed tamen Prophetarum doctrina etiam ad alias gentes dimanauit: Assyriis, Ægyptiis, Caldæis, Palestinis, Moabitibus, non profus ignota fuit Prophetarum doctrina: Tandem vero per Apostolos per totum orbem terrarum sparsa est lux Euangelii: Christus enim dixerat: *Ite in orbem vniuersum, & predicato Euangelium vniuersæ creaturæ: Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit: Qui autem non crediderit, condemnabitur.* Mar. 16. v. 15. 16.

Canon fidei: Ex hac igitur prædicatione Euangelii, fidem acceperunt gentes: Et Deus misso verbo suo ad gentes, testatus est, se non tantum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus excerpere Ecclesiam. Non enim exiguam portionem generis humani dedit pater filio, sed vniuersum orbem terrarum: *Postula à me, inquit, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & fines terræ possessionem tuam.* Psal. 2. v. 8. Pater, inquit Ioannes, *diligit Filium, & omnia dedit in manus eius.* Ioan. 3. v. 35. Nemo ergo putet se exclusum esse à regno Christi: Iniuria enim adficii Christum, qui imaginatur, regnum peccati latius patere, aut potentius esse regno Christi. In Psalmo est *Kauam, id est, regula, amussis, Canon eorum:* sic Spiritus sanctus appellat doctrinam Prophetarum & Apostolorum: Hæc enim vnica debet esse regula & amussis, iuxta quam instituenda & dirigenda est vniuersæ Ecclesiæ ædificatio. Hæc regula rectissima & certissima est, nec patitur sese inflecti ad hominum cupiditates, ad arbitria potentum, ad consuetudines variarum gentium: sed manet eadem apud omnes gentes, in omnibus imperiis: nec fallit vnquam: quia non est inuenta humano ingenio: sed diuinitus per Spiritum sanctum reuelata atque præscripta. Nec licet Apostolis vel aliis Episcopis fingere noua dogmata, vel condere articulos fidei ex suo cerebro: sed tantum iuxta hanc regulam ædificanda est passim Ecclesia quæ est domus Dei.

19. *Sed dico: an non cognouit Israel? Primus Moses dicit: Ego ad emulationem prouocabo vos, per gentem qua non est gens: per gentem stultam ad iram commouebo vos.*

20. *Iesaias vero audeat ac dicit: Inuentus sum ab his qui me non quasiuerunt: conspicuus factus sum his, qui de me non interrogarunt.*

21. *Ad Israellem vero dicit: tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.*

Iudæorum abiectio prædicta. Rursus aliis testimoniis scripturæ probat Apostolus, Deum non dissimulasse ad populū hanc ipsam vicissitudinem & commutationem, quod populum Israellem esset adiecturus, & gentes adsumpturus in Ecclesiam. Vnde non debuit ignota esse Iudæis doctrina de vocatione gentium, nec Phariseis res mirari, quod gentes in societatem Ecclesiæ adsumantur: Politia vero Iudaica destruat. Ipse primus Mo-

ses tanquam *dux* huius politie, per quem Deus primum elegit Israellem in peculiarem populum & regnum sacerdotale, perspicue vaticinatus est, tandem abiectum iri populum Israel: & in emulationem adsumptum iri gentes Idolatras, & horrenda cecitate oppressas, in societatem Ecclesiæ. Similiter & Iesaias de vocatione gentium & abiectioe Iudæorum est vaticinatus.

In utroque testimonio elucet primum ingens Dei seueritas in eos qui contemnunt verbum ipsius, & per impenitentiam oblectantur Deo: Deinde immensa Dei misericordia & clementia: siquidem non dubitat gentes stultas, idolatras, & pollutas variis sceleribus, & ne quidem cogitantes de Deo, aut serio inquirentes eum, gratis absque omni merito vocare ad penitentiam, & admittere ad participationem omnium beneficiorum regni Messie.

CAPVT XI.

1. *Dico igitur num repulit Deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin.*

POSTquam Paulus euidenter euicit testimoniis sacre scripturæ, gentes pertinere ad regnum Christi, & iam per fidem adsumptas esse in societatem Ecclesiæ: Iudæos vero abiectos esse, propter dissidentiam, vt non sint populus Dei, ac de seueritate Dei erga dissidentiam Iudæorum satis grauitate est concionatus, ne profus adimat Iudæis spem reuertendi ad Deum, & consequendi misericordiam, docet in ipsa Dei seueritate resurgere clementiam eius erga populum Iudæicum. Non enim penitus ita repulit populum suum, vt nemo ex eis saluari possit: sed modo serio agant penitentiam, abiiciant obstinatum in incredulitate animum: redeant toto corde ad Dominum Messiam, & credant in Iesum Christum filium Dei crucifixum & resuscitatum: tum eis testatur omnino patere fores gratiæ diuinæ, & adeo non iri exclusum, vt habituri sint prærogatiuam, præ gentibus, vt nimirum filii promissionis, & rami natiui. Huc spectabat tota Epistola Pauli, vt Iudæos & gentes ad penitentiam vocaret, & ad fidem in Christum inuiteret.

Scopus Pauli.

Hanc seueræ sententiæ prius positæ mitigationem probat primum suo exemplo: siquidem cum Israelita sit de tribu Benjamin conuersus ad Deum, non tantum remissionem peccatorum est consecutus: sed etiam in excellentem Apostolum Iesu Christi segregatus. Manifestum est igitur Deum non penitus auersari Iudæos, sed hoc postulare vt penitentiam agant, & credant Euangelio, ac tum non modo non excludentur à gratia Messie, sed quodam modo prærogatiua fruuntur. Hinc est quod Paulus plerumque sic loquitur, *Iudæo primum & Græco.* Rom. 1. v. 16. Et Christus inquit: *Sic ut prius saturari filios.* Marc. 7. v. 27.

2. *Non repulit Deus populum suum quem præcognouit: An nescitis quid in Elia dicit scriptura? Cum intercedit apud Deum pro Israele, inquitens:*

3. *Domine Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua diruerunt, & ego solus relictus sum, & quarunt animam meam:*

4. *Sed quid respondet ei oraculum? reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genua ante Baal.*

5. *Sic igitur & in hoc tempore reli-*
quia

quia secundum electionem gratia super sunt.

ALTERO testimonio sumpto ex historia Eliæ Prophetæ docet, Deum non abieciſſe penitus populū suū etiam si sinat everti politiam Moſaicā, & Lūdæos in errore suo pertinaces non agnoscat pro Ecclesia. Vt enim ingens multitudo Iudæorum pereat, tamen Deum seruare sibi aliquas reliquias pro sua immensa misericordia, quemadmodum & tempore Eliæ fecerit: Quo Prophetante & erudiente Ecclesiam, tanta fuit impietas Israelitarum, & tam stupenda paucitas fidelium, vt ipse Prophetæ Elias existimaret, se solum esse relictum, qui vere sectaretur pietatem: sed Deus respondit illi, se conseruasse sibi 7000.

Recte igitur Iesaias cap. 1. v. 9. inquit: *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma & Gomorra essemus. Et Iere. Misericordia Domini, quod non consumpti sumus. Thren. 3. v. 22.*

Quia autem Deus adfirmat se sibi conseruasse culiores, Paulus mox infert, non à libero arbitrio proficisci salutem, sed à gratia & electione Dei. Hæc historia Eliæ, & argumentatio Pauli docet, semper stupendam esse paucitatem Ecclesie, ita vt ipsis Prophetis & Apostolis sit stupor: hinc est illud Iesaiæ: *Spicilegium reliquum faciet Dominus in valle rephaim: & similis erit distringenti oleam, qui reliquias facit duas aut tres bacchas, in summo fastigio, quatuor aut quinque, in ramis eius frugiferis, dicit Dominus Deus Israelis. Cap. 17 v. 5. 6.*

Deinde monet hæc historia, Ecclesiam non conseruari diligentia, studio, vel consilio humano, sed tantum diuina bonitate & misericordia: Nisi enim immensa Dei bonitas aliquos illuminaret suo verbo & spiritu, & in fide conseruaret, totum genus humanū sponte rueret in exitium, nec vllus hominum crederet doctrinæ Christi.

Tertio discimus ex hoc loco, ex aspectu vel statu externo non esse iudicandum de magnitudine Ecclesie vel de fructu nostrorum laborum in ministerio: Sed iudicium hoc Deo permittendum esse: Cum nos sepe existimamus florere Ecclesiam longe aliter iudicat Deus qui singulorum corda introspicit. Rursus dum nos metumimus ne penitus extinguatur Ecclesia, tum coram Deo vires sumit, & splendide fulget.

6. *Si autem gratia & iam non ex operibus: alioquin gratia non erit gratia: si autem ex operibus, iam non est ex gratia, alioquin opus non erit opus.*

7. *Quid igitur? Quod quasiuit Israel, hoc non est adeptus: Electio autem adeptus est.*

Hic rursus valde insignis est locus, in quo Paulus probat totam Ecclesiam eiusq; salutem non ex vllō opere pendere, sed tantum ex gratuita Dei misericordia & electione. Occasionem inde sumpsit, quod Deus ad Eliam dixit: *reliqui vel reseruauit mihi septem milia. Reg. 19. v. 18.* Dei igitur bonitati & misericordie totum debetur, quod aliqua restant reliquie Ecclesie.

Attente hoc loco obseruandum est argumentum, quod contexit Paulus ex vocabulo gratiæ. Ex diametro enim opponit inter sese: eligi & saluari ex gratia: & saluari ex operibus. Si, inquit, *ex gratia saluamur, iam non ex operibus: Quod si vero ex operibus, iam non ex gratia.* Hæc enim inter se sunt pugnantia, gratis ex misericordia aliquid donare: & ex debito mercedem pro opere reddere. Igitur vtramq; esse non potest.

In hoc argumento primum liquido docet Apostolus, quo sensu accipi velit vocabulum gratiæ, videlicet non vt Pontificii pro infusis qualitatibus vel nouitate vitæ: sed pro gratuita misericordia, fauore & clementia æterni Dei, qua Deus gratis sine omni opere, dignitate & merito nostro, remittit nobis peccata,

recipit nos in gratiam, pronunciat nos iustos, & confert nobis hæreditatem vitæ æternæ. Arguitur igitur hoc loco manifestæ blasphemie Tridentinæ Synodus, quæ anathema dicit omnibus qui adserunt gratiam, qua iustificamur, tantum fauorem Dei significare, & ideo non veretur Antichristi regnum apertissimæ doctrinæ Spiritus sancti contradicere.

Deinde Paulus hoc loco refellit præstigias illorum, qui inter sese miscent cum gratiam Dei, tum merita hominum, ac fingunt ex suo cerebro sine omni testimonio sacræ scripturæ, iustificationem partim nobis contingere ex gratia Dei: partim ex nostro merito: Vnde sunt illæ locutiones falsæ: Primum iustificari non gratis ex Dei misericordia: Deinde vero ex charitate. Item: Principaliter quidem nos iustificari gratis per Dei misericordiam: sed minus principaliter propter nostra opera. Item: non sola fide nos iustificari: sed fide formata dilectione, & exulta operibus. Item: Bona opera adeo necessaria esse ad iustificationem & salutem, vt sine iis nemo saluari queat. Item: misericordiam Dei esse quidem causam efficientem nostræ iustificationis, & meritum Iesu Christi causam meritoriam: formalem veto causam nostræ iustificationis, qua coram Deo placeamus, esse ipsa bona opera: & vitæ nouitatem. Has & similes fanaticas opiniones, quas serit Satan ad obscurandum Euangelium, liquido refellit hoc loco Paulus, dum ostendit inter se pugnantia esse, gratis accipere beneficium, & ex merito propter opus iustificari. Si, inquit, *ex gratia, iam non ex operibus.* Quæ igitur clementia est, fingere partim gratia, partim operibus nos iustificari: aut bona opera ad salutem esse necessaria? rationem enim addit Paulus: *alioquin gratia non erit gratia:* Gratia est enim quæ gratis datur absq; merito: Vnde laude dignissima & plena pietatis est vox Augustini, quam ex hoc argumento sumptam aliquoties repetit: *Gratia enim, inquit, non erit gratia vllō modo: nisi fuerit gratuita omni modo.*

Ipsa ergo vox gratiæ excludit omne meritum operum: atq; etiam omnem præsentis operum necessitatem: si enim gratia tota est gratuita, nec vllō modo admittit meritum: opera nostra non requiruntur necessariò ad salutem: E diuerso vrget Paulus: *Si autem ex operibus, iam non ex gratia: alioquin opus non est opus.* Vt omne meritum operum excludat, vrget & vocabulum operis: quod enim operibus nostris consequimur, hoc gratiæ non debemus: Quemadmodum Bernhardtus pie & recte dixit: *Quomodo gratia plena, si quid habuerit quod non sit ex gratia. Deest gratia, quidquid meritis deputas: nolo meritam quod gratiam excludat.* Validissimum est igitur hoc Argumentum, quod absq; omni merito, sola Dei gratia & misericordia iustificemur.

Si quis miretur, cur Paulus gratiam & opera tanquã pugnantia inter se comittat, cū opera sint effectus gratiæ iustificationis: is sciat Paulum non hoc velle, quod gratia Dei & opera hominum inter se pugnent, sed quod iustificatio gratuita, & iustificatio ex merito operum ex diametro sibi aduersentur: Ideo enim Deus misertus est nostri: quia nostris operibus non poteramus saluari: Ideo & Christus est mortuus pro peccatis nostris: quia viribus nostris non potuimus adsequi salutem: Quantum ergo operibus adscribis, tantum detrahis & misericordie Dei, & merito Iesu Christi. Vnde & Paulus: *si ex operibus legis est iustitia, Christus frustra mortuus est. Gal. 2. v. 21.*

Reliqui vero excacati sunt.

2. *Quemadmodum scriptum est: dedit illis Deus Spiritum compunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant, vsq; in hodiernū diem.*

3. *Et David inquit: vertatur mensura...*

Gratia non admittit merita.

August.

Bernhardt.

Cur gratia & opera opponantur.

Gratia & opera sibi mutuo aduersantur in iustificationis articulo.

Gratia non notat qualitatē in fusam vt Tridentini.

in laqueum, & in captionem, & in offendiculum, & in retaliationem ipsis.

20. *Obtenebrentur oculi eorum ut non videant: & dorsa illorum semper incurua.*

VT soli diuinæ misericordiæ adscribendum est, quod reseruatæ sunt aliqua reliquæ populi Israel, quæ crediderunt in Iesum Christum, verum Messiam: Ita ostendit reliquam multitudinem Iudæorum pertinaciter obliuiscantem Messiam & veritati, grauissima, & iustissima Dei ira excæcatam, & furore mentis percussam esse. Idq; iuxta vaticinia Prophetarum, per quos Deus minatus est hæc omnium grauissimam pœnam, qua carnalem securitatem, verbi sui contemptum, & Iudæorum impietatem esset puniturus, videlicet cæcitate, amentia & furore cordis, vt nec intelligere possint Dei verbum, nec credere Euangelio.

Contemptus verbi grauissimum scelus.

Omnium maximum & grauissimum scelus est, superbus contemptus filii Dei, & beneficiorum eius: atq; odium incorruptæ doctrinæ Euangelis: Ideo enim Deus dedit Filium Mediatorem: patefecit Euangelium de cælo: instituit ministerium Spiritus, vt vocet homines ad pœnitentiam, nobisq; peccata clementer dimittat. Iam si homines ad cetera horribilia scelera, quibus omnes contaminati sunt, etiam hoc scelus addant, vt regnum & beneficia Christi aspernentur, & odio prosequantur doctrinam & ministros Euangelis: non possunt filium Dei maiore contumelia adficere. Vt ergo summum est beneficium missio filii, & annuntiatio Euangelis: Ita contemptores huius beneficii omnium grauissima pœna adficere solet Deus, vnde est illud Paulinum, 2. Thess. 2. v. 10. 11. *Pro eo quod amore veritatis non receperunt vt saluarentur: sed idcirco committit illis Deus efficaciam erroris, vt credant mendacio.* Et hoc loco citatis testimonis, vaticinatur Spiritum sanctum futurum, vt oculi & corda impiorum excæcentur, vt videre non possint.

Spiritus compunctionis.

Cum nominat Spiritum compunctionis, Existimo Paulum respicere ad locum Iesai. 29. v. 10. *Dominus miscuit illis spiritum: ut alii soporis, seu stupiditatis: & clausit oculos ne viderent:* Quibus verbis vaticinatur Propheta de excæcatione Iudæorum tempore aduentus Messiae. Spiritum autem soporis seu veterini nominat Iesaias horrendum stuporem cordis, quo occupatum cor non potest cogitare nec intelligere Dei verbum. Paulus nominat Spiritum compunctionis, vt mentem Prophetae plenius exponat. Est autem Spiritus compunctionis, horribilis dolor cum acerbissimo odio Dei & veritatis coniunctus, & furor in seipsum sauiens. Vt Pharisæi & Pontifices accusati de interfecto Christo à Stephano, compuncti sunt corde, & in furorem adacti. Sic Iudas, Achirophel, Pharaon, Saul, obruti sunt Spiritu compunctionis, quo nihil potest dici tristius: Est enim & dolor & furor, mixtaque insana luctu: ita vt quamquam sentiat cor immensos dolores, non tamen respiscat, imo irascatur Deo, & sibi & omnibus creaturis: & optet, nec Deum esse, nec vitam existere creaturam.

O Domine Iesu crucifixe pro nobis & resuscitate, ne finas in nos effundi eiusmodi Spiritum: sed potius da nobis pœnitentiam: accende in nobis fidem, & da nobis spiritum rectum & firmum, Spiritum gratiæ & præcui: spiritum sapientiæ & timoris Domini, vt in te credamus, & in omni æternitate tecum viuamus. Amen.

Mensa notat doctrinam.

Reliqua testimonia ex 6. Cap. Iesai: & 69. Psalmo desumpta sunt. Tristissima comminatio est, cum dicit Spiritus sanctus: *Mensa eorum fiat ipsis in laqueum.* Mensa est doctrina Prophetica & Apostolica, & totum ministerium Euangelis, quod instructum est delicatissimis serculis ad cibandam & alendam nostram salutem, ne fame pereat, sed viuat in æternum. Parasti

in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. At hæc mensa, quæ reficit & recreat pios, impiis & contemptoribus Christi fit in laqueum, in captionem, in offendiculum & retaliationem: nam ipsa doctrina Prophetarum & Apostolorum impii magis magisque excæcantur, indurantur, & in furorem adiguntur, vt credere non possint: Non quidem id fit vitio doctrinæ, sed malitia cordis humani, quod destitutum Spiritu sancto, quo luculentiores audit conciones Prophetarum, quo maiores odii flammæ accipit aduersus Euangelium: Idq; fit iusto Dei iudicio punientis contemptum sui verbi: *Obtenebrentur, inquit, oculi eorum, ut non videant: & dorsa eorum semper incurua,* hoc est, punias eos cæcitate mentis, vt veritatem videre non possint: deprime & incurua dorsa eorum, ne possint oculos attollere in cælum, vt superare cognitionem de Deo, & pœnitentiam agere. Huiusmodi horrendæ imprecationes nihil aliud sunt, quam certissima vaticinia sic euenturum esse omnibus contemptoribus Euangelis, & hostibus Ecclesiæ.

Hic vero iam disputatur an causa & culpa peccati in Deum vlla ratione conferri possit, cum Deus dicatur excæcare oculos, obturare aures, vertere mentem in laqueum incuruare dorsum. At constanter & perpetuo vtraque manu tenenda est hæc sententia verissima, Deum nullo modo esse causam peccati, nec velle peccatum, nec impellere mentes ad peccandum, nec ad probare peccatum: sed vere & horribiliter irasci omnibus peccatis. Immo ita enim regula est: *Non Deus volens iniquitatem esse tuam.* Psal. 5. v. 5. Item: *Perditio ex te est Israel. in me tantum salus tua.* Otec. 13. v. 9.

Quod vero ad phrales scripturæ attinet, quæ frequentissime occurrunt: vt Rom. 1. v. 24. *Quapropter tradidit illos Deus in cupiditates cordium eorum ad immundiciem, ut ignominia adficerent corpora sua.*

Item: Exod. 4. v. 21. *Ego resinabo cor Pharaonis: ut non dimittat populum meum.*

Item: Exod. 10. v. 2. *Nam ego aggrauavi cor Pharaonis & cor seruorum eius, ut ponerem signa mea hæc inter vos.*

Item: Exod. 14. v. 8. *Et Dominus indurauit cor Pharaonis.*

Item: Psal. 105. v. 25. *Conuertit cor eorum, ut odissent populum suum, & dolum facerent seruis eius.*

Item: Iesai. 29. v. 10. *Miscuit vobis Dominus Spiritum alii soporis: & constringit oculos vestros.*

Item: Iesai. 63. v. 17. *Cur seduxisti nos Domine à viuis tuis, & cur indurasti cor nostrum.*

Item: 2. Thess. 2. v. 11. *Mittet illis Deus efficaciam erroris, ut credant mendacia.*

Item: Ez. ch. 14. v. 9. *Ego Dominus seduxi Prophetam illum, & delebo eum de medio populi.*

Item: Psal. 69. v. 28. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non veniant ad iustitiam suam.*

Item: Psal. 119. v. 6. *Constitu super eum impiem: & diabolus stet à dextris eius.*

Item: 2. Par. 18. v. 21. 22. *Egredere & fac sic: & nunc ecce Dominus dedit Spiritum mendacem, in os tuorum Prophetarum.*

Item: 2. Samu. 16. v. 10. *Maledixit sic, quoniam Dominus iussit eum, ut Dauidi maledicatur: Quis igitur dicat, cur sic fecisti: permiste ei ut maledicatur, quoniam Dominus præcepit ei.*

Item: 1. Samu. 2. v. 25. *Non audierunt vocem patris sui: quia Dominus voluit eos interficere.*

Item: Iolue. 11. v. 20. *Siquia est à Domino hoc fuit, quod consorsabat cor illorum, ut bello resisterent Israeli.*

Item: Deut. 2. v. 30. *Nam inuenerat Dominus Deus animum eius, & confortauerat cor eius, ut traderet eum in manu eius.*

Hæc & similes Phrales nequaquam hoc volunt, quod Deus sit causa vel author peccati: nam peccati causa est mala voluntas obliuiscens Deo & legi ipsius: In Deo vero est optima & iustissima voluntas, quæ nunquam a norma iustitiæ deficit.

An Deus excæcando mentes sic causa peccati.

Indurando & excacando punit Deus. Ac Deus indurando cor, excacando mentem, immittendo Spiritum erroris, seducendo Prophetas, poenas infligit iudicio iustissimo: Peccatum vero indurationis operatur voluntas hominis & Satanæ, que ardent odio Dei & iustitiæ. Deus vero subtrahit Spiritum hostibus suis: quo subtrahito homo subinde maius odium aduersus Deum concipit, & obdurat cor suum. Iure Deus immittit efficaces errores: iure misceat Spiritum erroris: iure aggrauat cor, & excacat oculos: Sic enim merentur hi qui adspiciantur veritatem, & blasphemiam dicunt in Spiritum sanctum.

Angeli mali ministri iustitiæ Dei. Adhuc Deus etiam malis Angelis & hominibus, vt ministris gloriæ suæ vtitur: & per eos vel piorum fidem & patientiam explorat: vel impiorum securitatem punit. Satanæ permittit Deus quæcunq; lob possidebat: Hic sceleris causa Satan fuit, qui tamen minister fuit prouidentia Dei conantis probare fidem lob. Deus misit Spiritum mendacem in os Prophetarum Achab: hic mendacii author Satanæ erat: Sed tamen Deus mittit Satanam vt ministrum iræ suæ, vt Achab obijciatur periculo & interficiatur.

Deus non est peccati causa. Semei maledicit Dauidi iussu Dei: causa peccati & maledictionis est voluntas Semei ardens odio Dauidis & iustitiæ, & parens Satanæ. Deus autem impio Semei vt organo prouidentia suæ vtitur, ad explorandam fidem & patientiam Dauidis. Ita Deus nunquam est peccati causa, quia semper bonum finem respicit, & iustissime agit & organis malis vtitur ad gloriæ suæ illustrationem & ad piorum explorationem & exercitium.

11. *Dico igitur num ideo impigerunt, vt conciderent? absit: Sed per lapsum eorum salus contigit gentibus, ad hoc vt eos ad æmulandum prouocaret.*

12. *Si autem casus eorum diuitia sunt mundi: & diminutio eorum diuitia gentium, quanto magis plenitudo illorum?*

REDIT hic ad superiorem consolationem, quod via salutis non penitus interclusa sit Iudæis, nec beneficia mediatoris prorsus denegata, si modo vera fide ad Messiam confugiant: hancq; sententiam pluribus confirmat Argumentis, Videlicet ab effectu detæ politia Mosaicæ, & a fine receptarum gentium ad Ecclesiam.

Salus atq; prosperitas potentior est lapsu.

Sed lapsus Iudæorum salutem attulit gentibus.

Ergo multo magis salus & prosperitas Iudæorum.

Abiectio Iudæorum conuersionē peperit gentium. CELEBRAT Paulus admirandam Dei sapientiam & bonitatem, qui euerisionem politia Mosaicæ, & abiectionem Iudæorum vertit in salutem mundi. Sublata enim politia Mosaicæ, Euangelii doctrina sparsa est per totum mundum: Et omnes gentes, quæ receperunt Christi doctrinam, admisse sunt ad societatem Ecclesiæ, a qua stante politia fuerant alienæ. Diuitias mundi nominat claræ Euangelii prædicationem per totum orbem terrarum. Lapsus vero Iudæorum intelligit euerisionem politia Mosaicæ, & populi excacationem. Sic ergo colligit Paulus: Non ideo lapsi sunt Iudæi, id est, non ideo euerisa est politia Mosaicæ, vt prorsus conciderent, id est, vt penitus omnes Iudæi perirent, sed potius hoc fine, vt omnibus gentibus exotiretur lux Euangelii, & salus contingere-

ret. Si ergo hic lapsus Iudæorum tantas diuitias & salutem peperit gentibus, quanto magis profutura esset gentibus salus, id est, conuersio Iudæorum ad Messiam. Quod si populus Israel obtemperasset Euangelio, & Messiam filium Dei agnouisset: ac Pontifices, Pharisei, & reliqua pars populi poenitentiam egissent, quemadmodum Propheta, & Baptista & Apostoli hortabantur: *Audi filia, obliuiscere populum tuum, Psal 45. v 11. Item Exulta filia Zion: Ecce Rex tuus uenit tibi iustus. Zach 9. v 9. &c.* Id nequaquam gentium salutem impediisset: Quia Euangelii prædicationi nihilominus ad gētes dimanasset: Et fides Iudæorum magis prouocasset gentes ad amplectendum Messiam.

Recte ergo infert Paulus, si lapsus Iudæorum tantas opes contulit mundo, quanto magis plenitudo: id est, fides & salus Iudæorum. *Plenitudinem* appellat Paulus, id est, partem electam ad constituendum & complendam Ecclesiam destinatam. Ac valde multa notat hæc vox: videlicet, Deum ita gubernare euerisionem populi Iudæi, & ruinam politia, vt tamen nihil de numero Ecclesiæ minuatur. Monet, Deum sibi elegisse certam Ecclesiam, cum inter Iudæos, tum inter gentes, & æternum eius propositum falli non posse. Docet, Ecclesiam quæ omnibus temporibus in terris colligitur vbi adducta fuerit in conspectum Dei, fore insignem & plenum cœtum, in quo nec multitudo, nec vllum aliud ornamentum desiderabitur.

Hoc argumēto & Iudæos consolatur, & gentes erudit Paulus: Iudæis enim ostendit non omnem spem salutis præcisam esse euerisione politia ipsorum: Sed hoc requiri ab ipsis vt credant in Dominum nostrum Iesum Christum, tum eos pertinere ad *πλήρωμα* Ecclesiæ. Gentes etiam docet, ne inuideant Iudæis, nec existiment suæ obesse saluti, si videant aliquos ex ipsis conuerti ad Christum, ne etiam Iudæorum prodicione delectentur: sed potius per eorum conuersione orent Dominum. Alterum deinde argumentum Pauli est.

Si Deus penitus abieciisset populum Iudæorum, non eos ad æmulandum prouocaret in gentibus.

Sed ideo Deus adsumpsit gentes ad societatem Ecclesiæ, & variis donis fidei illuminauit, vt Iudæos ad æmulationem prouocaret.

Ergo Deus nequaquam abiecit populum suum, ita vt ex eis neminem saluare velit: sed potius extimulat & prouocat eos æmulatione gentium ad fidem.

QUOD de æmulatione dicit, ex Mose desumptum est: vbi dicit Deus Deut. 32. v. 21. *ipfi prouocauerunt me ad indignationem in eo, qui non est Deus: & ego prouocabo eos, in eo qui non est populus: vbi rursus elucet seuera Dei iustitia, & immensa eius bonitas: Iudæi enim prouocarunt Deum ad itam scæda idolomania: Deus vicissim punit eos abiectione populi, & adsumptione gentium: Ita tamen, vt eos prouocet ad æmulandum gentium fidem: Nam in ira sua iustissima, etiam misericordia suæ recordatur.*

13. *Vobis enim dico gentibus, quatenus gentium sum Apostolus: ministerium meum glorificabo.*

14. *Vt ad æmulationem prouocem carnem meam & saluem aliquos ex ipsis.*

R

15. Si

15. Si enim abiectio eorum reconciliatio est mundi: quæ erit adsumptio nisi vita ex mortuis.
16. Quod si enim primitia sancta: Sancta est & conspersio: si radix est sancta, sancti sunt & rami.
17. Quod si nonnulli rami defracti sunt, tu vero cum es oleaster, insitus fuisti illis & consors radicis, & pinguedinis olea factus es.
18. Ne glorieris contra ramos: si vero gloriaris contra eos, non tu radicem gestas, sed radix te.
19. Dices igitur defracti sunt rami, ut ego insererem.
20. Bene: per diffidentiam effracti sunt: tu vero stas per fidem.
Ne superbias animo: sed time.
21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne quando nec tibi parcat.
22. Vide igitur & bonitatem & seueritatem Dei: In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te vero bonitatem, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris.
23. Et illi si non permanserint in incredulitate, rursus inserentur: Potest enim Deus rursus illos inserere.
24. Si enim tu ex naturali exectus es oleastro, & prater naturam insitus es in bonam oleam: quanto magis hi, qui naturales sunt, inserentur propria olea?

HAE c proluxa concio grauissima est adhortatio ad gentes: ne hoc nouo beneficio, quod donata sunt luce Euangelii, & adsumptæ ad societatem Ecclesiæ, ad superbiam & securitatem abutantur: ne insultent Iudæis: sed potius in timore Dei expendant, quam fuerint indigni hoc beneficio Dei: quantam ipsis misericordiam & clementiam exhibuerit æternus pater.

Deinde grauissimam Dei seueritatem considerent, qui non pepercit proprio suo populo, sed eum excidit & abiicit propter diffidentiam: Et ex hoc exemplo discant ipsi quod ex usu sit: quam facile hanc insignem felicitatem & gloriam amittere possint per securitatem & diffidentiam: ideoque dent operam, ut in fide, timore, & inuocatione Dei persistant.

Huius adhortationis Paulinæ decet nos semper esse memores, qui non ex Iudæis, sed gentibus nati ad Ecclesiæ societatem peruenuimus. Immensam misericordiam bonitatem erga nos declarauit æternus pater, quod cum maiores nostri non solum ut gentes idolis seruiuerint: sed etiam sub Romano Antichristo multiplici idolōania cōtaminati, fuerint nobis tamē dedit lucē sui Euangelii, vocauit nos ad societatem Ecclesiæ, & collocauit in regno sui filii Iesu Christi, qui nobis iustitiam, vitam, & lætitiā communicat.

Omnipotens, misericors, & sanctissime Deus, pater Domini nostri Iesu Christi: omnino fateor me indignum esse tam immenso tuo beneficio: tibi vero per Dominum nostrum Iesum Christum toto pectore gratia ago, quod me vocasti ad societatem Ecclesiæ,

& donasti filio tuo, & illuminas me tuo sancto spiritu: Domine Iesu serua animam meam, gubernā cōt meum tuo spiritu sancto, auge & confirma in me fidem, ut in ea usque ad finem vitæ perseuerem, & tibi in æternum gratias agam, & nomen tuum celebrem:

Cœterum repetit Paulus superius argumentum: Si abiectio populi prodest mundo: multo magis adsumptio erit vita ex mortuis salus, id est, receptio Iudæorum agentium pœnitentiam, conferet vitam mortuis gentibus. Nam credentium Iudæorum fides & salus inuitabit & gentes ad credendum Christo, ut ex morte liberati in vitam transferantur. Illustrat deinde suā sententiam duabus similitudinibus: altera à sacrorum ritu: altera ex ipsa natura desumpta est. A legalibus ceremoniis est desumptum, quod dicit: Si primitia sunt sancta, sancti est & conspersio: Cum enim alicuius massæ primitiæ oblata & sanctificatae erant, tota massa sancta erat. Vult autem dicere: Cum Deus Abrahamum, Isaac Iacobum, tanquam primitias huius populi elegerit, vocarit, iustificarit, & glorificarit deinde & multos Prophetas & Israelitas, certum est Deum non auersari penitus populum Israel, nec ita abiicisse, ut neminem ex eis saluare velit.

Eadem est sententia & secundæ similitudinis: Si radix est sancta, sancti sunt & rami, hoc est, cum Deus Abrahamum & Iacob radicem huius populi elegerit & sanctificarit, testatus est se nequaquam eorum posteritatem auersari, si modo pœnitentiam agant, amplectantur Messiam Iesum Christum, & credant Euangelio.

Quod hoc loco disputat Calvinus hereditariā sanctitatem transfusam esse in omnes posteros Abrahamæ, & totum populum Israel Abrahamo sanctificatum esse, alienum est à mente Pauli: Nec loquitur Paulus de spiritali nobilitate generis Israelitici: Cum tan filii Israel, quam gentes natura fuerint filii iræ, & obnoxii maledicto. Itaque perperam & contra mentem Pauli ex hoc loco colligunt Calvinistæ fidelium Christianorum liberos sanctos ab utero matris etiam ante Baptismum. Paulus enim expresse dicit de gentibus & Iudæis, & de se ipso: *Eramus omnes natura filii iræ.* Eph. 2. v. 3. Et Christus inquit: *quicquid ex carne natum est, caro est:* Ioan. 3. v. 6. Spirituality sanctitas non transfunditur carnali generatione, sed spiritali renascencia. Vnde Christus inquit: *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non introibit in regnū Dei.* Ioh. 3. v. 5.

Euidenter scripturæ conuictus Calvinus fatetur, iustum hominem non transmittere probitatem in filios. Sed quod dicit vi promissionis hoc effici, quod sanctorum filii sint sancti, plane nihil est: nam promissio sine adplicatione irrita est. Toti mūdo data erat promissio: *Semen mulieris conteret caput serpentis.* Nemini tamen profuit nec vitam sanctificauit, nisi qui fide eam sibi adplicauit. Sic promissio: *Ero Deus tuus, & Deus semini tui.* Gen. 17. v. 7. non sanctificauit filios Abrahamæ secundum carnem ab utero matris: sed maxime loquitur de semine Abrahamæ spiritali, renato per fidem, qua excelluit Abraham. Huic semini ita se obligat Deus, quod velit eius curam, ut Deus, agere si pactum eius seruauerit: hoc est, si vestigia fidei Abrahamæ secuti in Messiam benedicturum gentes, crediderint. Promissio enim omnis fidei adprehendenda: absque fide irrita est promissio.

Nō ergo promissio sanctificat filios Abrahamæ secundū carnē ab utero: Vt nec prima promissio de semine contrituro caput serpentis, Cainum sanctificauit ab utero. Nec illa promissio: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam:* Ioan. 3. v. 36. nunc sanctificat iustorum filios ab utero matris ante baptismum.

Loquitur ergo Paulus in hoc loco non de spiritali, sed de legali, externa, seu Mosaica sanctitate, quæ est congruentia quædam cum lege ceremoniali: Nam Lex sanctum vocat, quod erat ad sacra destinatum: & quo licebat sanctis uti: commune, profanum, illicitū vocabat, quo non licebat uti sanctis. Hoc ergo vult dicere

non enim
adsumptio
vita ex mortuis

legis
sanctitas
quæ est congruentia
quædam cum lege
ceremoniali

non enim
adsumptio
vita ex mortuis

Caluinia-
ni.

Liberi san-
ctorum nō
sunt sancti
ab utero.

Promissio
sine applica-
tione est
irrita.

Promissio
sola non
sanctificat.

Legalis san-
ctitas.

dicere Paulus, quarum rerum primitiæ offeruntur Deo, illæ sunt sanctæ, illis licet uti cum gratiarum actione. Sic cum Deus Patriarchas & Prophetas tanquam primitias populi Israel elegerit & iustificarit: hoc ipso est restatus se nequaquam nunc totum auersari populum, sed ex illo adhuc excerpere, quos pro suo beneplacito saluet.

Si radix est sancta, etiam rami: non loquitur de sanctitate spirituali: sed de legali: quasi diceret: si licet Deo radicem usurpare, licet ei & ramos usurpare in suo sacratio. Nam iuxta legem traditis sanctæ, sancti sunt & rami & fructus. Si quis ista de spirituali sanctitate intelligeret, absurdissima hinc sequeretur sententia.

Adam enim conuersus, fuit radix sancta: ergo totum genus humanum, & omnes homines veluti rami sunt sancti à natura. Ita vna litura deleteretur doctrina de peccato Originis: doctrina de beneficiis Mediatoris, de fide, & breuiter tota religio. Sed supra cap. 5. v. 12. satis diserte refutauit hanc sententiam, cum dixit: *per unum hominem peccatum venit in omnes homines: & per unum hominem iustitia: sed non sicut delictum, ita & donum.* Alio igitur nunc respicit Paulus, videlicet Deum electione & saluatione Patrum ostendisse quod non abiecerit populum Israel penitus, sed etiam ex illis velit aliquos excerpere, & per fidem in Christum saluare.

25. *Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, ut ne apud vosmetipsos superbiatis: quod cecitas ex parte Iudæis contigit, donec plenitudo gentium ingrediatur.*

26. *Atque ita vniuersus Israel saluus fiat.*

VT magis acuat Paulus gentium diligentiam & studium in retinenda fide, vaticinatur de ruina Ecclesiæ gentium: & prædicit securas denovo horrendas tenebras. Monet etiam futurum ut ex Iudæis semper aliqui conuertantur ad Mediatorem Iesum Christum. Vult enim Deus perpetuo conspici in Ecclesia, & iustissimi nam eius seueritatem in puniendo contemptum sui Euangelii, siue hoc scelus grauissimum à Iudæis, siue à gentibus committatur. Deinde vult lucere in orbe immensam suam clementiam, qua vocat ad penitentiam, illuminat, & saluat, etiam eos, qui æterna abiectioe erant dignissimi. Ac totius Ecclesiæ historia, & quæ quotidie sunt ante oculos, liquido testantur, Paulum in Spiritu Dei de rebus grauissimis vaticinatum esse. Quemadmodum & in aliis Epistolis de horrendis tenebris secururis, disertis verbis prædixit. Ipsi Apostolis adhuc erudientibus Ecclesiam, & Euangelium tradentibus multi impostores exorti sunt, qui præcipuos corruerunt, & perniciosos errores in vulgus sparserunt: multi ex circumcissione conrederunt legis obseruationem ad iustitiam consequendam esse necessariam.

Ebion & Cerinthus negarunt diuinam Christi naturam *Hymenæus* & alii negarunt resurrectionem carnis: statim post Apostolos magna multitudo hæreticorum in Ecclesia gentium exorta est, quæ præcipua capita doctrinæ celestis obscurauit, & corrupit: & ingentem errantium numerum in perpetuum exitium secum traxit. Tandem in oriente *Mahometica* Barbaries & blasphemia: In occidente *Romani Antichristi* Idolomania, & monachorum superstitio præcipuas in orbe Ecclesiæ & vastauit & euerit. Hanc tantam ruinam Ecclesiæ gentium, cum præuideat: Paulus in Spiritu, excitat gentes ad seriam inuocationem, & verum Dei timorem, ne superbiant, nec sint securi, sed omni studio conentur retinere Euangelii puritatem.

Plenitudinem gentium nominat eam partem gentium, quæ à Deo ad vitam æternam est præordinata.

Quod vero addit, *ut totus Israel saluus fiat*, non ita accipiendum est, ac si prædiceret Paulus fore, ut aliquando omnes Iudæi ad Christum conuertantur: sed significat Deum perpetuo vsq; ad finem mundi in vtraq; parte generis humani semper editurum signa suæ seueritatis in puniendis contemptoribus sui Euangelii, & rursus declaraturum inexhaustam suam misericordiam, in saluandis aliquibus cum Iudæis, tum gentibus: Vt ita totus Israel, nimirum spiritualis, præordinatus Dei proposito ad vitam æternam, tam inter gentes quam inter Iudæos saluus fiat. Vox ergo illa *donec plenitudo gentium ingrediatur*, de fine mundi intelligenda est. Quali dicat, Deus ab æterno decreuit, quod velit sibi eligere Ecclesiam, quam gratis propter Filium saluet: eamq; excerpit ex toto genere humano, tam ex Iudæis, quam ex gentibus. Primum quidem cum magna hominum multitudo abieceret promissionem, puniuit Deus gentes horrenda cecitate, & amouit eas a societate Ecclesiæ fere duobus millibus annorum.

Rursus cum Iudæi aburerentur Dei immensis beneficiis, secure contemnerent doctrinam celestem, polluerent sese idolomania, contumeliose tractarent Prophetas, & Apostolos: ipsum deniq; Messiam crucifigerent, abiecit eos Dominus, deleuit eorum politiam, & horrendam mentis cecitate percussit Iudæos. Sic enim minatus fuerat Dominus huic populo, statim ab initio per Moysen, ut in ipsis studium doctrinæ, pietatem, fidem, & inuocationem accenderet. Ac ostendit Deus cum cōminationibus, tum executione sui iudicii, quod nulli genti parciturus sit, quæ doctrinam celestem sit adspernatura. Quare gentibus videndum est, ne rursus graui Dei iudicio mergantur in densissimas errorum tenebras. Nam vsq; ad finem mundi, donec Deus omnes conuerterit & collegerit, quos in vitam æternam ordinauit, hoc suum in genere humano exercebit iudicium.

Contemptores suæ lucis & beneficiorum Christi puniturus est cecitate & amentia, & tandem abiecturus in æternum exitium. Simul tamen immensam suam misericordiam & clementiam demonstraturus est, tam erga Iudæos quam erga gentes, recipiendo in gratiam indignissimos, & saluando gratis, nihil nisi meritos, sed vera fide ad mediatorem Iesum Christum confugientes.

Quemadmodum scriptum est: veniet ex Zion liberator, & auertet impietatem à Iacob.

27. *Et hoc est testamentum meum cum ipsis: quando abstulero peccata ipsorum.*

TESTIMONIO Prophetæ Iesaiæ probat Filium Dei constitutum à patre liberatorem vniuersæ Ecclesiæ, & quod in hoc sit missus ut auferat peccata, & indignos quoq; saluet. Ex quo sequitur Christum Iudæos quoq; electos ad vitam, liberaturum à peccato, & saluaturum, & non tantum gentes. Vaticinium Prophetæ non tantum loquitur de liberatione, sed de toto officio & de tempore aduentus Messie missi ad hoc ut auferat à Iacob peccata. hoc est, ut Ecclesiam liberet à peccato, morte ab ira Dei, & à maledictione legis. Atq; ita indignos gratis per fidem iustificet & saluet. Quod suum officium exerceat Iesus Christus omnibus temporibus, colligens Ecclesiam ex omnibus nationibus. Omnino, ut dixi, ad totam Ecclesiam, atque ita ad gentes quoq; illustre vaticinium Iesaiæ pertinet. Paulus vero hoc in loco viget in eo Iudæorum conuersionem, idq; rectissime. Appellatio enim Iacob cum significet totam Ecclesiam, collectam ex omnibus gentibus, quæ est spiritualis Iacob, tum in primis eos, qui ex populo Israel ad Deum conuertuntur. Iudæi quidem Recte igitur ex hoc testimonio colligitur, semper aliquos Iudæos ad Christum conuersum iri. Præcipue per .cōuer- quidem respicit Paulus in citatione testimonii ad lo tentur,

Non potest accipi locus de sanctitate spirituali.

Vaticinatur de Ecclesiæ ruina.

Plenitudo gentium.

cum Iesa 59. Sed simul & alia vaticinia Prophetarum de regno & offi- M. Iliæ attinet, eaq; illustrat & exponit, vid. licet vaticinium Iesa 43. v. 25. *Ego sum qui deleo peccata sua.* Item Iere. 31. vers. 31. *Hoc est fœdus vnicuique: propitius ero peccato eorum: & iniquitatis eorum non recordabor.* Iesa 53. v. 4. *Quia peccata eorum ipse portauit.* Item Mich. 7. v. 8. *Quis est Deus sicut tu: qui condonat & tollit peccata reliquis hereditatis.* Ad hæc & similia loca Prophetarum vno intuitu respexit Paulus: Ideoq; insignis explicatio vaticiniorum prophetiarum, & illustris descriptio regni Christi hic obseruetur.

V. Doctrinæ. Primum docet Apostolus Iesum Christum esse illum æternum & omnipotentem Deum, qui in Prophetis inquit: *Ego sum Dominus Deus tuus qui deleo peccata tua.* Iesa. 43. v. 25. Item: *Quis tibi similis Deus, qui aufert iniquitatem.* Mich. 7. v. 8.

II. Deinde docet, vnde sit venturus Messias, & vbi daturus, & regnum suum inchoaturus, videlicet ex Iudæis & in Zion.

III. Tertio docet, Messie regnum esse spirituale, non mundanum. Non enim Messias est promissus, vt occupet mundi imperia & Iudæos constituat prouinciarum gubernatores: Sed vt sit liberator, qui eruat nos à peccato, à morte, à Satanæ tyrannide: & restituat nobis iustitiam, lætitiā, & vitam sempiternam.

IIII. Quarto ostendit Iudæos in iustificatione nullam habere prærogatiuam præ gentibus, sed æq; esse peccatores, & indigere liberatore & Mediatore, qui gratis condonet peccata & iustitiam & iustificet.

V. Quinto discrimen ostendit inter veteris testamenti seu tædus & nouum: probat enim ex Prophetis, in hoc consistere nouum tædus, quod Deus gratis remittat & auferat iniquitatem. Vetus autem non loquitur de gratuita peccatorum remissione, sed flagitat perfectam obedientiam: & peccatoribus horridam Dei iram & maledictionem denunciat. Toto igitur genere differt nouum a vetere testamento.

VI. Sexto docet, semper Deum conseruaturum in genere humano aliquam Ecclesiam, & cum ex Iudæis tum ex gentibus conuerturum aliquos ad fidem in Iesum Christum.

28. Iuxta Euangelium quidam inimici propter vos: iuxta electionem vero dilecti propter patres.

QUAS DICAT, quod ad ministerium meum & prædicationem Euangelii attinet, fateor me esse Iudæorum hostem, auerlor eorum errores, amentiam, incredulitatem, odi illorū superbiā & pertinaciā: destruo illorum politiam & leges, & me ab illis separo tanquam ab idolatris: & hæc omnia propter vos fiunt, in vestrum commodum cedant, vt vobis annuncietur Euangelium: gentem tamen Iudaicā propter electionem, & patres, & reliquias quæ sunt conuertendæ in hoc populo, non detestor: sed diligo, id est, optarem equidem ex animo multos Iudæos conuerti ad fidem Christi: ita mihi omnium charissimi essent, sed qui pertinaciter persistunt in erroribus, persequuntur Christum & eius membra, eos pro hostibus habeo.

29. Nam dona & vocatio Dei sunt sine penitentia.

HOC EST: quæ Deus semel liberali manu largitus est, ea nunquam repetit: & vocatio ipsius est constantissima & immutabilis. Cum igitur semel vocauerit populum Israel, collegerit ex eo Ecclesiam, certum est Deum non mutaturum vnquam suam sententiam, nec ita penitus gentem Iudaicā abiecturum, vt ex ea nemo saluari possit.

Certitudo Hæc est insignis sententia de certitudine & immutabilitate promissionum diuinarum. Promisit Deus nunq. Dei. se collecturum Ecclesiam ex posteritate Abraham. Et si

igitur Israelitæ horrendis sceleribus contaminarunt se: proiecerunt Euangelium, persecuti sunt Prophetas, & crucifixerunt Messiam: tamen Deus pro sua constantia misericordia, & veritate non mutat suam sententiam: sed colligit sibi Ecclesiam ex Israelitis persecutoribus & interfectaribus fili. sui. Nemo igitur existimet se propter indignitatem excludi a regno Messie: nemo debet detrimere veritate, & perpetua certitudine promissionum diuinarum.

Hinc etiam dicamus semper nobis ratas esse promissiones de bonis spiritualibus & parere nobis vitam salutis per Christum: etiam si denegentur vel eripiantur nobis huius vitæ bona: quemadmodum Iob inquit: Cap. 13. v. 15. *Etiamsi occiderit me: tamen sperabo in eum.* Et si etiam Iudæi amittebant regnum politiam, patriam sedem, & omnem terrenam felicitatem: tamen salus illis non negatur, modo se ad Christum Mediatorem vera fide conuertant.

30. Quemadmodum enim & vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum diffidentiam.

31. Sic & hi nunc non crediderunt misericordie, quæ vobis contigit: & ipsi misericordiam adipiscantur.

EXEMPLUM gentium docet Deum non penitus abiectisse populum propter maximæ partis diffidentiam, ita vt neminem ex Iudæis saluare velit. Nam si Deus adeo seuerus & implacabilis Iudex esse velit, vt nullam in eisdem velit præstare clementiam, gentes plures reliquisset in erroribus & idolatris. Quia vero gentibus, quantumuis a Deo alienis, incredulitate oppressis, & horrendis sceleribus contrariis præstitit Deus misericordiam: euidens in hoc argumento demonstrat, se nec Iudæos licet nunq. in re delos, auersurum, modo penitentiam agant & credant in Dominum nostrum Iesum Christum. Quod dicit *gentes consecutus esse misericordiam à Deo Iudæorum diffidentia*, significat Deum fuisse motum Iudæorum diffidentia, vt in gentibus locum Euangelii accenderet, easq; ad societatem Ecclesie adscisceret. Atq; ita lapsus Iudæorum gentibus fuit salutis occasio. Nunc & ipsi diffidunt benefico, quod vos estis adepti: id est diffidunt diuinæ clementie quæ vos saluat: vt in ipsos rursus suæ clementie ostendat exemplum.

32. Concluserunt enim Deus omnes sub incredulitate, vt omnium misereatur.

GRAVISSIMA sententia non solum exponit causam cur passus sit Deus labi in tantam diffidentiam & error, primum gentes, deinde Iudæos. mirum vt palam faceret hominem non iustificari operibus vel merito, sed sola Dei misericordia & clementia: Verum totam disputat onem, quam hæc enus tractauit, hoc insigni Epiphonemate quodammodo concludit, & vniuersam disputat onem in breuissimam colligit summam: *Concluserunt enim Deus omnes sub incredulitate.* hoc est, totus mundus est reus Dei, & omnes carent iustitia & gloria Dei: nec Iudæus est iustus, nec Ethnicus habet quod gloriatur in conspectu Dei. Offert autem Deus toti generi humano misericordiam: *vt omnium misereatur*, inquit: neminem auerret Deus à fonte suæ bonitatis.

Hæc est summa breuissima totius doctrinæ celestis, complectens simul cum legem, tum Euangelium. Lex enim omnes concludit sub peccato & incredulitate: Euangelium vero omnibus annunciat Dei misericordiam. Infigenda est igitur animo tam nobilis sententia, quæ omnia doctrinæ celestis capita in se continet. Sunt autem verborum pondera expendenda, & doctrinæ, quas hic perspicue tradit Apostolus, obseruanda.

Primum

Deus non est causa incredulitatis.

Primum quod dicit *Deus conclusit*: non accipiendum est, ac si Deus esset incredulitatis author vel causa: sed quod Deus ut index iustissimus, legis suae sententia omnes homines conclusos & costrictos teneat: Ipse enim *de caelo respexit super Filios hominum, ut videret num esset intelligens, aut requirens Deum Inuenit autem omnes declinasse, & inutiles factos esse.* Tanquam carcere igitur tenet eos conclusos.

Vniuersalis accusatio.

Secundo, vniuersalis accusatio generis humani, & concio poenitentiae directa ad singulos homines, obferuetur. Nemo hic se eximere potest, siquidem ipse Deus nos tenet conuictos de incredulitate. Nullum est discrimen inter Iudaeum & gentilem; quod ad iudicium Dei attinet, vno enim carcere tenentur omnes. Hinc sunt illa grauissima dicta: *Vt totus mundus uentus fiat Deo* Rom. 3. v. 19. Item: *Omnes irauimus, vntes quisq; in viam suam.* Ier. 17. v. 5. Item: *Non est qui faciat bonum, ne vnus quidem* Psal. 14. v. 1.

Nulla libertas arbitrii.

Tertio, ex hac sententia patet, nullam restare vim liberi arbitrii in spiritualibus: captiuus enim & conclusus liber non est: Ommium autem tristissima est captiuitas sub incredulitate, quod summum est peccatum, coniunctum semper cum odio Dei conclusum teneri: significat ergo hic Paulus *sensum carnis esse inimicitiam aduersus Deum* Rom. 8. v. 7. *Et animalem hominem non percipere ea quae sunt spiritus* 1. Cor. 2. v. 14. Quodq; nemo ad Christum venire possit, nisi Pater conuerterit & traxerit eum, Ioan. 6. v. 44.

Opera sine fide peccata.

Quarto reicit & damnat hic Paulus omnia opera, & cultus, qui praestantur a non renatis & sine fide. Cum enim sub incredulitate omnes tenentur captiuus, sequitur eos Deo seruire non posse: Deus enim damnatorum operibus non delectatur.

Incredulitas est carcer.

Quinto, cum incredulitas sit carcer, qui omnes homines captiuos teneat, non potest homo propriis viribus excutere incredulitatem, & fide amplecti Euangelium, sed opus est dono & efficacia spiritus sancti, qui nos eductos ex hoc carcere, mentes nostras illuminet, & fidem in nobis accendat.

Incredulitas maximum peccatum.

Sexto docet Apostolus omnium peccatorum maximum esse incredulitatem: Siquidem totum genus humanum arguens, & conuictus de peccato, tantum incredulitatis meminit. Sic & Christus inquit. *Spiritus sanctus arguet mundum de peccato: quia non credidit in me.* Ioan. 16. v. 9. Et quia Deus tantopere execratur incredulitatem: Haud dubie fidem seu fiduciam nitentem ipsius misericordia in primis flagitat.

Gratua iustificatio.

Septimo, docet Apostolus tantum gratis per misericordiam Dei iustificari hominem absq; operibus: Nil enim iuuant ad iustificationem omnia opera: Siquidem incredulitas nos detruhit in carceres mortis: Et quidem ideo, *ut Deus omni iustum miseretur.* Offert ergo Deus gratis iustitiam & vitam per suam clementiam.

Promissio Euangelii vniuersalis.

Octauo, ut concio poenitentiae legis est vniuersalis, ita & promissio Euangelii est vniuersalis. Neminem excepto omnibus agentibus poenitentiam & credentibus Euangelio offertur salus & vita sempiterna.

Legis & Euangelii consensus.

Nono consensus doctrinae legis & Euangelii hic conspicitur. Vt enim prior pars sententiae est reuerentissima legis concio: ita posterior est dulcis promissio Euangelii. Has ergo mutuas operas praestant inter sese doctrina legis & Euangelii. Lex ideo accusat & concludit homines sub incredulitate, non ut homo perpetuo pereat: Sed ut locus sit misericordiae Dei, & omnes per Dei gratiam saluemur.

35. *Quis illi dedit primum, & illi repēdetur.*
36. *Si quidem ex ipso & per ipsam, & in ipso sunt omnia: ipsi sit gloria in secula Amen.*

EXCLAMATIONE tandem abrumpit disputationem de gratuita Dei electione & iustificatione hominis per fidem. Constitutit Deus certas metas homini, quousq; progredi debeat, in cognitione & inquisitione voluntatis & consilii dñi. Quantum enim nobis sufficit ad adipiscendam salutem, pater aeternus per filium nobis patefecit. Totam vero sapientiam patris, quae infinita est, filius non reuelauit: nec eam capere possemus in hac mortalitate. Vult ergo Deus ut intra cancellos nobis positos consistamus, nec in arcana Dei consilia irrumparamus. Cumq; in omnibus aliis articulis fidei plurima sint quae nulla sagacitate ingenii comprehendere possint, sed simpliciter credenda sunt: tum in hoc articulo de praedestinatione sanctorum ratio proflus coecutit, & palam impingit, nisi verbum Dei praeuiceat. Monei ergo Paulus prorsus ab inquisitione maiestatis diuinae extra verbum: Non querendum est nobis, cur Deus hunc elegerit, illum praeterierit, cur latro in fine vitae vocetur post tot flagitia: Saul, Iosias, Iudas, post praclara facta abiciantur: cur Iacob dilexerit, Esau odio habuerit: non est nobis inuestigandum, cur Deus tot milia annorum, tot gentes permiserit ire vias suas. Nobis querendum non est, cur Deus tam paucos elegerit, tanta multitudine pereunte. Cum impij multitudo antecellat imperis, opibus, gloriae: Diabolus permittat tanta rabie grillari in hanc miseram naturam. Satis est nobis scire, quod iniustitia non sit apud Deum. Adoranda igitur potius est immensa & imperceptibilis sapientia Dei, quam inuestiganda secreta diuini consilii. *Quis scrutator est maiestatis* inquit salomon, *opprimetur a gloria.* Proverb. 25. v. 27. Agnoscamus ergo, nostram fragilitatem, & meminerimus quod homines sumus, qui totam diuinam maiestatem capere ac comprehendere non possumus. Agamus Deo gratias quod reuelauit suam voluntatem in verbo suo, quantum quidem nobis fuit opus ad consequendam salutem: Atq; intra hos limites verbi patefacti non contineamus non progrediamur ulterius, nec curiositate transiliamus lepta: Ego custodio me, inquit Dauid *in verbo labiorum tuorum ab operibus hominum in via latronis.* Item: *lucerna pedibus meis verbum tuum.* Psal. 119. v. 105. Item: Christus inquit: *Habent Moyses & Prophetas, istos audiunt.* Luc. 16. v. 29.

No omnia nobis sunt reuelata.

Voluntas Dei reuelata & secreta sibi non repugnant. Reuelata secreta.

Recte ex hoc loco sumitur distinctio: aliam esse Dei reuelatam, aliam secretam & incognitam voluntate: Non quod contradictoriae sint voluntates in Deo: de eadem re: Sed quia Deus non patefecit totam suam sapientiam: Quam mentem reuelauit in lege & Euangelio, ea nobis nota esse debet, estq; certissima & infallibilis. Sed infinita adhuc sunt, quae non reuelauit, quorum cognitio ad salutem impetrandam non est necessaria. De his dicit Paulus & Elaias: *Quis nouit mentem Domini & prohibent ne eam seruemur.*

Praeterea meritum omne humanum reicit ac refellit hoc loco Paulus, cum inquit: *Quis prius dedit Deo, & reddetur illi.* Monei enim nos omnia habere a Deo, nec quidquam esse meritos. Ipse nobis corpus, animam, vitam, & omnia dedit ex mera bonitate, cum nihil essemus meriti: Nullo ergo iure quidquam a Deo reposcere possumus. Etiam ipsa obedientia, qua Deo praestant fideles, a Deo est, qui suo spiritu illam operatur. Superbam meriti vocem nimis familiarem patribus aliquomodo corrigere & mitigare conatus est Augustinus: cum inquit: *cum merita nostra coronat Deus, uona sua coronat: Nam & ipsa merita sunt a Deo.* sed rectius fecisset, si totam opinionem de merito operum explodisset.

Meriti vox vitata patribus. August.

33. *O altitudo diuitiarum, & sapientiae & cognitionis Dei: Quam inscrutabilia sunt eius iudicia, & inuestigabiles viae eius.*

34. *Quis enim cognouit mentem Domini: aut quis consiliarius eius fuit?*

Præterea meritum omne humanum reicit ac refellit hoc loco Paulus, cum inquit: *Quis prius dedit Deo, & reddetur illi.* Monei enim nos omnia habere a Deo, nec quidquam esse meritos. Ipse nobis corpus, animam, vitam, & omnia dedit ex mera bonitate, cum nihil essemus meriti: Nullo ergo iure quidquam a Deo reposcere possumus. Etiam ipsa obedientia, qua Deo praestant fideles, a Deo est, qui suo spiritu illam operatur. Superbam meriti vocem nimis familiarem patribus aliquomodo corrigere & mitigare conatus est Augustinus: cum inquit: *cum merita nostra coronat Deus, uona sua coronat: Nam & ipsa merita sunt a Deo.* sed rectius fecisset, si totam opinionem de merito operum explodisset.

Doctrina de tribus personis diuinitatis hoc in loco

Trinitas

Testimonium.

corepeti solet: quasi Paulus dixerit ex patre, per Filiū, & in Spiritu omnia existere: Sed doctrina de tribus personis diuinitatis aliis in locis maiore perspicuitate traditur: Nec nimis curiose particula illa sunt vrgenda: Ex Patre, per Filium, & in Spiritu.

Nam Apostoli alias indifferenter de personis accipiunt. 1. Cor. 12. v. 8. *ᾱ μὲν γὰρ ἴσα τοῦ πνεύματος ἰδοῦμαι λόγῳ & σοφίας.* Item: Psal. 33. v. 6. *Verbo Domini caeli facti sunt.* & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Coloss. 1. v. 17. *τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε.* De filio loquens.

Doctrina etiam de creatione & conseruatione omnium rerum hic obseruanda est: Testatur enim Paulus omnia esse condita a Deo, & per ipsum conseruari.

CAPVT XII.

Quintum membrum Epistolae. De bonis operibus.

Methodus doctrinae Spiritus sancti.

SPIRITVS sanctus hunc ordinem constanter sequitur in explicanda doctrina caelesti, vt primo loco arguat homines de peccato, reuelet iram Dei, & vocet omnes ad poenitentiam. Secundo loco ostendit nobis Mediatorem & eius beneficia, & promittit omnibus vera fide ad Mediatorem confugientibus, remissionem peccatorum, iustitiam, & vitam aeternam.

Tertio loco postquam conscientiae erectae & confirmatae sunt consolatione Euangelii, tum denique tradit doctrinam de bonis operibus: Docet qualem obedientiam Deus a fidelibus requirat: & sedulo hortatur vt singuli credentes bonis operibus studeant. Hunc ordinem & in hac Epistola secutus est Spiritus sanctus. Primis enim tribus capitibus conuicit mundū de peccato, & vocat omnes poenitentiam. In fine capituli tertii & deinceps vsq; ad 12. luculenter exposuit doctrinam de iustificatione hominis coram Deo: Ostendit promissionem Euangelii esse gratuitam: exposuit beneficia Mediatoris: docuit sola fide fieri applicationem, & solidas consolationes aduersus peccatum monstrauit: Nunc vero tradit doctrinam de bonis operibus: Non enim hoc sine redemit nos filius Dei ab ira Dei, & maledictione legis, vt peccato seruiremus: sed vt erepti ex potestate Satanæ, & donati Spiritu sancto, Deo praestemus obedientiam in iustitia & sanctitate vera.

Methodus huius Epistolo.

1. *Adhortor igitur vos fratres per miserationes Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem Deo: Rationalem cultum vestrum.*

2. *Et ne conformemini seculo huic, sed transformemini renouatione mentis vestrae, vt probetis vos quae sit bona Dei voluntas accepta, & perfecta.*

Obedientia spiritalis quid

ADHORTATIONEM ad studium bene operandi orditur Spiritus sanctus a descriptione verae & spiritalis obedientiae erga Deum, quae non est mortuum aliquod virtutis simulacrum, sed viuā & sanctā iustitia grata Deo, & congruens cum norma sapientiae diuinæ. Etsi enim ratio humana aliquomodo intelligit discrimen honestorum & turpium, & conatur homines ad virtutem excitare, magnis etiam ornat praeconiis Ethnorum laudabilia facta, vt Aristidis iustitiam, Camilli moderationem, Scipionis castitatem, Pomponii Attici temperantiam, reguli fidem, Caesaris clementiam: tamen nec intelligit quae sit vera virtus, & quomodo ea praestari possit & debeat. Ratio si ne luce verbi diuini ignorat, qualia opera & quos cultus postulet Deus: ignorat ipsum Deū, ad quē omnis

rationis de veris virtutibus ignorantia.

obedientia est dirigenda: ignorat promissionem reconciliationis: & fidem, sine qua nemo potest placere Deo: ignorat Spiritum sanctum qui solus est effector verae virtutis: Ignorat deniq; normam legis diuinæ, ad quam singula opera & singulos motus congruere oportet.

Omnium ergo Ethnorum atq; non renatorum hominum quantumuis praecleara virtutes, nihil sunt nisi mortua simulacra, literae & picturae, quae vita carent, & coram Deo sunt peccata. Tantum enim ab impura carne oriuntur: *quicquid autem non est ex fide, peccatum est: Rom. 14. v. 23 & sine fide impossibile est placere Deo.* Heb. 11. v. 6. Item: *veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & veritate.* Procul igitur discernendae sunt virtutes Ethnorum ab operibus sanctorum: suntq; in conspectu haec illustra discrimina. & fidelium.

Virtutes Ethnorum peccata.

Discrimen virtutum Ethnorum & fidelium.

Primum differunt causis efficientibus.

VIRTUTES Ethnorum & non renatorum oriuntur a iudicio rationis, & a mortuis reliquis liberi arbitrii: vt Catonis liberalitas in pauperes, Fabricii magnanimitas, tantum a carne profecta sunt. At mansuetudo Moysis, castitas Iosephi, fortitudo Dauidis, orta sunt a Spiritu sancto, qui verbo Dei mentem illorum illuminauit, & renatam illorum voluntatem flexit ad verae virtutis studium & ipsos virtutis motus in eis accendit.

I. A causa efficiente.

Secundo differunt etiam causis formalibus.

NAM Ethnorum & non renatorum virtutes non sunt viui motus: sed tantum simulacra & umbrae virtutum: ex mortua enim carne carente Spiritu Dei sunt profecta: non reguntur vera Dei agnitione: non fiunt praesente fide in Mediatorem: non congruunt ad normam legis diuinæ: non veniunt ex intimo cordis adfectu: sed sunt tantum externa quaedam disciplina, simulatio virtutis, & coacta repugnante prauitate naturae externorum membrorum cohibitio.

II. A causa formalibus.

Scipio ardet illicitis flammis amoris, & vix comprimit libidinem: sed plures facit gloriam Romae: nominis, quam illecebras voluptatis. At sanctorum bona opera sunt viui motus vt pote accensi a Spiritu sancto: Congruunt cum norma legis diuinæ: praesentet eis agnitio veri Dei, & fiducia in Mediatorem: Non fiunt inuito corde, aut simulate: sed spontaneo Spiritu, & toto cordis impetu: *Lauda, inquit Dauid, anima mea Dominum: & omnia quae intra me sunt, nomen sanctum eius.* Psal. 103. v. 1.

Tertio differunt causis finalibus.

ETHNICI & non renati omnia sua praecleara facta tantum ad proprii nominis gloriam referunt, nec aliud bonum intuentur, quam honestam in mundo famam, vt illi palmam fatentur: *Trahimur omnes laudis studio: & optimus quisq; maxime gloria ducitur.* At pii renati Spiritu Dei maxime intuentur gloriam aeterni Dei, salutem & aedificationem Ecclesiae, iuxta dictum: *Omnia ad gloriam Dei facite.* 1. Cor. 10. v. 31. Ad hoc ergo discrimen respicit Paulus in hac descriptione bonorum operum, caq; nominat *hostiam viuam*, vt discernatur a mortuis operibus carnis: nominat *sanctam*, vt ostendat oportere fieri obedientiam in fide, & discernat ab operibus eorum, qui non sunt reconciliati Deo.

III. A causis finalibus.

Hostia viuā Sancta.

Rationalis cultus.

Rationalem praeterea cultum nominat, vt discernat sanctorum obedientiam ab externis sacrificiis & magnificationibus pecudum. siue illae a Leuitis, seu Pharisaeis sine fide, siue ab Ethnicis fiebant. Atq; ita veram, solidam, internam, & spiritualem obedientiam flagitat a iustificatis, Rationalem enim cultum vocat, in quo Deus mente agnoscitur, & fide colitur: non tantum labiis aut externis gestibus celebratur.

Quod vero hostiam vocat omnia piorum facta, loquitur de sacrificio *εὐχαριστία*: Duo enim sunt

Sacrificio-

tam gene-
ra.

genera sacrificiorum: vnum est typicum quales sunt omnes oblationes in lege: alterum est verum, viuum, sanctum, quod Paulus hic appellat λογικὴν λατρείαν. Rursus autem duplex est sacrificium viuum: vnum est ἡλικία, videlicet solius filii Dei obedientia & passio, qua placata est ira Dei, iuxta dictum: *Quum dederit animam suam hostiam pro peccato, videbit semen longuum.* Alterum est ἐκχαριστικόν, nimirum omnia bona opera sanctorum, quae fiunt iuxta Dei verbum fiducia Mediatoris, hoc sine, vt Deus honore adficiatur. *Sacrificans*, inquit Dauid *sacrificia iustitia, & sperate in Domino.* Item: Psal. 4 v. 9 *sacrificium Deo cor contritum: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Psal. 51 v. 19. Cum autem iubet vt corpora nostra exhibeamus Deo hostiam viuam, in genere omne bonum opus complectitur: & quidem monet ita nos debere adfectos esse, vt non grauemur nostras facultates, corpora, & vitam, tanquam holocausta omni tempore sacrificare Deo: Deo enim vitam & omnia debemus: & ipsi dicati atque sacrati sumus. Paulus dum ingentes labores & molestias sustinet in peregrinationibus, & variis sese exponit periculis, vt late spargat lucem Euangelii, corpus suum Deo sacrificat, siquidem in fide pro gloria Dei omnia perferit. Atque omnia sanctorum bona opera praeserta in vera fide Iesu Christi, & directa ad gloriam Dei, sunt sacrificia placenta Deo: necesse est enim mortificare adfectus carnis, vt Deo seruire possimus.

Confor-
mari mun-
do.

Quod prohibet ne imitemur gestus huius seculi, generale & per necessarium est praecipuum: Mundus enim simulat aliquod virtutis studium, & quasi laruam induit praeclaræ pietatis & iustitiæ, cum a vera iustitia sit alienissimus. Si quid erogat in pauperes, magnam praese fert misericordiam & liberalitatem: sed vel mundanam ambit gloriam, vel captat utilitatem aliquam. Parentes saepe praese ferunt singulare studium religionis: non quod vere credant Deum aliquid esse: sed quod existiment expedite, vt populus religionis metu in officio contineatur. Seueriores aliqui sunt in corripiendis erratis, & simulant magnum iustitiæ Zelum, interea cupiditati vindictæ seruiunt. In singulis vero officiis, mundus in primis quæ sua sunt quaerit. Monachi & sacrificuli Pontificiorum magnam simulant castitatem, cum omnium hominum sint impurissimi. Vilitatissimum est etiam mundo, fraudulenter regere odia, & effictis verbis simulare amicitiam: vt est in versu:

Tuta frequensq; via est per amici fallere nomen. Et:
Παύει τοι πολλῶν φίλων ἐχθροὺς.

In summa mundus plenus est simulatione, fraudibus, dolis, sceleribus, impietate, luxuria, nequitia, etiam cum praese fert virtutis studium. Ab hoc mundi gestu & moribus vult non esse alienissimos, vt qui Deo minime probentur. *Transformari autem nos vult renouatione mentis nostræ:* hoc est, vult nos vere conuerti ad Deum per veram penitentiam, vt per fidem impetrata remissione peccatorum & accepto Spiritu sancto renouemur, & singulae deinde virtutes ab ipso Spiritu sancto, & renouata mente & voluntate proficiantur. Atque ita monstrat hic veram efficientem causam bonorum operum: Hiskia Rex benefaciens sacerdotibus, & curam suscipiens Ecclesiae, renouata mente hoc praestat officium: Iehu vero accomodat se ad huius seculi figuram.

Vt probetis, inquit, *qua sit voluntas Dei bona, placens & perfecta:* Voluntatem Dei patefactam in lege vult esse regulam omnium bonorum operum: Si enim hac luce mens distitatur, aut dubitat de suo opere, an placeat Deo: aut hallucinatur, iustitiam existimans cum deliquat grauissime. Semper igitur *lumen sit pedibus nostris verbum Dei:* Psal. 119. v. 105. in quo conspicitur Dei voluntas bona, placens, & perfecta: Lex enim Dei nullum scelus docet.

3. *Dico enim per gratiam qua data est*

mibi, omni existenti inter vos: ne quis sapiat, prater quam oportet sapere: sed sapiat ad sobrietatem, quemadmodum unicuique partitus est Deus mensuram fidei.

VT supra in genere de studio pietatis & omnium virtutum est concionatus: ita nunc in specie de quibusdam agit, & tradit praecipua vitae. Primo autem loco instituit eos qui praesunt aliis in ministerio docendi & Ecclesiae, qua modestia, fide & diligentia suo munere fungi, & ceteris praesere debeant. Cum enim praesecti Ecclesiae de sunt suo officio, non tantum aliis sunt scandalo, sed etiam turbant Ecclesiam, eiusque impediunt aedificationem.

Primo igitur loco hortatur gubernatores Ecclesiae ad veram modestiam seu humilitatem, quæ est virtus primi praecipui, vt nimirum agnoscant suam imbecillitatem, cogitent a quo dona receperint, non arroganter de se sentiant, non superbiant propter locum, non ingerant sese aliorum vocationibus, non tribuant sibi singularem sapientiam, eruditionem, industriam, ne fiducia ingenii suscipiant res sibi non mandatas: ne alios praese despiciant: Perniciosissima est in omni officio arrogantia: In primis vero nocentissima pestis est Ecclesiae: Hinc enim nasci solent haereses, Schismata, contentiones, & tandem vastari solet Ecclesia, *Samo-* Samosatenus, plus sapit, quam oportet sapere: Ceteros enim Ecclesiae pastores contemnit, se solum censet eruditum, & fiducia ingenii comminiscitur nouum errorem. *Sic Nestorius* plus iusto sapit: & sua arrogantia ita vniuersam turbauit Ecclesiam, vt multis seculis tranquillitas non potuerit restitui. *Sic Romani Pontifices* arrogantia & superbia Ecclesiam horribiliter vastarunt, & ministerium docendi in politicam gubernationem verterunt. Pareamus igitur praecipuo Pauli, & singuli modeste de nobis sentiamus, non contemnamus alios: sed agnoscamus alios quoque salutaria Dei organa esse: & dona nobis collata non ad nostram inanem gloriam: sed ad communem Ecclesiae utilitatem conferamus: non inepte ostentemus ingenii acumen: non aucupemur opinionem eloquentiae, vel singularis sapientiae: sed in timore Dei modeste fungamur nostro officio pro ea mensura, quam Dominus nobis partitus est.

Declarata
Vir tutes.

Humilitas.

Samosate-
nus.

Nestorius.

Pontifex
Rom.

4. *Quemadmodum enim in vno corpore multa habemus membra: membra autem omnia non eandem habent actionem.*

5. *Ita multi vnum sumus corpus in Christo, singuli autem inuicem sumus membra.*

6. *Habentes dona iuxta gratiam nobis datam differentia.*

ELEGANTI similitudine sumpta a corpore humano, docet vnumquemque decere se cum modeste pendere, quale donum a Deo sit adeptus, quo loco collocatus, cui muneri sit praesectus: idque modeste & fideliter exequi. nemo arrogantia vel inquietudine in maiores vocationes irruere vel se ingerere debet: pedes non sumunt sibi officium oculorum: manus non sumunt sibi officium cordis vel epatis: sed singula membra pulcherrima harmonia & sine arrogantia, sine Polypragmolyne, sine inuidia, sine contemptu aliorum seruiunt suo loco. Sic quisque suo loco seruire debet, & hoc donum quod a Deo accepit ad communem Ecclesiae aedificationem conferre. *Gratiam* hic Paulus nominat ipsa officia in Ecclesia: & dona per Spiritum sanctum singulis collata, vt quisque cum fructu munus de mandatum obire possit: *Gratis* enim omnia dona conserit Deus.

Gratia no-
tat donum
Spiritus S.

Sin

Sive Prophetiam, iuxta analogiam fidei.

Interpretatio scripturae qualis.

Analogia fidei.

Samosat.

Origen.

Origenes. Hierony.

Hieron.

Synod. Chalced.

Constant. Synod.

Matth. 26. v. 28.

Triden. Synod.

ENVM EKAT nunc aliquot donorum species, & docet quomodo quisque in suo officio seruire, & quid maxime spectare debeat. Concisa est oratio: sed sic potest expleri: sive Prophetiam habemus, operam demus, ut ea semper sit analogia fidei: Si ministerium obtinemus, fideliter ministerium nostrum exequamur. Orditur autem Paulus ab interprete sacrae scripturae, eumque instruit quid in suo munere praecipue spectare debeat, non ut videatur disertus orator, vel acutus disputator, non ut variis ludat interpretationibus & allegoriis: sed in omnibus concionibus hoc maxime laborabit, ut omnia sint analogia fidei: Id est, expositiones omnes Prophetiarum & Apostolicorum scriptorum congruant ad articulos doctrinae Christianae, qui dilucide & perspicue in sacra scriptura traditi, & saepe repetiti sunt: non fingat novas sententias: non contorqueat scripturam: non obsecuret beneficia Mediatoris: non condant novos articulos: sed in singulis sententiis ad normam fidei respiciat, nec unquam ab ea deflectat. Norma autem doctrinae est Lex & Evangelium de beneficiis Mediatoris: Quicquid ab hac norma dissidet, reiciendum est, iuxta dictum: *Si quis aliud Evangelium docuerit, anathema sit.* Gal. 1. v. 8. Ad hanc igitur regulam Pauli omnia Ecclesiastica scripta, omnes controuersiae de dogmatibus, omnium sectarum opiniones sunt examinanda.

Samosatensis interpretatur λόγος in Ioh. consilium & propositum in patre de redimendo genere humano: & contendit filium non esse personam distinctam a patre. Haec propheta seu interpretatio non est analogia fidei. Fides enim dicit Christum esse aeternum & unigenitum Filium Dei distinctum a patre iuxta clarissimum dictum: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium unigenitum daret.* Ioh. 3. v. 16. *Origenes* sic enarrat dictum: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Psal. 143. v. 2. id est, comparatus Deo nemo erit iustus. Item: *Ex lege non iustificatur omnis caro.* Rom. 3. v. 20. id est, omnis qui est caro, & secundum carnem uiuit, non iustificatur. Sed expositio haec non est analogia fidei. Fides enim docet, quod omnes peccauerunt & egeni gloria Dei. Ibid. v. 23. *Non est qui faciat bonum, ne unus quidem.* Psal. 14. v. 1. Analogia fidei non est expositio Origenis, Hieronymi, & aliorum, quando sic enarrant uerba Dauidis Psal. 32. v. 1. *Beatus uir cui remissa sunt iniquitates. & cui reuera sunt peccata:* v. 1. remitti peccata per Baptismum, regi per dilectionem, per martirium non imputari: Diserte enim fides inquit: *Non est in hilio saluus nec aliud nomen data est hominibus in quo oportet nos saluos fieri.* Act. 4. v. 12. Sic Origenes non iuxta analogiam fidei exponit Pauli locum Rom. 8. v. 3. *Nam quod impossibile erat legi, eo quod per carnem infirmabatur.* Sed plane eum corumpit, cum sit enarrat: Legem hic significare carnalem intellectum, & obseruationem caeremoniarum, & haec esse impossibile. Cum Paulus de ipsa lege morali loquatur, quae humanae naturae est impossibilis.

Hieronimus interpretatio non est analogia fidei, eum sic argumentatur: *Si secundum carnem uixeritis, moriemini.* Ibid. v. 13. Ergo non licet secundas contrahere nuptias: fides enim inquit, *honorabile esse coniugium in omnibus.* Heb. 13. v. 4. *Chalcedonensis Synodus* prohibet nuptias Monachis & uirginibus quae uota fecerunt. Haec sententia non est analogia fidei: quae sic docet: *Melius est nubere quam uiri.* 1. Cor. 7. v. 9. merito igitur reicitur.

Constantiensis Synodus dilacerat eoenam Domini, & sanguinem Iesu Christi eripit laicis. Hoc decretum non est analogia fidei, quae dicit: *Uia ex hoc omnes.*

Repudiandum est igitur. Sic cum *Tridentina Synodus* statuit, dubitandum esse de uoluntate Dei erga nos, & abutitur loco Eccle. Cap. 9. v. 1. *Nescit homo utrum amore an odio dignus sit:* corrumpt scripturam, & pugnat contra fidem, sic cum iubet offerre corpus Chri-

sti pro uiuis & mortuis: cum docet inuocandos homines mortuos: cum contendit bonis operibus esse fidendum: ipsa fidei fundamenta euertere conatur. Non igitur fungitur fidelis interpretis munere. Ad hunc modum uult Paulus, ut omnium doctorum in Ecclesia interpretationes & sententiae iuxta analogiam fidei examinentur: *Omnia, inquit, probate, quod uerum est tenete.* 1. Thess. 5. v. 21. *Fundamentum aliud poni non potest, praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus.* 1. Cor. 3. v. 11. *Et si quis aliud Euangelium docuerit, anathema sit.* Gal. 1. v. 8.

7. Sine ministerium in ministerio.

HOC est: si ministerium in Ecclesia nobis est demandatum, demus operum ut ministremus. *Diaconi* in primitiua Ecclesia uocabantur *Oeconomus facultatum Ecclesiae*, qui mensae ministrabant: uideus & aliis pauperibus victum de facultatibus Ecclesiae praebant. Nunc diaconi uocantur *dispensatores sacramentorum*. sententia ergo Pauli est: ut quisque ad minus aliquod in Ecclesia est uocatus, ita hoc in primis spectare debet, ut animo prompto & fidei seruiat, & non sua quaerat commoda: sed semper Ecclesiae necessitatem, aedificationem & fructum spectet. *Laurentius* fidelis fuit Ecclesiae diaconus, qui maluit vitam profundere, quam Ecclesiae thesaurum tyranno prodere. Fidelitas in explicanda scriptura, & diligentia in ministerio, ad 3. praecipuum pertinet.

Sive quis docet: in doctrina:

8. Sive quis adhortatur: in adhortatione.

MINISTROS Ecclesiae adhuc instruit: Primum locum habent interpretes sacrarum literarum, quos adpellat Prophetas. Deinde doctores & hortatores de suo officio monet: hos intelligo, qui in catechesi instituebant iuuentutem & catechumenos: quiq; subinde populum hortabantur ad preces, pietatem, patientiam, constantiam: Hos uidet Paulus memores esse sui muneris ad quod sunt uocati. Qui docet, non scietur subtilitates, non moueat quaestiones ociosas, non moueat certamina non necessaria: sed spectet hoc unum, ut erudiat Ecclesiam in fide. Non ludat strophis, non occultet suam sententiam: sed perspicue & proprie loquatur, & subinde repetat & inculcet fidei articulos: sic qui adhortatur non dicat grata semper auditoribus, non adferat iocos & sales: non sit ipse leuis in moribus: sed quanta potest grauitate & seueritate, & sermone & moribus (uere enim dixit antiquitas: ου λόγος, ἀλλὰ ὁ τρόπος ἐστὶ ὁ καιρὸς τοῦ λέγοντος. id est, non sermo sed mores dicentis vim persuadendi habent) hortetur Ecclesiam ad omne genus uirtutum, & taxet peccata iuxta Dei uerbum: & tantum quaerat Ecclesiae emendationem.

Qui largitur, in simplicitate.

Qui praest: in studio.

Qui miseretur, in hilaritate.

SCILICET, praestet suum officium. Loquitur enim adhuc de iis qui praesunt in Ecclesia: *Qui largitur*, hoc est, qui elemosynas Ecclesia distribuit pauperibus, in simplicitate praestet hoc officium, non quaerat suum emolumentum: non obstringat sibi homines: non imitentur munerahamos: non indulgeat suis adsecutibus: nec respiciat personam: sed sit aequus erga omnes pauperes.

Qui praest in studio, hoc est, magna diligentia suum exequatur munus: loquitur hic Paulus de gubernatoribus Ecclesiae, qui erant morum censors, & seniores in Ecclesia, qui uia cum Pastoribus seu Episcopis iudicium Ecclesiae exercebant: ab his requirit studium & diligentiam: Nam ut in prouerbio est: oculus Domini pascit equum. Et salomon inquit: Eccl. 10. v. 18. *per pigritiam deterior reddetur contignatio: Et per remissionem manus perstabit domus.* Imprimis uigilantia

Diaconi.

Laurent. Martiq.

Doctores uerbi.

Doctor uerbi non studeat iocis & salibus.

Simplicitas.

Diligentia.

na assidua opus est gubernatori : Infinita enim est hominum petulantia, quæ coercenda est statim: & si quid per negligentiam peccatur in gubernatione, difficulter reuertitur in integrum.

Præfetti pauperum.

Qui miseretur: hoc est, qui ægrotorum suscipit curam, utque benefacit, in hilaritate id præstet: non faciat animo inuito, moroso, difficili: sed alacri & prompto: & sciat se ipsi Christo seruire: vere dictum est: *χρηστὸν δὲ τὸ θυμὸς ἀειτός.* Id est, in beneficiis voluntas beneuola omnium est gratissima. Magna est ægrotis consolatio, cum vident, alacri animo sibi officia præstari: contra grauitè contristantur, si animaduertant animo inuito, & vultu tristi ipsis exhiberi officia. Hæc officia omnia ad tertium refero præceptum: pertinent enim ad ministerium publicum in Ecclesia.

9. Dilectio non sit simulata: sitis auersantes mala: & adherentes bono.

Auditorum virtutes. Dilectio.

Hactenus Episcopos, doctores & gubernatores Ecclesiæ instituit: nunc etiam auditores & singulos fideles docet, quomodo virtuti studere debeant. Ac primum orditur a sincera dilectione. Hæc enim est vinculum perfectionis: & vere fundamentum aliarum virtutum. Præcipitur autem dilectio proximi in secunda tabula, cuius hæc summa est: diliges proximum tuum sicuti teipsum. Mundus quoque præ se fert sæpe charitatem proximi. Sed omnia sunt in mundo arte simulata, recta inuolueris, fucata coloribus: nihil est sincerum, nihil candidum: Vnde versus est: *Quis credis falsos effuge, tuus eris.* Item: *μέμνησθαι ἀπίστου.* At pii prorsus alieni esse debent ab omni simulatione, & odisse medicamenta fucati candoris. Cogitandum est ipsis Deum esse scrutatorem cordium. Et piorum dilectio debet a Spiritu sancto proficisci: In Spiritu autem nihil est fictum, nihil simulatum.

Generale præceptum est, quod dicit, *sitis auersantes mala: adherentes bono:* Vult enim vt omnia inhonesta & turpia facta vitemus, non tantum externa scelera, sed etiam internas fraudes, insidias, & malos practicas, vt vocant: Contra vero quicquid est laudabile, bonum, honestum, pium, ei nos adglutinemus. Nec vnquam nos a studio veræ virtutis dimoueri patiamur.

10. In caritate fraternæ ad vos mutuo diligendos propensi.

Repetit præceptum de vera dilectione: Hæc enim virtus est radix omnium officiorum. Talis, inquit, sit inter vos Christianos dilectio, quales esse solet inter fratres veterinos. Si enim natura ipsa tantos igniculos mutui amoris accendit inter fratres & cognatos: quanto maiores Spiritus sanctus, a quo regeneramur, & in filios Dei adoptamur, accendere debet.

φίλος naturalis est beneuolentia, quam Deus patientum pectoribus inleuit erga natos, & cognatorum erga cognatos. *φίλος* qui ad mutuum & fraternum amorem sunt propensi, humani. *φίλος* fuit Moses, qui tanto ardore intercessit pro populo apud Deum: vt maluerit deleri de libro vitæ, quam excindi populum.

Honore vos inuicem præuenientes.

Vilitas est distributiva virtus 4. præcepti, quæ suum cuique honorem & locum tribuit. Necessaria est hæc virtus in Ecclesia ad tuendam concordiam: Inter superbos enim semper est contentio. Quisque ergo modeste de se sentiat, non se præponat aliis, non contemnat alios præ se se nemini inuideat, vel eripiat suum honorem, sed honeste de proximo & sentiat & loquatur: Emphasis est in voce præuenire: significat enim reuerentiã quam aliis exhibemus, non debere simulatam neq; coactam esse: qualis est eorum, qui ex metu exhibent honorem aliis: & externo gestu tegunt

contemptum & odium: sed sponte & animo prompto aliis honorem deferre debemus: Dona excellentia, quæ Deus in alios contulit, magnifacere, & Deo pro illis gratias agere: Nostram imbecillitatem agnoscere debemus: quod ad res in Ecclesia gerendas minus quam alii simus idonei. Et si donis a Deo præ aliis instructi sumus, tum cogitare oportet, quod Deus quæuis alium etiam maioribus donis ornare possit: Et siue magna siue exigua in piis sunt dona: tamen quia templum sunt Spiritus sancti, & omnes sunt fratres nostri, & coheredes regni cælorum, æquum est vt singulos honore præueniamus. *Arrius* nõ tribuit honorem Alexandro: sed totam potius turbat Ecclesiã. *Seuerianus* non præuenit honore Chrysostomum, sed adiuuat factionem Episcoporum ad excutiendum suum Episcopum,

Arrius. Seuerianus

11. Studio non pigri.

In omni vocatione & tota vita, opus est diligentia & assiduitate. Sic enim Deus labores imposuit singulis *in sudore vultus tui comedes panem tuum.* Gen. 3. v. 19. Item: *labores manuum tuarum man tuas lucabis.* Psalm. 128. v. 2. Item: *Occupationem laboriosam Datus hominibus iniunxit, vt ea redderet humiles.* Eccl. 1. v. 13. Et præclare AEschylo dictum est.

ἀλλ' ὅταν δὲ σπύδῃ τις αὐτὸς: ἡ θεὸς σὺνλαμβάνει. Id est, quando quis ipse studiose laborat, tum & Deus fert opem.

Iubet ergo Paulus vt ignauiam vitemus, & magnæ animi contentione iniunctos labores exequamur. Hæc virtus in 4. præcepto mandatur.

Spiritu feruentes.

Hoc est: ardeant Christiani vero Zelo: quisque in sua vocatione. Sunt etiam impii sæpe diligentes in suis laboribus, cum excitantur spe lucri vel honorum: sed non regitur Spiritu ista sedulitas. In Christianis vero Spiritus sit excitator & rector diligentia & studii, vt omni tempore siue præmia & fructus laborum sint ante oculos: siue non, nihilominus ferueant Spiritu, & officia vocationis faciant intuentes Dei mandatum. Titum 2. v. 14. Paulus inquit: *vt purificaret sibi populum in laudibus bonorum operum.* Feruet Spiritu *Athanasius* in refutandis *Arrianis*. *Nazianzenus* tepidior est, licet recte sentiat. *Augustinus* Zelo ardet, relutans *Donatistas* & *Pelagianos*.

Athana. Nazian. August.

Tempori seruientes.

Prudentiam, circumspectionem, & patientiam hoc loco præcipit. Non enim iubet tempori seruire, iuxta mundi consuetudinem: vt scilicet pro temporum varietate mutemus religionem & mores: colludamus cum impiis, adulemur potentibus: imitemur malorum hominum mores: hanc leuitatem & inconstantiam nequaquam præcipit Paulus: sed potius vetat. Ideo supra v. 2. dixit, *ne accommodetis vos ad figuram huius sæculi.* *Theraxenes* igitur, *Cothurni*, *Polypi*, *ἀλλοπαροὶ ἄλλοι*, qui sese norunt flectere ad latus nauis feliciter, non seruiunt tempori sed suo ventri.

Hoc autem Paulo est *tempori seruire*: commodas occasiones gerendarum rerum in Ecclesia, non emittere e manibus: presentem verum statum boni consulere: non luctari contra fatales & inuitabiles mundi calamitates: recte vti presentibus: non importune augere hostium furores præter necessitatem: vnquam quodque iusto facere tempore. Est enim *tempus ridendi, est tempus flendi, est tempus adificandi, est tempus diruendi*, vt inquit Salomo Eccl. 3. v. 3. Ipse enim Deus moderatur momenta temporum, nec omnia omnibus temporibus feliciter succedunt. Paulus Eph. 5. v. 6. vocat redimere tempus hoc est, prudenter arripere occasiones res bene gerendi: & quidem ita ne vnquam vela religione discedamus, vel officium necessarium intermittamus.

tempori seruire.

12. *Spe gaudentes.*

Spes virtus est primi præcepti, qua erigimus nos in aduersis fiducia misericordie diuinæ, petimus & expectamus mitigationem calamitatum, iuxta consilium Dei, & certo statimus iuxta promissiones diuinas, nos tandem ab omnibus malis liberatum iri.

Stephan.

De Stephano dicitur.

Ibat omni animis, & spe sua damnata leuabat.

In afflictione patientes.

Patientia.

Patientia virtus est primi præcepti, qua nos in fide submittimus consilio & omnipotentie Dei, & presenti animo ferimus ærumnas & aduersitates, quas Deus iubet perferre: nec irascimur Deo, nec contra verbum eius quidquam facimus propter ærumnas, sed auxilium & liberationem Dei expectamus. Patientiam sic describit Prudentius.

Pruden.

*Stat in piorum cor de pietas fortior:
Amore Christi contumax doloribus.*

Precationi instantes.

Inuocatio.

Inuocatio virtus est secundi præcepti, qua in Spiritu & veritate confugimus ad æternum patrem, & fiducia Mediatoris Iesu Christi petimus a Deo spiritualia & corporalia bona, & certo statimus nos vere a Deo exaudiri. Hoc nostrum est refugium in omni necessitate, vt Salotiaquit: *turris fortissima nomen Domini: iustus confugit ad eam & eripitur.* Prou. 18. v. 10.

Non tantum vna est de summis virtutibus vera ad Deum inuocatio: sed etiã sunt me necessaria. Et quia in sola Ecclesia hic summus cultus præstatur Deo: Paulus diligenter hortatur Ecclesiam ad inuocationis exercitium. Moact autem vt constanter perseueremus in precatione: Multi enim quia non statim exaudiuntur, deserviunt a Deo, omittunt precationem vt laborem frustraneum, & querunt alia inconcessa præfidia: aut ruunt in desperationem: Quæ defectio euident signum est, fidem ipsorum non fuisse sinceram, nec solido fundamento superstructam. Familiare. n. est Deo aliquamdiu differre auxilium & liberationem, vt nostram probet fidem, tum vt illustrem habeat occasionem expressius ostendendæ suæ erga nos beneuolentiæ & amoris. Atque ita exercet Deus nostram patientiam & obedientiam.

Præcipit ergo Paulus vt perseueremus in precatione iuxta dictum: *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & expecta Dominum.* Psalm. 27. vers. 14.

13. *Necessitatibus sanctorum communicantes.*

Liberalitas

Liberalitas virtus est 7. præcepti, qua in fide Mediatoris: pro modo nostrarum facultatum, & pro necessitate sanctorum, pauperibus subuenimus, & nostra prompto animo communicamus. Obadia qui Prophetas Domini aluit pane & aqua 1. Reg. 18. sanctorum necessitatibus communicauit. Sic vidua Sareptana, quæ aluit Eliam, & cibum, qui solus restabat ad sustentandam suam & filii vitam, primum Prophetæ apposuit, atque ita Prophetæ vitam, suæ & filii vitæ anteposuit 1. Reg. 17. In primis ad liberalitatem accendere debet promissio Christi omnium amplissima: *Quicquid uni ex minimis feceritis in nomine meo, mihi fecistis.* Sanctos n. ominat Christianos fide in Christum sanctificatos, & qui sunt S. S. domicilia.

Hospitalitatem sectantes.

Hospital.

Hospitalitas virtus est 7. præcepti, quæ ex amore Dei, & fiducia Mediatoris, exules Christi egenos, nudos & pauperes, quantum in nobis est, hospitio excipiunt, facultatibus nostris fouemus, & omni officio caritatis inuamur. Exulant pii in hoc mundo, & propter confessionem veritatis exuuntur suis facultatibus, & pessuntur suis sedibus: Multas autem habet molestias & calamitates exilium, coniunctum semper cum paupertate. Vult ergo Deus vt excipiedis ex-

ulibus fidem & dilectionem nostram testemur. *Hospitalitatis*, inquit Epistola ad Heb. cap. 13. v. 2. *ne sitis immemores: per hanc enim quidam inscientes, angelos exceperunt hospitio.* Et Christus promittit, se dicturum ad iustos: *peregrinus fui, & hospitio me excipistis.* Matt. 25. v. 35.

14. *Bene precemini iis, qui vos persequuntur: bene precemini, & non male precemini.*

Pertinet hoc officium ad præceptum secundæ tabulæ, de dilectione proximi, in quo iubemur diligere, & supplicare Domino, non tantum pro fratribus, amicis, sanguine iunctis: sed & pro hostibus & persecutoribus. Sic enim Christus enarrat hoc præceptum de dilectione Matth. 5. v. 44. *Ego dico vobis diligite inimicos vestros, bene precemini eis, qui vobis male precantur: bene facite eis qui vos oderunt: & intercedite ad Deum pro eis, qui vos ledunt & persequuntur.* Insuavis & espera est hæc lex carni, quæ semper est vindictæ cupida: & vitatum est cum homines malefacere non possint, diris execrationibus hostes deuouere. Sed i deo datur Spiritus sanctus, vt reformet & restituat naturam, & accendat in nobis motus congruentes Deo. Nullum extat in mundo illustrius exemplum, quam Filii Dei Iesu Christi, qui pendens in cruce pro crucifixionibus & blasphematoribus orauit. Dauid nō regeit maledicta, cum ei insultat & maledicit Semei.

15. *Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus.*

Cum vnus corporis membra simus, & vno spiritu regamur, talis sympathia in piis esse debet, vt quicquid aliis eueniat, Christiani sibi accidisse putent. Si pius lux aliqua oritur, & beneficium contingit, gaudeamus cum ipsis, perinde ac si nobis id beneficium esset collatum. Sic tota Ecclesia lætatur, & agit Deo gratias lætis vocibus. Cum Petrus Apostolus liberatus est ex carcere: rursus si qua calamitas alteri euenit, ne imitemur *ὄνυχας ἀγέλας γατανᾶς*: sed ex animo adficiamur, & communi luctu sinceram nostram dilectionem testemur. Exemplum insigne est ipse Paulus 2. Corinth. 11. v. 29. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis offenditur, & ego non vror?*

16. *Eodem animo alij in alios sitis adfecti: non arroganter de vobis sentientes: Sed humilibus vos accommodantes: nec sitis prudentes apud vos metipfos.*

Vt idem est Spiritus in omnibus piis: ita & idem animus & adfectus in omnibus esse debet: Hæc enim mutæ caritatis est ratio, vt gignat in hominibus idem velle: & idem nolle: Atque hic consensus & coniunctio animorum, est vinculum concordie longe fortius adamantino Exemplum illustre est in actis vbi Lucas de Apostolis & discipulis Christi scribit: *multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Actor. 4. v. 32. Sunt aliqui morosiores natura, quibus nihil nisi suum placet: quæ arrogantia sepe causa est dissidiorum, altercationum, distractionum: Barnabas morosior est, cum nimis pertinaciter persistit in sua sententia, de adsumendo comite Ioanne Marco, & nimium suæ tribuit sententiæ: Quomodo nos humilibus accommodare debeamus, docet Paulus 1. Cor. 9. v. 19. & seqq. *liber cum sim, omnium factus sum seruus, vt multos lucrifaciam: Iudæis factus sum vt Iudæus, vt Iudæos lucrer sub lege existentibus, factus sum tanquam sub lege, vt eos, qui sub lege sunt, lucrer sine lege uiuentibus sui sanguinem sine lege, licet non fui coram Deo sine lege, sed in lege Christi, vt sine lege uiuentes lucrer: Infirmis factus sum infirmus, vt infirmos lucrer. Omnibus omnia factus sum, vt omnino aliquos saluos faciam.* Infirmis Iudæis conuersis accommodauit ic Paulus, quando

quando *Timotheum circumcidit*. A Cor. 16. v. 3. Filius Dei accomodavit se nostrae humilitati, qui cum in forma Dei esset, exinaniuit se ipsum, formam serui accipiens habitu inuentus ut homo: Phil. 2. v. 7. Hoc autem officium praestari non potest, nisi in corde luceat vera humilitas, ideo addit: *Nescitis prudentes apud vos metipsos*. Superbia enim nemini sese accomodat, sed fert se supra omnes. Humilitas virtus est primi praeccepti, quae in timore Domini & fiducia Christi agnoscit suam imbecillitatem: fatetur omnia dona a Deo esse, & sibi gratis ad Ecclesiae aedificationem collata esse: praefert se nemini, contemnit neminem, sed humiliter se demittit, ut seruiat infirmioribus, & in tota vocatione auxilium a Deo postulat.

17. *Nemini malum pro malo reddentes.*

Nimis vere dictum est: *As vindicta bonum, vita rucundius ipsa*. Pugnare autem hoc peccatum cum 5 Praecepto, quod omnem vindictam prohibet, & postulat a nobis placabilitatem, & mansuetudinem, quae est virtus quinti praeccepti, quae quis licet sit adfectus iniuria: tamen se non vlciscitur, nec rursus infert iniuriam, sed patienti animo Domino committit vindictam. Atque etiam rogatus offensam facile condonat. Insigne est exemplum in Iosepho, qui non rependit fratribus venditionem. Item in Dauide, qui pareit vitae Saulis: in Eliseo qui iubet Syris adponi cibum.

Providentes bona coram omnibus hominibus.

Generale est hoc praecceptum, ut in omnibus sectemur honestatem, & bonam famam tueamur, quae apud omnes homines, tam in Ecclesia quam extra Ecclesiam. Vera enim virtus etiam hostibus est admirationi.

18. *Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem colentes.*

Non tam sinistrae opus est dextra, quam Ecclesiae opus est concordia. Praecipit ergo hic Paulus ut cum omnibus colamus pacem, quantum in nobis est: hoc est, ne simus auctores discordiae, ne moueamus contentiones, ut saepe multa dissimulemus, iniurias condonemus. Prudenter autem addit: *si fieri potest*: saepe enim pii nulla ratione contentiones & dissidia vitare possunt: ut cum de gloria Dei agitur, cum nostra flagitatur confessio, cum administranda est iustitia. Ieremias cuperet sane cum omnibus colere pacem: sed bellum illi mouetur ab ordinibus sui populi. In his necessariis certaminibus pii non tantum sunt excusati apud Deum, sed etiam praestant Deo cultum, cum propter gloriam Dei & veritatis adseruionem exponunt se multorum odiis.

19. *Non vos metipsos vindicantes, dilecti: sed date locum ira: scriptum est. n. Mihi vindicta: Ego retribuam, dicit Dominus.*

Repeit praecceptum de non vindicando, & subiungit auctoritatem scripturae. Cupiditas enim vindictae vnus est de vehementissimis adfectibus, & qui homines plane transuersos rapit, & tristissimas turbas cum in Ecclesia, tum in Repub. dare solet. Est autem peccatum grauissimum priuata vindicta, etiam si atroci sis adfectus iniuria. Ad Dei enim officium pertinet, vindicare iniurias illatas: Qui ergo seipsum vindicat, irruit in officium Dei, & seipsum in sua causa constituit iudicem & Deum. Et quia ira & odium pessimi sunt consultores, homo modum seruare nequit. Constituit etiam Deus ordinem politicum, ad quem iniuriae sunt deferendae: cui Deus partes suas demandauit, ut sit administrator iustitiae: hunc ordinem a Deo constitutum, qui est neruus humanae societatis, scelerate turbant, qui priuata temeritate illas

tas iniurias vindicant. Quoties ergo iniuria adficimur, si necessitas postulat, querela ad legitimum magistratum veluti ad Deum deferenda est: Is si vindicat iniuriam, facit suum officium ipsi a Deo inunctum. Quod si magistratus conuiuet & negligit officium, nec suscipit nostri iustum patrocinium: tam en non licet nobis vindictam sumere ab aduersario: sed iniuria deferenda est ad Deum, & ab ipso expectanda vindicta.

Ideo ipse Deus inquit: *Mihi vindictam: ego retribuam*: Deut. 32. v. 35. scilicet, vel per magistratum, ministrum meum: vel immediate de caelo. *Date*, inquit Paulus, *locum ira*, hoc est, cohibete adfectus, ne quid ex iracundia perpetretis, cuius vos postea poeniteat. Nam vt Nazianzenus inquit: *οὐδὲ θεὸς ἕκαστος ὀργῆς ἀσφαλῶς συμβουλευεται*. Id est, nemo ira ardens tuto deliberationes suscipit. Cum Theodesius ira accensus atrociter animaduertisset in multitudinem Thesalonicensem, Ambrosius monuit Imperatorem, vt legem ferret, vt capitalia supplicia 30. dies differretur post rescripta Imperatoris.

20. *Si igitur esurrit inimicus tuus, ciba eius: Si sitierit, pota eum: hoc enim cum feceris, carbones ignitos coaceruabis supra caput ipsius.*

Non tantum postulat Deus, vt iniuriam condonemus, & Deo vindictam permittamus: sed etiam vt hostibus nostris beneficiamus: atque iniurias compensemus beneficiis. Sic, n. *Deus facit solentium oriri super bonos & malos* Matth. 5. vers. 45. quae pii vt filii Dei imitari debent. *Ita carbones ignis coaceruabis*: hoc est: tuo beneficio accendes in hoste dolorem & iram, qua sibi irascatur, & seipsum torueat, quod tibi homini iusto & pio sine causa malefecerit. Et si Dominus hostem tuum respexerit, inuitabis eum ad salutarem poenitentiam. Cum Dauid toties adfectus iniuria, tamen pareit vitae Saulis & coaceruat carbones ignis supra caput eius: Ita enim commouetur Saul, vt palam profiteatur, *Dauidem iustiorum esse se*. 1 Samuel. 24. v. 18. Sic Ioseph coaceruauit carbones ignitos supra capita fratrum suorum: dum illos cum liberis parit, & multis adfecit beneficiis. *Henricus 7.* *Henricus 7* sentiens sibi in Eucharistia venenum datum esse a Monacho, accessit & monuit eum, vt aufugeret, alioqui de vita ipsius actum esse.

21. *Ne vincaris a malo: sed vince bono malum.*

Generale est praecceptum, ne ita commoueamur ut malitia hominum, vt ex impatientia vel ira aliquid perpetremus contra iustitiam. sed vt virtute, patientia, mansuetudine, misericordia, dilectione liberalitate, & imprimis fiducia in Deum, vincamus omnium malitiam. Multi ita superantur quorundam ingratitude, vt alius nolint benefacere amplius. Multi franguntur conuiciis & calumniis: *Calumnia enim conturbat sapientiam, & frangit robur cordis eius* Eccl. 7. v. 8. vt abiciant vocationis labores: Multi propter illatas iniurias patriae intulerunt bellum. Caueere igitur iubet Paulus, ne videamur victi ab hominum sceleribus, & ad iniustitiam impulsis: sed vt semper virtute superemus quodque scelus. *Oitho 1.* *Oitho 1* Imperator: vicit malum bono, cum fratri Henrico regnum adfectan, & fratri inlidias struenti, non tantum clementer condonauit culpam: & Lotharingiam, & Bazarariam dedit.

CAPUT XIII.

1. *Omnis anima potestatibus, quae praesunt, subdita sit: Non enim est potestas, nisi a Deo: Quae vero sunt potestates a Deo ordinatae sunt.*

S 2 Idcirco

Pacis studium.

Vindictae cupiditas.

Nazianzenus Theodosius

Henricus 7

Oitho 1

2. Idcirco qui resistit potestati, Dei resistit ordinationi.

Qui vero resistunt, iudicium sibi accersunt.

3. Nam principes non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Vis autem non timere potestatem?

Quod bonum est facito, & feres laudem ab illa.

4. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si feceris id quod malum est, time. Non enim frustra gladium gestat. Nam Dei minister est, ultor ad iram ei, qui quod malum est, fecerit.

5. Qua propter oportet esse subditos, non solum propter iram, verum etiam propter conscientiam.

6. Propter hoc enim & vectigalia soluitis. Siquidem ministri Dei sunt, in hoc ipsum incumbentes.

7. Reddite igitur omnibus, quod debetur cui tributum: tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Distributio **T**ria sunt membra huius decimi tertii capituli *Primum* continet doctrinam de magistratu politico.

Cap. I. II. *Secundum* inculcat & urget generale præceptum de dilectione proximi *Tertium* membrum continet adhortationem ad sanctam vitam, a tempore noui testamenti sumptam. Necessaria est in Ecclesia, doctrina de politico magistratu. Cum enim Ecclesia in hac vita inter homines colligatur, & egeat cibo, potu, hospitio, defensione, legibus, iudiciis, contractibus, sciri necesse est, a quo sint imperia: quis ea constituerit, conseruet & regat: qualis obedientia debeat magistraturæ: an liceat Christiano officia ciuilia obire: an contractus bona conscientia fieri possint: an liceat pro-uocare ad iudicium: an negocia politica impediunt fidem & iustitiam Spiritus. De his tantis rebus erudire conscientias necesse est: præsertim cum multa fanatica ingenia sæpe conspurcarint hunc ordinem, vt Marcion, Manes, Tacianus, Montanus, Anabaptistæ, rustici seditiosi, Munzerus, Pfiferus, atq; etiã rō: Antichristus. Alii. n. docuerunt politicos gubernatores in hoc genere vitæ difficulter salutem consequi posse. Alii contenderunt prorsus tollendum esse omnem magistratum.

Et si autem ratio ipsa aliquo modo intelligit ciuilem gubernationem, leges, iudicia, pœnas, & contractus, esse pulchrum ordinem, necessarium & salutarem societati humanæ: vnde & apud Ethnicos commendationes elegantes huius ordinis leguntur: tamen nec conscientiam satis erudit Philosophia de his rebus, nec stabili sententia ostendit, quis sit huius ordinis author: nec docet exacte qualem obedientiam flagitet Deus cum a magistratu, tum a subditis. Cū enim aspicit ratio tantum esse confusionum & scelerum in imperiis: sæpe scēdissima hominum portenta obtinere imperia, & omnibus probris dehonestare gubernationem. Atq; etiam bonos gubernatores tetra committere errata: dubitat ratio, nec certi quidquam statueret potest, nisi imperiorum constitutio sit a Deo. Magni etiam viri post res præclare gestas sæpe oppressi negotiorum mole, fortunæ aduersitate perturbati, & malitia hominum fracti aut deseruerunt po-

litæ administrationem, aut prorsus in desperatione ruerunt. Solum autem Dei verbum vt coniugiorum tradit castas & legitimas leges, & monstrat auctorem coniugii, & suppeditat consolationes piis coniugibus: Ita & de ordine politico recte erudit mentes, ostendit quis constituat, transferat & conseruet imperia: cuius voluntati seruiant politici gubernatores, & subditi obtemperantes legibus: quomodo placeat Deo ipsorum obedientia: quas habeant cum p̄ magistratus, tum fideles subditi a Deo consolationes in variis difficultatibus. Tota autem doctrina manat ex qua rō præcepto. Hoc autem loco tradit Apostolus præcipue hæc membra de politico magistratu:

I. Docet totum ordinem politicum & omnem magistratum esse a Deo constitutum, & congruere sapientiæ diuinæ.

II. Monet res a Deo ordinatas a confusionibus, quas Satan inuehit, discernendas: ipsas quoque peronas ab ipso ordine distinguendas esse.

III. Tradit quæ officia postulet Deus a politico magistratu: & quod eius obedientia sit cultus Deo gratus.

IIII. Docet qualem obedientiam pii subditi debeant suis magistratibus, & qua conscientia ad obedientiam sint obligati.

V. Discrimen ostendit igitur magistratum politicum & ministros Euangelii.

VI. Pius gubernatoribus insignem monstrat Paulus consolationem.

VII. Omnibus contumacibus & seditiosis subditis grauissimam denunciat pœnam.

VIII. Considerentur cause pœnarum ciuilium.

Quod Deus sit author politici ordinis.

Probe muniendæ sunt mentes, quod magistratus seu potestas politica non sit inuentum humanum, nec latrocinium in genere humano: sed sit ordinatio diuina, quam ipse Deus constituit & mandauit: Vt scire possint gubernatores qua conscientia sustineant labores gubernationis: & subditi sciant, qua conscientia teneantur præstare obedientiam. Diserte autem pronunciat Dei verbum, ipsum Deum esse authorem totius ordinis: velle vt homines suo obtemperent magistratui: eumque ad esse gubernatoribus, tueri, transferre, constituere, & mutare imperia. Sic enim hoc loco Paulus inquit: *Omnis anima potestatibus qua præsumt, subdita sit. Non enim est potestas nisi a Deo.* Et Psal. 82. v. 1. 6. *Deus stetit in Synagoga Deorum in medio autem eorum dydicat. Ego dixi ay estis.* Item: 2 Par 9. v. 6. 7. *Vos non homini, sed Domino iudicatis, qui vobiscum est in causis, quas iudicatis: Sit ergo metus Domini vobiscum.* Prou. 8. v. 16. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Dan. 2. v. 21. *Deus transfert & constituit regna.* Prou. 16. v. 11. *libra & pondus iudicia Domini.* Psal. 144. v. 1. *Benedictus Dominus, qui docet manus meas ad prælum item: Qui dat salutem regibus.* ibid. v. 10. *Item. honora patrem & matrem, vt sis longauus super terram.* Exod. 20. v. 12. *Item.* Psal. 18. 48. *Deus qui dat vindictam mihi & subdit populos sub me.* Psal. 7. v. 7. *Restitue mihi iudicium, quod mandasti.*

Ex his perspicuis testimoniis S. S. desumpsit Paulus hanc adseruationem, quod omnis potestas seu Magistratus politicus sit a Deo. Non iam iubet Paulus, vt prius inquiras, quam religionem sectetur Magistratus, num sit Christianus vel Ethnicus, vel hæreticus: non mandat vt inuestiges, quo iure, qua occasione, quo ordine quis teneat imperium: Sed etiam si de illis nihil nobis constet, imo etiam si quis per fraudem, vel seditionem, vel tyrannidem obtineat imperium, nihilominus vult vt agnoscamus ordinem politicum esse a Deo: vtque illi propter conscientiam ad vitandas pœnas præstemus obedientiam.

Didius

Julianus.
Phocas.
Herodes.

Didius *Julianus* ab avaris militibus pecunia emit imperium. *Phocas* per seditionem obtinuit imperiū. *Herodes* non iure successione: sed partim vi & dolo: partim beneficio Romanorum pervenit ad regnum: nihilominus subditi ad obedientiam erant obligati. Et licet multi tyrannidem exerceant in imperiis: tamen quantum boni adhuc reliquum est in imperiis, ut sunt iudicia, leges, poenæ scelerum, legitima bella, sunt insignia Dei dona, & ut Paulus vocat, ordinatio.

II.

Quod discernendæ sint personæ & vicia a Dei ordinatione.

Multorum animi turbantur, eo quod vident tantum esse confusionum & scelerum: vident teterima sæpe portenta præesse imperiis, quæ nec leges, nec honestatem, nec scholas, nec Ecclesiam, nec reipub. quidquam curant: sed tantum voluptates querunt, & indulgent libidinibus, trucidant innocentes homines, rapiunt subditorum facultates, sua potentia tantum ad oppressionem bonorum abutuntur.

Animadvertunt etiam in bonorum principum gubernatione multa tristia & scæda accidere: Iudices plerumque corrumpi muneribus: in aulis regnare advenatores, expilationibus exugri populum: & nullum esse oppidulum, quod non sit plenum miseriis. Quæ cum expendunt, transuersi sæpe abripiuntur, ut existiment ipsa imperia, quæ maxime premunt innocentem Ecclesiam, & sceleratissimis concedit impunitatem non esse a Deo:

Contra hanc tentationem munit Apostolus Paulus mentes, & docet discrimen esse faciendum inter Dei ordinationem seu politicum magistratum, & inter personas, & earum vicia. Ipse ordo politicus, & quidquid ad politicam gubernationem pertinet, congruit cum sapientia diuina, & est a Deo: ut supra testimonii scripturæ est demonstratum. *Nisi Dominus* (inquit scriptura) *custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Plal. 126. v. 1. Et Ioannes Baptista inquit: *Neminem concutatis, neque calumniemini: sed estote contenti stipendijs vestris.* Luc. 3. v. 14.

At personæ quæ obtinent imperia sunt dissimiles: in aliis enim lucet Dei notitia, & fides in Mediatore, & hi totam gubernationem dirigunt ad nominis diuini gloriam, & Ecclesiæ salutem. Alii prorsus carent notitia veri Dei, & sunt alieni ab Ecclesiâ: qui Spiritus sancti ductu non reguntur: hos sapius impingere consilijs, adfectibus, conatibus necesse est. Præterea in aliis studium est honestatis, pacis & iustitiæ, ut in Aristide, Themistocle, Solone, Scipione, Lælio, Flaminio, Paulo A Emphio, & similibus. Alii sævi turpes, & truculenti sunt tyranni, qualis fuit Cambyses, Xerxes, Ochus: Ptolemæus Eupator, Ptolemæus Physcon, Auletes, Antiochus Epiphanes: Nero, Tiberius, Caligula, Heliogabalus, & infiniti alii: Hi tyranni sunt vere organa Satanæ, per quæ turbat imperia & civilem societatem: & ipsum Deum contumelia adficere conantur. Nihilominus ipsa imperia quæ gerunt, sunt a Deo. Elias execratur impium tyrannum Achab, ut idolatram & contemptorem veræ religionis: Ipsum tamen imperium Achab veneratur Elias, ut ordinationem Dei: parat legibus, subiicit se iudicijs, & Deum orat pro conservatione regni. Teter & crudelis erat tyrannus Domitianus: nihilominus Ioannes Evangelista parat legibus Rom. agnoscit ordinem politicum esse Dei donum, & Deum precatur, ut pacem & successum in imperio largiatur.

Distinguant ergo pii inter ordinem qui a Deo est & salutaris est societati humanæ, ut sunt leges, iudicia, functiones, poenæ, contractus: bella legitima, disciplina, distinctio dominiorum: & inter personas quæ sæpe sunt vasa iræ, & organa Satanæ. Hæc monet Paulus, cum dicit: *Quæ enim potestates sunt, a Deo ordinatæ sunt: ideo qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit:*

Ipsam potestatem seu imperium, quod unus aut plures præsumunt multitudini: quod alii subiecti sunt aliorum imperio, & legibus sunt adstricti, nominat ordinationem Dei: siquidem diuino consilio Deus sic constituit, adprobat hunc ordinem, & postulat ut pareamus superioribus: nec hominum scelera, iniustæ tyrannides, confusiones, & similia miscenda sunt cum ordinatione diuina. Quod *Antonius Bassianus* necat Getam fratrem: trucidat Papinianum Iureconsultum, polluit se incesta consuetudine, non fuit ordinatio diuina: sed horribilis perturbatio diuini ordinis. Crudelitas *Diocletiani* in Christianos non fuit ordinatio Dei: Sed opus Satanæ, pugnans cum Dei voluntate. Interea quod præerat imperio Diocletianus, puniebat seditiosos, bellis arcebat hostes, ius dicebat, Dei erat ordinatio.

Non ergo propter tyrannos & illorum scelera, imperia ipsa damnentur: Nec querant homines prætextus suæ contumaciæ, quasi liceat omnem denegare obedientiam, quia tyranni occupent imperia: sed sciamus propter mandatum Dei obtemperandum esse, cum regibus, tum regum ministris, cum ea præcipiant, quæ nec cum Dei verbo, nec cum iure naturæ pugnant. Non detrectat *Polycarpus* obedientiam præstare imperatori, inquit, nos Christiani sic instituti sumus, ut potestatibus a Deo ordinatis, honorem, qui illis competat, exhibeamus: sed cum iubetur a præfecto sacrificare idolis, quod lege diuina erat vetitum, recusat.

III.

Quæ sint officia magistratus.

Paulus erudite complectitur officia magistratus, cum dicit: *Magistratus honori esse bono operi: Et terrore malo operi: hoc Propheta nominant facere iudicium & iustitiam.* Nominat etiam magistratum *ministrum & iudicem Dei ad iram.* Et non frustra gerere gladium. Hoc insigni encomio, non solum egregie ornatur, sed etiam erudit ipsum, quid ipsius sit muneris. Honori esse debent bono operi ut ministri Dei: hoc est, defendere pupillos & viduas, eripere oppressos, tueri pacem, iustitiam administrare, & honestatem defendere. Nec vero tantum secundæ tabulæ debent esse custodes, verum etiam primæ: Idcirco nominat *ministros Dei*: sciat magistratus sui esse officii, curare ut populus recte de Deo erudiat, ut scholæ constituantur ut religio defendatur, verus Dei cultus præstetur, Sacramenta legitime administrantur, & Ecclesiæ foueantur. *Attollite*, inquit Psal. 24. v. 7. *porta capita vestra, & introibit Rex gloria.* Item: *Et reges erunt nutritores tui, & regina nutrices.* Esa. 49. v. 23. Inepti & stolidi sunt, qui magistratum ab omni cura Ecclesiæ & religionis remouent, & cum veluti armentarium tantum terrenis bonis occupari volunt. Imo scriptura inquit: *Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram: seruite Domino cum timore.* Psal. 2. v. 10. in ipso imperio & officiis regis vult Spiritus sanctus ut seruiant Christo: Omnino igitur pertinet ad ipsos cura religionis. Sic pie fecerunt David, Iosaphat, Hiskia, Iosias, quod constituerunt Ecclesiam, promouerunt cultum Dei, fouerunt agmina docentium & discipulorum, texerunt Prophetas, repararunt templum, & populum ad veræ religionis amorem excitarunt. Pie fecerunt Constantinus Magnus, Theodosius, Marcianus, Carolus Magnus, quod curam Ecclesiæ susceperunt, indixerunt Synodos ad adiudicationem controuersiarum, constituerunt ministris verbi stipendia, fouerunt scholas, defenderunt armis pios cœtus.

Cum ergo Paulus dicit: *Magistratum esse ministrum Dei, tibi in bonum:* non tantum intelligatur de custodia externæ pacis & disciplinæ: sed etiam de cura & defensione religionis. Est enim Magistratus custos utriusque tabulæ, quod ad externam disciplinam at-

Alterum

Anto. Bass

Dioclet. crudelitas

Polycarpus

Alterum officium Magistratus est, *ut sit terrori malo operi*: hoc est, puniat malos & contumaces legibus adiciat iusta pœna: *Non frustra*, inquit Paulus, *gerit gladium*: *Dei enim minister est, vindex ad iram ei qui malum operatur*. Nec vero tantum ad officium Magistratus pertinet, supplicio adficere scditiosos, homicidas, latrones, adulteros, fures, calumniatores, diffamatores: verum etiam idolatras, incantatores, blasphemos, periuros, falsos doctores, Epicureos, contemptores ministerii & sacramentorum, qui contra primam tabulam delinquant. Cum enim magistratus sit minister Dei, tenetur iure defendere Dei honorem: nec existimandum est, idolatram vel blasphemum minus delinquere, vel minus turbare societatem humanam, quam vel scditiosus, vel adulter, vel fur, vel homicida, delinquit contra Deum, & nocet vitæ hominum. Quamobrem omnino pertinet ad officium Magistratus, vi corporali punire, tam contra primam quam contra secundam tabulam externo scelere delinquentes, & Ecclesiam atque rempub. turbantes. Moses: inquit, Deut. 13. v. 1. *Siquis Prophetam dixerit, amicus, servum autem dei alienis: non parcat ei oculus tuus, neq; abscondas eum, sed omnino occidas eum, & exterminabis malum e medio tui*. Sanctam legem tulit Constantinus cum victoriam aduersus Licinium obtinisset, ut qui blasphemaret nomen Christi, capite plecteretur. Pie fecit Theodosius Iunior, quod Nestorium blasphemum perpetuo damnauit exilio. Pie fecit Marcianus Imperator, quod Eutichetem blasphemum in exilium relegauit. Hæc iusta seueritas decet pios Imperatores, & hunc zelum pro adferenda veritate & in arcendis ab Ecclesia hæreticis ab ipsis postulat Deus. Idcirco dicuntur *ministri Dei, qui terrori esse debent malo operi*. Ex quo liquido adparet, pium Magistratum non tantum bona conscientia posse fungi munere ciuili, sed etiam Deo gratum præstare cultum, cum magno zelo & in vera fide Mediatoris tuetur pacem, supplicio adficere fontes, gerit bella aduersus hostes, ius dicit ciuibus, condit leges & populum disciplina regit.

Constantini Lex de blasphemis Theodo.

Marcianus.

Constant. Theodo.

Constantinus bello prosequens Licinium & Maxentium hostes Christianorum: Et Theodosius stans in acie contra Arbogastum & Eugenium tyrannos, sunt ministri & cultores Dei, qui Dei mandata in fide & inuocatione nominis diuini exequuntur.

III.

Quæ officia debeant subditi præstare Magistratui.

ERudit etiam Apostolus subditos, qualem obedientiam debeant Magistratui: & qua conscientia ad obediendum sint obligati. Ac Paulus primum in genere dicit, *subditi estote*. Deinde vero in specie iubet ut quisque prompto animo pendat tributum, vestigal, honorem, & reuerentiam. Possunt autem omnia officia, quæ subditi debent Magistratui duabus his vocibus comprehendendi, scilicet honoris & obedientiæ.

Subditorum officia duo

Honor.

Honor est reuerentia & pietas coniuncta cum vera fide: qua non tantum externo qualicumque gestu nostram declaramus subiectionem: sed potius vero affectu cordis agnoscimus magistratum politicum esse ordinationem diuinam, eumque bono nostro constitutum: diligimus & timemus eum ut parentem & qui vices Dei in terris agit: precamur Deum pro magistratu & pro conseruatione politici ordinis: etiam infirmitates, & errata in gubernatione condonamus, & dissimulamus. Tria igitur insignia opera continet Honor.

Honor complentur tria.

I.

Primum, est agnoscere sapientiam & bonitatem Dei in constituendo ordine politico: amare Magistratum ut ministrum Dei & custodem tuæ vitæ & facultatum: Ioseph regem Aegyptum non tantum externo gestu colit: Verum etiam vero affectu cordis diligit, ut Dei ministrum: sic Daniel inquit ad regem Babilonicum: *Rex in æternum viuis*. Dan. 2. v. 4.

Secundum est, orare quotidie pro magistratu, ut Deus eum rogat suo Spiritu: agere gratias quod dederit pios & saluare principes: & quod non permittit tyrannis, ut omnia pro libidine vastent: sic Ieremias iubet orare pro rege Babilonico, & Paulus I. Timoth. 2. v. 1. 2. *Adhortor ut ante omnia fiant deprecationes & intercessionis pro omnibus hominibus & pro regibus*.

II.

Tertium quod ad honorem debitum magistratibus pertinet, est verecundia & reuerentia, ne dubia facta Magistratus calumniose interpretemur: sed in bonam partem accipiamus. Etiam errata quædam, & lapsus condonemus & moli negotiorum & infirmitati humanæ naturæ adscribamus. Nam ut Salomon inquit: *Non est in terris qui cum benefaciat non etiam peccet*. Eccl. 7. v. 21. Et πολλὰ πρῆτιον πολλὰ δὲ ἀμαρτάνει: hoc est multa faciens, multum peccat.

III.

Obedientia est virtus orta ex fide, qua propter mandatum Dei prompto animo obtemperamus, primū legibus diuinis, quarum custos & executor est Magistratus. Deinde honestis etiam legibus Magistratus quæ disciplinæ & ordinis causa sunt promulgatæ, nec pugnant cum verbo Dei, neque cum iure naturæ. Tum ut pendamus tributa, vectigalia, redditus præstemus alacri animo labores a Magistratu pro necessitate temporis & in salutem rei publicæ nobis iniunctos: Obedientiam hic diserte postulat Paulus cū inquit: *Omnia anima subdita sit potestati*. Item: *Necessum est obedire*. Atque hæc obedientia primum intelligatur iuxta leges diuinas omnes, quantum in hac naturæ imbecillitate præstari potest. Periurus & in Deum peccat & in Magistratum, qui est custos legis diuinæ. Quod vero etiam legibus positæ a Magistratu obedientiam debeamus, docet Apostolus Petrus 1 Pet. 2. v. 13. *subditi estote omni humana ordinationi propter Dominum*. Eph. 6. v. 5. *serui obedite Dominis vestris sicut domino carni, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri tanquam Christo*. de pensione tributorum Paulus inquit: *date tributum, cui tributum debetur. Vt sigal cui vestigal* Rom. 13. v. 7.

Obedientiæ:

Ad hunc vero honorem & obedientiam præstandam non tantum obligati sumus propter metū suppliciorum, quæ impendent contumacibus: verum etiam propter conscientiam, hoc est, neiram Dei prouocemus & æternas pœnas attrahamus. Qui enim Magistratui resistit, ipso Deo resistit, & committit peccatum mortale, dignum æterno supplicio. Magistratus non iudicat conscientiam, sed Deus: Idcirco cum Paulus dicit, *propter conscientiam* necessariam esse obedientiam, ostendit illos incurere grauem Dei iram qui Magistratui parere detrectant. Ergo contumax licet Magistratus pœnam effugiat: Iræ tamen diuinæ se subducere non potest. Metas tamen utriusque posuit Apostolus, & Magistratui, quid iure possint exigere a subditis, & subditis, quousq; obedire debeant Magistratui: Non permittit Deus magistratui ut mandent vel exigant aliquid contra Dei verbum: Nec Deus permittit subditis ut obediant Magistratui in iis quæ pugnant cum Dei verbo: socii Danielis recte fecerunt quod detrectarunt obedire Nebuchodonosori, mandanti adorationem Idoli.

Hanc doctrinam ostendit Paulus in voce ministri: Antiochus Epiph. non est Dei sed Satanæ minister, cū iubet Iudæos sacrificare Idolis, vesci suilla cerne, comburere sacros libros: Itaque Matthias recte fecit, quod se se edicto regis opposuit: *date Casari, inquit Christus qua sunt Casaris, & date Deo qua sunt Dei*. Matth. 22. vers. 21.

V.

De discrimine inter Magistratum politicum & ministrum Euangelii.

PLura quidem sunt discrimina inter politicum ordinem & ministerium Euangelii: quæ alibi copiosius explicantur: hoc loco, vnum hoc obicietur: quod Spiritus

Spiritus sanctus suo testimonio hic armat Magistratum gladio & vi corporali aduersus contumaces : & tribuit ei vim necis & vitæ: *Non frustra*, inquit Paulus *gerit gladium : sed minister Dei est vindex ira in eum qui malum perpetrat.*

Ipsc ergo Deus accinxit Magistratum gladio : & tribuit illi potestatem necis in fontes. Sic Deus Gene. 9. v. 6. ad Noah: dicit: *Qui effuderit sanguinem, effundetur sanguis eius per hominem*: Regem Iehu armat Deus gladio, & iubet eum delere totam familiam Achab. 2. Reg. 9. v. 7. Et Dauid canit. *Benedictus Deus qui dedit manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum.* Psal. 144. v. 1. Item: Psal. 18. *Deus præcinxit me virtute ad bellum.* v. 33. Item: *dedisti mihi scutum salutis tua.*

At ministri Euangelii nequaquam sunt armati gladio vel vi corporali: sed tantum sunt præcones verbi: lege peccata taxare: & Euangelio perterrefactas mentes consolari debent: *Reges gentium*, inquit Christus, *dominantur vos autem non sic*: v. 25. 26. Et Christus ad Petrum inquit: *Qui gladium acceperis gladio peribis.* Matth. 26. v. 52.

VI.

De consolatione quam Spiritus sanctus monstrat piis Magistratibus.

Varias easque amplissimas consolationes monstrat Spiritus sanctus in hac concione Pauli piis magistratibus.

I. Primum enim ingens est consolatio, quod audiunt politicum ordinem esse ordinationem diuinam. Læta igitur & alacri conscientia obire possunt functiones ciuiles, nec est quod metuant Dei iram, quando iusta gerunt bella, & supplicia iusta decernunt: Stolidæ fecerunt Theodosius II. Et Lotharius quod reuera gubernatione facti sunt monachi.

Theodo. 3.
Lotha-
11.

Secundo, quia Spiritus sanctus nominat illos ministros Dei, testatur ipsorum labores, pericula, & molestias in fide susceptas esse cultus & sacrificia Deo gratissima: Theodosius stans in acie cum filio Arcadio contra hostem imperii Eugentium cultum præstat Deo gratum. Sic Iudas Macabeus minister est Dei qui præliatur contra Lyfiam.

III.

Tercia consolatio est, quam hoc loco monstrat S. S. auxiliū & defensio, quam Deus pollicetur piis magistratibus. Quia Paulus docet, Magistratum esse ordinationem diuinam, testatur Deum adesse piis magistratibus, ipsos tueri, reprimere seditiosos, suppeditare salutem, cōsilia præbere, felices successus largiri robur corporis & animi, dare fidos & sapientes cōsiliarios, & subditorum animos flectere ad obedientiam. *Vt oculus videat* (inquit Salomon) *& auris audiat, dominus facit utrumq.* Prou. 20. v. 12. Item. Psal. 144. v. 10. *Qui des salutem regibus.* Item. Psal. 82. v. 1. *Deus stetit in Synagoga Deorum in medio Deorum diiudicat.*

IV.

Quarto consolatio est, quod Spiritus sanctus ingentia præmia promittit piis gubernatoribus. Quia enim appellat eos publicos Dei ministros: significat Deum non passurum vt iusta sua mercede frustrentur. Quod & promissio testatur. *Glorificabo, & qui ignominia me adficiunt ignominia adficientur.* 1. Samuel. 2. v. 30. Item: Psal. 132. v. 18. *Inimicos eius in diuinam confusione, super ipsum autem effloret corona eius.* Psal. 20. v. 5. *Tribuat tibi secundum cor tuum & omne consilium tuum impleat.*

VII.

Quod Deus omnes seditiosos punit grauissime.

Grauisima est sententia quam ponit Paulus: *Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui vero resistunt iudicium sibi accersunt*, hoc est, atrahunt grauissima supplicia & plerunque diuinitus puniuntur. Testatur hoc totius mundi historia, quod in omnibus regnis & positis seditiosi & turbulenti homines grauissimas dederint pœnas: Abolou: Seba,

Simri, Sallum, Peka: seditionem mouerunt, & trucidati sunt.

Sub Galieno imper. tore 30. Tyranni adlectarunt imperium & tumultus contra imperatorem per totum imperium concitarunt, sed omnes dederunt pœnas, tristem sortiti exitum. Sub Theodosio potentes principes affectarunt tyrannidem, sed omnes trucidati sunt. Maximus interfactus est: Andragathius sefe in mare præcipitavit; Victor gladio percussus est. Eugenius in acie victus capite truncatus est: Arbogastus sibi ipsi conscuit mortem. De his Ambrosius inquit: *Maximus & Eugenius docent miserabili exemplo, quãdãrum sit armis suis principibus inferre.* Hæc congruunt ad regulam Christi. *Qui gladium acceperit gladio peribit* Matth. 22. v. 52. & Salomon monet; *Time Dominum filium: & regem: & ne coniungas te seditiosis: subito confurget exitium eorum, & ruinum amborum quis nouit?* Prou. 24. v. 21.

Ambros.

VIII.

De causis pœnarum ciuiliū.

Armauit Deus politicum magistratum gladio, & iubet eum de fontibus ciuiles sumere pœnas. *Non frustra*, inquit Paulus, *gerit gladium.* Est enim minister Dei, & vindex ad iram ei qui operatur malum: sunt autem causæ grauissimæ cur velit Deus externis sceleribus delinquentes contra Deum, & societatem hãmmanam turbantes ciuili & corporali pœna per magistratum adici.

I. Prima, vt iudicium Dei aduersus peccata conspiciatur & homines serio statuunt Deum vere irasci sceleribus: *propter hac* inquit Paulus, *uenit ira Dei super filios dissidentia.* Eph. 5. v. 6.

II. Secunda, In terrorem aliorum: Deut. 19. v. 19. *Exures malum e medio tui: vt reliqui id audiant & timeant neq; audeat amplius designare rã hãc malã in te.*

III. Tertia, Vt in societate humana pax & tranquillitas conseruetur. Omnia enim cœdibus, tumultibus & seditionibus plena essent, nisi supplicis malorum hominum petulantia coherceretur.

IV. Quarta, Vt pœnæ Magistratũ sint commonefactio & imago æternarum pœnarum, quas Deus sumpturus est de omnibus, qui sine pœnitentia ex hac vita decedunt. Hæc de magistratu politico in hac concione Pauli considerentur.

Cum dicit *neceffe est obedire propter conscientiam*, docet recte dici in Ecclesia. Nouam obedientiam esse necessariam, nimirum propter Dei mandatum & ne nostram vulneremus conscientiam,

8. *Nemini quãquam debeat is: nisi dilectionem mutuam: Qui enim diligit proximum legem impleuit.*

9. *Quod enim dicitur: Non Machaberis. Non occides. Non furtum facies: Non dices falsum testimonium: Non desiderabis: Et si quod est aliud mandatum: hac breui summa comprehenditur. Diliges proximum tuũ sicut teipsum.*

10. *Dilectio proximo non infert malum: Impletio igitur legis est dilectio.*

Redit hic Paulus ad generalia præcepta quæ ad omnes pertinent: Et summam omnia cõplectitur præcepto de dilectione proximi, quod pertinet ad secundam tabulam. Est. n. tanquam caput omniũ virtutum, dilectio sincera, & a S. S. accensa. Cum dicit *nemini quãquam debeat is, nisi mutuam dilectionem*: Primum monet, vt ita totam vitam nostram instituamus, vt nemini iniuriã faciamus; nemine fraudemus, eo q; ei iure debetur. Magistratui honorem & tributa: Mercenario, mercedem: creditori debitum: benefactori gratitudinem: parentibus *ὀφειλήται* liberis

Phil.

10.]

liberis nutritionem: & in summa, quidquid cuiquam debemus fideliter tribuamus: Psal. 112. vers. 6. *bona erit viro qui misereatur & commodat & negotia sua administrat, ita ut nemini faciat iniuriam.*

Obligatio diuina.

Hic vero necessaria est distinctio, quod alia sit obligatio coram Deo: alia coram magistratu: coram Deo obligati sumus ut proximum diligamus ut nosmetipsos: Obligatione diuina & naturali debemus proximo, ut eum in omni necessitate iuueamus, nudum vestiamus, esurientem cibemus, sitientem potemus, ægrotantem visitemus, exultantem hospitio excipiamus, ut non grauemur etiam nostro incommodo eum subleuare in necessitate & omnia quæ nobis fieri velimus, ei præstemus. Estque hæc obligatio naturalis & diuina tanti, ut Christus dicat Matth. 25. v. 40. & 45. *Quodcumque feceritis vni ex minimis, mihi fecistis, & rursum, quodcumque non feceritis vni ex minimis, mihi non fecistis.* Ex Ambrosio inquit: *Si non pauperem, occidisti.* Hac ergo obligatione semper proximo debemus mutuam dilectionem, quæ a deo sincera esse debet, ut etiam inimicos nostros diligamus. Verum hæc obligatio ad iudicium politici magistratus non pertinet. Ebedmelech Ieremiæ debebat officium humanitatis & nutritionem obligatione diuina: quod si vero hoc officium neglexisset, non propterea actionem in ipsum habuisset magistratus politicus.

Ambros.

Obligatio civilis.

Alia vero obligatione civili debentur, quæ si tribuantur cessat obligatio, si non tribuantur incurrit homo iram Dei atque etiam actio in eum datur coram magistratu civili: Si quis debet alteri, nec soluit tamē, magistratus cogit eum civili pœna, hæc enim iustitia & seueritas pertinet ad conseruationem humanæ societatis. Sciendum est ergo Paulum de vtraque obligatione loqui, cum diuina, tum civili. *Nemini inquit quidquam debeatis.*

In dicto: *Dilectio est impletio legis,* Paulus & totam legem: & naturam perfectæ dilectionis intuetur. Qui enim in omnibus rebus, & omni tempore proximum diligit ut seipsum, is totam implet legem. Dilectio enim non permittit, ut quis vel cogitatione vel adfectu lædatur alium. Congruit ergo hæc sententia cum dicto Christi: *Omnia quæ vultis ut vobis faciant homines, eadem & vos facite ijs. hæc est enim Lex & Propheta.* Item: *secundum huic est similia, diliges proximum tuum sicuti teipsum* Cap. 22. v. 39.

Dilectio non iustificat.

Quod vero Pontifici ex hoc Pauli dicto adstruere conantur nos dilectione coram Deo iustificari, valde coactum & peregrinum est: Paulus enim de perfecta & plena loquitur dilectione, quæ sane est legis impletio & iustificat coram Deo, si quis eam obtineret: Sed cum vniuersa scriptura testetur, nihil esse hominē excepto Domino nostro Iesu Christo, qui eiusmodi integram, perfectam, spiritualem & omnibus numeris absolutam dilectionem habeat: *Omnes enim inuiles facti sunt: non est qui faciat bonum vsq; ad unum* Psal. 14. v. 1. Item: *Conclusit Deus omnia sub peccatum, ut omnium misereatur.* Rom. 11. v. 32. Item: *Ne intras cum seruo tuo in iudicium: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens:* Psal. 143. v. 2. Nec Paulus, nec Moyses: qui optarunt deleri de libro vitæ, & fieri anathema à Christo pro populo suo, habuerunt integram & perfectam dilectionem proximi: Paulus enim fateatur se esse carnalem, venundatum sub peccatum. *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore peccati huius?* Rom. 7. v. 24.

Hinc igitur colligi non potest nos dilectione coram Deo iustos esse: sed hoc tantum dicitur: omnia officia ad dilectionem, tanquam ad caput esse referenda: Hoc etiam consilio re, & in hoc loco Decalogi præcepta, ut ostendat decalogum oportere esse normam omnium bonorum operum.

21. *Et hoc scientes, tempus nunc esse, ut exciisso somno surgamus: Nunc enim propior est nostra salus quæ cum credebamur.*

12. *Nox transiit, dies adpropinquauit: Deponamus igitur opera tenebrarum: & induamus arma lucis:*

13. *Tanquam in die deceter ambulemus: Non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubiculis & lasciujs, non in contentione & Zelo.*

14. *Sed induite Dominum Iesum Christum: Nec agite curam carnis, ut expleatis desideria.*

Hæc est tertia pars huius capituli: adhortatio nimirum ad studium bene operandi: sumpta a tempore noui testamenti. *Tempus est inquit, ut e somno uigilemus:* somnum appellat ignorantiam Euangelii Iesu Christi: Vigilantiam vocat cognitionem beneficiorum Christi. Antereuelationem Christi alto tempore oppressi eramus: dormiebamus in nostris peccatis non expauescebamus iram Dei: non eramus solliciti de agenda penitentia, non intelligebamus beneficia mediatoris: somniabamus nos probe intelligere scripturam, cum illa nobis tota obsignata esset. Cum ergo dies noui testamenti nobis illucescat, iustum est ut surgamus.

Quod dicit *nunc nobis propior esse salutem, quam cum credebamur,* Confert inter se tempora noui & veteris testamenti: quod Paulo familiare est. Sub lege exultabant Iudæi & Paulus se beatos & felices esse quod haberent circumcissionem, sacrificia, legem expresso verbo traditam, & perabant se salutem consecuturos: sed reuera somno alto oppressi erant, & faciem Moysis velatam intuebantur.

Exhibito vero Messia & facta reuelatione Euangelii, multo propior fuit salus: tum intellexit Paulus legis officium & beneficia mediatoris: tum per fidem consecutus est remissionem peccatorum, iustitiam, & donationem Spiritus sancti. Cum vero tanta lux noui testamenti exorta sit fidelibus, decet omnino eos sanctæ & pudice viuere ut filios lucis. Nox inquit *transiit,* hoc est, totum illud regnum ignorantie & peccati sublatum est, Christus mortuus & resuscitatus eripuit nox ex potestate Satane, mortis & peccati: reconciliauit nos Deo: abstulit maledictionem legis: accendit in nobis Dei agnitionem & fidem, dedit nobis Spiritum sanctum & aperuit cælum. Hæc est lætissima & clarissima dies quæ nobis illuxit, in qua ipsum Deum intuemur, & æternam beatitudinem dilucide ante oculos videmus.

Deponamus ergo inquit opera tenebrarum, quæ sunt omnis generis peccata: qui enim male agit odit lucem: Mechi, fures, latrones, leortatores, & omnium scelerum aurores, latebras & caliginem quæerunt: Quia ergo nobis illuxit dies, abicienda sunt ista scelera, & corripienda arma lucis. Non enim nobis iam excitandis & vigilantibus tantum laborandum, verum etiam certandum, & fortiter contra Satanam, mundum & carnis illecebras pugnandum est. Arma autem lucis sunt studium doctrinæ cælestis, oracula diuina, agnitio Dei, inuocatio, gratiarum actio, Dilectio, Timor Dei, patientia, confessio, prædicatio nominis diuini, frequens sacramentorum usus, dilectio proximi, castitas, temperantia, & omne genus pietatis & virtutis, quemadmodum Paulus *παρακλησιν* fidelium Eph. 6. describit, & Ies. Cap. 59.

εὐσχημόνως, Decenter & honeste ambulemus de omni genere virtutum loquitur: Filii Eli, quia scortantur cum mulieribus, quæ ministrabant tabernaculo, non ambulant decenter. Filii Samuelis, quia muneribus se corrumpi patiuntur, non ambulant decenter. Et totius vitæ & omnium actionum norma esse debet decalogus quem supra repetiuit.

Non

Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & lasciuia: non in contentione & zelo. Vere dictum est: vitare peccata est vitare occasiones peccatorum: Multorum vero peccatorum occasionem, fomenta & incitamenta præbent, luxus conuiuiorum & ebrietas. Nam vt ille inquit.

Peccata dum gaudent, nec sunt adstricta dolore.

Ipsa patent, blanda, cum subit arte Venus. Item: Et Venus in Vinis, ignis in igne furit.

Abitinere ergo iubet Paulus à luxu conuiuiorum, non prohibet necessarium & temperantem vsum cibi & potus: nec prohibet honesta conuiuia: sed conuiuiorum luxum & ebrietatem, in qua est ἀσελγεία. Cubilibus, turpitudines Ethnicorum notat, ad Eph. 3. v. 12 inquit: *Qua secreto ab istis sunt, turpe est dicere.* Pugnans hæc scelerata cum sexto præcepto.

Non contentione & zelo Hæc vicia pugnant cum 3. præcepto, & sæpe sunt occasio magnorum scelerum & tristissimarum calamitatum. Nam vt Salomon inquit, Prouerb 26. v. 21 *Carbo prunam, ligna ignem: contentiosus rixas incendit.* Item: Cap. 17. v. 19. *prauaricationem diligit, qui diligit rixas: Vt qui altum facit os suum domus sua quarit ruinam.*

Et verissima sunt dicta: parua scintilla sæpe totam spluam comburit: ἐκ ὀλίγου τὰ πολλὰ: Item: Πόλλακι ἐκ ὀλίγου ὀδυνῆς μέγα γινεται ἄλγος. Contentio Arrii cum Alexandro quam triste incendium excitauit in Ecclesia?

Zelus hoc loco significat æmulationem cum inuidia & huore coniunctam: Vt Eliab inuidit fratri Dauidi, quod à Samuele in regem erat vnctus, & accusat eum temeritatis & audaciæ. zelo iniusto ardet Ioab aduersus Amalam præfectum militiæ.

Induite Dominum Iesum Christum, hic summam omnes genus virtutum complectitur Apostolus. Induere enim Christum hoc loco significat ea mente & voluntate in omnibus cogitationibus & vitæ actionibus adfectum esse: qua Dominus noster Iesus Christus in Spiritu S. semper adfectus fuit: significat regi ductu Spiritus sancti, & in omnibus Christum habere ante oculos, propter Christum omnes homines diligere: In Iesu Christo viuere, & omnia ad eius gloriam referre.

Sciendum autem duplici modo nos induere Iesum Christum: Primum imputatione per fidem: Secundo noua obedientia per renouationem Spiritus sancti. Cum credimus in Dominum nostrum Iesum Christum, quod sit crucifixus pro nostris peccatis, & resurrexit ad nostram iustitiam, Induimus Iesum Christum, hoc est, tota passio, & omnes obedientia Iesu Christi nobis imputatur a Deo: eaq; vestiri coram Deo tanquam manda veste absoluiuit à peccato & pronunciamur iusti coram ipso. In hanc sententiam loquitur Iesaja 61. v. 10. *Gaudens gaudebo in Domino, & latibitur anima mea in Deo saluari meo. Quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiae circumdedit me: tanquam sponsam in veste sacerdotali ornat magnificentiâ, & veluti sponsam ornatam monilibus.* Vtrumq; beneficium complectitur Propheta: Christus sacerdos offerens seipsum victimam pro peccato, & sponsus Ecclesiæ ornatus integra iustitia, plenitudine Spiritus sancti, postquam morte & obedientia sua placauit patris iram, primo vestit nos indumento iustitiæ & salutis, remittit nobis peccata, & pronunciat nos fide iustos coram Deo: perinde ac si omni careremus peccato, & legem impleuissemus. *Quot quot baptizati estis, Christum induistis.* Gal. 3. v. 27. Item: *superinduemur si tamen non nudis reperiemur.* 2. Cor. 5. v. 3. Deinde ornat Ecclesiam sponsam tuam monilibus: hoc est, viuificat eam Spiritu sancto, ornat eam agnitione Dei, inuocatione, gratiarum actione, dilectione, confessione, timore, patientia, castitate, mansuetudine, liberalitate, iustitia, veritate, & omnis generis virtutibus: quas Spiritus sanctus acu pictas vestes, & deauratum indumentum cum fimbriis aureis appellat. Nullum enim aurum sic fulget: nullus adamas vel carbunculus sic

splendet: imo nec Hesperus nec Luciferi sic lucent, atq; splendet, pietas, inuocatio, confessio, constantia, patientia Ecclesiæ accensa per Spiritum sanctum in vera fide. Hoc in loco Paulina phrasis secundum modum præcipue respicit: sed tamen primum simul completi necesse est. Fieri enim non potest, vt quis induat sanctos Christi adfectus, nisi prius per fidem Deo fuerit reconciliatus, & obtinuerit donationem Spiritus sancti. Prius enim ponenda est arbor bona, deinde & fructus sequuntur boni.

Carnis curam habere, sed non ad luxuriam (Postremo loco præcipit Paulus, vt quisq; sui corporis curam habeat: vt ad labores vocationis, ad meditationem verbi diuini, & ad sustinenda certamina & pericula idonei simus. Multi enim ἐνεργαῖα, ἀγυρνιαὶ χαμνυῖαι, & aliis exercitiis immodicis ita exhauriunt corporis vires vt deinde ad labores docendi, vel ad meditationem scripturæ, vel ad certamina non sint idonei: multi nimis exercitiis contrahunt sibi delirium mentis: Origeni, scribunt, ob nimiam abstinentiã cibi concidisse pectus & eum contraxisse scædum ossis halitum: iubet igitur Paulus, vt corpori honorem exhibeamus, & valetudinem curemus. Corpora enim nostra membra sunt Christi & templa Spiritus S. Metas autem huius curæ ponit, ne ita indulgeamus carni vt luxuriet. Non ad cupiditates inquit: hoc est: non præcipio vt delicias seæterni & comestationes, nõ iubeo vt Epicureorum more cuticulam curetis: sed volo temperantiæ esse deditos, & corpus non adfligere præter necessitatem.

CAPVT XIV.

In hoc decimo quarto capite tradit Apostolus doctrinam de vsu libertatis Christianæ in rebus adia-phoris In 12. exposuit præcepta moralia seu Ethica: in 13. tradidit politica: Nunc Ecclesiastica tradit præcepta, quomodo in Ecclesia imbecilles sint tractandi, & quomodo sit vtendum libertate Christiana in rebus Adia-phoris & cæremoniis. Nullus cætus esse potest absq; cæremoniis & exercitiis: Ac valde dissimiles sunt in Ecclesia ciues. Alii plenius fundamenta religionis intelligunt: Alii minus lucis habent: Alii robore fidei sunt præditi: Alii credunt quidem articulis fidei, sed in multis adhuc trepidant, & conscientia ipsorum facillime læditur: Horum ergo Paulus vult diligentem rationem haberi in Ecclesia: ne ipsorum conscientia perturbentur in tempestiuo vsu libertatis: aut disputationibus non necessariis: atq; ita ab Euangelio deterreantur.

Hæc autem admonitio nequaquam de hostibus Euangelii, aut de manifestis impiis vel sceleratis intelligenda est: sed de infirmis in Ecclesia, qui tanam doctrinam amplectuntur & accipiunt institutionem, sed magna adhuc imbecillitate laborant.

Totum autem caput, in hac admonitione consumit: Quia plurimum refert homines recte institui de vsu libertatis in cæremoniis: sæpe enim tristia excitantur dissidia in Ecclesia propter cæremoniarum vsum, & disputationibus sæpe infirmiorum conscientia grauer sauciantur. Cum ergo Apostolus tam piolice in hoc loco concionetur de vsu cæremoniarum & rerum indifferentium in Ecclesia, vt grauissima dicta Pauli diligentius expendantur, tota doctrina de Adia-phoris hic repetatur.

Cæremoniæ adia-phoræ seu indifferentes sunt ritus non mandati diuinitus, neq; etiam prohibiti: sed instituti ab hominibus, quos in Ecclesia vsurpamus decoris & boni ordinis gratia. Ad has nulla necessitate alligati sumus, quia diuinitus impostæ non sunt, & pro libertate Christiana iis vti vel eas omittere possumus: quia vero non tantum nostræ conscientia, sed etiam salutis proximi habenda est ratio, docet Paulus quomodo infirmorum conscientia sit parcendum. Ipsa enim dilectio proximi poscit à nobis, vt de iure nostro cedamus, quum libertatis in tempestiuo vsu

Summa capitis. Ordo Pauli.

De infirmis agit.

Adia-phora quid.

zelus.

Induere Christum.

Induimus Christum duplici modo.

11.

scandulum præbet proximo Paulus ad Corinthios inquit: se omnibus omnia factum esse, ut aliquos lucraretur, & cum liber esset, se omnibus factum esse seruum: 1. Cor. 9. v. 19. Hæc quidem præcepti de Adiaphoris summa est: sed quia impietas & hypocrisis varia que- runt effugia, & multa de Adiaphoris disputant, ut hoc colore manifestam excusent abnegationem veritati, vtiliter erit certas quasdam regulas, quæ ex hac Pauli concione sumi possunt in conspectu habere.

Regulæ de Adiaphoris.

V. Regula. **OMNES** ritus & cæremoniarum pugnantes cum expresso Dei verbo, necessario vitandæ & abolendæ sunt, siue ex ab Episcopis, siue à politico magistratu, siue à diabolo sint institutæ: iisque alacri & perspicua confessione est contradicendum. Mandatum enim Dei est, *Fugite idolatriam: 1. Cor. 10. v. 14.* Item: *Si quis aliud Euangelium docuerit, sit anathema Gal. 1. v. 8.* Item: *Non in præceptis patrum vestrorum: sed in præceptis meis ambulata. Ezech. 20. v. 18. Act. 5. v. 29.* Oportet Deo magis obedire, quam hominibus. Hæc plena maiestatis mandata nequaquam hominum statutis postponenda sunt. *Mattathias* Asmonæus pie & sancte facit, quod se opponit impio mādato Antiochi Epiphani: qui iubebat sacrificare Idolis: sancte fecit Daniel, quod edicto regis Darii non paruit, sed Dominum, Deum assidue inuocauit. *Marcellinus* vero grauissime peccauit obtemperans edicto Diocletiani & sacrificans Idolis gentium. Hæc sane ad disputationem de Adiaphoris non pertinebant: sed ex primo præcepto: *Non habebis deos alienos coram me, Exod. 20. v. 3.* erant æstimanda. Quia vero tanta est hominum impudentia, ut manifestam Idolatriam & collisionem cum hostibus Euangelii sæpe excusare conentur prætextu Adiaphororū, iuniores sunt monendi, ut res expresse in verbo Dei prohibita: ab Adiaphoris procul discernant. In regno potestatis pleræque cæremoniarum pugnant cum expresso Dei verbo: ut blasphemia oblatio corporis Christi in Missa pro viuus & mortuis: funebria sacrificia: inuocatio hominum mortuorum: cultus statuarum: mutilatio cœcæ Domini: prohibitio coniugii: circumgestatio panis Idolatrici: Vota monastica: peregrinatio ad loca sanctorum ad satisfaciendum pro peccatis & infinita alia. Hæc cum manifeste pugnent cum mandato Dei, taxanda, tollenda & penitus abroganda sunt.

II. Regula. **II** Regula secunda. Res vero indifferens, quæ nec voce Dei mandata, neque etiam prohibita est, in libero hominis arbitrio est posita, ut ea vel uti, vel non uti possit, sine Dei offensione. Exempli gratia, ut in administratione cœnæ Domini alba veste utamur, nec à Deo mandatum, nec prohibitum est: Est igitur Adiaphoron, quod Ecclesiæ vel vsutpare vel ommittere possunt sine læsione conscientiarum. Paulus exemplum ponit in cibo. Vesci carne, vel vesci oleribus Adiaphoron est: Regulam vero his verbis ponit: *Scio & certo statuo in Domino Iesu, quod nihil sit commune per sese. Rom. 14. v. 14.*

Non ergo sunt fingenda peccata, ubi nulla sunt: Quidquid vero à lege diuina non arguitur, non est peccatum: *Vbi non est Lex, ibi non est peccatum. Rom. 4. v. 15.* Iudæis quidem certa animalia immunda & lege erant prohibita: Hæc n. & similibus legibus Deus populum suum à cæteris gentibus distingui volebat. Quia vero per nouum testamentum, vetus abrogatū est, & leges Mosaicæ finem suum sunt consecutæ: nihil profus ad nos pertinent istæ prohibitiones. *Christus enim legis impletio, libertate nos donauit.* Vnde Paulus inquit. *Nemo vos iudicet in cibo aut potu viscosissitudinibus dierum festorum Colos. 2. v. 16.* Et hoc loco Rom. 14. v. 17. *Regnum Dei non est esca & potus: sed iustitia, & pax & gaudium in Spiritu sancto. 1. Cor. 10. v. 25.* Omnia qua in macello veniunt, edite, nihil disceptantes propter conscientiam: Domini enim est terra & omnis plenitudo eius: Ergo licet nobis omnibus rebus patris vestri cum gratiarum actione vsi. Item: 1. Ti-

moth. 4. v. 2. *mandatum abstinere à cibis quos Deus creauit, ut in fruere cum gratiarum actione fideles, & qui cognoscunt veritatem: quod omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum est, quod cum gratiarum actione accipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & precationem. Itē: mundis omnia sunt munda. Tit. 1. v. 15.*

Ut ergo vsus rerum à Deo creatarum liber est Christianis, ut in timore Dei, & cum gratiarum actione eas vsurpent: Ita etiam licitum est ipsis ab vsu quarundam rerum abstinere, exercitii & temperantiæ causa, ut ab esu carnis, ab vsu vini modo nulla accedat superstitio: sed tantum vel exercitii vel ordinis causa: ut Epiphane recte loquitur. *Ενεκεν εὐαγγελίας ἢ πολιτείας* contra Encratitas. Licet pastori vti alba veste, dum ad ministrat cœnam: Potest etiam eam deponere: licet Ecclesiæ diem Dominicum sacris concionibus destinare: licet pastori certas constituere horas, alias concionibus habendis, alias Psalmis canendis: licet Ecclesiæ dies quosdam festos institueret: licet ei eisdem diebus festos propter certas causas mutare, & in aliud tempus transire.

Peccarunt contra hanc regulam plurimæ scetz, ut *Manichæi* & *Marcionitæ*, quæ prohibuerunt esu carniū: Et *Tatianus*, qui prohibuit matrimonium. Furenter etiam opponit se huic doctrinæ Pontifex Romanus, in eo quod discrimen facit ciborum, & certis temporibus interdicit esum carniū: Adstringit Ecclesiam ad certa tempora ieiuniorum: Prohibet sacerdotibus coniugium: Et tantum ex dispensatione pontificis vult nobis licere vsum certorum ciborum.

Rectius iudicauit *Augustinus*, qui asserit liberum esse vsum cæremoniarum: estque memoria digna sententia ipsius: *Epistola 118. Totum hoc genus liberum habet obseruationes: Nec discit lima vlla est in his melior graui prudentiæ, Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere videris Ecclesiam ad quamcumque, forte deuenierit. Quod enim non contra fidem, nec contra bonos mores iniungitur indifferenter est habendum, & pro eorum inra quos viuunt societate seruandum.* Addit deinde *Ambrosii* auctoritatem, qui dixit: *Cum Romam venio, tertio Sabbatho. Cum Mediolani sum, non ieiuno Sabbatho.* Sic & *Epiphanius* contra Audianum intempestiue contendentem de die paschatos celebrando, citat Apostolicum præceptum. *μη ψιφεητε ἀλλὰ ποιειτε, ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς μὲν αὐτῶν ἔμα ποιειτε.* Et deinde addit *ἐν τεπλανηθῶσι κηδύμεν μελέτω.* Apostoli inquit sic præcipiunt de die paschasos: Non facite vos decreta, sed quando videritis fratres vestros, qui ex circumcisione conuersi sunt ad fidem, celebrare pascha, celebrare cum ipsis. Nec vobis sit curæ etiam si illi errent in supputatione dierum. *ἵνα ὁμονοίαν* propter concordiam inquirunt.

Voluerunt ergo Apostoli liberam esse illas obseruationes dierum festorum, & imprimis concordie & dilectionis fraternæ semper rationem haberi. **III. Regula tertia.** Quando cæremoniis seu ritibus per se Adiaphoris, ut est abstinentia ab esu carniū, adfiunguntur manifesti errores pugnantes cum verbo Dei, non sunt amplius res indifferentes, sed prohibite: ideoque tollendæ & extirpandæ ex Ecclesia. Superstitio enim pugnat cum primo præcepto, & opinio falsa nō est quiddam Adiaphorum, sed peccatum prohibitum in 3 & 8. præceptis. Paulus cū sciret, se à Mosaicis cæremoniis liberatum esse, tanque ἀδιαφοροῦ iudicat circumcisionem, & *Timotheum*, ne Iudæi ab eo abhorerent, circumcidit. Titum vero ut libertatem suam demonstraret, non circumcidit: Cum vero pseudoapostoli vrgerent circumcisionem ut necessariam ad salutem, & quæ esset iustitia coram Deo, profus vetat ne Galatæ circumcidantur. *Si, inquit, circumcidimini Christus nihil vobis proderit Gal. 5. v. 2. & 1. Timoth. 4. v. 1.* Nominat de *ἑθνεῖσι* *Demoniorum*: eo quod opinio cultus & necessitatis adfiungebatur cæremoniis Adiaphoris. Omnia n. beneficia Mediatoris obscurantur, cum

Epiphane.

Manichæi, Tatianus, Pontifex Rom.

August.

Ambros.

Epiphane.

III. Regula. Error cum adiaphoris affingitur tollenda sunt.

eam fingitur externos ritus esse iustitiam coram Deo. Ac quia Satan magno studio hoc agit, ut externis ceremoniis dementet mentes, & ita eas abducatur a sanguine Iesu Christi: diligenter observandi sunt errores, qui solent ab Hypocritis adfingi ceremoniis Adia-phoris: Nunc aliquot indicabimus.

paupertatis satisfacit pro peccatis: Ergo Christus gratis est mortuus: Gal. 2. v. 21. At tota scriptura clamat: In solo Iesu Christo nobis contingere salutem: Sanguis Iesu Christi mundat nos ab omni peccato. 1. Ioan. 1. v. 7. Nec stolidum paupertatis votum est impletio legis: multo minus perfectio sublimior legis obseruatione. Lex enim est spiritualis: Nos autem sumus carnales. Rom. 7. v. 16. Et quænam est ista impudentia & blasphemia? fingere quod opus humana audacia institutum, sit quiddam sanctius & perfectius, quam quod Deus in lege sua mandauit. Rectius igitur tales ἐθελοθρησκείαι, doctrinæ demoniorum, quam perfectiones nominantur.

I. Adia-phori-
starum er-
rores.
Ritibus af-
fingunt
meritum.
Pharisæi.
Encratitæ.

Primus error est, quod contendunt Hypocritæ exter-
nas ceremonias institutas ab hominibus mereri
coram Deo remissionem culpæ & pænæ, esse satisfac-
tiones pro peccatis, iustitiam coram Deo, propter
quam homo placeat ad vitam æternam: sic errabant
Pharisæi, vrgentes patrum traditiones: sic errabant
Encratitæ, qui hac opinione abstinebant ab usu vini,
ab esu carniū, à matrimonio, quod existimarent se
hac abstinence coram Deo iustos esse. Sic pontificia
cohors defendit hunc & sædum errorem, quod Ieiun-
ia centorum dierum sint satisfactio pro peccatis, &
mereatur vitam æternam: Quod Missæ sacrificium
mereatur facienti & aliis remissionem peccatorum
& vitam æternam. Sic fingunt lustrali aqua purgari
peccata. Hæc blasphema opinio totum Euangelium
Iesu Christi delet, & sepelit omnia Christi beneficia:
Non ergo ritus illi sunt adia-phori, sed ve blasphemiæ
refutandæ.

Gratia, inquit Paulus, saluati estis per fidem, id est, non
ex vobis, donum Dei est, ne quis gloriatur. Eph. 2. v. 8.
Item: Non ex operibus iustitia qua nos fecimus: sed se-
cundum misericordiam suam saluauit nos. &c. Tit. 2. v.
4. Item: Non operanti, erodenti autem in eum qui iusti-
ficat impiū, imputatur fide sua ad iustitiam: Rom. 4.
vers. 5. Falsa igitur est vox Epiphani, cum inquit:
ἵνα αἱ ὑψηλαὶ πέτραι τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν ἡμῖν εὐλο-
γῶσι θεὸν πάντοτε. Hoc est, ut ieiunia pro nostris pec-
catis Deo grata fiant, & nobis imputentur. Falsa et-
iam & impia est vox Soti, qui dicit, Ieiunium esse o-
pus, quo satisfaciamus pro peccatis, & mereamur vi-
tam æternam.

Epiphani.
Sotus.

Nullum enim opus est, nullius hominis in mun-
do: quo expiari possit peccatum coram Deo: & quod
mereatur vitam æternam: nisi passio & obedientia
Domini nostri Iesu Christi: Iesa. 53. v. 5. *Linore ipsius sa-
nati sumus.* Item: Rom. 4. v. 25. *Traditus est propter
peccata nostra & resurrexit propter iustitiam nostram.*

II. Ritibus fin-
gunt esse
cultū Dei.

11. Secundus error, qui adfingitur ceremoniis, est,
quod hypocritæ adferunt, ritus ab hominibus insti-
tutos, esse cultus immediate per se placentes Deo. Hæc
quoque opinio refellenda est: Nullus enim est cultus
Deo placens, nisi, qui expresso Dei verbo est manda-
tus, & Paulus damnat ἐθελοθρησκείαι. Hic etiam er-
ror tollit discrimen inter externas ceremonias, & in-
ternam iustitiam Spiritus. Paulus hoc loco dicit: *Re-
gnū Dei nō est cibus aut potus sed iustitia & pax, & gau-
dium in Spiritu sancto.* Hic monet Paulus, longe aliam
rem esse iustitiam & lætitiā Spiritus in corde: quam
externas illas ymbrias in abstinence cibi & potus.

III. Rituum ob-
serua-
tionem ef-
se necessa-
riam.
Ambros.
Cyprian.

111. Tertius error est, quod fingunt, obseruationem
humanorum rituum profus esse necessarium, & vio-
lationem traditionum esse peccatum mortale. Hallu-
cinatur Ambrosius cum de Ieiunio quadragesimæ ait:
Cætera ieiunia voluntaria sunt: hoc necessitatis est.
Sic & Cyprianus errat, cum pœnas canonicas vrget
tanquam necessarias, & addit, inutilem esse absolu-
tionem sine illis.

III. Ritibus esse
iustitiam
perfecto-
rem.
Sotus.

1111. Quartus error est, quod monachi contendunt,
externas illas ceremonias humana authoritate insti-
tutas vt monasticen, esse perfectionem, & iustitiam
sublimiorem, quam sit legis diuinæ obseruatio: quæ
admodum imprudenter scribit Sotus: Nihil merito
Christi detrahit, sed consentit veritati, qui hanc vo-
luntariam paupertatem, & votum eius, & satisfactio-
nem esse dicit peccatorum, & meritum vitæ æternæ,
& consequendæ perfectionis non minimum instru-
mentum.

Quid nam est blasphemia, si hæc non est? Si votum

v. Quinto hypocritæ fingunt ad vnitatem Ecclesie
necessariū esse, vt in omnibus Ecclesiis similes sint ex-
terni ritus humani: Qui error vt obscurat doctrinam
de vnitatem fidei & Spiritus: quæ non consistit in con-
formitate rituum: sed in ἀναλογία fidei & consensu
doctrinæ de beneficiis mediatoris, atq; in vinculo di-
lectionis: Ita in Ecclesia tyrannidem statuit, & atro-
cia mouet dissidia: Victor Episcopus Rom, vt homo
Romanus τὴν ἐθνικότητα, cum vigeret, vt omnes
Ecclesie diem paschatos celebrarent more Romanor-
um, Asiaticas Ecclesias excommunicare conatus est, eo
quod celebrarent diem paschatos more Iudaico. Ve-
rum Irenæus quanquam probaret sententiam Victo-
ris de die paschatos: tamen retrahit eum à consilio
excommunicationis: & ostendit propter rituum di-
uersitatem, vnitatem Ecclesie non esse dilacerandam.
Et memorabilis est vox Irenæi in Epistola ipsius apud
Eusebium: ἡ διαφωνία τῆς νεκείας, τῶν ὁμολογητῶν
πίστεως συνίστησι: Discrepantia ieiuniorum concordiam
fidei comprobat. Hinc enim elucet, nō in ieiunio, sed in
Domino Iesu Christo omnem collocari fiduciam.

V. Ritibus ve
sint cōfor-
mes neces-
sarium do-
cent.
Victor E-
piscopus Rom.

VI. Sextus error est stulta κακοζήλεια, Mosaicorum
rituum & ceremoniarum: vt est dispersio aquæ lu-
stralis, Leuitarum ordinatio, vestes sacerdotales, cōse-
cratio sacerdotum, thymiamata, luminaria, annus
Iubilæus & similia: Quæ stulta imitatio deleuit di-
scrimen veteris & noui testamenti: obscurauit regnū
& beneficia mediatoris, quod non consistit in ymbriis
externorum rituum, sed in fide, remissione peccato-
rum, pace conscientie, donatione Spiritus sancti: Ob-
scurauit etiam hic error doctrinam de libertate Chri-
stiana.

VI. Error Stul-
te imitan-
tur Mosai-
ca.

VII. Septimus error quod fingunt pontificii, Epi-
scopos habere potestatem condendi in Ecclesia no-
uas leges & instituendi ritus, qui obligent consci-
entias sub pœna æternæ damnationis: Est & hic error
exterminandus ex Ecclesia, siquidem totum ministri-
um corrumpit, & tyrannidem inducit. Discrimen
est inter ministrum Euangelii, & prætorem ciuilem:
hic armatus est iure condendi leges honestas ad con-
seruationem pacis vtilis: illi profus adempta est o-
mnis potestas condendi leges, quæ obligent consci-
entias in Ecclesia.

VII. Error ritus
obligare
conscien-
tias.

Deus enim certum verbum suum patefecit: idque
tradidit pastoribus & Episcopis, vt sonent in mundo,
addito præcepto: *ad verbum meum nihil addetis, neq;
de eo quidquam detrahetis:* Deut. 12. v. 32. Non ergo
licet Episcopis instituere ritus & ceremonias, qui-
bus adstringant conscientias sub pœna æterna.

Hi ergo errores, cum adiuuantur ritibus vel cære-
moniis natura sua Adia-phoris, non sunt amplius
ἀδιαφοεῖα propter hoc accidens, sed res profus vitæ:
quæ verbo refutandæ & abrogandæ sunt: Ac in pri-
mis ostendenda est libertas Christiana, vt veritas E-
uangelii adferatur & errores refellantur.

Quarta Regula de ἀδιαφοεῖαι. Etiam si cæremoni-
is & ritibus, nullus istorum errorum adfingeretur:
tamen si introducantur & imponantur ab idolatris &
manifestis hostibus Ecclesie, qui mordicus defen-
dunt idola & blasphemias & hac specie quendam

III. Regula:
Adia-pho-
ra cum ho-

Quibus mandantur non sunt recipienda.

Interim.

Exod. 10. v. 26.

Cur hostibus Ecclesiae in adiphoris non cedendum.

1. Ecclesia vera à falsa segreganda.

conconciliationem & conformitatem Ecclesiae falsae & verae quaerunt: atq; etiam inclinationem quandam verae Ecclesiae ad falsam: nequaquam licet eas recipere, praesertim tempore persecutionis, quando lucere debet Confessio.

Ut cum tempore Interim ab Ecclesiis Augustinae Confessionis, in quibus ceciderat usus lineae vestis, peti- tum fuit, ut albam vestem communem cum pontificis recipere: & quosdam Papisticos ritus restituere pacis, & conformitatis causa: Et si usus al- bae vestis, sua natura res est indifferens: tamen quia ab idolatris & hostibus Ecclesiae urgebatur: & quidem tempore persecutionis, quo lucere debet confessio: & quaerebatur conciliatio cum Ecclesia Antichristi & tacita adprobatio Papisticorum rituum: qui pleni sunt, erroribus, nequaquam hoc licebat: sed potius er- rat dicendum cum Mose, ne unquam quidem hoc ra- linguemus. Ne quidem filium a pontificis Idolatris & patricidis accipimus: Est enim species collusionis, vel in minimo ritu conformari hostibus Ecclesiae, & quidem hostibus id petentibus & urgentibus, eo ipso tempore, quo salutem in pios exercent, & oppres- sionem Evangelii moluntur.

Fundamentum huius regulae sumitur ex dicto Pauli. 2. Cor. 6. v. 14. Ne ducatis iugum cum infidelibus: Quae enim participatio iustitiae & iniustitiae? quae communi- catio luci cum tenebris? quae concordia Christi & Be- lial? quam partem habet fidelis, cum infideli? quam obre- axito de medio ipsorum & separamini, dicit Dominus. Quod si vel Romanus Antichristus & pontifici, vel Turca, vel alii Idolatrae palam abicerent, suos errores & Idola, amplecterentur doctrinam Evangelii, acta poenitentia, adiungerent sese verae Iesu Christi Eccle- siae: tum quidem & ipsorum ritus indifferentes ad tem- pus tollerari possent: & nobis liceret accommodare nos imbecillioribus, & quandam indifferentium rituum conformitatem accipere, ne eis scandalum pre- beremus. Sed quamdiu mordicus retinent idola, per- tenaciter defendunt errores, furenter blasphemant E- uangelion, crudeliter persequuntur Ecclesiam, ne- quaquam in gratiam ipsorum vlla caeremonia est sus- ceptenda: sed quam clarissime ostendendum, quod nihil commune cum Ecclesia Christi habeant, quod- que eos pro hostibus veritatis declaremus. Si enim vel minima suscipiatur conformitas, in religione cum hostibus, & quidem tempore persecutionis, omittitur confessio, quae tum maxime lucere debeat: confir- mantur Idolatrae in suo errore & furore: Imbecilliores scandalizantur, ut dubitare incipiant, quae nam pars sit vera Ecclesia: Et nulla ratione satis potest describi, quantum mali adferat, vel exigua species collusionis cum hostibus Evangelii, praesertim tempore persecu- tionis. Ne igitur praetextu concordiae, vitandae vasti- tatis causa nobis ab hostibus imponi patiamur, nec nimis faciles nos praebeamus hostibus Filii Dei, hae gravissimae rationes sint piis in conspectu.

1. Prima: Vult Deus conspici discrimen verae & falsae Ecclesiae & vox divina seuerè mandat, ut pii & viua Ecclesiae membra sese à manifestis Ecclesiae hostibus externa professione separent, quemadmodum tota scriptura passim inculcat. 2. Cor. 6. v. 14. Ne simul du- catis iugum cum infidelibus: Quae enim est participatio iustitiae & iniustitiae? Quae communicatio luci cum tene- bris? Quae concordia Christi & Belial? Exite igitur de medio illorum. 2. Thess. 3. v. 6. Subtrahite vos ab omni fratre, qui inordinate ambulat. Item: Si quis non obtem- perat nostro sermone, hunc per Epistolam notate, & non habete conuersationem cum ipso, ut confundatur. v. 14. 2. Ioan. v. 10. Si quis hanc doctrinam non adfert, ne dixe- ritis ei Aue: Qui enim dixerit ei aue: communicat operi- bus eius malignis: Et Psal. 26. v. 4. 5. Non sedis cum viris vanis: & cum dolosis non conuersabor: Odi Ecclesiam malignantium & cum impiis non sedebo, Psal. 139. v. 21. Nonne qui odiauit te Domine odiauit, & insurgentis

contra te abominabor: pe- scito vobis oneram illos: Psal. 84. v. 11. Elegi abiectus esse in domo Domini magis quam habitare in tabernaculis impiorum: Haec per ipicua di- uinae maiestatis oracula liquido docent, non licere piis fouere societatem, & coniunctionem in religio- ne: cum impiis hominibus, Idolatris, blasphemis, & persecutoribus: neq; illos ritus in Ecclesia ab illis sus- ceptos esse concordiae & pacis causa: sed potius o- stendendum, quod eos ut hostes filii Dei ex animo detestemur, & quod cum Ecclesia Iesu Christi nihil commune habeant.

Secunda, omnibus temporibus confessio nominis Iesu Christi est necessaria, & perpetuo lucere debet in mundo: sed tam in primis, quando hostes veritatis Ecclesiam oppugnant, & totis viribus hoc agunt, ve extinguant veritatem: Notum est mandatum filii Dei: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confite- bor eum coram patre meo caelesti: Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo caelesti: Matth. 20. v. 32. Item: credidi propter quod locutus sum. Psal. 116. v. 1. Item: Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem Rom. 10. v. 10. Item: Psal. 119. v. 46. Loquar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundar. Haec dicta omnibus temporibus, sed in primis tempore persecutionis, & imminente periculo, clara & lucida requirunt ab omnibus piis Confessionem.

At confessio ista, quae recte in doctrina Ecclesiae institu- ti accipiunt caeremonias ab idolatris & persecutoribus, est species abnegationis Christi. Supprimuntur enim elua confessio: obicitur reuelatio Antichristi: omittitur nec ista taxatio & refutatio Idolatorum & blasphemiarum: velantur conformitate rituum cum Ecclesiae errores, superstitiones, & abusus falsa Eccle- siae. Impii confirmantur in ei. ore: Imbecilles turbantur, persecutores armantur crudelitate in cor- stantes confessoribus: Proicitur libertas in quam nos Filius Dei iudicauit, & tantum in o. vniuersi. Evangelii do- ctina in dubitationem adducitur. Itaq; ne ad horam quidem cedendum est impiis: sed ab his flagrandum ut prius abiciant idola & blasphemias: taxandi sunt errores ipsorum, & urgendum, ut se addegerent Eccle- siae consensu doctrinae: cum deinde delib. ratio de cõ- formitate rituum institui posset. Quod si ab ipsis in- terpetari non potest, anathema illis est dicendum: & quo magis sauiunt hostes persequendo, hoc fortiore ani- mo pii illis resistere debent cõfitemdo: & quo grauius imminet periculum propter veritatem, hoc liquidius & expressius edenda est veritatis confessio, in testimo- nium ipsis, & ut fides nostra conspiciatur.

Daniel cum sciret mandatum regis plenum esse impietatis, de industria patefacit fenestras, ut ostendat se non omittere inuocationem nominis diuini propter regis n. andatum & minas. Eleazar ne simu- lare quide vult, se carne nulla contra legem vesci, quia sciebat flagitare se cõflic. ne liberã. A deo om. nis etiam species abnegationis vitanda est homini Chri- stiano. Certe Pontifici nullam aliam ob causam flagi- tant conformitatem externorum rituum, nisi, ut ad- probemus illorum Ecclesiam, religionem, cultus, & tacita quadam cense sione testemur, nos sine causã ab ipsis discessisse, & papisticos ritus temere mutasse. Haec ergo cum quarant, non solum ad sentiendum, il- lis non est: & adco vel linea vestis recipienda non est: ut tum potissimum linea vestis sit abicienda, etiam si haec tenus in vtu fuerit, ut res indifferens: ut perspicie- testemur nos societatem cum Idolatris inire non vel- le: sed ipsorum religionem sane detestari.

Tertia cum verae Ecclesiae ciues accipiunt caeremo- nias impositas ab hostibus Ecclesiae & ministris Antichristi, innumera ponunt scandala: Haec enim cessione, & cum Antichristo collusionione contristant in piis Spiritum sanctum: Infirmiores conticiunt in du- bitationem de religione, obicitur necessarium discrimen inter veram & falsam Ecclesiam: Confirmat ho- stes in idolatria, & erroribus, Attract persequutores oc- catione

17. Confessio edenda est.

111.

causione crudeliter vexandi constantes Dei ministros: extinguunt in piis Zelum confitendi veritatem: exemplo suo totam posteritatem docet colludere cum Antichristo. Ecclesie obiciunt pomum vidos, & horrida scismata & distractiones excitant: Projecta libertate, in quam Filius Dei nos vindicavit, tradunt se in scedam servitutem impiorum hominum: Rudioribus errandi occasionem præbent, ut existiment, cæren & nias esse necessarias, & singularem esse cultum Dei. Et alia infinita mala, partim coniuncta sunt, partim sequuntur hanc collusionem cum Antichristo, qua cæremonia ab ipso imposta suscipiuntur. Deterrere igitur pios à tali cæsiione debet vox Christi redemptoris nostri, qui inquit: *neceffe est venire scandala, sed va homini per quem veniunt: si quis unum ex minimis his scædalis auerit, melius illi esset, si lapis molaris de collo ipsius penderet & in presuntum maris abiceretur?* Matth. 18. v. 6.

diationis ignorant. Cum ergo pii accipiunt cæremonia à pontificis obitulas, quid aliud faciunt, quam quod confirmant eos in errore n' multiplici? Supra autem demonstratum est, cum cæremonia ad fingitur opinio vel necessitatis vel cultus, vel meriti, prorsus eas abrogandas esse; & pugnat, cum verbo Dei. Pii igitur potius hortari debent Pontificios, ut ipsi omnes abiogent cæremonia, quam vllas etiam ab illis suscipere.

Septima ratio. Aduersus impios & Hypocritas vtile est usurpare exempla libertatis, quem admodum Paulus ad Gal. inquit. Cap. 2 v. 3. 4. 5. *Sed neq; Titus socius est circumcidi, propter invidiantes falsos fratres, qui ingressi erant, ut nostram spectarent libertatem, quã habemus in Christo Iesu, quibus ne ad horam quidem cessimus.* Legitimus enim libertatis vius illustrat & confirmat promissionem Euangelii de gratuita iustificatione propter mediatorum Dominum nostrum Iesum Christum.

Octava ratio. Leuitas indigna est Ecclesia, restituere cæremonia, quæ pio & graui consilio sunt abrogata. *Qui enim, quæ destruxit reâ desinat, seipsum vanitatis & erroris redarguit.* Gal. 2. v. 18. Graue autem peccatum est, dicere bonum malum: Cum etiam omnes non necessaræ mutationes in Ecclesia sint periculosa & turbant multorum mentes, nequaquam restitutione cæremoniarum abrogatarum negotium prebendum est Ecclesie.

Nec sane ignotum est, quod Pontifici hæc conciliatione, & similitudine rituum quarunt: nimirum ut Ecclesia ipsi cedat, & lanua patefacta per cæremonia, paulatim in doctrina quoq; fiat cæsiio. Et huc tandem tendunt, ut abiecta doctrina nouæ confessione, ad societatem pontificia Ecclesia redeamus. Quod cum sine extrema Dei contumelia, & certissimo detrimento nostræ salutis fieri non possit, respuenda sunt omnes cæremonia à Pontificis obitata: texandi sunt constanter illorum errores & abusus: alacriter edenda confessio veritatis: persecutionum vera pericula Deo commendanda. Nunc ad supra inuitatas commonesactiones de rebus Adia phoris redeo.

Quinta Regula. Si quis religionis nostræ fundamentum & caput probe teneat, intelligat discrimen legis & Euangelii: sciat, quæ sint beneficia mediatoris, quomodo homo accipiat coram Deo remissionem peccatorum, & consequatur salutem, non delendat errores pugnantes cum articulis fidei: sed patiat se institui ex verbo Dei: Hæreat autem in obseruatione festorum, aut rituum obseruatione: hic propter hanc infirmitatem & infirmitatem condemnandus non est, sed pro vero eiu Ecclesie suscipiendus & erudiendus.

Hanc regulam ipse Paulus tradit Rom. 14. v. 1. *Infirmum in fide adsumite, non ad quæstiones disputationum, id est: Non arête infirmos à communione Ecclesie, nec turbate eum labyrinthis disputationum: sed docete eum ex verbo, & eius infirmitatem, eum omni mansuetudine tolerate.* Ambrosius superstitiosius obseruat ieiunium quadragesimæ: & putat esse necessitatis, nœuus est: sed non propterea damandus. In omnibus enim piis magna est imbecillitas. In omnibus nobis multum hæret caliginis, & infirmitas. *Transformamur autem à claritate in claritatem,* 2. Cor. 3. v. 18. id est, paulatim maior lux per Spiritum sanctum in nobis accenditur, & fides confirmatur. Petrus tantus Apostolus cum iam accepisset Spiritum sanctum, tamen dubitabat, num sibi liceret veli animalibus omnis generis: & consuetudinem habere cum gentibus. Errabat sane in hoc Petrus & castigatur ab Apostolo Paulo, Gal. 1. Etsi autem magna erat infirmitas Apostoli Petri tamen non eicitur ex Ecclesia, sed suscipitur, & docetur: & ille accipit institutionem à Paulo. Sic erga omnes infirmos in Ecclesia adfecti esse debemus, ut cum omni mansuetudine & moderatione eos suscipiamus, tolleremus, erudiamus.

VII. Pauli exemplum sequendum.

VIII. Leuitatis est inditio.

V. Regula. Infirmi non sunt dammandi.

Ambros.

VIII. Hypocritis fugienda.

V. Confusio vitanda.

VI. Error detestandus.

Quarta ratio. Octauum præceptum expresse damnat omnem hypocritism: ut scedam speciem mendacii. *Non dices falsum testimonium.* Exod. 20. v. 16. At quid potest aliud esse talis rituum, qui à manifestis hostibus & quidem tempore persecutionis obitaduntur, receptio, quam mera hypocritis & simulatio?

Qui enim recipiunt cæremonia & parent Epistolis Antichristi, præ se ferunt quandam conciliationem & concordiam cum falsa Ecclesia, & simulant tantum de externis quibusdam ritibus esse certamen, quod contormitate cæremoniarum tolli possit: Cû omnes pu longe aliter instituti sint, & in corde sentiant. Si enim non abiciunt doctrinam Euangelii, aliud in corde itatuete non possunt, quam Romanum Antichristum cum suis Episcopis & monachis esse blasphemias Idolatras, manifestos veritatis hostes anathemata, quibus nihil commune est, cum vera Christi Ecclesia. Ac si vlla lucet in corde vera dilectio Dei & Zelus veritatis, non tantum ita sentire necesse est, sed etiam ex animo odisse oportet, nefarios & sacrilegos illos veritatis oppugnatore, qui in delinente Deum extrema adficiunt contumelia.

Qui ergo hoc modo adfectus est, qua conscientia poterit simulare eum n' pontificis externam concordiam? Optimo iure v' candidus dicit, *ἐξ ἑσθ' ὁ μοι κείνος ὁ μὲν αἰ δαο πύλην ὅς γ' ἐτέερον αὐδὲν ἡγορεῖτο, ἀλλ' ὁ δὲ εἶπεν.*

Quinta ratio. Paulus inquit: *Omnia in Ecclesia fiant ordine & decenter.* 1. Cor. 14. v. 40. At sceda admodum est confusio cum pii & à Spiritu sancto illuminari, qui sunt electa Dei Ecclesia & sponsa Christi, cui Christus clauis regni cælorum tradit, patiuntur sibi leges cæremoniarum, prescribi, ab impiis & Idolatris, qui sunt roancia Satanae, & quorum mentes sunt excæcata. Quæ ergo infania est quod cæcus conatur ducere videntem? quod captiuus victori tentat præscribere leges? Quin potius omnes Idolatrae audiant Ecclesiam docentem: parent præcipienti: sequantur ducentem.

Sexta ratio. Nemini pio dubium esse potest, quin pontificii, præcipuum religionis nostræ fundamentum evertant & ignorent: videlicet, quod gratis misericordia Dei propter redemptionem, quæ in Iesu Christo Domino nostro facta est per solum fidem absque operibus & dignitate iustificemur coram Deo, & vitam æternam adipiscamur. Extincto autem hoc lumine fieri aliter non potest, quam ut homines in suis operibus, cæremonia, ritibus, quærant iustitiam & salutem: Huc enim & ratio destituta luce diuina inclinatur, & conscientia metuens Dei iudicium, circumquaq; querit, quod ira diuina opponat: Et quia ratio magnificat cæremonia & exercitia, mœx ad fingit esse iustitiam coram Deo, cultum singularem & meritum vitæ æternæ.

Hæc opinio sponte surgit in omnium Papistarum cordibus quidquid tandem ore profitentur, quam diu promissionem Euangelii de gratuitis beneficiis me-

VI.
Regula.
Libertas
constanter
adicienda.

Sexta regula. Omni studio custodienda & vindicanda est libertas, in quam nos Filius Dei collocavit, nec rursus subiicienda sunt colla iugo seruitutis: simul autem cauendum est, ne temerario & intempetuo usu libertatis infirmorum conscientias vulneremus aut lædamus.

Nam & salutis proximi est habenda ratio, & de iure nostro potius cedere debemus, quantum bona conscientia fieri potest, quam ut proximo ponamus scandalum.

Quoties igitur animaduertimus aliquos esse imbecilles & tamen dociles, qui doctrinam de libertate Christiana nondum adsecuti sunt, & in ea sunt opinione, ut existiment rituum externorum observationem sine peccato omitti non posse, ut Iudæi ad Christum conuersi existimabant, circumcisionem non posse sine grandi peccato omitti: gentiles conuersi metuebant se pollui in conscientia, si uelcerentur idolothytis extra scandalum: Item Iudæi putabant solennitatum observationem esse necessariam: Sic ex papatu conuersi ad Christum sæpe dubitant, an esus carnis sexto die sit liber Christiano: omnino parcendum est horum infirmorum conscientis, & cedendum potius de nostra libertate in rebus Adiphoris, ne infirmos turbemus, nec ab Euangelio detracamus: sed potius Christo lucremur. In hanc sententiam Paulus inquit hoc loco v. 13. *Ne ponas fratri offendiculum aut scandalum. Ne perdas eum tuo esu, pro quo mortuus est Christus.* Item: *Bonum est non edere carnes, nec bibere vinum, nec omne in quo frater offenditur & infirmatur.* Item: 1. Cor. 6. v. 12. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: Omnia mihi licent: scilicet Adiphora, non prohibita voce diuina: sed non omnia edificant.* Item: 1. Cor. 8. *Si quis uero dixerit, hoc idolothytis est, ne edatis propter eum, qui indicauit, & eius conscientiam.* Atq; hoc consilio Paulus iussit Timotheum circumcidi, ne Iudæi ab eius consuetudine abhorrent.

Magna autem prudentia opus est in hac concessione, & accommodatione ad captum infirmorum: videndum est, num fratres sint quorum imbecillitati parcimus: An uero hypocritæ & insidiatores, qui usu libertatis refutandi sunt. Præterea si diuersa sint hominum genera, & utriusq; sit periculum, ne vel usu libertatis offendamus infirmos, vel omissa libertate in errorem ducamus alios: prudenter circumspiciendum est, quorum sit potissima habenda ratio, & qua re ueritas conseruetur, & infirmorum conscientis rectissime consulatur. Petrus dum cauere studet, ne Iudæos offendat conuersatione cum gentibus: subducendo se peccat in alteram partem, & grauius lædit gentium conscientias, dum gentes cogit iudaizare. Ideoq; à Paulo grauius reprehenditur: Nam in hoc causa potius gentium quam Iudæorum infirmitati erat consulendum Illæ enim confirmandæ erant, quod essent insertæ Ecclesie Christi: Horum arrogancia, qua gentes respuebant, & ab eorum consortio abhorrebant, taxanda & reprimenda erat.

Præterea etiam si debuisset Petrus alias se accommodare imbecillitati Iudæorum, tamen nullo modo gentes debuit ad rituum Mosaicorum observationem cogere: In hoc igitur libertatis usu lapsus fuit Petrus: Unde liquet magna prudentia & circumspicione opus esse. Nec uero perpetuo indulgendum est infirmitati hominum: sed ad tempus. Et postquam satis sunt instituti etiã de usu libertatis Christianæ, Exemplis doctrina comprobanda est. Et decet imbecillos crescere in agnitione ueritatis, non morose retinere falsas opiniones, sed accipere institutionem ex uerbo. Ac semper imbecilles, qui sunt dociles & sanabiles, quærunt, sitiunt ueritatem, & doceri se patiuntur, à præfractis & obstinatis discernendi sunt.

VII.
Regula.

Septima regula. Ut usus libertatis intempetiuus, & rituum mutatio nimis præceptis multos infirmos nondum institutos grauius offendit: Ita noua & inu-

litata exercitiorum exempla & nimia uitæ asperitas, sine Dei mandato, sæpe imbecillioribus sunt offendiculo. Noua ratio uitæ in Eremitis & monachis, ut in Antonio, Paulo, Ioanne Ægypto, Hilarione & similibus multos in errorem induxit, qui existimarunt singularem sanctitatem esse hoc nouum uitæ genus, & imitari conati sunt, etiam si nec doctrina illa, qua Antonius & Paulus præditi fuerunt, nec animi & corporis rubor tantum haberent, quantum illi: Itaq; ut imbecillioribus parcamus etiam in Adiphoris, prudenter cauere debemus, ne sine expresso mandato Dei nouum genus exercitiorum instituiamus, quo imbecilles turbentur, & à communi exercitio pietatis auocentur.

Paulus inquit, 1. Timoth. 4. v. 8. *Corporalis exercitii exigua est utilitas sed pietas ad omnia est utilis.* Manifestum est, Pauli eremitæ, Hieronymi, Augustini, Bernhaldi & aliorum exempla uitæ monasticæ plurimum nocuisse toti posteritati. Doctrinam eam de beneficiis mediatoris obscurarunt: & ab exercitiis pœnitentiæ & hdei, ad externas cæremonias, & ritus populi animos auocarunt: & multis superstitionibus occasionem dederunt. Nisi igitur peculiarem habuerimus, cum uocationem tum mandatum Dei, aut nostri auditores bene instructi fuerint de fide, de cæremonis hominis, de usu libertatis Christianæ non facile instituta est noua cæremonia, vel nouum uitæ genus. Christus inquit, *nemo ad se uenit nisi uerum lacera uerbi, alioquin fit maior ruptura.* Ratio humana & tota carnis prudentia est lacera uellis: quæ sine detrimento non sustinet dura exercitia, quæ nisi à Spiritu & renato homine fiant, sciunt magis superstitione mentem, quam componunt: Nec veteres uitæ carnis ferunt nouum uinum externorum exercitiorum. Consulendum est igitur infirmorum conscientis, & semper videndum, quid ædificet Ecclesiam. Et omnino moderatio adhibenda est, & ratio habenda diuersitatis, personarum, temporum, locorum, rerum. Insignis est regula quam veteres usi sunt, *καλὸν ἢ ἀσκησις μὴ ἀληθῆς γνάσις καὶ συμμέτρεια.* Id est, *Bona res est exercitium coniunctum cum agnitione ueritatis & temperatum moderatione.*

Octaua Regula. In imitatione prudentia & circumspectio adhibenda est, ne dum impossibilia uel heroica, uel singularia, uel ad uocationem nostram non pertinentia imitari studemus, καὶ ζήλια peccemus. Moses, Elias, Christus, 40. dies & noctes ieiunauerunt, & ab omni cibo & potu abstinerunt: hoc exemplum si quis conetur imitari, insania laborat, & peccat contra quintum præceptum: Ac stulta est καὶ ζήλια quod in papatu 40. dies ab esu carniæ abstinerunt: ut saltem aliquo modo uiderentur imitari Christum: ut nunc de aliis superstitionibus nihil dicam. Monachi asperam & solitariam uitam Antonii, Pauli, Ioannis Ægyptii, Hilarionis & similibus conati sunt imitari: nec cogitarunt, se non esse Antonios nec Paulos. Quanquam ne ipsum quidem Antonium & Paulum & Hilarionem prorsus excusatos habeo, quod propter rabiem Arrianorum & molestias ministerii deseruerunt hominum congressus, incoluerunt syluas, scandalo fuerunt infirmis & posteritati: & suos labores subtraxerunt Ecclesie. Singularis fuit uocatio Ioannis Baptistæ: hic enim mandatum Dei expressum habuit deserendi sacerdotium, concionandi Euangelium, & baptizandi in deserto & ducendi uitam asperam. Christus maiorem habuit uocationem Ioanne: nec tamen eius asperam uitam imitatus est: sed usus est cibo & potu usitato: ut ostenderet in his non consistere iustitiam & regnum Dei: & se longe maius precium soluere pro mundi uita, nimirum sanguinem suum. Diligenter igitur expendendum est quid nostræ sit uocationis, quid nostrarum uirium, quid ædificet Ecclesiam, quid ornet Euangelii profecionem: Et in primis opera danda ut solida doctri-

Nouitate non sunt turbandi infirmi.

Monastica uita.

Matth. 9. v. 16.

Veterum regula.

VIII. Regula. Singularia ad imitandum non sunt proponenda.

Exempla veterum non probanda.

Ioh. Bapt.

na Evangelii, fides recta in Christum & sincera dilectio proximi omnibus caeremoniis & exercitiis praeiuceat: Nunc redeo ad textum Pauli.

1. *Infirmum in fide adsumite: non ad disceptationem questionum.*

Infirmorum ratio habenda.

ECCLISIA Christi maiore ex parte constat infirmis, pauci sunt eorum, qui singulari luce doctrinae & magno robore Spiritus sunt praediti: saepe etiam & in summis Apostolis magna deprehenditur infirmitas, ut Dei virtus nostra infirmitate magis fiat conspicua: Magna ergo diligentia iubet Paulus, ut qui fortiores & in doctrina pietatis melius sunt instituti, roborem suum in hoc demonstrent, ut patienter ferant infirmos.

Haec enim Dei est benignitas & clementia, ut non abiiciat imbecillos, sed eorum potissimam agat curam, ut qui eius auxilio & bonitate in primis egent.

Infirmi qui.

De officio Christi inquit Propheta *Calamum quassatum non confringet, & limum fumigans non extinguet.* Esa. 42 v. 3. Aequissimum est igitur ut infirmorum in Ecclesia habeatur ratio. Non autem inter infirmos recensendi sunt, qui palam sunt Ecclesiae hostes, persequuntur veritatem, nolunt erudiri, horrenda conuicia in Ecclesiae doctrinam euomunt: Neque infirmi sunt, qui in manifestis viuunt sceleribus.

Nec etiam Hypocritae, & adulatores, qui sese inflent ad latius nauis sceleribus, & sese tempori, & potentum voluntatibus accommodant, inter infirmos sunt habendi. Hi enim & oderunt & derident omnem religionem, & sperant se Deo & hominibus posse imponere, eiusmodi non adsumpsit, sed odit Deus, sicuti Dauid testatur: *Vinum sanguinum & dolosum abominatur Dominus.* Psal. 5. v. 7. Sunt ergo infirmi qui doctrinam Evangelicam amplectuntur, non defendunt idola vel errores: sed adiungunt sese verae Ecclesiae, & licet fundamentum fidei de salute aeterna per Christum nobis parata teneant: tamen multa ignorant, in multis haesitant, de multis rebus perpetam sentiunt: vnde & lapsus oriri necesse est, qui tamen si admonentur, non pertinaciter suos defendunt errores, sed patiuntur se erudiri, & cum solida monstrantur fundamenta verae sententiae, acquiescunt, & habent studium pie & sancte viuendi.

Imbecillus.

Romani pontifices, qui manifesti sunt hostes Ecclesiae, & omni studio conantur delere Euangelion Christi, nequaquam inter infirmos sunt numerandi. Non enim sunt pars Ecclesiae: Iesu Christi, quam ferro & igne persequuntur. Nec Eccebolus, qui Chameleon ante mutabilior est, pro infirmo est habendus. Hic enim ridet religionem. Centurio autem Marc. 9. inter infirmos recte recensetur. Hic enim amplectitur Euangelion, confugit ad Christum, agnoscit etiam suam infirmitatem, & petit se confirmari. Infirmi & modice fidei sunt duo euntes in Emaus. Luc. 24. sed magno studio & ardore audiunt Christum exponentem scripturas.

Hos ergo infirmos in Ecclesia iubet Paulus suscipi tanquam veros ciues Ecclesiae Dei & vult eorum diligentem haberi rationem: ita ne illos offendamus, aut iniusta condemnatione, aut intempertiuo vsu libertatis: *Assumite, inquit, infirmum:* hoc est, non habete eum pro hoste: non excludite eum statim a communione sanctorum. Non turbate eius conscientiam disputationibus non necessariis: sed potius magna patientia ferite eum, instituite eum, & rogate pro eo Dominum ut confirmetur.

2. *Alius enim credit sibi licere, quauis comedere. Alius vero infirmitate laborans holeribus vescitur.*

3. *Qui edit non contemnat non edentem: & qui non edit, Edentem non iudicet.*

EXEMPLUM declarat, de quibus infirmis loquatur. Non est infirmus qui articulos fidei contumit, ut Arius, aut qui errores pertinaciter defendit, ut Maior, aut qui sceleribus sese contaminat, ut Achab: sed qui tenet fundamentum: & tamen in multis errat & doctrina eget, ut qui Christianam libertatem nondum satis intelligit: atque ideo non audet vesci omnibus, quae in macello venduntur: sed metuit se pollutum in idololatriis, & ideo mauult oleribus vesci, quam sauciare conscientiam. Audiebant Christiani non esse participandum sacrificiis Idolorum. Quia ergo saepe vendebantur carnes, de quibus erat sacrificatum idolis, metuebant, ne infeci quoque polluerentur: Iudei vero contemsi, etsi Euangelion amplecterentur, non tamen statim abicere poterant caeremonias in quibus enutriti erant. Hi etsi peccabant imbecillitate, tamen non vult eos excludi ab Ecclesia: sed tolerari & institui.

Arius Maior.

Qui comedit, non contemnat non edentem, hoc est, fortior in fide & qui libertatem Christianam intelligit, non contemnat eum, qui non comedit, ex infirmitate: Huc enim propendunt homines, ut quo maioribus sunt donis a Deo praediti, hoc superbius praese contemnant alios: Verum ab hoc graui peccato procul abesse debet Christianus.

Rursus valde familiare est, ut infirmiores & indoctiores praecipitanter iudicent, & damnent ea, quae non intelligunt: hos ergo iubet se continere, & suam imbecillitatem agnoscere, prius inquirere solidam doctrinam, & sacrae scripturae cognitionem, quam pronuncient de rebus ipsis ignotis.

Hoc sane saluberrimum est praecipitum, cuius si singuli memores essent, plus esset verae concordiae & minus simultatum, fortiores debent infirmiores suscipere, eos erudire, & non turbare: Infirmi non debent iudicare de rebus, quae captum ipsorum excedunt: sed quid? Ergo laicis non licet iudicare de superiorum doctrina, officio, & moribus? Non hoc vult Paulus: Non enim hic agit de doctrina aut vita: sed de rebus indifferensibus & de vsu libertatis.

Omnino licet cuiusvis pro iudicare de doctrina: Qui enim est ciuis Ecclesiae, is tenet articulos fidei, & habet ante oculos nouum & verum testamentum iuxta hanc normam, cum vel de doctrina vel de moribus iudicat, non ipse iudicat, sed verbum Dei cuius ipse profert testimonium. Hoc autem loco de Adia phoris agit, & monet non statim de alterius conscientia pronuncian dum esse, cum res nobis est obscura.

Singulis iudicium de doctrina concessum est.

Qui non edit, eo ipso ostendit sibi ignotam esse doctrinam de libertate Christiana: qua ergo fiducia alterius factum, quod non pugnat cum decalogo iudicare potest?

Deus enim ipsum adsumpsit.

GRAVISSIMUM est hoc Argumentum sumptum ab autoritate Dei: & dulcissimum atque necessarium in se continens consolationem *Deus ipse, inquit, iam adsumpsit infirmum.* Quae igitur erit temeritas & rigor, ut eum audeas repellere? Sumpsit autem Paulus hanc sententiam ex promissione: *Vanite ad manus omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Matth. 11. v. 28. Item, *Calamum quassatum non confringet, & limum fumigans non extinguet.* Esa. 42. v. 3. Item: *Brachio suo congregabis agnos, in quo gremio suo feret factas autem suauiter ducet.*

I. Argum.

Non tantum iis qui robusta fide sunt praediti, promisit Deus salutem: sed omnibus in Christum creditibus quantumuis languida fide: Et nisi parceret Deus infirmioribus: quis posset saluari: Omnes enim infirmi sumus. Decet ergo nos sequi Dei iudicium: & non rigidiores esse Deo, ne & in nos rigida feratur sententia.

4. *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? proprio Domino stat aut cadit.*

Stabi.

Stabilietur autem: potest enim Deus ipsum confirmare. quod statuit, semper dubitandum esse de voluntate Dei erga nos. dubitatio- nem.

II. Argum. à Relatis.

Occupatio.

1 Cor 5.

August. in Epist. ad Hieron.

Occupatio.

Cōtra Tri- dentinorū

SECUNDVM Argumentum à natura correlatiuorum: Domini est iudicare de propriis seruis, non alienorum. Infirmi Christiani, qui nondum intelligunt libertatis usum: atque etiam robustiores, qui credunt licere sibi omnibus vesci, non sunt nostri serui, sed Domini Iesu Christi. Ergo nostrum non est eos iudicare ex nostro adfectu. Dicat aliquis, si quis falsam spargat doctrinam, non est noster seruus: ergo de eo iudicare non licet? Respondeo: ex nostro adfectu non licet nobis quemquam iudicare: Cum vero alios iudicamus iuxta Dei verbum, non nos iudicamus, sed testes sumus de sententia, quam Dominus Iesus Christus iamdudum in verbo suo protulit. Paulus inquit, Gal. 1. v. 8. 9. *Si quis aliud Euangelion docuerit, sit anathema.* Cū ergo falsi doctores conuicti de errore ex verbo Dei anathema dicimus, verbum Dei ipsum condemnat. Cum dicit, *stabilietur autem*, iubet nos semper bene sperare de infirmis fratribus, & respicere ad immensam Dei bonitatem, qui omnibus large promisit auxiliū.

Non autem hæc eo sunt torquenda, quasi à postulo iubeat conuerti ad omnia scelera & scandala in Ecclesia, & velit omitti seueritatem disciplinæ Ecclesiasticæ: nequaquam: Non enim retractat quæ alibi docuit 2. Thess. 3. *subducite vos ab omni fratre, qui inordinate uiuit*, & ipse incestum tradidit Satanae, sed hic agit de imbecillitate fidelium, qui retinent fidem & bonam conscientiam.

5. *Hic quidem diem præ die aestimat: ille uero per aq. omnem diem aestimat.*

ALIO exemplo declarat, de qua infirmitate fidelium & de cuiusmodi Adiphori loquatur: Nimirum cum Iudæi enutriti in lege Moisis, & leuicis festis aduerti, conuersi deinde ad fidem Iesu Christi, opinionem retinet, alios dies, alios sanctiores, & Mosæica festa stricte seruanda esse. Hæc sane est infirmitas & inscitia: Nam Christus nos liberauit, ab omnibus legibus Mosæicis. Hanc infirmitatem in Iudæis conuersis prudenter tolerandam esse docet Paulus, nec propter hunc errorem eos condemnandos aut ab Ecclesia arcendos, Apostoli cum Iudæis conuersis celebrarunt Mosæica festa, & sacrificia legis obtulerunt ad tempus donec infirmi erudirentur de abrogatione legis, & ut Augustinus inquit, *Synagoga cum honore sepeletur.*

Vnusquisq. sententia sua certus sit.

SALVARE & per necessarium est hoc præceptum. Multi enim errores sunt in mente humana: Et homines mirabiliter vagantur cogitationibus, & sua comenta minime amant. Multi studio contentions dissentiant ab aliis. Alii delectantur nouis & monstrosis opinionibus. Ab hac ergo petulantia retrahit pios Paulus, & iubet, ut quisq. suæ sententiæ certus sit, hoc est, solida inquirat fundamenta: Ut quisque rationem suam captiuet in obsequium Christi: nihil enim certi monstrat ratio in religione, firma autem sententiæ suæ fundamenta ex verbo Dei querat. Solum enim Dei verbum certam reddit cōscientiam nostram de voluntate Dei.

Excipiet fortassis aliquis, Errorem semper esse perplexum: Ideoque infirmum & errantem non posse esse certum in sua sententia. Respondeo: Verum hoc est, errantis conscientiam semper esse incertam. Atque ideo Paulus salutare hoc dat præceptum. Ut illi qui hæsitant, erudiri se patiatur, & ad sacrum codicem subinde recurrant: inde certitudinem doctrinæ petant & Dominum pro illuminatione & confirmatione assidue inuocent.

Hoc grauisimum Pauli præceptum liquido refutat Blasphemum errorem Tridentini conciliabuli:

6. *Qui diem curat, Domino curat: Qui diem non curat, Domino non curat:*

Et qui edit, Domino edit: Grattas enim agit Deo: Et qui abstinet, Domino abstinet, & gratias agit Deo.

7. *Nemo enim nostram sibi ipse uiuit: Et nemo sibi moritur.*

8. *Sive uiuimus, Domino uiuimus: sive morimur, Domino morimur. Sive legitur uiuimus sive morimur Domini sumus.*

TERTIVM Argumentum à causa finali, quo probat infirmum in fide, propter abstinentiam à cibo vel æstimationem dierum non esse contemnendum: nec libertate Christiana utentem esse condemnandum: Vterq. enim quod facit, ad gloriam nominis diuini refert. Qui vero Domino præstant obsequium, damnandi non sunt. Mirum autem alicui uideri posset, quomodo Paulus dicat, cum *qui curat diem, Domino curare*: Certum est enim obseruationem dierum post exhibitum Messiam esse superstiosam, & cum errore coniunctam: Et Paulus hic diserte eam nominat imbecillitatem: quomodo ergo error seruit Domino? Respondeo: Paulus non errorem, sed mentem infirmam respicit: Cum hac enim infirmitate stare potest & fides & conscientia bona: Quod si enim Iudæus conuersus nondum perceperit doctrinam de libertate Christiana, errat quidem in eo, quod æstimat diem præ die: sed quia legem Dei habet ante oculos: Et nondum adsecutus est, doctrinam de libertate à lege: propter dominum æstimat diem, ne quid contra conscientiam faciat: Atque ita metu Dei non audet violare solennitatem in lege mandatam: Hic timor Dei placet Deo: Non quod dubitante conscientia suscipitur, & peccatum est: Sic qui abstinet à cibis quos iudicat immundos, Domino abstinet: Quia enim doctrinam de libertate nondum cognouit, metuit, ne offendat Deum. Hic metus placet Deo. Etiam si supersticio displiceat.

Hoc autem loco monet Paulus, discrimen esse faciendum, inter errores qui excutiunt fidem, & euerunt fundamentum, & inter errores, qui non excutiunt fidem, sed in piis paulatim corriguntur. Quod Pseudoapostoli contendebant circumcisionem, & legis obseruationem esse necessariam, ad consequendam salutem, Error erat ex fundamento euerrens totam religionem. Hymenæus & Philatus contendebant resurrectionem iam factam esse, nec restare aliam 2. Tim. 2. v. 17. 18. fundamentum fidei tubruit Idcirco Paulus tales tradidit Satanae: Quod uero pii errabant in obseruatione solennitatum, & in usu ciborum, non euerbat fundamentum. Itaque hæc infirmitas non excutit fidem, neque depellit hominem à gratia Christi. Hæc ualde necessaria est admonitio, ne uel errores manifestos tolleremus in Ecclesia, uel propter infirmitatem damnemus innocentes, Irenæus scribit, Christum anno ætatis 45. crucifixum esse, manifestus est lapsus, sed non infringit articulos fidei. Augustini & dicitur, quod existimauit Baptismum Ioannis non contulisse Remissionem peccatorum, sed fundamentum tamen doctrinæ Christi retinuit. Cyprianus rebaptizauit eos, qui apud schismaticos uel Hæreticos baptizati erant, error fuit, sed eum quo fides stare potuit. Tertullianus damnauit secundas nuptias. Verum hic vnus error non excutit fidem, nisi & Montani deliria fuisset amplexus.

Origenes uero passim uirgens iustitiæ operum, & negans carnis resurrectionem, & alia portentosa docens contra scripturam fundamentum euerit, & excidit gratia

III. Argum.

Diem infirmi quomodo curant Domino.

Errores distinguendi.

Irenæi error. August. lapsus.

Cyprian.

Tertullian.

Origenes.

gratia Christi. Prudenter igitur discernamus opinio-
nes, & iuxta analogiam fidei examinemus. Nemo, in-
quit, sibi ipsi vivit. Confirmatio est sententiæ a toto ad
partem: Vniuersa nostra vita Domino consecrata
& dicata est: Quod sumus & vivimus, seruit gloriæ
Dei. Ergo & singulæ sanctorum actiones referuntur
ad Dei gloriam. Ad fundamentum igitur pietatis
respicendum est, num quis synceram Euangelii do-
ctrinam amplectatur, & num serio poenitentiam a-
gat. Hoc cum deprehendimus, semper optima nobis
de proximo polliceri debemus, & statuere, quod o-
mnia eius consilia & actiones dirigantur ad Dei glo-
riam. Et si qui sunt nati adhuc in ipso vitæ incertitia
& infirmitas tollerandi sunt. Sententia, *Sive vivimus,*
sive morimur, Domini sumus, multiplicem continet
doctrinam, & insignem consolationem.

Monet enim nos, & in vita & in morte, & in pro-
speris rebus, & in aduersis, semper debere ad Dominum
respicere, & singula ad eius voluntatem & gloriam
referre. Non debemus ea querere quæ nostra sunt, nõ
nostris debemus commodis & voluptatibus studere:
sed semper meminisse, quod serui simus Domini nõ-
stri Iesu Christi: Atque ideo voluntatem & desideria
nostræ voluntati Christi subiicere debemus. Insignem
etiam monstrat Paulus consolationem: significans
semper adesse nobis Dominum, siue affligamur, siue
lætis rebus utamur: siue moriamur siue vivamus:
Quia enim Domino vivimus & Domino morimur,
certum est, Dominum adesse suis ministris, eorum
diligentem curam agere, eosque pro sua clementia
tueri atque etiam in morte conseruare.

Monet præterea Deum a nobis postitum ali-
quando diligentem rationem omnium consiliorum
actionum, conatum. Non igitur multum curandū
est, quid tandem de nobis fiat, siue liberemur, siue op-
primamur in mundo, sed hoc solum studendum est
nobis, vt semper Christi gloria illustretur. Tandem
in hoc dicto non obscure etiam promittit, pie certan-
tibus cum in vitam in morte, cælestia præmia. Cū
enim Domini Iesu Christi serui simus in tota vita
atque in morte, non est ille comesturus vnquam, vt
videamur gratis illi seruiuisse aut iusta fraudari mer-
cede.

Significat præterea morte Christianos nequaquã
anelli a Christo, sed quos semel Christus profuis co-
gnouit eos nemo vnquam rapiet ex manibus eius.
Ad hæc clare promittitur in hoc dicto, resurrectio
mortuorum: si enim mortui domini sumus necesse
est nos viuere. *Dominus enim Deus non est mortuorum,*
sed viventium. Marc. 12. v. 27.

9. *In hoc enim Christus & mortuus est,*
& resurrexit arg. reuixit, vt & mor-
tuis & viuis dominaretur.

Superiorem sententiam confirmat Paulus. Argu-
mento, in quo ostendit, quare & quo modo Chri-
stus comparauerit sibi tantum Dominum, vt non
solum viuis, sed & mortuis dominetur: Passione,
morte, & resurrectione sua obtinuit Christus a Patre,
vt exaltaretur ad dexteram patris, & constitueretur
dominus omnium & cæli, & terræ, & Angelorum,
& hominum viventium & mortuorum.

Exinanitit seipsum, inquit Paulus Phil. 2. v. 8. *factus*
obediens patri usq. ad mortem. Propterea dedit illi nomē,
quod est supra omne nomen. Vt in nomine Iesu flectatur
omne genu & cælestium & terrestrium, & eorum, qui
sunt inferno. Et Psal. 8. v. 7. *Omnia subiicit sub pedibus*
eius.

10. *Tu autem quid iudicas fratrem? aut*
etiã tu quid contemnis fratrem tuum.

III.
Argumenta.

Quartum Argumentum ductum a proprio fratrum:
Fratrum par est conditio: & eos nec excusatio nec

condemnatio inter se inuicem decet: sed potius ar-
dens & mutua dilectio: *Eliab iniuste facit, quod se*
constituit iudicem fratris sui Dauidis, quem potius
excusare, quam accusare debuisset. At Christiani, in-
quit Paulus, omnes sunt inter sese fraternitatis iure
deuincti. Vnum enim habemus cælestem patrem, v-
nam profitemur doctrinam, vnus Spiritus sancti du-
ctu regimur, siue firmi siue infirmi simus. Neuter i-
gitur sumat sibi iudicis auctoritatem super fratrem:
Nemo alterum condemnet, nemo alterius conscien-
tiam iudicet.

Omnes enim sistemur ante tribunal
Christi.

11. *Scriptum est enim, Vivo ego, dicit Do-*
minus mihi flectetur omne genu, &
omnis lingua consistebitur Deo.

12. *Quamobrem vnusquisq. nostrum de*
seipso rationem reddet Deo.

13. *Non igitur amplius nos inuicem iudi-*
cemus.

Quintum est hoc Argumentum sumptum ab offi-
cio Christi. Graue est peccatum in alterius vel vo-
cationem vel dignitatem, vel officium irrumperere. At
soli Christi est vniuersale hoc iudicium, quo totum
mundum, & singulorum conscientias, quæ soli Chri-
sto patent, iudicat & Hæresin & errorem pertinacem
ab infirmitate discernit. Ipsius igitur iudicio
conscientias fratrum, præsertim in Adiaphoris vel in du-
biis factis, committamus. Articulus fidei est, Iesum
Christum venturum de cælis & iudicaturum totum
mundum de omnibus cogitationibus, actionibus,
consiliis: & viuos & mortuos apparituros ad tribunal
Iesu Christi. Hoc ergo illustre testimonium de hoc
sublimi articulo obseruandum est. Singulis autem
momentis hæc omnium grauissima sententia nobis
ob oculos versari debet, vt ita totam vitam, omnia
consilia, omnes conatus instituiamus, vt aliquando
Christo supremo iudici rationem reddere possimus.
Testimonium, quod Paulus adduxit ex Iesaja Pro-
pheta, Cap. 45. dilucide ostendit, Iesum esse illum
vium & omnipotentem Deum, quem Prophetæ
Iehoua appellant, & qui est omnis salutis nostræ
author.

Verum illud potius iudicate, ne ponatis
fratri offendiculum aut scandalum.

Postquam Paulus erudiuit tam firmos quam infir-
mos: & diligenter vetuit ne firmiores infirmos co-
tinerent: & ne infirmiores firmos propter liberta-
tis usum condemnarent: subiungit nunc aliam com-
monestationem æque necessariam, ne firmi sua liber-
tate intempestiue abutatur in offendiculum fratris:
Postulat enim dilectio proximi, vt & fratris salutem co-
sulamus. Et si igitur in Christum credentibus omnia
licent, & mundus omnia sunt munda: 1. Cor. 6 v. 12. &
Tit. 1 v. 15. tamen non semper conducit, vt hac nostra
libertate utamur. Siquidem imbecilles infide, quoru
semper magnus est numerus, & quorum diligens est
habenda ratio, ea offendi, & in conscientia vulnerari
possint. Cedendum igitur est libertate & iure nostro
& fratris imbecillitati seruiendum. 1. Cor. 9. vers. 19.
Liber cum sim ab omnibus me in seruitutem tradidi: &
omnibus omnia factus sum, vt aliquos lucrarer. Item: 1.
Cor. 10 v. 23. *Omnia mihi licent, sed non omnia condu-*
cent: Omnia mihi licent, sed non omnia adificant. In
hunc igitur scopum respiciendum est in vtu liberta-
tis, vt ædificationem Ecclesiæ quæramus, & salutem
proximi nostro iuri anteponamus.

Nota sit definitio scandali, quod est opus pugnant
cum

1. Sam. 17.
vers. 28.

V.
Argumenta

Libertatis
abusus vi-
tandus.

Finis libe-
tatis.

scandalum cum verbo Dei, seu falsa doctrina, seu manifestum peccatum contra legem Dei, seu intempertius vsus libertatis, quo Spiritu sanctus in piis committatur, imbecilliorum conscientia vulneratur, & leuiores vel in errorem vel in peccatum exemplo trahuntur. Nihil hic agit de Phariseo scandalo quod est opus congruens cum verbo Dei, vel confessio veritatis vel iustitiae, quam mali perperam interpretantur, & inde occasione sumunt blasphemandi nomen Dei, & persequendi Ecclesiam, de hoc genere recte Tertull. *Bona res neminem scandalizant, nisi malam monent.* Non etiam hic agit Paulus de falsa doctrina, aut de manifestis sceleribus: sed de in tempestiuo vsu libertatis, qui est peccatum contra secundam tabulam, quae praecipit: *deliges proximum tuum sicut teipsum.* Matth. 22. v. 39.

Tertull.

14. *Noni & confido in Domino Iesu, quod uult per se sit immundum, nisi et, qui alium & aliquis immundum esse, si est immundum.*

I. Libertatis abusus cauendus.

Primaria ratio, cur non sit intempertius utendum libertate sumi, ta a diuersitate eorum in Ecclesia. Alii sunt firmi & magni iuce pediti, ut statuunt nihil esse immundum: Alii vero sunt infirmi & iudes, qui reputant quaedam immunda esse iuxta legem. Horum igitur imbecillitati est consulendum, & abstinendum vsu rerum licitarum propter conscientiam carni.

Valde necessaria fuit haec commonefactio tempore Apostolorum, quo Iudaei conuersi ad Christum, non ita statim percipere poterant doctrinam de abrogatione legis Moisaicae, & quamquam crederent in Christum tamen verebantur, immunda esse animalia, quae Lex pronunciauerat, esse immunda. Petrus Apostolus etiam nisi audisset ex ore Christi, nihil contaminare hominem quod ingrederetur in os hominum. Matth. 15 v. 11. Etiam audiuerat, lege & Prophetas vsq; ad Ioannem C. 11 v. 13 obligare: etiam si donatus esset Spiritu sancto, & viderat Christum in caelum ascendentem, Act. 1. & 10. tamen haesit in hac doctrina, & censuit immunda esse animalia lege Moisaica vetitata: adeo ut uisione caelestis opus fuerit, ad eum erudendum. Sed & nostra aetate admodum necessaria est haec commonefactio: ne imbecilliores qui ex papatu ad Christum conuertuntur, sed doctrinam de libertate Christiana nondum intelligunt, atque ideo ex longa consuetudine metuunt, ne esu carni in die Veneris vulnerent conscientiam, offendamus, aut a doctrina Euangelii deterreamus. Hoc ergo praecipit Pauli obseruetur. Coptiosa autem doctrina traditur in hac sententia, Scio, inquit, & confido, quod nihil commune est.

I. Doctrina.

Primum enim hic docet Apostolus exhibitio Messiae, eoque sublato in caelum, legem Moisaicam de discrimine inter munda & immunda animalia & de omnibus leuiticis caeremoniis, deque iudiciis politicis prorsus abrogatam esse. Christus enim est finis & impletio legis. Et Paulus inquit, *Non estis sub lege sed sub gratia.* Rom. 6 v. 14. *In Christo Iesu neq; circumciso, neq; praputium ualeat, sed fides, qua per charitatem est effecta.* Gal. 5 v. 6. Danielem, & Eleazarum leporina & sutilla caro immunda erat, & peccassent contra conscientiam si edissent. tum enim lex adhuc ualebat sed ad Petrum dicitur, *quae Deus mundauit, ne tu dixeris immunda.* Act. 10 v. 15.

VI. Doctrina. Abusus non comminat testipias.

Deinde docet Paulus 1. Tim. 4 v. 4 quod piis in Christum credentibus omnes creaturae sint munda, & ipsi licet ea uti cum gratiarum actione. Neque abusus impiorum res ipsas per se contaminat: fur non contaminat iolem ficticius non contaminat carnes vel aquam vel panem, vel ausum tuae idolatri: quin pus-

liceat omnibus uti ad necessitatem cum gratiarum actione: *Mundis,* inquit Paulus, *omnia sunt munda:* 1. Tim. 4 v. 4. Item: *omnis creatura bona est.* 1. Tim. 4 v. 4. Item: *Domini est terra & plenitudo eius* Psalm. 24 vers. 1.

Adhaec docet haec sententia, non licere Episcopis adstringere conscientias prohibitione rerum licitarum & humanis traditionibus: Vindicanda enim est libertas, in quam nos Christus collocauit, Discrimina igitur ciborum in Papatu praesertim cum opinione necessitatis & cultus & meriti, & perfectionis, pugnant cum hac Pauli sententia.

Cum vero limitationem addit, *nisi ei qui statuit alicuiusmodi immundum esse, et est immundum,* docet nihil contra conscientiam vel dubitante conscientia faciendum esse: Etiam alicubi vel aberret vel dubitet: Quod enim quis facit contra conscientiam, quae iudicat abstinendum esse, id fit cum contemptu Dei: Quod uero suscipitur dubitante conscientia in eo tenetur Deus. Nihil ergo contra conscientiam faciendum est. Conscientia autem non opinione, aut consuetudine aut exemplis mundi, sed expresso Dei verbo regenda. Seuerissimum & iustissimum fulmen est haec sententia contra iustificatos & Hypocritas, Phariseos, Pontifices, Episcopos, & Monachos: qui cum infirmis legibus onerant conscientias: & iudicant immunda esse, quae per se munda erant, non tantum uoce diuina sed his ipsis suis legibus contemnuntur: nec enim propriis legibus satisfecerunt: Et quod statuerunt tibi immundum esse, tunc ipsis immundum.

III. Doctrina.

Restrictio.

15. *Si autem propter cibum tuum contristatur frater tuus, iam non secundum dilectionem ambulat: Ne cibo tuo perdas eum pro quo Christus est mortuus.*

Secunda ratio sumpta a causa finali: cauendum est, ne intempertius vsu libertatis fratem contristemus aut etiam perdamus. Cibus enim est res indifferens: & in singulis nostris actionibus videndum est nobis, ne quid agamus quod proximi dilectionem laedere uideatur. Si, inquit, *cibo tuo contristatur frater, iam non ambulat iuxta dilectionem:* salus enim & edificatio proximi auteponenda est semper nostrae libertati: quae ut consolationi est nostrae conscientiae, ita alterius conscientiae obesse non debet.

Amplificatur haec ratio a collatione dissimilium: Quanto, inquit, plura facienda est mors Iesu Christi quam cibus: Cum ergo Christus tantum emerit infirmum fratrem, uidelicet morte sua, nullo modo propter cibum est perdendus. Intempertius enim vsu libertatis detineri posset ab Euangelio Iesu Christi.

II. Ratio.

16. *Ne igitur blasphemetur bonum uestrum.*

Tertia ratio a causa finali: Cauendum est ne doctrina Euangelii, atque ipsa libertas Christiana, quae est bonum nostrum, male audiat: Multi autem offensi vsu libertatis intempertius arripiunt occasionem conuiciandi Euangelio, & libertati Christianae. Cedendum est igitur de iure nostro, ut Euangelio parcamus.

III. Ratio.

17. *Non enim est regnum cibus aut potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto.*

Quarta ratio a definitione regni Dei desumpta. Regnum Dei, inquit, non consistit in cibo & potu. hoc est in rebus externis & vsu creaturarum, in caeremoniis, corporalibus exercitiis, gestibus & uariis aliis rebus: in quo eoque listat.

III. Ratio.

quæ etiam ab impiis & ignavis Evangelii præstari & observari possunt: sed consistit in vera iustitia, hoc est, in remissione peccatorum accepta per fidem in mediatorem Iesum Christum. Item, in vera poenitentia & conversione ad DEVM, in moribus a S. sancto accensis, ut sunt, pax conscientiæ, gaudium in Spiritu sancto, Dilectio Dei, inuocatio, gratiarum actio, vera pietas, & similes motus, quales Spiritus sanctus in conuersis & renatis ciet. Non enim Filius Dei venit in hunc mundum, & factus est victima pro peccato, ut vel edere vel abstinere a cibo: vel ut externas quasdam caeremonias obseruaremus: sed ut nos oppressi tyrannide Satanæ, & mortui in peccatis, & iusto Dei iudicio iuxta legem destinati ad æternam damnationem, & reconciliaremur Deo, donaremur remissionem peccatorum, renouaremur ad imaginem in qua conditus est homo, & per Spiritum sanctum restitueretur in nobis iustitia, vita, lux & lætitia sempiterna iuxta hæc dicta: *Filius Dei apparuit, ut destrueret opera Diaboli* 1. Ioan. 3. v. 8. Item: *ego vitam æternam do eis* Ioan. 10. v. 28. Item: *Hæc est vita æterna, ut agnoscant te solum esse Deum verum, & quem misisti Iesum Christum* Cap. 17. v. 3. Item: *Vari adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate* Cap. 4. v. 23. Non igitur in externis illis rebus, quas ratio humana imitari potest: sed in veris & nouis motibus cordis, quos efficit Spiritus sanctus, regnum Christi consistit. Vberimã hic tradit doctrinam, ostendit enim, quale sit regnum Christi: non mundanum vel externum, sed spirituale: qualia adferat bona, non voluptates, vel opes, vel caeremonias externas, sed res spirituales, iustitiam, pacem, gaudium in Spiritu sancto. Discrimen facit inter iustitiam carnis & externas caeremonias, & inter iustitiam Spiritus, & res æternas. Atque hic refutat Paulus *primum* Pharisæos, qui iustitiam & regnum cælorum ponebant in obseruatione legis, & sacrificiis externis. *Deinde* refellit Pelagianos, qui iustitiam & regnum Dei ponebant in externa disciplina, & operibus liberi arbitrii. *Tertio* Monachorum deliria reuelat, qui suas caeremonias, ritus, vitam monasticam, ieiunia putant esse perfectionem Christianorum, & regnum Dei. *Quarto* refellit Anabaptistas, qui fingunt hypocritam, simulationem, vultus tristes & desertionem facultatum, coniugum & liberorum esse regnum Dei: Hos & similes fanaticos homines Paulus hic constanter refutat, & docet longe aliud esse regnum Christi spirituale: videlicet per fidem esse Deo reconciliatum, habere iustitiam in Christo Mediatore, duci & moueri a Spiritu sancto: sentire pacem conscientiæ, & certam fouere spem vitæ æternæ. Præterea monet Paulus, ut res necessarias a rebus non necessariis distinguamus iustitia, pax, gaudium in S. sancto, agnitio Dei, fides, vita, sūt res necessariae, quæ ad salutem hominis & gloriã Christi pertinent: At usus cibi & potus & externa corporis exercitia non sunt res necessariae: sed indifferentes & liberae, quæ vel omitti vel usurpari possunt sine laesione conscientiæ, & impedimento regni Christi.

18. *Qui in his seruit Christo, is acceptus est Deo & probatus hominibus.*

g. Ratio.

Quinta ratio a testimonio Dei: Qui inquit, in his rebus spiritualibus Christo seruit, in iustitia, vera poenitentia, in pace, in gaudio Spiritus, in inuocatione & similibus motibus Spiritus sancti, hic acceptus est Deo. Habet enim per fidem reconciliationem & iustitiam: ducitur Spiritu sancto & omnes eius actiones seruiunt gloriæ Iesu Christi: atque hominibus nimirum piis & Ecclesiæ Dei probantur: ut quæ congruant cum verbo Dei, orientur a Spiritu Dei, & promoueant Ecclesiæ ædificationem. Illi vero qui tantum externis exercitiis sunt occupati, vel ieiuniis, vel usu ciborum non possunt hinc statuere certo, quod placeant Deo: illa enim externa etiam ab impiis alienis a Spiritu Dei præstari possunt; Non ergo cum periculo

salutis proximi intempestiue utendum est libertate in usu cibi aut potus & similibus externis rebus. Plurima deinde monet Paulus in hac breui sententia.

Primum ad hoc nos Christianos a Deo vocatos, ut bonis operibus studeamus, utque in iustitia, pace & gaudio Spiritus seruiamus Christo: ut non cupiditatibus nostræ carnis indulgeamus, sed omnia ad gloriam Iesu Christi & emolumentum Ecclesiæ referamus. Tit. 2. v. 16. *Iesus Christus dedit seipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniustitia & mundaret sibi populum peculiarem studiosum in bonis operibus.*

Bonis operibus illudendum.

Secundo docet quæ sint vera bona opera: videlicet, non externi tantum gestus vel electiui cultus, vel corporis quædam exercitia nostra arbitrio suscepta, sed opera expresso Dei verbo mandata: Spiritu Dei excitata: ex fide in Christum promanantia: & ad gloriam Iesu Christi & ædificationem Ecclesiæ directa. *Veri adoratores*, inquit Christus, *adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.* Ioan. 4. v. 23.

Vera opera

Tertio docet, quomodo fieri possint bona opera, nimirum non a voluntate carnis vel viri, sed a Spiritu Dei regenerante nostra corda, & transformante nos in imaginem Dei a claritate in claritatem. *Spiritus enim est qui uiuificat: Caro non prodest quicquam* Ioan. 6. v. 63.

Opera vnde oriatur.

Quarto docet Apostolus, quod spiritualia sanctorum opera, quæ fiunt prælucente fide, & reguntur Spiritu sancto, vere placeant Deo, etiam si cum magna infirmitate sint coniuncta. Tenuis & languida est fides & petitio centurionis petentis ut Christus si quid possit, velit pellere spiritum immundum a filio Matth. 8. Et tamen hæc sentilla fidei placet Deo: Quia Spiritu sancto est accensa, & nititur Christo. Quia in Christo, seruit inquit, hic est acceptus Deo: Sic & Petrus inquit: *Offerte hostias spirituales acceptas Deo: et Dominum nostrum Iesum Christum* 1. Pet. 2. v. 5. Nec persona placet Deo propter opera: nec opera licent Deo per se: sed & persona placet propter Media orem Christum, quem fide induimus: & opera in fide præstita propter Christum sunt accepta: quod enim nostris deest operibus Christus abunde compensat.

Opera credentium Deo placet.

Quinto monet hominum quoque iudicia de nostris moribus, & vita non penitus contemnenda esse: Mundi quidem iudicium de nostris actionibus spiritualibus, ut de confessione, inuocatio, ministerio, seueritate taxandi peccata, diligentia refutandi errores, & similibus forti animo contemnendum est: eo quod in reprobum sentum est datus: *Animalis homo non percipit, ea quæ sunt Spiritus* 1. Cor. 2. vers. 14. At piorum recte sententium, & Ecclesiæ Christi iudicium de nostris moribus nequaquam est contemnendum. Eo quod impiis habitat Spiritus sanctus, Et Christus inquit, *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem æstrum qui in cælis est.* Matth. 5. v. 17.

Piorum iudicia non spernenda.

19. *Ea igitur quæ ad pacem & ad ædificationem inter nos faciunt, studeamus.*

Ex præcedentibus rationibus concludit Apostolus & adhortatur singulos, ut pacem & concordiam sectemur: non intempestiue & rigide ius nostrum urgeamus: aut nostro ingenio indulgeamus: sed temper id spectemus, quod ad conseruationem concordie piæ, & ad ædificationem Ecclesiæ pertinet. Non intempestiuus usus libertatis: sæpe tristia dissidia & animorum distractiones in Ecclesia parit.

Pacis studium.

20. *Ne propter cibum dissoluas opus Dei.*

*R*epetit superius argumentum, sumptum a remotione causæ impulsivæ: Non habes satis iustam causam

causam offendendi proximum infirmum. Infirmus enim opus est Dei: non solum quo ad creationem, sed etiam quo ad redemptionem, regenerationem, renovationem. Ipse Deus per Spiritum sanctum operatus est, in eo fidem, notitiam Dei, amorem verbi, desiderium vite æternæ. Deus per Spiritum sanctum eius mentem illuminavit & voluntatem eius convertit: Hoc tantum & tam admirandum Dei opus, quod a nulla creatura præstari potest, nullo modo destruendum est propter cibum rem indifferentem, qua vti vel non vti possumus. Posset enim infirmus decerere, ut ad impietatem rediret, & odium conciperet adversus doctrinam Evangelii.

Omnia quidem sunt munda; sed malum est homini cum offendiculo manducanti.

21. *Bonum est non edere carnem, nec bibere Vinum, nec quisquam in quo frater tuus impingit, aut scandalizatur, aut infirmatur.*

Repetitio est primi argumenti supra positi. & repetitio nobilis sententiæ: quod per se nihil sit commune, vel pollutum, sed omnia sint munda, quemadmodum & ad Titum inquit. Cap. 1. v. 15. *Omnia munda sunt mundis.* Etsi autem omnia per se munda sint, tamen cum usurpantur, res licitæ cum offendiculo proximi, fiunt immundæ: non per se, sed respectu & per accidens, eo quod intempestive cum alterius damno usurpantur. Monet igitur Paulus a carne, vino & omnibus, quibus infirmus scandalizari posset, abstinendum esse.

Infirmus non sit petulantia prætextus.

Dicat aliquis quid si infirmus prætextat se in omnibus scandalizari, ergo nullis rebus utendum erit? *respondeo.* Pius animus facile iudicare potest, quia in se offendi posset animus infirmi: ut Iudæus in tempore Apostolorum esu suillæ carnis, vel omissione circumcissionis: Papista tempore Lutheri esu carnis feria sexta Si quis in aliis, quæ ante conscientiam non obstrinxerunt: aut quæ diuinitus mandata sunt, fingat se offendi, petulantia est, quæ graui digna est reprehensione.

22. *Tu fidem habes: Apud te habe coram DEO.*

Occupatio est qua tacite occurrit obiectioni: Posset enim dicere firmior in fide: Ostendenda est fides ipso usu libertatis & demonstrandum, quod simus liberati a lege Mosaica & a caeremoniis humanis. Ideo non est curandum, siue quis offendatur: siue non offendatur. *Respondet Paulus:* Non est necesse ostentare & iactare magnum fidei robur: præsertim in læsionem & detrimentum proximi: si tam præclara se te lucet fides, luceat ea in corde tuo coram Deo: Et præsta illic magnum robur luctando contra Satanam, peccatum, & mortem: & proba fidem tuam Deo: & non insultes proximo: Is enim hac tua intempestiva ostentatione non ædificatur.

Confessio non dissimulanda.

Hoc dictum Pauli nequaquam contorquendum est ad doctrinam de confessione nominis diuini: quia si Paulus sentiret satis esse, si quis apud se recte sentiret de Deo & credat Evangelio, non autem necesse sit edere coram mundo Confessionem. Pugnaret enim hæc sententia, cum apertissimis scripturæ dictis: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo cœlesti Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo cœlesti.* Matth. 10. v. 32 & 33. Itē: *Credidi propter quod locutus sum.* Psal 116. v. 1. Item: *Corde creditur ad iustitiam, sed ore fit confessio ad salutem:* Rom. 10. v. 10. Hæc dicta clare testantur, Deum serio requirere: ut non solum apud nos in corde credamus, sed etiam coram mundo, posthabitis

omnibus vitæ & fortunarum periculis diserte profiteamur fidem. Cum ergo hoc loco dicit Paulus: *Habe fidem apud te ipsum?* Paulus hic non agit de doctrina, vel articulis fidei, nec loquitur de eo casu, in quo nostra flagitatur confessio: sed de rebus Adia-phoris, & usu libertatis apud infirmos Christianos: qui non requirunt nostram de Christo confessionem quam morunt: sed postulant ut eos instruamus, eos toleremus, eorum infirmitati nos accomodemus. Longe alia res est, quando hostes nostram requirunt confessionem & nomen Christi delere conantur: tum nihil prorsus dissimulandum, sed apertissima est ædenda confessio, & ipso opere demonstranda nostra fides in Dominum Iesum, quod vere & ex animo omnem in ipso fiduciam collocemus, quodque gloriam Christi & æternam animæ salutem huius vitæ bonis anteponamus: sicut seuerè præcipit Christus, Matth. 10. v. 32. *Qui me confessus fuerit coram hominibus: confitebor eum coram patre meo cœlesti.* Nec sane vera est fides, quæ occultat confessionem nominis Christi ob metum persecutionis: *Credidi,* inquit David Psal 116. v. 1. *propter quod locutus sum.* Item: *Loquar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundar.* Psal 116. v. 46. Hoc ergo dictum Pauli: *apud te habe fidem,* ad præceptum de confessione non est contorquendum.

Beatus qui non damnat seipsum in eo quod probat:

23. *Qui vero dubitat & tamen vescitur, condemnat sese, eo quo non ex fide vescitur.*

Verus inculcat aedmonitionem, nihil dubitante conscientia suscipiendum esse. *Beatus est ille,* inquit Apostolus, *qui non iudicat seipsum damnatum, sed eo quod probat & facit, hoc est: Qui doctrinam de libertate Christiana intelligit & certa fide nitente expresso Dei verbo statuit, nihil esse immundum mundo hoc est, fideli, & non dubitante conscientia usurpat res a Deo conditas cum gratiarum actione, is benefacit & beatus est: regitur enim luce Spiritus sancti.* Paulus non circumcidit Titum & statuit se recte facere: intelligit enim doctrinam de libertate. Cum ad Spiridonem Episcopum in Cypro, hospes quidem veniret, die ieiunii, nec subito emi aut parari possent cibi vsitati tali die, iubet Episcopus carnes, quas conditas habebat, apponi. Non vescor his hodie, inquit hospes: *Quia Christianus sum.* Tum Spiridon. Et hanc ipsam ob causam te vesci decet: quia Christianus es. *Nam omnes creatura Dei bona est, & nihil reieclum, quod cum gratiarum actione sumitur.* 1. Tim. 4. ver. 4. Hic Spiridon beatus est, quod non iudicat se, dum carnes adponit hospiti die ieiunii: & ei iudit hospitem de libertate Christiana.

Iudicium autem hoc non debet esse carnalis securitas, nec contemptus mandati diuini: Usurarius non iudicat sese, sed ferociter pronunciat, se bona conscientia scenerari posse, & se præstare proximo officium dilectionis. At beatus non est. Nam expressum Dei verbum eum refellit, & condemnat. Oportet igitur iudicium congruere cum verbo Dei, regi luce Spiritus sancti, & in vera fide fieri.

Qui vero dubitat: si comederit, damnatur: quia non ex fide. Repetitio est sententiæ supra positi. Nihil dubitante conscientia faciendum esse: quia Deus non est tenax adus. Omnes vero nostræ actiones, debent regi, verbo Dei & prælucente fide.

Omne quod non est ex fide peccatum est.

Causam exponit, cur nihil sit suscipiendum dubitante conscientia. *Quia omne quod non est ex fide, sit peccatum.* Hæc admodum nobilis est sententia, & regula simplicissimam doctrinam in se continens: *Fides quid,*

Spiridon.

Iudicium fiat secundum verbum Dei.

Fides quid, des

Des est notitia in mente & motus in corde accensus a Spiritu sancto per verbum, quo amplectimur promissionem Evangelii de gratuita remissione peccatorum: & certo statuimus nos propter mediatorem placere Deo, & esse heredes vite eterne. Hanc fidem in mediatorem cum Deus ab hominibus postulet & sine fide impossibile sit placere Deo. Heb. 11. v. 6. conlequitur omnes homines sub peccato & ira Dei conclusos & naturam totam peccato infectam & depravatam esse. Non enim sine causa irascitur Deus creaturis, sed propter peccatum: adfirmat autem Paulus, cum qui carcat fide in Christum, displicere Deo: & omnes eius cogitationes & actiones esse peccatum coram Deo.

Ethnicorum opera sunt peccata.

II. Deinde ex hoc dicto patet, quid sit iudicandum de heroicis factis & virtutibus Ethnicorum: vt de Scipionis castitate, Aristidis iustitia, A Emlyii moderatone, Iulii clementia, Pomponii temperantia: nimirum quod nequaquam sint bona opera Deo placentia, sed reuera peccata in conspectu Dei: eo quod non congruunt eum Dei verbo, non manant ex fide, non reguntur dictu Spiritus nec referuntur ad Dei gloriam.

Liberum arbitrium refutatur.

III. Tertio refutat hic Paulus superbum errorem de libero arbitrio. Quia .n. adfirmat: *omne quod non est ex fide peccatum esse*: sequitur vt liberi arbitrii nihil effici posse, quod faciat ad consequendum regnum Dei. Peccata enim non placant iram Dei: nec adiuuant hominis conuersionem: Imo mortem merentur. Omne vero quod a libero arbitrio proficiscitur, est peccatum, siquidem non est ex fide. Errant igitur non tantum Pelagius & monachi, sed & superbi Synergistae: qui contendunt, aliquid esse in homine non renato & carente fide: quo possit annuere gratiae oblatæ. Si vis applicandi sese ad gratiam, vel annuendi esset in homine, iam esset aliquid boni, quod non esset peccatum, etiamsi ex fide non proueniret.

Opera iustificatione precedunt sunt peccata.

III. Quarto docet Paulus, nulla bona opera preecedere iustificationem, nec bona opera necessaria esse in saluandis. Nam antequam fides in corde lucet, Opera quae sunt & sunt in homine, peccata sunt: Lucet vero fide, iam iustificatus est homo coram Deo. Cum ergo omne quod non est ex fide peccatum sit: Necessè est omnia opera hominum qualiacunq; sunt quae preecedunt, vt iustificationem, ita & fidei esse inera peccata coram Deo. Fides enim & causa & radix est bonorum operum, vnde Augustinus, *bona opera non preecedunt iustificandum, sed sequuntur iustificationem*.

August.

Opera cur Deo placent. religio & cultus sine verbo dam nabilis.

V. Quinto docet Paulus quomodo placeant Deo bona opera nempe si fiant a iustificatus fide, & prelucet eis fides in Dominum nostrum Iesum Christum. VI. Sexto damnat hic Paulus non solum omnes Ethnicorum, Iudaeorum, Turcarum religiones absque verbo: Verum etiam omnes cultus & caeremonias Monachorum, quas proprio arbitrio sine verbo instituerunt, & sine fide in Christum praestant. Quae n. expresso Dei verbo carent, non possunt ex fide, quae certo verbo regitur, proficisci, nec molestias vite monastice, nec deuotionem, nec bonam intentionem curat Deus, sed omnino flagitat fidem in Iesum Christum, & vult nos ex fide ipsius verbo esse certos de ipsius voluntate.

Pharisaei refelluntur

VII. Septimo refellit hic Paulus primum Pharisaeos, qui iactabant sua sacrificia placere Deo etiamsi fierent sine motibus penitentiae & sine fide: sic etiam refellit *scholasticos*, qui furiose contendunt, sacramenta noui testamenti conferre gratiam ex opere operato sine bono motu vtentis: Imo Paulus hic restatur vsu eorum absque fide, esse grauissimum peccatum.

Dubitatio Papistarum damnatur.

VIII. Octauo euertit hic Paulus blasphemum decretum Tridentini concilii, quod statuit, esse dubitandum de voluntate Dei erga nos & non firma fide statuendum, quod simus in gratia, & habeamus per Christum remissionem peccatorum. Qui plane Ethnicus error vt vniuersam doctrinam Evangelii de beneficiis Mediatoris Iesu Christi delet, ita contra-

tiis perterritis conspectu suorum delictorum, & iram Dei metuentibus, omne adimit consolationem. Paulus ergo Apostolus contra statuit, non solum firmiter adsentendum esse promissioni Evangelii, & iuxta eam statuendum, quod sumus in gratia: Verum etiam omnes actiones & opera ex firma in Deum fide suscipienda esse.

CAPUT XV.

- 1. Debemus autem nos qui fortiores sumus imbecillitates infirmorum portare & non nobis ipsis placere:
- 2. Quin potius qui libet nostrum studeat placere proximo in bonum ad edificationem.

Tria sunt membra huius decimiquinti Capitis. In primo videt adhuc Paulus commonefactionem, ne simus scandalo infirmis, sed potius eorum imbecillitatem toleremus, & non quod nostrum est, quaeramus: sed perpetuo edificationi Ecclesiae studeamus, vtq; hanc commonefactionem in sensibus nostris infigat, & viuum exemplar ob oculos ponat: Christi Iesu perfectissimum exemplum moderationis & dilectionis proximi adducit in medium. Immiscet quidem generalem ad monitionem de vsu Scripturae sacrae: sed praecipue hoc agit, vt doceat Christum & Iudaeis & gentibus seruauisse, atq; operi tulisse: quem & nos singuli imitari debemus.

Partes cap. tres.

1. Para.

Secundum membrum est excusatio liberi oris accusationis & intitutionis, cum insigni commendatione sui ministerii, & testificatione illustratae erga Romanam Ecclesiam benevolentiae.

2. Para.

Tertium membrum est narratio de sua professione in Hierusalem & quod a gentibus collegerit Eleemosynam pro Ecclesia ex Iudaeis collecta, & adiungit commonefactionem, quod gentes conuersae, hoc officium charitatis debeant Ecclesiae Hierosolymitanæ: eo quod ab ea in totum orbem lux Evangelii sit diffusa. Tandem hortatur Romanos vt pro se, paulo, ardentibus precibus faciant, vt ab hostibus Evangelii liberetur, vtq; in suo ministerio felices habeat successus.

3. Para.

Debemus, inquit, nos, qui fortiores sumus imbecillitates infirmorum tolerare: repetitio est praeccepti supra positi: Cap. 14. v. 1. & 13. *Infirmum in fide adsumite. Hoc potius inuitate, ne cui sitis offendiculo*. Cum dicit nos qui fortiores sumus: Monet diuitios esse in Ecclesia ciues, in alius plus in alius minus cum lucis, tum roboris spiritualis esse. Deinde monet, robur fidei & Spiritus non esse inepte ostentandum, aut in officio eulum proximi conuertendum, sed potius in tolerandis & serendis infirmis esse demonstrandum. Vere enim robusti & fortis animi est, non superbe insultare infirmiori: sed imbecillitatem infirmi excelso animo ferre, & subleuare, in hoc enim concedit Deus robur fidei & sapientiae diuinae, hic ordo placet, vt potentior seruiat infirmiori: Vnigenitus Filius Dei seruiuit peccatoribus. Angeli seruiunt Ecclesiae parentes infantibus.

Nò debemus, inquit, nobis ipsis placere: sūt sane plurimae naturae superbae & motuae: quae tantū sua dona, suos mores, sua cōsilia, & actiones admirantur, q̄ verò ab ipsis profectum non est, aut cum ipsorum moribus non congruit, ex alto despiciunt. Hoc graue est viciū, pugnans cū praeccepto: quodq; saepe exiit causa & occasio magnorū dissidiorū in Ecclesia. Vt Victor Episcopus Romanus nimium sibi placet, & tantū sua p̄bati sine causa conatur excōmunicare omnes Asiaticas Ecclesias, quod in celebratione diei paschatos ab ipso dissentiunt. Paulus vero non placuit sibi ipsi, sed omnibus factus est omnia. Modestior & superbiior fuit Hieronymus, q̄ suas sententias nimium amauit, & falsas pernacius quā par fuit desedit: sed modestior & placidior fuit Augustinus, & plus profuit Ecclesiae. Posulat ergo

Victor

Hieron.

August.

ergo Paulus veram humilitatem. Est autem humilitas virtus primi præcepti accensa a Spiritu sancto prælucente fide, qua agnoscimus ingentes nostras infirmitates, subiicimus nos voluntati diuinæ, non effecimus nos supra alios, sed de alitis reuerenter sentimus, singulis suum tribuimus honorem, atque inferioribus prompto animo inseruimus. Insigne exemplum fuit humilitatis Iosephi in Aegypto, qui etsi omnes homines suæ ætatis antecelleret sapientia: tamen nemini se præposuit, neminem despexit: & fratribus suis pastoribus pecudum & venditoribus suis promptissimo animo benefecit.

Iosephus.

Proximo placere quomodo debemus.

Proximo placere est omni genere officiorum gratificari & seruire proximo: & non minus studere honori proximi & salutem quam nostræ: Addit autem Paulus limitationem, ne quis existimet Paulum hic *καλακρυτικήν* tradere. Parasiti enim & assentatores summo studio hoc agunt vt placeant magnatibus: vt aliquid lucelli ab eis extorqueant. Hoc pestiferum scelus nequaquam probat vel docet Paulus: pugnat enim cū octauo præcepto. Addit igitur *in bonum ad edificationem*: quasi dicat, sic volo vos placere proximo, non vt sitis assentatores, laudetis eorum vitia, accommodetis vos arbitrio potentum etiam in rebus illicitis: sed vt commodum proximi promoueat: eum erudiatis, doctrina confirmetis in fide, ædificetis eius conscientiam, & amplificetis Ecclesiam Christi, quod non sit peccatis contra decalogum, sed vera pietate & modestia.

3. Nam & Christus non sibi ipsi placuit, sed quemadmodum scriptum est: opprobria approbantium tibi ceciderunt super me.

In Iesu Christo Deo & homine perfectissimum exemplar omnium virtutum nobis est exhibitum: fuit enim sine peccato. Esa 53. v. 9. habuit integerrimas vires, datus illi fuit spiritus non ad mensuram: Ioan. 3. v. 34. & est Deus iustitia ipsa Ierem. 23. vers. 6. Singularem igitur virtutum exempla a Christo petamus. Etsi autem perfectissimæ omnis generis virtutes lucent in tota vita Christi: tamen omnium maxime conspicua fuit & admirabiliter fulsit eius humilitas & pietas, qua omnia ad vtilitatem & salutem Ecclesie retulit. In primis in passione, in qua fuit despectissimus omnium hominum, & factus pro nobis maledictum in cruce. Testimonium sumptum est ex Psalm. 69. qui totus loquitur de Christi passione & morte. Non consuluit Christus suo honori, vel exultationi, vel quieti: sed vero zelo propagauit doctrinam cælestem, & in se recepit acerbissima conuicia & opprobria Satanæ & mundi.

Humilitas Christi.

Audiuit seditiosus, blasphemus, potator Beelzebub, habens Dæmonium, impostor, & infinita alia: Et quidem tulit hæc nostræ salutis causa. Debemus igitur Christum Dominum nostrum in hoc imitari, non nobis placere, nec quæ nostra sunt, querere, sed omnia ad gloriam Dei & ædificationem proximi referre.

4. Quacunque enim scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habemus.

Scripturæ commentatio.

Generalem interspergit admonitionem de usu Sacre scripturæ, ex qua doctrinam & consolationem haurire & singula ad nos transferre debemus. Idcirco enim patefecit DEVS suum verbum, & dedit Ecclesie monumenta Prophetarum & Apostolorum, vt per hoc organon erudiat nos de sua voluntate, consoletur nos in omnibus difficultatibus, & exuscitet fidem & spem vitæ æternæ. Ostendit igitur Paulus hoc loco, quo sine Deo iusserit verbum

suum mandari literis, nimirum vt Ecclesia perpetuo in omnibus aduersitatibus firmas haberet consolationes. Non igitur oscitanter legenda est diuinitus inspirata scriptura: Nec tantum semel cognoscenda, sed perpetuo euoluenda est, vt semper parata remedia contra morbos in promptu habeamus. Docet etiam Apostolus quæ sit Energia & Efficacia sacre scripturæ, quod non sit murus magister seu mortua litera, vt blasphemii pontificii scribunt: sed quod Deus vere per eam sit efficax, dicat consolationem in cordibus hominum & exuscitet spem vitæ æternæ: quæ admodum primo capite vers. 16 Paulus: *Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti*. Item: Psalm. 119. v. 49. *Memor esto verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti: Hac est consolatio mea in afflictione mea quia eloquium tuum viuificauit me*. v. 50.

Detestandus est igitur error *ἐνθουσιασῶν*, Montanistarum & Stenckefeldii: qui contendunt, verbum Dei & sacram scripturam esse tantum exercitium ad minis externi: non verberare cor, nec mutare animam, nec operari salutem: sed Deum immediate tales illuminationes efficere. Paulus enim deducit nos ad sacram scripturam & iubet inde nos petere consolationem, quemadmodum & Christus inquit: Luc. 16. v. 29. *Habent Moyses & Prophetas istos audiant*. Et Ies. C. 8. v. 20. *Nisi dixerint iuxta verbum hoc non orietur illis matutina lux*: hoc est, qui ministerium verbi & sacram scripturam negligunt aut contemnunt, destituentur vera consolatione & ruent in desperationem.

refellit etiam hic Paulus calumniam Pontificiorum, qui contendunt non omnia exposita esse qui nobis cognita ad salutem sunt necessaria. Testatur enim ad nostram doctrinam sacram scripturam traditam esse Ecclesie, non vt sit manca & incerta quædam Philosophia, sed vt sit doctrina perfecta quæ nos sufficienter de Deo, de beneficiis mediatoris & consequenda vita æterna erudiat. Hæc enim veta est doctrina, quæ nos docet quis sit Deus, & quæ eius voluntas, & quo modo vitam æternam adipiscamur. Complectitur enim Apostolus, omnes partes Christianæ religionis, cum nominat doctrinam. Ad patientiam nos hortatur tota scriptura: *πολιτευμα. n. nostrum in caelis est*. Phil. 3. v. 20. *hic non habemus manentem locum* Heb. 13. v. 14. Imo propter religionem omnium iniuriis sumus expositi, & vult Deus vt crucem in mundo feramus. Est autem patientiæ virtus primi præcepti, accensa a Spiritu sancto, qua prælucente fide subiicimus nos voluntati diuinæ, obediemus ei in aduersis, quæ nobis pro sua clementia imponit, & nos sustentamus fiducia promissionis diuinæ, & spe mitigationis ærumnarum & vitæ æternæ: *Hiis in obsidione patienter se subiicit voluntati diuinæ, & sustinet magnò animo summas difficultates nec tamen facit contra Deum: sed sustentat se promissione auxilii diuini, & spe futuræ liberationis*. Est enim spes motus in corde accensus a Spiritu sancto, quo prælucente fide seu fiducia mediatoris, acquiescimus in promissione diuina, & certo expectamus mitigationem ærumnarum & liberationem iuxta Dei consilium, & tandem vitam æternam.

Patientiæ quid sit.

Hiis.

Spes quid sit.

5. Deus autem patientiæ & consolationis det vobis idem sentire inter vos, secundum Iesum Christum.

6. Vt uno animo, vnoq; ore glorificetis Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi.

Tanta est humanæ nature corruptio, vt omnes admonitiones, adhortationes, & commonitiones abeant absq; fructu, nisi Deus per S. S. percellat & flectat cor ad veram obedientiam & pietatem: Idcirco ardentem precationem subiungit Paulus suæ commonitioni, & optat, vt ipse Deus per Spiritum suum sanctum dicat consolationem in cordibus romæ: & lar,

& largiatur piam & sanctam concordiam in Christo Iesu.

Cum Deum patientia & consolationis nominat, monet veram & efficacem consolationem & patientiam a solo Deo proficisci, ut qui est largitor vitæ & victor mortis; & omnium malorum: Philosophia seu humana sapientia multa quidem tentat, ut sese solatur: sed nullam firmam & stabilem consolationem inuenire potest, sed ruit tandem in desperationem, ut exempla magnorum virorum ostendunt. Solus ergo Deus est, qui per verbum & Spiritum sanctum in omnibus periculis & aduersitatibus firmam & efficacem monstrat consolationem, & instillat animis veram patientiam, quæ se in fide & spe subicit Deo.

Consensum optat illis, primum in doctrina, deinde in omnibus consiliis, actionibus & studiis, ut in omnibus sit confessio vna, & vnus animus. Dum enim aliqui nimis pertinaciter & sua dicta & sua consilia probant: sæpe magnas dant turbas in Ecclesia: *Melietius* dum nimis addictus est suæ sententiæ qua lapsus in persecutione denegabat Veniam, atrox schisma excitat in Ecclesia. *Hieronymus* pertinaciter defendit suam expositionem de lapsu Petri in Epistola ad Galat. Et magnas deducit turbas, nisi Augustinus fuisset moderatior. *Theodoretus* patrocinans Ioanni Antiocheno, & cavillans Contentionem *Cyrilli* graue mouet dissidium. *Chrysostomus* & *Epiphanius* certant inter se odium, & Ecclesiam dilatrunt. Studendum est igitur concordie Ecclesie. Fundamentum autem huius concordie debet esse Iesus Christus; Nam consensus vel concordia extra Christum malorum conspiratio est cedens in contumeliam Dei & vastationem Ecclesie. Finis autem veræ & piæ concordie esse debet, ut glorificetur Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi. Quare detestanda est concordia, qua fit cunctura & oppressio veritatis. Grauius peccat *Osius Cordubensis*, quod in Synodo Sirmienti concordiam inicit cum *Arrianis*: & adprobat sua subscriptione ambiguum vocem *omnes*. Recte in versibus dicitur.

*Sit maledictus amor pax et concordia, sacra
Qua violat Christi dogmata vera Dei.*

7. Quapropter suscipite vos inuicem, quemadmodum & Christus suscepit nos in gloriam Dei.

8. Illud autem dico: Iesum Christum nostrum fuisse circumcissionis pro veritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum.

9. Sed & gentes suscepit ad glorificandam misericordiam Dei: quemadmodum scriptum est, Psalm 18. v. 50. propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo psallam.

10. Et rursus dicit: Psalm 67. v. 5. Gaudete gentes cum populo eius.

11. Et rursus, Psalm 117. v. 1. laudate Dominum omnes gentes: collaudate eum omnes populi.

12. Et rursus *Isaias* dicit: stabit radix *Iesse*, & qui exurget ad imperandam gentibus: in eo gentes sperabunt. Esa. 11. vers. 10.

Repetit & inculcat Apostolus commonefactionem de suscipiendis infirmis, & fouenda concor-

dia in Ecclesia: ut autem supra separatim allocutus est Primum fortiores ne infirmos auersentur aut turbarent, Deinde & infirmos monuit ne fortiores morose fastidirent aut damnarent: Ita hic coniunctim admonet omnes cuiuscunque ordinis, aut quocunque loco sint, ut alter alterum pio adfectu suscipiat in Ecclesia: ut ab omnibus Deus glorificetur. Et rursus ob oculos ponit Christi exemplum, quod nullum est in mundo illustrius: Is & Iudæos & gentes suscepit ad gloriam Dei: Etsi in plurimis Iudæis & magna perstancia, superbia, & infirmitas fuit: tamen non abiicit eos, sed illis sese exhibuit, adsum sit humanam carnem, vixit inter illos, & collegit ex ipsis Ecclesiam: Idque fecit ad illustrandam Dei gloriam: Nam minister factus circumcisionis, subiecit se toti legi, & inter Iudæos edidit miracula, ut promissiones factas patribus adimpleret, & infallibiliter Dei veritatem demonstraret.

rursus & gentes suscepit, id est, adiunxit se Ecclesie gentium, accipiens Baptismum & Apostolos misit ad gentes, ut inter ipsas colligerent Ecclesiam eodem fine, nimirum ad illustrandam Dei gloriam: gentes namque conuersæ ad Christum celebrant Dei gloriam. Probat autem hoc membrum de assumptione gentium ad Ecclesiam testimonio scripturæ: Nam hic articulus tum maxime egebat probatione, quo ex Iudæis & gentibus Christus pastor vnum fecit ouile. Ut gentes inquit glorificent Deum pro misericordia: ideo eos suscepit Christus.

Propter hoc confitebor tibi in gentibus: testimonium sumptum ex Psalm 18. v. 50. Quo in loco variatur S. sanctus de Messia, quod non tantum Iudæis sed & gentibus sit dominaturus: & inter illas collecturus Ecclesiam, quæ celebratura sit Deum. Vbi vero celebratur nomen Dei: ubi vera est Christi Ecclesia, quæ regitur a Spiritu sancto, & est particeps beneficiorum Christi.

Exultate gentes cum populo meo testimonium est ex Psalm 67. v. 5. Latentur, inquit Spiritus sanctus, & exultent, gentes, quoniam induens populos in agnitatem: Variatur igitur forte ut & gentes ad agnitorem Dei perueniant, & conuertantur ad Christum: nemo enim vere in Domino letari potest, nisi qui per fidem in Christum Deo est reconciliatus.

Quod vero Paulus addit cum populo suo: fungitur officio interpretis & monet, Spiritum sanctum alloqui in ipso Psalm. cum Iudæos tum gentes, & quod gentes ad Christum conuersæ non minus pertineant ad regnum Christi, & sint pars populi Dei, quam Iudæi.

Laudate Dominum omnes gentes: Est & hoc testimonium sumptum ex Psalm 117. v. 1. illustre & euidens, quo docet, gentes ad societatem Ecclesie pertinere & S. S. prædixisse, quod Christus adsumpturus esset gentes.

Erit radix *Iesse* & exurget ut dominetur gentibus: Esa 11. v. 10. Quia Iudæi difficulter credere poterant gentes pertinere ad societatem Ecclesie, & propter turpem & sceleratam gentium vitam, ab eorum consortio abhorrebant, ideo Paulus tam diu immoratur huius membri probationi, ut confirmet, Spiritum sanctum passim in Sacra scriptura prædixisse vocationem gentium. Erit, inquit, radix *Iesse*, hoc est, nascetur Messias verus homo ex stirpe *Dauidis*: v. x. Virgine *Maria*: hic stabit in signum siue exurget, ut dominetur gentibus, hoc est: Non tantum Iudæis offeret Christus: sed & gentibus adferet salutem, satisfacet enim pro peccatis mundi, portabit vniuersam iram Dei, gentes quoque reconciliabit cum Deo, & euulgata promissione Evangelii liberabit eos a peccato, a morte, a potestate & tyrannide *Satanæ*, & donabit eis remissionem peccatorum, iustitiam, Spiritum S. & vitam æternam. Omnia enim beneficia regis Christi offert gentibus: cuius inquit, radix *Iesse* stabit in signum, vel ut Paulus interpretatur, ut dominetur gentibus: inquit, gentes sperabunt: Hic dicitur

Concordie
studium.

Meletius.

Hieron.
pertinax.
Theodor.

Chrysostr.
Epiphanius.

Concordie
finis.

111

112

113

114

te vaticinatur Iesaias, fore ut non solum a predicetur gentibus Euangelion, & accipiantur in societatem Ecclesiae: Verum etiam omnium beneficiorum Christi fiant participes.

Amplissimam doctrinam suppeditat locus de vocatione gentium, quem Apostolus in hac Epistola, aliquoties allegauit: ex quo etiam solida argumenta petiuit, & quae copiose explicauit. Cum ergo hoc loco repetat Apostolus hanc doctrinam, reuocet sibi lector in memoriam haec insignia capita.

Vocatio gentium quae doceat.

I.

Vocatio gentium testatur, Christi regnum non tantum ad remem Abraham pertinere, verum etiam ad gentes: Etsi enim puniuit Deus gentes caecitate propter contemptum ministerii & promissionis: tamen non denegauit illis vnquam salutem, si conuerterentur ad Deum.

II.

Vocatio gentium docet, quod circumcisio, sacrificia & tota observatio legis, non fuerit iustitia coram Deo, sed quod Iudaei indiguerint misericordia Dei quemadmodum & gentes: Si enim circumcisio fuisset iustitia, gentibus non potuisset promitti salus.

III.

Euidens Argumentum est vocatio gentium, quod gratis absque operibus legis per misericordiam Dei, propter Iesum Christum per fidem iustificemur. Gentibus enim, quae legem non habuerunt, nec opera praestiterunt, collata est salus.

IV.

Docet etiam promissionem esse vniuersalem & ad omnes pertinere, qui vbique terrarum sunt, & apprehendunt Euangelium vera fide.

V.

In vocatione gentium, quae pollutissime vixerunt euidenter conspicitur, quod iuxta Paulum gratia exuberet supra peccatum: Rom. 5. v. 20. Vniuersa enim scelera quae innumera sunt, & oratione exponi non possunt, condonauit Deus gentibus: & propter Mediatorem recepit eas in gratiam: Nullus ergo hominum causam habet de gratia Dei desperandi.

VI.

Vocatio gentium testatur Ecclesiam electorum non esse alligatam ad certum populum, familiam, ordinem, gradum, locum, personas, dona, aut simile quippiam: Sed Deum praedicatione Euangelii excerpere sibi Ecclesiam ex toto genere humano in omnibus nationibus. Et eum esse ciuem Ecclesiae qui amplectitur serio doctrinam Apostolorum: & per fidem insertus est Iesu Christo.

13. Deus autem spei impleat vos omni gaudio & pace in fide, ut abundetis vos spe in virtute spiritus sancti.

Adhortationi & probationi suae subiungit Paulus ardentem precationem, ut ipse Deus per Spiritum sanctum velit esse efficax per ministerium & dicere consolationem efficacem in cordibus auditorum, ut vera credant huic Apostolicae doctrinae atque etiam per eam percipiant gaudium & pacem.

Hic enim finis est nostri ministerii. Ac profecto in hac tanta imbecillitate hominum etiam sanctorum in Ecclesia, omnino necesse est, ut pastores ardentem orent pro auditoribus, ut Iesus Christus per Spiritum sanctum aperiat illis cor, & vicissim auditores rogent Dominum Iesum pro doctoribus & pastoribus, ut sanam doctrinam explicite proponant, & ipsorum labor sit utilis Ecclesiae & ipsis.

Deum spei nominat: quia solus Deus est, qui per verbum & Spiritum sanctum veram excitat in corde spem. Vires hominis non renati sine Spiritu sancto nihil possunt nisi desperare de clementi voluntate Dei.

Gaudium mundi.

Libenter vitur Paulus voce implendi: existimo autem eum hac voce voluisse distinguere inter gaudium Spiritus & laetitiam Mundi seu carnis: videt sane & laetatur Mundus, praesertim voluptatibus & opibus distuens: Sed est gaudium incertum, breue, mixtum infania, petulantia, & quod plerumque dolore est co-

pensandum: quodque nunquam est sincerum, iustus nimirum Sardonius. Nam mundus semper mala conscientia vexatur. At gaudium Spiritus plenum est, hoc est sincerum, perpetuum, vincens mortem & omnes arumnas: & in omni aeternitate durans, utpote a Deo profectum. Hoc autem gaudium & haec pax, tantum ex fide proficiscitur, & a Spiritu sancto accenditur.

Gaudium Spiritus.

14. Confido autem fratres mei & ipse ego de vobis, quod & vos ipsi pleni sitis bonitate repleti omni cognitione, ita ut valeatis vos ipsos invicem commonefacere.

Ut exemplo suo confirmet Paulus doctrinam, quam supra tradidit, ostendit se de auditoribus suis honeste sentire, & non sibi soli arrogare eruditionem & pietatem: Variè enim distribuit sua dona Spiritus sanctus, & singula membra corporis Ecclesiae insigniter ornat. Ignatius non est par Paulo in praedicatione Euangelii & scientia misteriorum Dei: Admirabile tamen lucet in eo constantia in martyrio. Tribuit ergo hoc loco Romanis bonitatem & cognitionem: In lignis enim Ecclesiae ministerio Euangelii collecta est Romae temporibus Apostolorum & deinceps, ut historia docet: sed dudum Romani, ab illa cum bonitate, tum cognitione desierunt. Nunc enim Roma, & sedes Antichristi excellit malitia & blasphemis.

15. Liberior autem scripsi vobis ex parte, quodam modo reuocans vobis in memoriam (antea notam doctrinam) per gratiam, quae data est mihi a Deo.

16. Ut sicut minister Iesu Christi ad gentes & sacrificem Euangelion Dei, ut oblatio gentium sit accepta, sanctificata in Spiritu sancto.

Secunda est haec pars huius capituli, in qua Paulus lenit & placat animos auditorum, ne liberiore correptione, institutione, & adhortatione offendantur. Multae enim feroces, morosa, & superbae naturae sunt, quae impatienter ferunt reprehendi suos mores & viuendi formam ipsis praescribi. Exponit igitur quae auctoritate, & necessitate id fecerit: ut non personam Pauli, sed Dei potius respiciant, qui praecipit Paulo, ut omnes gentes institueret & de voluntate Dei erudiret. Mentionem ergo facit sui muneris Apostolici, & quod per Spiritum sanctum singulari dono intelligentiae scripturarum & misteriorum Dei ornatus sit, & gentium minister & doctor constitutus. Quare aequum est, ut non solum patienter & submisso audiant Apostoli Pauli correptionem: verum etiam obtemperent eius monitis & praecipis, utpote a Spiritu sancto profectis. Quid intelligat per gratiam mox exponit: ut sit minister Iesu Christi ad gentes: Munus ergo Apostolicum & ministerium suum per vocabulum gratiae intelligit.

2. Pars cap.

Λειτουργία Graeci adpellant administratorem publici muneris: Testatur ergo Paulus se legitime a Deo vocatum esse, ut sit publicus Ecclesiae minister & doctor, & quidem ad gentes vocandas ad regnum Christi destinatus. Sacrificans Euangelium. Metaphora est sumpta ex ritu oblationum & sacrificiorum in lege: sacerdotes lege sacrificabant & offerebant victimas institutas a Moise; & Deus testabatur se honore adfici hac obedientia, & coli praesertim si fides accederet, respiciens in mediatorem & Messiam: Erant autem haec sacrificia in lege tantum typi, & figurae, quae non

Sacrificans Euangelium.

non placabant iram Dei, nec tollebant peccatum & mortem: sed tantum significabant venturam victimam Messiam, qui esset suo sanguine expiaturus peccata. Quare si fierent non prælucente fide, non erant vericulus Dei, sed tantum inania quædam spectacula.

Sacrificia
N. Testa-
menti.

I.

II.

In nouo testamento aliud genus sacrificiorum habemus: idque est duplex primum est ἰλαστικόν, passio & mors Domini nostri Iesu Christi, quo vnico placata est Dei ira, & expiatum generis humani peccatum. Alterum genus est ἱερατικόν, quod non consistit in mastrationibus pecudum, nec internis ceremoniis vel gestibus, sed in Spiritu & veritate, in agnitione & celebratione nominis diuini, in fide & inuocatione: & in omni pietate iuxta Dei verbum. Hæc enim officia nostra exhibita in agnitione & fiducia mediatoris adfirmat Deus sibi esse grata sacrificia: quibus recte colatur & honore adficiatur. Hoc ergo sensu dicit Paulus se sacrificare Evangelio: hoc est, prædicando Evangelion Christi, & propagando noticiam Dei inter homines, se spirituale sacrificium offerre Deo: quod patri æterno per Iesum Christum sit acceptum. Et quidem multo gratius quam Leuitica illa sacrificia, mastrationes pecudum, Thymiamata, & incensa.

Commen-
datio labo-
rum Eccle-
siarum.

In dignis hæc est commendatio laborum, quos sustinent pii Pastores & Doctores in propagando Evangelio: mundus qui de eis vilipendit & nulla remuneratione dignos ceter: Imo iudicat eos paci publicæ officere. At Spiritus recenset eos inter opera sancti Iliam & Deo gratissima sacrificia. Non ergo moremur peruersum mundi iudicium: sed Spiritus sancti testimonio, totius mundi calumniis longe antepo-
namus, & magna alacritate Evangelion Christi in orbe propagemus.

Ipsa etiam vox sacrificandi monet nos, non debere nos defugere pericula & crucem, quæ cum confessione doctrinæ Christi coniuncta sunt. Sumus enim veluti victimæ destinatæ mastrationi: propter ista, inquit, Ecclesia, maestemur tota die: Psal. 44. v. 22. sed ita Deo sumus gratus odor propter Christum.

VI & gentium oblatio accepta sit & sanctificata in Spiritu sancto: Hic ostendit qui fructus sequatur laborem prædicandi Evangelii, nimirum conuersio gentium ad Deum, & sanctificatio in Spiritu sancto. Est enim Evangelion potentia Dei ad salutem omnium eradendam: Rom. 1. v. 16. Ita colligit sibi Deus Ecclesiam ministerio Apostolorum, sicut hominum corda ad veram penitentiam, facit eos participes beneficiorum mediatoris, & effundit in eos Spiritum S. sic autem conuersi homines ad Deum per verbum, donati nouitia Dei & fide in mediatorem eius facti regni Christi: Atque sanctificati Spiritu sancto, sunt oblatio, seu sacrificium spirituale Deo gratissimum. Hos enim fructus suorum laborum offert Paulus Deo, & ipsæ gentes conuersæ, non amplius sacrificabunt idolis, sed offerent Deo sacrificia iustitiæ, timorem, dilectionem, fidem, spem, patientiam, Inuocationem, gratiarum actum, confessionem, & prædicationem nominis diuini: Hæc oblatio gratior est Deo, quam taurus, aut iuuenecus, qui cornua & vngulas producit. Psal. 69. v. 32.

17. Habeo igitur gloriationem per Christum Iesum in iis, quæ ad Deum pertinent.

18. Non enim ausim loqui quicquam de iis, quæ Christus non effecit per me, ad obedientiam gentium sermone & opere.

19. In potentia signorum, & prodigiorum: in potentia Spiritus sancti: Vi à Hierusalem & in circuitu, v. g. ad Illyricum impleuerim Evangelion Christi.

20. Ita studiose annitens prædicare Evan-

gelion, non ubi neminatus erat Christus: ne super alienum fundamentum edificarem.

21. Sed quemadmodum scriptum est. Hi, quibus non fuit annuntiatum de ipso videbunt: & qui non audierunt, intelligunt, Ies. 53.

VT amplius commendat Paulus suum ministerium, commemorat, quam felici successu in prædicatione Evangelii usus sit: quam multa Christus per ipsum effecerit: quomodo doctrina eius per signa & miracula sit confirmata: quam potenter Spiritus sanctus per ministerium eius operatus sit, & dona distribuerit: quam longe lateque lucem Evangelii sparserit, quanto ipse studio ardeat propagandi doctrinam Christi: & quod non in illis locis docuerit ubi iam prædicatum erat nomen Christi: sed apud gentes quæ prius nihil de Christo audierant: atque ita vaticinium Iesaiæ, per ipsum sit impletum. Hæc omnia eo tenentur ut commendent ministerium & fidem Pauli, excitent attentionem & reuerentiam in auditoribus: & confirmet eorum animos ut certo statuam, Paulum esse legatum Dei & Apostolum Iesu Christi, qui indubiam adferat doctrinam de vita æterna consequenda: Vt quæ ab ipso Deo ipsi est concessa: quæ & miraculis & prodigiis est confirmata: et quam Deus est efficax, & spiritu sancto regenerat homines ad vitam æternam.

Quomodo Paulus ab Hierusalem usque ad Illyricum omnia impleuerit Evangelio Christi, ex actis Apostolorum peti potest. Quod dicit se prædicasse ubi non erat nominatus Christus, monet se maximos labores propter Evangelion sustinuisse: Maximi enim laboris est primariacere fundamenta doctrinæ cœlestis & ibi prædicare Christum, ubi horrenda dominatur ignorantia Dei & Idolomania. Simul autem docet nunc illud aduenisse tempus, quod Deus in Prophetis prædixerit venturum, quo gentes, quæ nihil de Christo audierant, neque cognouerant, credituræ essent in Deum & futura loca Ecclesiarum sanctorum.

22. Itaque impeditus fui sapius, quo minus venire possem ad vos.

23. Nunc autem non amplius locum habens, in his regionibus, desiderium autem habens à multis annis veniendi ad vos.

24. Si quando in Hispaniam proficiscar venturam ad vos. Spero enim fore ubi isthac iter faciens, vos videam, & illuc à vobis deducar: Si tamen prius ex parte, consuetudine vestra expletus fuero.

EXCVSARI se Paulus, cur hæcenus non venerit ad Romanos, cum sit Apostolus Iesu Christi, toti orbi destinatus: Quia, inquit, impeditus fui continuo quodam cursu prædicationis Evangelii à Hierusalem, per Asiam, Græciam, Achaiam, Macedoniam, usque in Illyricum, & ubique copiosam inueni messem Domino largiente prosperum successum in muneris meo Apostolico: Quia vero impleui has regiones luce Evangelii, & Ecclesiarum constitui, decreui ad vos venire, & inde in Hispaniam pergere.

25. Nunc vero Hierosolymam proficiscor ministrans sanctis.

26. Placuit enim his, qui in Achaia & Macedonia sunt, communicare aliquid.

X

Placuit

Efficacia
ministerii
Paulini.

27. Placuit enim ipsis, & debitores i-
psorum sunt. Si enim gentes participes
facti sunt spiritualium bonorum ipso-
rum: vicissim ipsis & de carnalibus
bonis suis ministrare debent.

28. Hoc igitur officium cum expediuero, &
obsignauero ipsis hunc fructum profi-
ciscar per vos in Hispaniam.

Scio autem, quod cum venero ad vos,
cum plena benedictione Evangelii Ie-
su Christi venturus sim.

III. Pars
esp.
Cura pau-
perum ad
Episcopos
pertinet.

TERTIA est hæc pars huius capituli, v. z. narratio de
profectione Pauli Hierosolimam, vt eleemosynam
quam gentes contulerant, tradat sanctis. Hæc enim
cura etiam incumbit Apostolis, Episcopis & Pastori-
bus, vt pauperum quoque rationem habeant, & non so-
lum diuites ad liberalitatem in pauperes hortentur,
verum etiam dent operam, vt Eleemosynæ in Ecclesia
recte distribuantur sanctis fame laborantibus. Multi-
plex autem necessitas premebat pios Iudæos ministe-
rio Apostolorum ad Christum conuersos, & Hierosoly-
mis adhuc de gentes Plerique enim agros & domos suas
vendiderant, & omnes suas facultates in commune con-
tulerunt. Non potuit autem illa communitio rerum diu-
rare, præsertim dispersis Apostolis per orbem terrarum.

Deinde persecutione omnium grauissima pre-
mebantur Hierosolymitani sancti: Nam pontifices &
Herodes, & bona eis eripiebant, & vitæ illorum in-
sidabantur: quemadmodum lapidatio Stephani, truci-
datio Iacobi, & captiuitas Petri ab eodem testatur: Acces-
sit & communis calamitas, videlicet fames, quæ per
totum orbem est vagata. Quam famem prædixit A-
gabus Propheta, Act. 11. Quæ fames ingruit sub Clau-
dio Imperatore. Tot igitur necessitatibus cum exerce-
retur pium Iudæum, Paulus, & Barnabas, & alii Aposto-
li diligenter collegerunt Eleemosynas a gentibus, qui-
bus Hierosolymitana Ecclesia sustentaretur & foueretur.

Hoc suo exemplo docet Paulus piis & fidelibus pa-
storibus incumbere hanc curam, vt pauperum etiam
rationem habeant. Et diuites sæpe admoneant, de co-
tribuenda Eleemosyna pro pauperibus. & in Ecclesia
constituant homines fideles, qui eleemosynas accurate
distribuunt. Beneficentiæ enim in primis decet Ec-
clesiam: Et qui apud homines pericula omnium fortuna-
rum & vitæ subire coguntur propter doctrine con-
fessionem, æquissimum est locupletiores in Ecclesia
adlici ærumnis & paupertate suorum conciuum, &
membrorum corporis Christi.

Docet præterea Paulus eis, quorum ministerio ac-
cipimus, salutarem doctrinam Evangelii, & perducen-
tur ad cognitionem Christi, & beneficiorum eius,
deberi alimenta & didactica: & nos iure diuino obliga-
tos esse, vt erga ipsos grati simus & de nostris faculta-
tibus, quas Dominus largitus est, communicemus.
Placuit sanctis, id est, spontaneo Spiritu contulerunt,
& debitores sunt, inquit, si enim participes facti sunt
spiritualium bonorum ipsorum gentes, debent vicissim de
carnalibus ipsis communicare.

Fames.

Doctori-
bus audi-
tores de-
bent ali-
menta.

spiritualia
bona.

Carnalia
bona.

Spiritualia bona sunt doctrina cœlestis, agnitio ve-
ri Dei, cognitio mediatoris & regni ipsius, remissio
peccatorum, iustitia, donatio spiritus sancti, pax con-
scientiæ, lætitia, & hæreditas vitæ æternæ.

Carnalia seu corporalia bona sunt victus, potus,
vestes, hospitium, facultates et quæ huius vitæ neces-
sitati seruiunt: iam nulla comparatio est corporalium
bonorum ad spiritualia et æterna: Iniquissimum igitur
esset, si hi qui spiritualia et æterna bona accipiunt:
corporalia retribuere denegarent. Ideo et Dominus
ita ordinauit, vt hi qui docent Euangelion, ex Euangelio
viuant. 1 Cor. 9. v. 14. Item Paulus: Non obligabis os
doui trituranti, licet quis militat propriis stipendiis, 1.

Cor. 9. ibid. v. 9. Et rursus Dominus inquit, Matth. 10.
v. 7. Dignus est operarius mercede sua Gal. 6. v. 10. Qui
instituitur in sermone de omni genere bonorum communi-
cet ei, a quo instituitur. Pertinet autem hæc dicta de gra-
titudine erga Pastores et Ministros Ecclesiæ a quibus
in pietate erudimur, præstanda ad 3. Præceptum.

Sunt ergo homines ingrati, impii, crudeliter, & qui
nullam habent partem in regno Christi, qui suis pa-
storibus non præbent necessaria alimenta. Qui vero
etiam bona Ecclesiastica diripiunt & inter se partiuntur,
illi se manifestos veritatis hostes declarant.

Quod dicit, se venturum in plenitudine benedictio-
nis, de suo loquitur ministerio & vberissimo fructu do-
ctrinæ Evangelii, quem ipsis allaturus sit. Plenitudinē
benedictionis nominat plenissimam benedictionem,
& copiosissimam doctrinam quæ Filius Dei pro im-
mensa sua bonitate ministerio Pauli mundo largieba-
tur. Excellens enim organon fuit spiritus sancti Pau-
les, & admiranda lux doctrinæ in ipso fuit. De omni-
bus fidei articulis copiosissime & grauissime vni-
uersum orbem erudiuit Paulus. Hanc vberissimam
doctrinam & sapientiam & cognitionem Christi, ad-
pellat plenitudinem benedictionis.

Plenitudo
benedictio-
nis.

30. Adhortor autem vos fratres per Do-
minum nostrum Iesum Christum, &
per dilectionem spiritus vt cor: certe-
tis mihi in precibus, pro me ad Deum.

31. Vt liberet ab incredulis in Iudæa: &
vt ministerium meum in Hierusalem
sit acceptum sanctis.

32. Vt cum gaudio ad vos veniam per vo-
luntate Dei, vnaque vobiscum resoriller.

33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis Amen.

POSTREMO loco subnectit admonitionē & petiti-
onem, vt Ecclesia Romana pro ipso Apostolo sustine-
te infinita pericula & ærumnas, ardentes preces ad
Deum fundat, vt diuinitus liberetur a suis insidato-
ribus & calumniatoribus. Est sane hæc communis co-
ditio omnium piorum doctorum in Ecclesia, vt quo
alacrius propagant, propugnant, & defendunt verita-
tē, & resistunt impiorum conatibus, hoc grauiora ipsis
sunt subeunda vicia & pericula. Mundus enim odit veritatē,
eamque delere omnibus viribus nititur. Et quum in-
telligit Satanas esse alicubi ministros fides & alacres,
qui gloriam Dei, & adificationem Ecclesiæ suis for-
tunis & vitæ anteponunt, totis viribus in hoc incum-
bit, vt eos calumniis deformet, minis absterreat, peri-
culis inuoluat, & de terra viuentium extrudat. Ita ex-
cepit Patres, Prophetas, Christum, Apostolos, Marty-
res, Episcopos. Hanc communem omnium piorum do-
ctorum conditionē expertus est & Paulus, quemadmo-
dum historia Act. Cap. 13. 14. 16. 21. testatur. In his au-
tē ærumnis & afflictionibus Apostolus consolatur se-
se verbo Dei, et petit, vt Ecclesia Christi pro ipso apud
Deum intercedat. Hæc n sunt arma nostris, quibus nos
et possumus et debemus munire: nimum promissio-
nes diuina, patientia, inuocatio, spes vitæ æternæ,
Exemplum Christi et aliorum sanctorum. Ex hac au-
tem petitione Apostoli dicendum est nobis, qualis sit
conditio eorum, qui fideliter seruiunt Ecclesiæ Christi,
& omnis generis probra ærumnas, pericula, per se-
cutiones subire cogantur: quemadmodum Christus præ-
dixit. Luc. 21. v. 17. Et eritis odio omnibus hominibus pro-
pter nomen meum. Has ærumnas et pericula qui dete-
ctat, ille non est idoneus ad ministerium Evangelii.

Conditio
fidelium
Doctorum
in Mundo.

Præterea monet Paulus quanti facienda sit homini
pro precatio et intercessio Ecclesiæ apud Deum. Insi-
gnis erat apostolus Paul. magnis ornatus donis, sum-
mum munus gerens in Ecclesia, carus Deo, qui in
tertio cœlo ipsum DEVM audierat, cui ipse Filius
DEI in precatione respondere solet, Tantus tamen
Apo-

Apostolus maximi facit preces & intercessionem Ecclesie pro ipso. Scit enim promissionem Dei verissimam esse: *Vbi cumq; duo aut tres sunt congregati in nomine meo in medio eorum sum, & de quocunq; consenserint & petierint, fiet illis à Patre meo cœlesti:* Matth. 18. v. 19. 20. semper ergo plurimi faciamus pro nobis preces, sed simul cauendum est, ne preces pro nobis effusas nostra securitate vel impietate impediamus.

CAPVT XVI.

1. *Commendo vobis Pheben sororem nostram, qua est ministra Ecclesie in Cenchraus.*
2. *Vt eam excipiat in Domino, vt decet sanctos, & iuuat eam in iis negociis, in quibus vestra opera indiget. Nam & ipsa multos iuuat: & me ipsum.*
3. *Salutate Priscillam & Aquilam collaboratores meos in Christo Iesu.*
4. *Qui pro mea vita ceruicem suam posuerunt, quibus non tantum ego gratias ago, sed vniuersa Ecclesie gentium.*
5. *Et Ecclesiam ipsorum domesticam salutate: Salutate Epenetum dilectum meum, qui est primitia Achata in Christum.*
6. *Salutate Mariam, qua multum laborauit pro nobis.*
7. *Salutate Andronicum, & Iuniam, cognatos meos, & concaptiuos qui inter Apostolos sunt insignes, qui & ante me fuerunt in Christo.*
8. *Salutate Ampliam dilectum meum in Domino.*
9. *Salutate Urbanum collaboratorem meum in Christo, & Stachyn ailectum meum.*
10. *Salutate Apellem probatum in Christo.*

POSTREMVM Caput magna ex parte consumitur commendationibus & salutationibus. Quibus adiungitur grauis admonitio, vt sibi caueat Ecclesia à prauitatoribus, qui sanam doctrinam corrumpunt & distractiones in Ecclesia quaerunt.

Vltimo loco Apostolus gratias agit omnipotenti Deo pro illa immensa bonitate quod Euangelion, quod exposuit Paulus in hac Epistola, mundo reuelauerit, atq; ita repetit, cuius mandato hanc doctrinam tradidit.

Ecclesia qualis.

Ex commendatione & salutatione hæc discenda sunt, qualis nam sit Ecclesia Christi. nimirum pusillus grex, spreus atq; contemptus coram mundo, pauper, nullo praesidio munitus, non certo aliquo inclusus regno, sed sparsus per varia regna: in quo non multi sapientes, nobiles, potentes, eruditi, Principes & Reges recensentur. *Infirmi enim mundi elegit Deus, vt sapientes & potentes pudore adficeret.* 1. Cor. 1. v. 27. Et Christus inquit, *Gratias ago tibi Deus, quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis.* Matth. 11. v. 25. In hoc cathalogo sanctorum non reperiuntur multorum potentum nomina: & tamen Paulus commendat sanctos peculiaribus notis.

Cum ergo quaerimus Ecclesiam, non est nobis respiciendum ad aulas magnorum principum, ad homines potentes, celebres, ad ampla impetia: sed quaerendus est cœtus, qui amplectitur doctrinam Apostolorum: & obtemperat prædicationi fidei, qualem hoc loco Paulus describit.

Deinde monet nos Apostolus his salutationibus, quo dilectionis adfectu complecti & prosequi debemus. Omnes, qui per fidem Christo inserviunt, & eiusdem gloriæ & salutis nobiscum futuri sunt participes: nimirum vt eos plane fraterno amore complectamur, non aliter ac si eisdem nobiscum parentibus ori esset. Multo enim arctius & firmiter vinculum necessitudinis est Spiritus S. qui omnes credentes regenerat, & in filios Dei cooptat, fouet eos ducit, & cum Deo & inter sese copulat: quam est ipsa sanguinis coniunctio. Vnde & magis sincera coniunctio, & promptior officiorum communicatio, stabilior est dilectio inter pios, qui Spiritu Dei ducuntur & vnum sunt in Christo, quam inter fratres vicinos.

Coniunctio
piorum
spiritualis.

Præterea in his salutationibus ostendit Paulus, Christianismum non polcere ἀπάθειαν, id est, vt omnes humanitatis adfectus & σὸρῶς exuamus. Hic enim Paulus commendat suos cognatos, & suo exemplo docet amore & officio prosequendos esse sanguine iunctos. Spiritus sanctus enim non extinguit, sed corrigit naturam: Ac ipse Deus in ipsa creatione inseuit pectoribus coniugum, parentum, liberorum, & cognatorum igniculos naturalis beneuolentia & amoris, vt genus humanum hoc vinculo inter se quam acutissime deuinciret. Ac si natura mansisset integra sine peccato, admirabilis & sapientia & virtus luceret in ipsis σὸρῶς.

Storge pro
tuum.

Nunc vero postquam homo lapsus est in peccatum, fœde quidem hi adfectus sunt examinati (tota enim natura humana est deprauata) sed tamen quantum ex creatione reliquum est naturalis beneuolentia, insigne dicit testimonium de Deo, & est res necessaria ad conseruationem & propagationem generis humani, & congruit cum sapientia legis: ἀλλὰ ἡ ἀνομία quæ ad eam accessit ex peccato, corrigit Spiritus sanctus, transformans nos ad pristinam Dei imaginem.

Christiani ergo, renati per Spiritum sanctum, non sint ἀσὸρῶς, non exuant omnem humanitatem, sed sanguine iunctos vero amore complectantur, Paulus inquit: *si quis suis & in primis domesticis non prospicit, fidem abnegauit: & infidelis est deterior.* 1. Tim. 5. v. 8.

De Machete Anachorita scribunt, quod fasciculum literarum, quem acceperat a parentibus & amicis, in ignem abiecerit non inspectis literis, vt hoc facto demonstraret, se nullo desiderio Parentum & fratrum teneri.

Macheris
Aparhia.

Hæc inhumanitas & ἀσὸρῶς non est virtus placens Deo, & orta à spiritu sancto: sed potius graue seculus, pugnans cum Quarto Præcepto.

Hieronymus alicubi dicit, si in lumine iacet pater: per calcatum patrem perge.

Hieron.

Nimis profecto inhumana vox est, si de monastica tantum vita & non de pietatis studio, & confessionis necessitate loquitur.

Deo quidem & pietati post ponendus est amor Parentum & Liberorum: *Qui Patrem & Matrem plus diligit, quam me,* inquit Christus, Matth. 10. v. 17. *non est me dignus:* Et cum de Confessione ut inuis Christi agitur, locum habet illud Mosaicum: *Deut. 33. v. 9. Qui dixerit Patri suo & Matri sua nescio vos &c.*

Quando vero parentes vel liberi non imediunt pietatis studium, vera σὸρῶς, ardentis amore & honore eos prosequi debemus.

Quod meminit laborum, diligentia & officiorum, quæ pios praestiterunt, vel in docendo Euangelio, vel in ministrando Ecclesie, ostendit Deum fore memorem & abunde compensaturum singula sanctorum officia in fide præstata.

Salutate eos, qui sunt ex Aristobuli familiaribus.

21. Salute Herodionem cognatum meum: salute eos qui sunt ex Narcissi familiaribus, eos qui sunt in Domino.

22. Salute Tryphenam & Tryphosam, quae laborant in Domino. Salute Persida dilectam, quae multum laboravit in Domino.

23. Salute Ruffum selectum in Domino, & Matrem eius & meam.

24. Salute Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum eis sunt fratres.

25. Salute Philologum, & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympam & qui cum eis sunt omnes sanctos.

26. Salute vos inuicem osculo sancto. Salutant vos Ecclesia Christi.

Narcissus. INTERPRETES existimant Narcissum, cuius mentionem facit Paulus, eum fuisse, cuius apud Suetonium & Corn. Tacitum in vita Claudii Imperatoris fit mentio: qui cum Claudii fuerit libertus, in summa fuit gratia apud Imperatorem, & ad summam peruenit potentiam: homo multis probis & flagitiis contaminatus. Huic Imperator tantum acquirere & capere permisit, ut quarente eo quondam de fisci exiguitate dictum sit, abundaturum si à duobus libertis in consortium reciperetur. Tacitus scribit Messalinam iussu huius Narcissi esse interfectam.

Quod si igitur hic ille Narcissus est, cuius meminit Paulus, immensa misericordia Dei illustre exemplum habemus, quod ita tam scelerati & flagitiosi hominis familia tamen collegit sibi Ecclesiam sanctam.

Et pii serui, qui impius & sceleratis dominis, qui nec Deum nec homines verentur, seruire coguntur, hinc petant consolationem, quod non propterea sint abiecti à Domino, sed ipsi sint curae, & ab ipso diligantur.

27. Obsecro autem vos fratres, ut consideretis eos qui dissidia & scandala praeter doctrinam, quam vos didicistis excitant: & declinate ab eis.

28. Nam tales qui sunt Domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri: & per blandiloquentiam & adsentationem corda non malorum hominum seducunt.

29. Vestra enim obedientia peruenit ad omnes.

Gaudeo igitur quod ad vos attinet. Volo autem vos sapientes quidem esse in bonum, simplices vero ad malum.

DOCTRINAE suae saluberrimae adiungit Apostolus grauissimam admonitionem, de cauendis praestigatoribus haereticis & schismaticis. Nunquam enim quiescit aduersarius nostrae salutis, sed ubi auertit, semine verbi diuini, consitum esse regnum Domini, dormientibus hominibus, ut Christus inquit, interspergit ille sua zizania. Vigilantia igitur & circumspeditione opus est.

Singulis licet inquirantibus fidelibus inquirendi in omni generis do-

ctrinas quocumque gradu dignitatis consistant, & quocumque polleant eruditione.

Deinde vaticinatur, fore ut praestigiatore exoriantur in ipsa Ecclesia, qui facturi sint distractiones & prohiberi scandala: quare vigilare nos oportet & nos prae munire primum lectione & studio, deinde praecatione assidua.

Tertio depingit falsos doctores, ut certis notis eos deprehendere possimus.

Gignunt, inquit, dissidia & offendicula, id est, turbant Ecclesias bene constitutas nouis doctrinis aut contentationibus.

Secundo student blandiloquentia & adsentationi: non retinent formam sanorum sermonum, non insunt vestigis Prophetarum & Apostolorum: sed quaerunt sermones blandos, & suaves, qui grati sunt rationi, & delicatis auribus. Accommodant sese ad desideria hominum, & dicunt populo placentia. Sic Monacharius, Sergius Monachus.

Tertio, inquit, seruiunt ventri & non Domino: his notis deprehendi possunt:

Quarto praebet nobis arma quibus nos mutare possimus. lubet nos tenaces esse eius doctrinae, quam didicimus ab Apostolo Paulo, quam constat indubitatum esse veritatem Dei.

Quinto praecipit, ut ab illis recedamus: hoc enim pertinet ad confessionem veritatis, ut nos separemus à blasphemis haereticis & turbatoribus Ecclesiae: Et salutis nostrae interest, ut communes illas pestes accurate vitemus, ne inbeciamur. Qui enim iugum ducit cum infidelibus, is communicat alienis peccatis, confirmat impios in impietate, temeritate sua tentat Deum, dum se sponte obicit periculis confessionis, languet in ipso zelus veritatis, audit & videt multa ad quae conuicere cogitur, exemplis allicitur ad impietatem, volens volens implicatur erroribus, extinguit in sese exercitia poenitentiae, contumeliat in se & alius Spiritum sanctum, scandalo est pijs animis, praebet de se suspicionem, quod defecerit à veritate. Et quod omnium maximum, Deum Zelorem prouocat ad iram. Vnde Iehu Propheeta grauissime taxat pijs regem Iosaphath, quod amicitiam fouerit cum impio rege Achab. In primis vero periculosum est, conuersari cum falsis doctoribus. Falsa enim doctrina seipsum veluti gangrena. Et qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccli. 13. v. 1.

Sexto hortatur pijs ad circumspeditionem & prudentiam, sed necessariam attexit commonefactionem de discrimine inter prudentiam humanam & Spiritus.

Mundus plenus est vafriae, & calliditate: & qui in varios se gyros possunt inflectere & in omnes occasiones quaerendi, quae sua sunt, & premendi aduersarium intenti sunt, hos censet esse sapientes.

Cum vero homines pii & timentes Dominum abstinent à fraudibus & dolis, ne vulnerent conscientiam, videntur à mundo tanquam homines simplices.

Paulus ergo ad huiusmodi sapientiam nos hortatur, non quae sit callida & vafra ad nocendum alijs, vel ad excogitandum dolos: qualis fuit in Sypho, Alibiade, Achirophete: sed quae sit prudens ad bonum: & sit coniuncta cum simplicitate, ad bonum: & studio recte faciendi. Christus inquit, Estote prudentes tanquam serpentes, & simplices veluti columbae. Matth. 10. v. 16.

20. Deus autem pacis conteret Satanam, sub pedibus vestris breui. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum, amen.

CONSOLATIONEM insignem attexit admonitioni: fore ut Deus reprimat insidias, artificia, & machinationes Satanae, & labore nostrum in discendo & pra-

tere in de-
Aniam.

Notae fal-
torum do-
ctorum.

I.

II.

III.

III.

V.

Conuersa-
tio cum
impis pe-
niculosa.

VI.

ambrosius
milsop

de precando non fore irritum: Nos quidem de infirmiores sumus, quam ut possimus omnes prestigias & laqueos Satanæ vitare & effigere: sed Deus inquit, aderit nobis suo Spiritu. *Et ipsa conteret Satanam sub pedibus*, patefaciet eius dolos, reprimet eius potentiam, turbabit eius cõlilia, impediet eius conatus: Ecclesiam vero consolabitur, pios confortabit suo Spiritu, tuebitur ministerium, non permittet ut tentemini supra vires, sed tandem gloriosam largietur pui victoriam, ita ut magno gaudio dominantur peccato, morti, Satanæ & inferno. Christus enim vicit mundum, & princeps huius mundi eiectus est foras. Desumit autem Paulus hanc Phrasin ex 3. Cap. Gen. v. 15. ubi dicitur: *semen mulieris conteret caput serpentis*. Ut enim Christus contemnit & destruxit totam Satanæ potentiam, ita omnes qui per fidem Christo inseruntur, victores sunt. Satanæ, & omnem eius astutiam & potentiam admirabiliter superant. Etiam puellæ & pueri in confessione vicerunt omnem Satanæ truculentiam.

Non ergo despondeant pii animum in tantis certaminibus, neq; turbentur vel sua infirmitate, vel Satanæ potentia: sed huius diuinæ promissionis semper sint memores. Ut in exordio Epistolæ, ita hic in fine optat Romanis gratiam Domini nostri Iesu Christi, hoc est omnia beneficia mediatoris. Ut ostendat eorum peccatus suum nihil aliud spirare, quam salutem Ecclesiæ.

- 21. *Salutant vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, Iason, & Sosipater cognati mei.*
- 22. *Saluto vos ego Tertius, qui scripsi hanc Epistolam in Domino.*
- 23. *Salutat vos Caius hospes meus, & Tertius Ecclesiæ. Salutat vos Erastus procurator urbis, & Quartus frater.*
- 24. *Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis, Amen.*

ALIORUM quoq; doctorum & ministrorum Ecclesiæ nomine salutationes adscribit Romanis, ut hæc sola doctrina in hac Epistola comprehensa, plurimum testimonio comprobetur, utq; consensum recte docentium ostendat, & Romanos in veritate confirmet. Significat etiam vnum & eundem esse Spiritum in omnibus doctoribus, qui prædicant Christum Iesum in pacato studio, qui vniuersam Ecclesiam ætissimò vinculo dilectionis inter se diuincit, tanquam vnus

corporis membra inter se compingit & obligat, ut singula membra totius corporis & omnium membrorum salutem in Iesu Christo ardentur exietant & exortant.

- 25. *Ei vero qui potest vos stabilire secundum Euangelion meum, & præconium Iesu Christi, ex reuelatione mysterij quod temporibus huius seculi taciturnum fuit.*
- 26. *Nunc vero manifestatum est per scripturas Prophetarum, iuxta mandatum æterni Dei ad obedientiam fidei omnibus gentibus declaratum.*
- 27. *Soli sapienti Deo per Iesum Christum gloria in secula, Amen.*

VLTIMO loco Paulus gratias agit Deo pro vberima doctrina huius Epistolæ & reuelatione Euangelij & sicut statim in interpositione Epistolæ potuit luculentam definitionem Euangelij, ita eam hic in fine repetit, ut lector enarrat memoret. Repetit etiam capita doctrinæ, Quod Euangelion Christi sit ministerium arcantum ignotum rationi, & toti generi humano, quod per Iesum Christum reuelatum est. Deducit etiam nos Paulus ad scripturam Prophetarum, ex qua huius mysterij veram cognitionem & solida fundamenta petere debemus. Finem etiam monstrat totius ministerij instituti, videlicet ut fidei obediatur. Tandem & doctrinam de vocatione gentium, & vniuersali promissione repetit.

Nos ergo vna cum Apostolo Paulo toto pectore, & veris gemitibus, gratias agimus æterno & omnipotenti Deo, cum pro omnibus eius innumeris & immensis beneficiis, tum pro admiranda reuelatione Euangelij de Domino nostro Iesu Christo: per quod nos quoq; vocauit ad societatem suæ Ecclesiæ: & offerit nobis gratis remissionem peccatorum, iustitiam, vitam & gloriam æternam atque cœlestem: agimus etiam gratias filio Dei, pro hoc incomparabili thesauro, quod ministerio Pauli tanta perspicuitate sui regni beneficia in hac Epistola explicauit. Idem faciat per Spiritum sanctum, ut in hac salutari doctrina constanter persistamus, & cum omnibus electis in omni æternitate ipsum celebremus, Amen.

Euangelij quid sit.

Beq d'oz.

X 3 EXPLI-



E X P L I C A T I O
P R I O R I S E P I -
S T O L Æ P A V L I A D
C O R I N T H I O S .

Proposita pie iuventuti in Academia Jenensi,
ILLUSTRISSIMO PRINCIPI ET DO-
MINO, DOMINO IVLIO, DVCI BRVNSVVI-
CENSI ET LVNEBVRGENSI, DOMINO
suo clementissimo.

Salutem à filio Dei Iesu Christo Immanue'.

Illustrissime Princeps, Domine clementissime.



QVOD hanc explicationem prioris Epistola Pauli ad Corinthios, quam Dominus Deus pro sua clementia per Spiritum suum sanctum largiri dignatus est, Cels. Tuae dedicare atq; inscribere visum est, huius mei consilii existimo me non leues, nec contemnendas habere causas.

Causæ de-
dicat. onis.

Studium
Ducis in
propagan-
da veritate.

Reforma-
tio Eccle-
siarum.

Primum enim & inlyta Cels. T. & vniuersa dittoni, quam Princeps pacis & Pater futuri seculi Cels. T. patrocinito & gubernationi subiecit, ex animo & gratulor: atq; etiam aeterno & omnipotenti Deo toto pe-ctore gratias ago, quod Cels. T. hanc piam inspirauerit mentem & voluntatem, ut ea non solum amplexa sit incorruptam Euangelii doctrinam, & professione veritatis coniungat se sancto Ecclesia cœtui: verum etiam flagret singulari studio promouendi cursum Euangelii & salutare semen diuini verbi late spargendi. Tua enim Cels. non obscura documenta dat huius pie voluntatis & laudabilis instituti. In ipso gubernationis diuinitus commissa exordio, Cels. T. Heroico animo sustulit à Ducatu Brūsonicēsi, reliquias regni Antichristi, crassos pontificiorum errores, plane ethnica Papistarum idola, & blasphemos sacrificulorum cultus. Contra vero

memor à quo decus & authoritas gubernationis tibi delata sit, portas aperuisti Christo Regi glorioso & Principi omnium seculorum: pracones Euangelii vocauit T. Cels. ut subdit recte de Deo erudirentur. T. Cels. operam dedit ut post. m. verus Dei cultus, & legitimus Sacramentorum cultus restitueretur. Ac quia intelligit T. Cels. puritatem doctrinae Propheticae & Apostolicae, nec contra hareticorum prostratas deserdi, nec ad posteritatem illi aetate transferri posse sine variarum linguarum cognitione, & honestarum disciplinarum adminiculo. T. Cels. studiose in hoc incumbit, ut celebrem aperias Scholam, in qua pia iuuentutis artes & lingua tradantur, & Prophetica atq; Apostolica scripta explicentur: atq; ita perpetuum Ecclesia seminarium adornetur. Nihil dubites inlyte princeps, hac Cels. T. pia voluntas erga Ecclesiam & veritatem Christi, sacrificium est, quo Deus mirifice delectatur. Hoc enim studium Deus imprimis requirit à suis Principibus, quemadmodum Spiritus sanctus in multis sacra scripturae locis testatur. Psal. 2. v. 10. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore & exultate ei cum tremore. Et Psal. 24. v. 7. Aperite portas Principes vestras, ut introeat Rex gloriae:

Scholæ no-
uæ consti-
tutio.

rix: Rex gloria Christus est, gloriosus victor, fami malueris ex nostra cœtu, quam aliunde mortis & Princeps vita aeterna: huic aperire portas, est hospitio excipere Ecclesiam, locum dare Evangelio, curare ut populus de religione erudiatur: Iuventuti scholas disciplinarum aperire, & universam gubernationem eo dirigere, ut Christi regnum amplificetur, & multorum salutis aeternae consueatur. Huic ergo diuino mandato cum parere coneris in chlye Princeps, non est obscurum amplissimam T. Cels. mercedem in caelis esse repositam: & mihi dubium non est, quin omnes pii mecum & T. Cels. & traditioni Brunsvicensi de hac felicitate gratulentur.

Deinde visum est publice testari de pio consensu Ecclesiarum Turingicarum, & quae in ducatu Brunsvicensi nunc T. Cels. auctoritate & consilio constituuntur. Omnino enim cupro, quantum in me est iuuare congregationem Ecclesiae verae, & fouere conjunctionem cum iis, qui recte sentiunt & diligunt dominum Iesum. Cum idolatri & Blasphemis pontificis nihil mihi commune est: sceleratos & corruptelarum patronos non agnosco: quin cum Davide perfectio odio odios. Qui vero in corruptam Evangelii veritatem amplectuntur & profitentur in mundo, ab iis desidere & eorum negligere communicationem ne scias esse ducio. Non obscure autem ostendit tua Cels. cuius ea sit confessio: quod nimirum Cels. T. alienissima sit à prophanis corruptelis, quae hac nostra memoria exagitarunt, & etiam nū perturbant Ecclesiam: Impium Maiorismum dico, superbam & gratia Dei ingratiam Synergiam, blasphemum Calvinismum, pertinacia quoque insignem Adiaphorismum: tota autem rem additā sit corrupte veritati Evangelii quam praclarum Spiritus sancti organon se-licus me: Martinus Lutherus restituit Ecclesiae. Huius voluntatis evidens signum est, quod Cels. T. proximo anno clarissimum & reuerendum virum dominum Timotheū Kirchnerum sacrae Theologiae Doctorem, ex hac nostra Academia ad gubernationem Ecclesiarum in ducatu Brunsvicensi elegantissime vocauit, atque ipsius fidei inspectionem Ecclesiasticam comisit. Non ignorauit T. Cels. scholam hanc multis inuisam esse, eo quod corruptelis contradicimus, & blasphemias in Deum resellimus: mundus enim tenebris magis quam veritate delectatur. Tatum vero absuit, ut scandalo hoc offenderetur T. Cels. ut hanc ipsam ob cau-

accesere Ecclesia Doctorem. Cum ergo Cels. T. hoc ipso demonstraui, se ab horrere ab omnibus corruptelis, cum verbo Dei pugnantibus, & testata sit, se probare huius Ecclesiae & Scholae confessionem, & certamina, aequum esse censeo, ut vicissim conjunctionem cum Ecclesia in ducatu Brunsvicensi foueamus. Nos enim nequam delectamur Ecclesiarum distractione, ut homines vel imperiti, vel mali nobis per calumniam obicere solent. Post illustrationem & conseruationem caelestis & aeternae veritatis, qua & gloria Dei & omnium hominum salus continetur: quapropter omnibus rebus humanis longe anteponenda est: nihil nobis in vita grauius accidere possit, quam si vulnera Ecclesiae sanari, & solida & salutariis docentiam concordia, non solum prudenti consilio constitui, sed etiam felici successu stabiliri possit. Sape autem varias consideramus causas, quae impediunt consensum & conjunctionem Ecclesiarum, & docentium.

Primum magna est huius temporis licentia fingendi corruptelas, & spargendi falsas & perniciosas opiniones, easque illaudata pertinacia defendendi: si quis non videt quam late serpat nunc virus & gangrena errorum sub praetextu Evangelii, ne is in ipsa meridie caecit. Cum huiusmodi rigetur & doctoribus & caeteribus, quod nullam fouemus conjunctionem, nemini mirum videri oportet: eo quod diuina maiestatis vox, non solum nobis, sed omnibus prius hoc imponit officium: Nolite iudicare, inquit Paulus, 2. Cor. 6. v. 10. cum infidelibus: quae communicatio est Christi & Belial? Lucis & tenebrarum? Item Gal. 1. v. 9. Si quis aliud Evangelion docuerit, sit anathema. Item: 2. Ioh. v. 10. Si quis hanc doctrinam non attulerit, ne dixeritis illi aue. Et David inquit, Ps. 26. v. 5. Nō sedi cum viris vanis, & cum dolosis nō conuersabor. Nec vero tantum hoc requirit vox diuina, ut vitemus consortiū eorū qui doctrinam Christi sermōto humana-rū opinionū inficiunt, verū etiā ut voce & testimonio nostro blasphemias resutemus, confessionem illustrem etiā cū periculo vita edamus.

Deinde vero permulti sunt, qui licet prorent confessionem nostram, & ipsi quoque haberi velint alieni à corruptelis: tamen quia animaduertunt nos sustinere potentum odia, variis grauari calumniis, & magnis obiculi periculis propter veritatis confessionem & er.

Porte quomodo aperiantur Christo.

Ecclesiarū Brunsvicensi consensu cum Turingicis

Maiorismus. Synergismus. Calvinianismus. Adiaphorismus.

Timo Kirch.

Ienensis Academia in vita mult.

Causa diffidiorum in Ecclesia Licentia fingendi corruptelas.

Meus periculum in causa confessionis.

errorum refutationem, non agnoscunt nos, nec fouent nobiscum contumeliam: metuunt nimirum ne umbra nostra noceat ipsis & partem aliquamodi & periculorum in se se derueat. Arg. hic cum non sint postre-
 mi autores disfidiorum in priorum cotu. ego non adiuuant commune opus domini, tamen familiare est ipsis prolixè queritari raram esse hoc tempore docentium concordiam. Nos ergo ut seductus sanam optamus mentem: et abhorrentes à certaminibus Ecclesia, & sua tantum tranquillitati studentes monemus, ut aliquando serio cogitent ista oracula Spiritus sancti. Psal. 69 v. 11. Zelus domus tua: comedit me: Et Christus: Qui non colligit me cum, dispergit, & qui non est mecum, contra me est. Lucae 11. v. 23.

Al negatio
 veritatis
 non agno-
 scere fra-
 us.

Non obscura species al negationis est, non agnoscere eos, qui pro veritatis adsertione stant in acie, & pericula sustinent pro communi salute Ecclesiae: Haec nimirum causa sunt, cur rarus a modum sit consensus Ecclesiarum hinc nostris temporibus: Quia zelus pietatis & sincera dilectio, non solum in plerisque friget sed tantum non extincta est. Nouit tamen suos Deus, quos ita regit suo Spiritu, ut nec confessionis pericula mollicie animi defugiant, nec studium coniunctionis & consensus cum recte sentientibus in se partitur & desiderari. Ac sane T. Cels. illustri exemplo prauiuit altis, dum ea ex hac schola Ecclesia vocauit Doctorem insignem & clarum. cuius Ecclesiarum in ducatu Brunsvici consi gubernationem commisit. Ex ista mo-
 gitur egregio & durabili vinculo Ecclesias Thuringicae & Brunsvicenses inter se con-
 nexas esse. Clarissimus enim vir Doct. Ti-
 motheus Kirchnerus, non solum eandem nobiscum praeferretur sententiam de omnibus fidei articulis, verum etiam fidem parastatam se nobis praebet contra omnis generis fanaticas corruptelas. Nostrum ergo hunc consensus publicè testamur: nec dubitamus Ecclesiam Christi ex hac voluntatum coniunctione uberem fructum percepturam.

Consolatio
 in periculis
 confessio-
 nis.

Præterea illustrissime princeps, cum & oracula Spiritus sancti testentur, & ipse rerum usus arg. totius Ecclesiae historia nos doceat varia & multiplicia cum impedimenta, tum scandalala obitu pijs principibus, qui serui suscipiant curam Ecclesiae, & magno studio conantur veritatis illustrationem, & amplificationem regni Christi promouere:

ut autem & mei & auctum Doctorem effi-
 esso, ut T. Cels. in tam sancto instituto mon-
 stratis amplissimis promissionibus Dei ac se-
 liciteuentu & successu confirmemus. Cum Rex
 Israe. David stauit in exordio regni sui 10. David.
 tus in hanc curam & cogitationem incumbere-
 ret, ut collapsum religionis statum restitueret
 & populum ad verum pietatis studium ex-
 citaret non solum à vicinis gentibus vnde ge-
 bellis est lacepsus, sed à suis etiam quodam-
 modo derisus, & in proposito sanctissimo re-
 tardatus. Hiskia Rex singulari zelo pietatis
 ardebat, nec quidquam antiquius habebat,
 quam emendare statum Ecclesiae, amoliri I-
 dolatrias cultus, & populum reducere ad le-
 gis diuina obedientiam. Hac vero dum agit
 magna fide, innumera eum circumstant ma-
 la. Plerique in Israel impetite obfirmantes a-
 nimam, ludibrio excipiunt sancti regis
 mandata: Senach. Assyrius ingenti exercitu
 cingit urbem Hierosolimam. Hoc periculo
 exemptus Rex, incitatur in Iherusalem morbum.
 Quam varias & multiplices difficultates
 experiri cogitur pius & sanctus Rex Roma-
 norum Theodosius Magnus, dum ita est
 adfectus, ut magis de Ecclesia saluari qua-
 tu, quam de amplificatione imperii sit solli-
 citus. In lethalem incidit aegritudinem, ita
 ut pene de vita eius desperatum esset. Vbi
 retractus fuit diuinitus, ex merito faucibus,
 mox vari tyranni insurgunt in eum & im-
 perium adfectant. Maximus cum Victore
 filio in Italia bellam mouet trucidato Gra-
 tiano consorte imperii: Deinde Arbogastus
 & Eugenius tyranni imperium armis occu-
 pare conantur. Vbi has bellorum difficultates
 superauit Theodosius imperator, varia sunt
 exorta haereses, quae totam turbantur Eccle-
 siam. Arriani passi in tumultuati sunt & or-
 thodoxam fidem de aeterna diuinitate filii
 Dei opprimere studuerunt. Ex Arriano nati
 sunt & Macedoniani qui horribili blasphemie
 Spiritus sancti diuinitatem negarunt.

Quid vero opus veteri exemplum inquire-
 re, quotidie toti Ecclesiae in conspectu est in-
 signe exemplum illustriss. Principis & in-
 clyti herois Domini Iohannis V Vilhelmi
 Ducis Saxoniae, Domini nostri clementissimi.
 Hic insignis heros cum nihil habeat magis
 in votis quam ut voluntati diuina seruiat, a-
 periendo portas Christo, patrocinando in-
 corrupta veritati, fouendo pios Ecclesiae do-
 ctiores, promouendo ministerium Spiritus, &
 varia beneficia conferendo in Ecclesiam, &
 scholas:

Hiskia.

Theodo-
 lius M.

Iohan.
 V Vilhel-
 mus. D. S.

scholas: bone Deus, quas experitur ille heros
 difficultates? Qualia circumstant eum peri-
 cula? Quam varii insurgunt in eum hostes?
 Quam multiplicia occurrunt ei impedimen-
 ta? Et ne Celsit: eius arumnis & experientia
 inferior sit Hiskia & Theodosio sanctis re-
 gibus, nunc etiam morbo confluetur gra-
 vissimo: In qua aduersa & languida valetu-
 dine tu Iesu Christe fili Dei, qui te profiteris
 aequiare nostrum, imo qui vita & longitu-
 do dierum nostrorum es, consolere tuo san-
 cto Spiritu Pium Principem, sincera fide &
 studio seruentem nomini sancto tuo: resti-
 tuas eum pristinae valetudini: confirma Cel-
 sit: eius vires & serua eum in vita propter
 dilectam tuam Ecclesiam, in quam preclara
 confert beneficia: Sis memor Iesu Christe
 tuae promissionis 1. Sam. 2. vers. 30. Glori-
 ficantes, me glorificabo. Proroga vitam
 pro Principi fideli seruo tuo, ut Hiskia &
 Theodosio regibus, & hanc consolationem
 imperire dilectae sponsatae Ecclesiae, Amen.

Ut ergo in hisce exemplis & tota historia
 Ecclesiae videmus multiplices difficultates
 obijcijs, qui pietatis zelo curam suscipiunt
 Ecclesiae & regnum Christi promotum vo-
 lunt: ita mihi dubium non est, quin & Ve-
 stra Celsit: in pio instituto experietur impe-
 dimeta & obstacula non vnius generis. Hic
 ergo opus est erigere & confirmare animum
 verbo Dei, in quo licet nobis videre tan-
 quam in speculo clementem Dei voluntatem
 praesens auxilium diuinum, liberationes cer-
 tas, & successum priorum conatum felicem.
 Spiritus sanctus per Dauidem ad Salomo-
 nem filium, cui templi aedificatio mandata e-
 rat, inquit, Viriliter age & confortare:
 ne timeas & ne paucas: dominus. n. De-
 us meus tecum erit, & non dimittet te
 donec perficias. 1. Paralip. 28. vers. 20. Et
 Azaria Propheta ad regem Assa inquit: Vos
 estote fortes, non fiant remissae manus
 vestrae: est enim merces operi vestro. 2.
 Paralip. 15. vers. 7. Et Spiritus sanctus per
 Dauidem his verbis confirmat pios Magi-
 stratus. Psalm. 20. vers. 1. Exaudiat te do-
 minus in die tribulationis: protegat te
 nomen Dei Iacob: Mittat tibi auxilium
 de sancto & de Zion tueatur te. Tribu-
 at tibi secundum cor tuum, & omne
 consilium tuum impleat. Et in hac Epi-
 stola Paulus, omnes pios in susceptis labori-
 bus confirmans, inquit. Non erit labor
 Vester inanis in domino, Cap. 15. vers. 38

Cum Celsit. T. has amplissimas promissiones
 intuebitur adsidue, ita confirmabitur S. S.
 cor tuum, ut omnes difficultates magna cu
 laude sis superaturus.

Etiam hac de causa putauit Celsit. T. ad
 huius Epistola Pauli lectionem inuitandam
 esse, ut ea Celsit. T. contra scandala, qua in-
 dies magis exercent Ecclesiam probe muni-
 ret, & in controuersis grauissimis, qua hoc
 tempore multorum animos turbant, in du-
 biam monstraret sententiam. Certo statuo
 Celsitudin. tuam grauiter commoueri, quo-
 ties ea aspicit dissensiones Doctorem in Ec-
 clesia, magnorum virorum defectiones a verita-
 te, quorumda audaciam infringendis & spargen-
 dis nouis opinionibus: & alios tristes lapsus.

Quis pius sine ingenti dolore recordari
 potest, ut nunc mille alia taceam, quod Mat-
 thias Flacius Illyricus Manichaeismum
 reuocat ab inferis, & monstrosa opinione de
 essentiali peccato originis: tam triste dissi-
 dum in Ecclesia excitat? Adeo, profligata per-
 tinacia crassissimos suos errores tuetur? mul-
 tis annis insigniter floruit in orbe Mans-
 feldensis Ecclesiae, & pra alijs multis felix fu-
 it puritate doctrinae Euangelij, alacritate
 confessionis, & doctentium concordia. Sed
 nunc M. Spangenbergio inclinante ad
 Manichaeismum Illyrici & patrocinate ei-
 us delirij & portentis, triste incendium in
 ea Ecclesia exarsit. Hisce scandalis multi non
 satis confirmati Spiritus sancti doctrina,
 adeo offenduntur, ut abijciant Euangelij
 professionem, & dedant sese carnali securi-
 tati. At hac Epistola Pauli ad Corinthios
 manit nostra pectora, ne ita vulnerentur i-
 stis scandalis.

Ostendit enim primitiuam Ecclesiam,
 qua Apostolorum voce & ministerio funda-
 ta & constituta fuit, non fuisse immunem a
 multis & magnis scandalis. Magno labore
 & diligentia eruduerat Paulus Apostolus
 Corinthios: & Deus excellentibus donis il-
 lam Ecclesiam exornauerat. Adeo tamen
 grassatus est Satan in hoc caetu priorum, ut
 varias in eo accederit contentiones: quenda
 securum hominem impulerit ad committen-
 dum incastum cum nouerca: doctrinam de cae-
 na domini corruerit, & abusus saedauerit
 Christianos sic dementauerit, ut dona Spi-
 ritus ad ostentationem ingenij transtulerint:
 & quosdam adeo occupauerit, ut resurrecti-
 onem mortuorum palam negauerint & re-
 ligionem ex fundamentis euerterint. Non
 ergo

IIII.
 Confirma-
 tio aduer-
 sus scanda-
 la.

Illyrici la-
 plus.

M. Span-
 genbergii.

Benedictio
 piarum
 principum.

ergo mirum est, si hoc nostro tempore, quo & ut malis pessimum iuxta Ecclesiam quia hominum virtus est languidior, Satana vero furor impetuosior, scandala in Ecclesia exoriantur. Ut autem tum seruauit sibi Deus sanctum semen inter varias mundi confusions, & labor Apostolorum non abiit absque fructu: Itacitra omnem dubitationem etiam hisce temporibus colliget sibi Deus Ecclesiam, quantumuis cumulet Satan errores, scandala, & tristes lapsus. Mirificat enim dominus consilia sua, & cum insigni gloria exequitur, quae ipse sapientissime de liberauit. Is. 28 v. 29.

Adhuc si Cels. T. dignabitur & Epistolam Pauli ad Corinthios legere, & meum quoque inspicere commentarium, hunc egregium fructum inde percipiet, ut ea certam & indubiam Spiritus sancti sententiam de grauisimis horum temporum controuersis sit perspectura. Multis iam annis inde ab obitu D. Martini Lutheri se me disputatum est etiam inter eos, qui Augustana confessio ni nomen dederunt: num in conuersione hominis sit aliqua Synergia, liberi arbitrij an vero voluntas hominis in conuersione ad Deum sit subiectum mere patiens. Magni nominis Theologi contendunt tres causas concurrere in conuersione: Spiritum sanctum, verbum Dei & humanam voluntatem. Atque ita contradicunt alto supercilio, non solum Lutheri, sed & Spiritus sancti doctrina. Ut vero T. Cels. intelligat, quae sit Spiritus sancti sententia in hac controuersia haec Pauli Epistola cognoscenda est: in qua prolixo concione refellit liberi arbitrij patronos 1. Cor. 2. v. 14. Animalis homo, inquit, non percipit ea quae sunt Spiritus Dei: stultitia enim ei est, nec potest percipere. Quid posset dici lucidius in ista controuersia? Item, v. 3. si dominum gloriae cognouissent, non eum crucifixissent. Si animalis homo pro stultitia habet, omnia quae sunt Spiritus, nec potest ea percipere, quomodo ergo cooperari potest in sui conuersione? Certo igitur statuat tua Celsi: patronos Synergia aduersari doctrina Spiritus sancti & Lutheri. Zuingliani & Calvinistae nostro tempore vocarunt in dubium, num in sacra Cena verum & substantiale corpus & sanguis Iesu Christi distribuatur rescentibus: Et figmentum suum de absentia corporis & sanguinis Christi tantis animorum contentionibus, tantaque urgent perimacia,

ut malis pessimum iuxta Ecclesiam quia cadere de concepto errore. Ac multi Christiani non plane securi, anxie inquirunt veritatem in hac controuersia & periculose turbantur, dum vident viros magnos & celebres inclinare ad Calvinistarum prophanum errorem.

Hac vero Epistola Pauli Cels. T. confirmare potest. Paulus enim, ut corrigat abusus in Ecclesia Corinthiaca, repetit primam institutionem Cenae domini: & grauisima & infallibilia suppeditat argumenta, quibus demonstrat in sacra Cena domini verum & substantiale corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi exhiberi & distribuendum rescentibus: & tam ab indignis, quam a dignis ore percipi. Quae Pauli immota argumenta, tam in decimo, quam in undecimo capite huius Epistolae in hoc commentario monstrauit: addita etiam explicatione Aethodica doctrinae de Eucharistia seu de Cena domini. Quia etiam hoc postremo seculo mundi Epicureismus inuasescit, & veluti diluato inundat orbem, non solum utile, sed multo magis necessaria mihi est, ut in animis nostris confirmemus sublimem artem ulum de resurrectione mortuorum, qui uniuersa nostra religionis unicus est scopus. Hunc vero articulum Apostolus Paulus insigniter in hac Epistola illustrauit, & validissimis munuit argumentis. Ideo hanc Epistolam omnibus pijs salutem aeternam expetentibus familiariter notam esse oportet. Atque haec sunt causa, quibus motus sum, ut explicationem hanc Epistolae Pauli ad Corinthios T. Cels. dedicarem atque inscriberem: submississe atque reuerenter petens, ut T. Cels. meum studium & voluntatem clementer interpretetur. Quod ad explicationem seu Eucharistionem Epistolae Pauli attinet, hoc in prima operam dedi, ut expositio esset analogae fidei, & congrueret cum uniuersa doctrina Prophetarum & Apostolorum. Non sum ego sententias peregrinas: non moui disputationes non necessarias: Non abduxi lectoris a sententia Apostoli, ad opinionum humanarum commenta: sed ipsa verba Apostoli & Spiritus sancti pro mea tenuitate perpedit & ponderaui & ea lectori inculcaui: monstrandi capita rerum: natiuam indicaui verborum significationem: admonui qua sententiam gigneret series disputationum: coactas & peregrinas sententias, quas interpretes quidam

Confirmatio
vicitas
uis

Synergia

Caluicistae

Epicureis
n. us.

Studium
authoris

alind

aliud agentes Paulo adfinxerunt, refutavi. cor, ut serues Ecclesiam tuam tuo emptam
 Et lectores ad diligentem considerationem sanguine fouea & defendas pias Scholas, in
 verborum & sententiarum Pauli medicri quibus personat sanctum nomen tuum: ex-
 studio adhortatus sum. Confido igitur in do- cita & accende studia honestarum artium,
 mino huius mei laboris fructum aliquem ad & in primis caelestis doctrina tua: ut quo
 Ecclesiam Christi peruenturum, iuxta pro- tidie in agnitione veri Dei crescamus, in si-
 missionem: Non erit labor vester inanis ducia mediatoris confirmemur, & te ater-
 in domino. 1. Cor. 15. v. 58 Te vero vnige- num Patrem cum Filio & Spiritu san-
 nite fili Dei Immanuel, custos & redemptor Et in vita caelesti & sempiter-
 Ecclesia tua supplici voce & toto pectore pre- na celebremus, Amen.

Iena. 24 Februarij. 1573.

Celsit: T.

Colens

TILEMANVS HESHVSIVS



IN



In nomine Jesu Christi.

ARGUMENTVM PRIMAE EPISTOLAE PAULI AD CORINTHIOS.

EPISTOLA PAULI AD Corinthios scripta non continet vnam aliquam disputationem, aut vnius argumenti translationem, quemadmodum Epistola ad Rom. Et ad Galat. Articulum de iustificatione hominis coram Deo: Et deinde de bonis operibus ordine explicat: Sed materias & quaestiones varias tractat. Varia enim vitia Corinthiorum reprehendit hic Paulus: Ad varias quaestiones Corinth. respondet: Multos abusus qui in teneram Ecclesiam irreperant corrigere: Quomodo donis Spiritus sancti in Ecclesia utendum sit docet: Ad mutuam & synteram dilectionem hortatur Corinthios: Errores falsorum doctorum refellit exposita sana & salutari doctrina. De plurimis igitur controuersis & articulis haec Epistola nos erudire potest.

Apostolus Paulus integram doctrinam Christi, Legem & Euangelium fideliter tradiderat Ecclesiae Corinthiaca: sed quia annum enim haeserat Corinthi: Adfide exponens articulos fidei, & beneficia mediatoris, ut Lucas testatur. Act. 18. vers. 11. Docuerant & alii in hac Ecclesia, ut Sosthenes Archisynagogus: Apollo Alexandrinus & Crispus Archisynagogus: Act. 18 & 19. Adde ut copiosa fuerit messis domini in hac urbe, & frequens Ecclesia, quemadmodum vox Christi ad Paulum testatur. Act. 18. v. 9. *Ne metuas sed loquaris, & ne sileas, eo quod ego tecum sum, & nemo inuadet te ut te adstiget. Quia populus multus est mihi in hac urbe.* Ubique autem alius Dei ministerio suorum Apostolorum & Pastorum spargit semen sui verbi, & colligit Deo sanctam Ecclesiam, isthic summo & indefesso studio Satan salutis humanae hostis serit sua Zizania: suscitatur contentio studii impellit homines ad scelera: Deformat Ecclesiam scandalis: Spargit doctrinae corruptelas: Et omnibus modis impeditur aedificationem Ecclesiae: Has Satanæ artes & insultus, Corinthiorum Ecclesia est experta. Statim enim post Pauli discessum nate sunt in ea factiones & schismata: Ut alii alios facerent quasi sectæ auctores. Multi in doctrina Euangelii querebant ostentationem ingenii, acuminis, sapientiae, eloquentiae. De ministris vero inepte & perperam iudicabant. Non enim considerabant vim & efficaciam ministerii spirituale: Non expendebant Apostolorum sublimem auctoritatem: Non respiciebant fidelitatem ministrorum & diuersa Spiritus sancti dona: Sed tantum externa eloquentiae dona ad mirabantur: Et eum quisque maxime sequebatur, & laudibus efferabat, qui suis auribus plurimum placuisset. Redierunt aliqui ad pristina graecorum vitia, ad superbiam, ad φιλοψυχίαν, ad libidines, ad comperationes, ad confidentiam ingenii, ad πλεονεξίαν. Quidam ex Baptizatis nouercam suam duxerat in viciem. Alii palam scortabantur: ut ante Baptismum consueuerant: Perinde ac si hoc scelere non impedi-

retur religio. Variæ etiam disputationes mouebantur a Corinthiis de coniugio, de Virginitate, de Idolothotis. Alii existimabant licere sibi vesci quolibet cibo: Et hac opinione accedebant ad impia sacra Ethnicorum, & contaminabant sese idolatria: Alii timidiore, non tantum sacrificia Ethnica & idola vitabant, sed ne in macello quidem Idolothota emere nec ad amicorum conuiuia ac edere audebant ne Idolothotis contaminarentur. Erat & magna ἀταξία in administratione cenæ domini. Dum ditiores negligenter pauperes, & largius potarent. In congressibus publicis donis linguarum certabant. Tandem adeo deformauerat ac turbauerat Satan hanc Ecclesiam ab Apostolo constitutam, ut aliqui doctores palam negarent resurrectionem mortuorum.

His ergo tantis & tam variis vulneribus & morbis Ecclesiae mederi conatur Apostolus Paulus hac Epistola. Utque morborum non erat vnum genus, ita nec vnius generis remedia adhibet: Sed nunc acriter illos corripit, nunc fideliter eos erudit. Nec seueritate disciplinae vitur: Nunc corruptelas refellit atque refutat. Tota autem Epistola plena est obiurgationibus, licet passim saluberrimam doctrinam Euangelii de beneficiis mediatoris interspergit.

Scopus ergo totius huius Epistolæ est, quod Apostolus seuerè taxat vitia & errores Corinthiorum & hortatur eos ad concordiam, & pacis studium, ad verum timorem Dei, & mutuam dilectionem, utque omnia dona & omnes labores ad gloriam Dei & aedificationem Ecclesiae conferant, utque sanam & incorruptam Euangelii doctrinam diligenter teneantur, eamque omni genere pietatis & virtutum ornent.

I. In singulis autem capitibus, fere singula tractat Summa argumenta. Orditur Epistolam a gratulatione qua commendat Dei beneficentiam erga Corinthiam Ecclesiam, quam excellentissimis donis ornauit, & instruxit: Et non solum gratulatur Corinthiis de tam illustribus donis sapientiae, fidei eloquentiae & cognitionis Dei: Sed etiam consolatur eos, ostendens constantiam voluntatis Dei erga ipsos, qui eos clementer in hac fide sit confirmaturus. Hoc autem consilio præmittit Paulus hanc gratulationem, ut demonstret se non eo animo reprehendere Corinth. quod donis eorum inuideat: Sed potius ut erudiat, excitet & moneat eos, ut donis suis recte utantur eaque in ipsis augeantur & confirmentur. Deinde Corinthios hortatur ad sincerum pacis & concordiae studium, utque vitent dissidia & schismata. Ac quia scaturigo & radix omnium dissidiorum, schismatum & contentio in Ecclesia est superbia humani ingenii, & admiratio propriae sapientiae, eloquentiae, doctrinae & similium donorum: Ut hanc radicem euellat, grauissima sententia condemnat tenebras humanae mentis, ostendit quam nulla existat vera sapientia in homine absque illuminatione Spiritus sancti: Quod adeo corca

Status Eccl.
clisæ apud
Corinthios

Schismata

Vicia.

Scopus Epi
stolæ.

Summa
Capitulum.
Primi cap.

Superbia.

18

fit mens humana ut propriis viribus Deum cognoscere non possit: Quodque Deus aduersetur consiliis sapientum: Et patefecerit doctrinam prorsus alienam a iudiciis sapientum, & elegerit sibi in Ecclesiam infirmos, insipientes, & abiectos, ut quilibet in mundo sublimis est pudofaceret ne ullus homo ullam haberet causam apud Deum gloriandi aut sese efferendi: Sed omnis gloriatio sapientia, iustitia & virtus soli Domino nostro Iesu Christo maneret. Cap. 1. v. 27.

Sum. 2. C.

II. In secunda Capite suo exemplo docet in ministerio Evangelii non esse ostendam humanam sapientiam vel eloquentiam: Nec seruendum esse cupiditatibus hominum ratione plausibili & suavi: Sed in omni humilitate prædicandum Dei verbum: Et quod humana ratio de diuinis rebus nihil intelligit: Et Evangelium Christi sit verbum crucis alienum a carnali iudicio & ab omni externo splendore. Atque hic ostendit discrimen inter sapientiam spiritus, & iudicia seu cogitationes mundi: Docet quam horribiliter deprauata sit tota hominum natura: Quod in densissimis tenebris ignorantia & tristissima caligine stultitia atque errorum versetur, adeo ut nihil eorum intelligat quæ sint spiritus: Quod non possit agnoscere Deum: Sed vniuersum Dei verbum habeat pro stultitia. Et vero quæ spiritus sanctus in verbo reuelauerit celestis sit sapientia.

Sum. 3. C.

III. In tertio Capite pergit in descriptione infirmitatis Corinthiorum: Quod non solum inscitia & erroribus laborent a natura: Verum etiam carnalibus adfectibus indulgeant: Quare non debeant cristas superbie sumere, sed potius modeste & humiliter de se sentire, agnoscere suam infirmitatem & Deum pro incremento donorum assidue inuocare. Deinde docet a quo pendeat efficacia verbi, & salutis donatio, nimirum non ab excellentibus donis ministrorum, vel eloquentia, vel acumine, vel dignitate, vel loco ministri: Sed a virtute omnipotentis Dei: Monet ministros tantum esse organa quibus utatur Deus, ad colligendam Ecclesiam: Deum autem ministrorum siue Apostolorum, siue Prophetarum, siue Episcoporum voce accendere lucem & vitam in corde & operari salutem. Ideoque non ad ministros, sed ad ipsum Deum respiciendum esse. Ac ne quis sua superbia vel petulantia turbet Ecclesiam Christi, monet electos esse templum spiritus sancti.

Sum. 4. C.

IV. Quarto capite docet, quam sit misera & ærumnosa conditio Apostolorum & omnium piorum pastorum in mundo: quæ pericula, calamitates, exilia, & ærumne comitentur ministerium. Corinthii enim dono eloquentiæ superbientes gloriam mundanam ex ministerio aucupabantur, & alius alii sese præferebant: perinde ac si ideo mortuus esset Christus & ministeri spiritus instituisset ut haberent homines occasionem superbiendi, & sese supra alios petulantiter efferendi. Monet igitur Apostolus longe diuersam esse rationem ministerii, nimirum coniunctam cum summis ærumnis, miseriis, paupertate, contempitu & periculis: Et quo quis sublimiore munere fungitur in Ecclesia, hoc necesse est eum grauioribus calamitatibus, certamina & pericula subire. Unde Apostolus in mundo tantquam *καθὸς πύραυλον* & *πρὸς ἐπιπόρευτον* habiti fuerunt. Hac enim conditione & exercitio Christus præminire voluit Apostolos & pastores, ne ambitione inter se certarent aut voluptates mundi lætarentur, aut ciuilem dominationem adfectarent.

Sum. 5. C.

V. Capite Quinto docet homines impuros & manifestis sceleribus pollutos, a societate Ecclesiæ esse separandos, ne ipsorum contagio alia Ecclesiæ membra inficiantur & publico scandalo nomen Dei blasphemetur. Incestum igitur qui patre mortuo nouercam suam duxerat in uxorem, Satanæ tradit, & iubet Apostolus, ut Corinthii omnium scortatorum, Idolatrarum, & impiorum hominum societatem & consuetudinem adeo vitent, ut ne cibum quidem cum eis capi-

ant, nimirum si nomen dederunt Christo, & tamen polluunt se sceleribus vastantibus Ecclesiam.

VI. Sexto Capite reprehendit lites & rixas Corinthiorum, quod in foro coram iudice Ethnico contentant, & non potius inter se placide componant controuersias. Deinde reprehendit eos qui prætextu libertatis palam scortabantur, & variis se polluebant sceleribus. Ac regulam tradit Neminem esse heredem vitæ æternæ, qui polluat se externis sceleribus, ut libidinibus, iniustitia, Idolatria, furto, ebrietate & similibus.

VII. Septimo Capite exponit doctrinam de coniugio: & ad varias Corinthiorum quæstiones respondet. Disputabant enim Corinthii.

1. An liceret esse cœlibem: an veto necesse esset fieri coniugem.

2. Quatenus coniunx coniugi debeat præstare debitam beneuolentiam.

3. An liberum sit deserere coniugem causa religionis

4. An propter dissimilitudinem religionis diuortium sit faciendum: An pius maritus impiæ uxoris consuetudine contaminetur. Et si pars impiæ diuortium faciat, quid liceat innocenti parti.

5. An secundæ nuptiæ sint licitæ.

6. An circumcisio, vel præputium, An seruitus, vel dominium impediatur religionem. An ei qui ex gentibus esset conuersus, necessaria sit circumcisio: An ei qui ex Iudæi conuersus præputium sit necessarium. An liceat esse seruum: An liceat esse dominum: An liceat niti & contendere ad libertatem.

7. An sit consilium manere virginem, an coniugatum fieri.

8. Quod officium incumbat parenti in elocandis filiabus: An necessario cogatur parens elocare filiam: An non liceat domalere. Adhas quæstiones Paulus ordine respondet, & ostendit quæ sit Dei voluntas in his rebus.

VIII. Octauo Capite taxat abusum libertatis Christianæ & præcipit ne quis infirmis sit offendiculo temerario vsu libertatis. Aduerent Corinthii Christianos in libertate vocato esse & idola nihil esse. Hoc prætextu vescebantur quidam Idolothytis etiam cum scandalo infirmorum: & accedebant ad sacrificia Ethnica: in quibus Idolatria contaminabantur. Docet igitur recte utendum esse libertate. Ac primum cauendum esse ne nostram conscientiam Idolatriæ consensu violemus: Deinde & infirmæ conscientia rationem habendam esse.

IX. Nono Capite suo exemplo docet non esse abutendum libertate in vsu rerum externarum: quæ non sunt iustitia æterna: sed potius omnia largienda esse Ecclesiæ, & omnes vitæ actiones dirigendas esse ad illustrationem nominis diuini & ad propagationem Evangelii. Tractat & locum de alimentis præbendis ministris verbi: Ac vtrumque monet: Nec Ecclesiam prætextu libertatis debere denegare ministris iusta & necessaria stipendia: Nec ministros debere oneri esse Ecclesiis, aut ex Euangelio opes querere.

X. Decimo Capite Ecclesiæ veteris testamenti exemplis, probat non externum titulum, sed veram pietatem certum esse argumentum quod firmus ciues Dei electi ad societatem vitæ æternæ. Itaque post varias reprehensiones vitiorum subnectit generalem admonitionem de vitanda securitate carnali, ex qua omnis generis scelera scaturire solent. Ad miscet autem insignem consolationem. Quod fidelis sit Deus & non linat nos tentari supra vires. Tandem grauissime hortatur Ecclesiam, ut sese ab omni cultu Idolorum separet: nec ad sacrificia Ethnica Idolorum accedat: sed potius confessione sua declaret, se ea damnare. Et in tota vita & in vsu libertatis diligenter cogitet quid faciat ad illustrandam Dei gloriam & ædificandam Ecclesiam.

XI. Undecimo Capite a rixas reprehendit, quæ

Sum. 6. C.

Sum. 7. C.

Sum. 8. C.

Sum. 9. C.

Sum. 10. C.

Sum. 11. C.

in publicis congressibus irreperant in Ecclesiam. Vt orabant recto capite: Mulieres aperto: In administratione cœnæ ditiores potabant: pauperes negligebantur: Hanc confusionem taxat graviter, eamque emendat: Et vt veram sacræ cœnæ vsum restituat totam institutionem cœnæ dominicæ cum grauissima adhortatione tradit Corinthiis.

Sum. 12. C. XII. *Duodecimo Capite* docet varia & diuersa esse Spiritus sancti dona in Ecclesia Christi: Atque illa vt ab vno spiritu Dei proficiantur: ita ad vnum finem nimirum ad gloriam Dei, & ædificationem Ecclesiæ esse referenda. Idque declarat similitudine sumpta a cōsensu, officiis, & concordia membrorum in corpore humano: Addit & gradus esse cum officiorum, rum donorum in Ecclesia: prout domino placuit singulis sua dona distribuere. Vnumquemque igitur in hoc incumbere debere vt eo loco, in quem a Deo collocatus est, & suo dono a Deo accepit fideliter & cum fructu Ecclesiæ seruiat.

Sum. 13. C. XIII. *Decimo tertio Capite* reprehendit eos, qui cognitione multarum linguarum, ad ostentationem & superbiam abutebantur. Ac docet in omnibus donis elucere debere Dilectionem: Quæ si absit, omnia dona quantumuis excellentia & splendida esse inutilia & perniciofa Ecclesiæ.

Sum. 14. C. XIV. *In decimo quarto Capite*: Ostendit quo ordine omnia in Ecclesia in publicis congressibus sint administranda. Non ostentatione donorum certandum esse: Non permittendum esse vt plures simul concionentur: Non peregrinis linguis sine interpretatione esse viuendum: Sed omnia decenter & ordine peragenda in Ecclesia: sacræ scripturam lingua populari, cum fructu Ecclesiæ interpretandam esse: Docentis vocem non esse turbandam intempestiis interpellationibus: Eos qui peculiare habent Spiritus sancti reuelationes audiendos esse.

Sum. 15. C. XV. *Totum decimum quintum Caput* consumitur in tractatione articuli de resurrectione mortuorum, quem apostolico spiritu exponit, & validissimis argumentis demonstrat: præstigiatores autem, qui hunc scopum religionis euertere, & ex oculis Ecclesiæ abducere conabantur grauissime refellit.

Sum. 16. C. XVI. *Vltimo Capite* hortatur Ecclesiam ad contributionem Eleemosynæ in subsidium Ecclesiæ Hierosolymitanæ & commendat Corinthiis Timotheum: Concludit deinde epistolam admonitione vt vigilet & in vera hęc & sincera dilectione persistant.

si dicat: Non propria temeritate, aut confidentia ingenii irrupi in hoc munus aut sumo mihi docendi partes: Sed consilio & voluntate Dei sum ablegatus vt in mundo spargam lucem Euangelii, & omnes homines vocem ad pœnitentiam: Fatetur etiam se non suo merito ad hoc sublime munus Apostolicum peruenisse, sed diuina voluntate & clementia cum aliquo indignus esset: Vt 1. Tim. 2. v. 13. Fatetur vocatū esse in Apostolum. Significat etiam se non per homines communi modo: Sed immediate a Christo vocatum esse: Vt sciamus eius vocem non aliter accipiendam esse, atque ipsius Dei vocem de cœlo sonantem. *Apostolus* enim est Persona immediate vocata ab ipso filio Dei domino nostro Iesu Christo, ad prædicandum in orbe Euangelion Dei, & vt sit testis doctrinæ, miraculorum, passionis, mortis, & resurrectionis Iesu Christi, non alligata certo loco: Sed missa in orbem terrarum vt passim doceat Euangelion, instructa dono edendi miracula, & sanandi ægros, & ornata visibili donatione Spiritus sancti & peritæa variarum linguarum. Vnde constat eam in doctrina non errare, sed indubiam veritatem de consequenda salute æterna adferre. Non ergo legamus Epistolas Pauli tanquam antiqui cuiusdam scriptoris, vel clari Episcopi lib. In quolibet nobis & nostrum iudicium & censuram adhibere: Et singula examina eum congruant cum diuinis testimoniis: Sed statuamus hæc mera esse cœlestia oracula: Siquidem Spiritus sanctus per os Pauli locutus est: *Sosthenes* cuius hic mentionem facit Paulus, fuit princeps synagogæ Corinthiæ, de quo Lucas Act. 18. v. 27. refert, quod ante tribunal Gallionis proconsulis Achaie pene oppressus fuerit a Iudæis Gallione nihil curante. Euseb. scribit lib. 1. cap. 12. Fuisse vnum ex 70. Discipulis domini.

Ecclesia Dei qua est Corinthi: E: si tota Epistola plena est obiurgationibus in quibus seuerissime taxat atrociora scelera Corinthiorum, confusiones, abusus & errores: tamen augustum nomen Ecclesiæ non derogat huic cœtui. Quia enim puram in isto loco prædicauerat Euangelii doctrinam, non dubitat quin Deus habeat ibi suos, qui recte Deum inuocant, vere credant in mediatorem, & sint templa Spiritus sancti: nec Epicurei qui sceleribus deformant Ecclesiam, nec hypocritæ aut hæretici qui sese immiscet piorum cœtui penitus excindunt Ecclesiam: Hæc enim tanquam carcinomata ferre cogitur Ecclesia in orbe Errant ergo Anabaptistæ, Donatistæ & Cathari qui talē Ecclesiam querunt in terris, in qua nulli sint mali admixti bonis. Et in qua nulla exoriantur schismata & scandala: Euangelica enim sagena concludit bonos & malos pisces, donec Angeli litore seligant bonos a malis. Matth. 13. v. 47. Hinc ergo definitio Ecclesiæ petatur.

Ecclesia est cœtus visibilis, amplectentium incorruptam Euangelii doctrinam, & videntium sacramentis iuxta institutionem filii Dei, in quo cœtu Spiritus sanctus est efficax, & credentibus communicat iustitiam, vitam & salutem: In quo cœtu multi sunt non sancti, qui tamen de doctrina consentiunt.

Sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis: Vocabulo sanctificationis complectitur hic omnia beneficia mediatoris, tam iustificationem quam renouationem. Vobis Corinthiis scribo inquit, qui estis sanctificati per Iesum Christum, hoc est, qui per Christum accepistis remissionem peccatorum, estis iustificati & reconciliati cum Deo, estis adoptati in filios Dei, & donati Spiritu sancto, qui renouat in vobis imaginem Dei, accendit nouam iustitiam, caritatem & vitam: Atque hæc beneficia non ex vobis ipsis ex libero arbitrio aut virtute vestra habetis, sed per Iesum Christum Mediatorem qui suo sanguine vitam vobis impetrauit, peccata gratis condonauit, & S. S. in vos effudit, sic generaliter ponitur vox sanctificationis: 1. Cor. 6. v. 11. *Atque tales quidam ex vobis fuistis: Sed abluti estis, sed sanctificati estis: sed iustificati estis.* Item, Ioan. 17. v. 19.

Ego mo

C A P V T I.

1. *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater.*
2. *Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco, ipsorum & nostro.*

PAULUS in omnibus Epistolis suis adseribit suum nomen & maneris sui Apostolici facit mentionem: Idque hoc consilio facit, vt constet in Ecclesia Dei, per quos ministros & doctores hæc admiranda doctrina, quam in Epistolis suis exponit, sit tradita & propagata: Qualia habuerint testimonia suæ doctrinæ, a quo fuerint ablegati: Vnde probauerint, se diuinitus missos esse. Non enim quæuis dogmata amplectitur Ecclesia: Nec circumfert incertas fabellas: Sed eos tantum præcones audit quos scit diuinitus missos esse: Et indubia habere testimonia quod salutarem veritatem profiteantur testatur ergo Paulus se vocatum esse Apostolum per voluntatem Dei: Qua

Apostolus quid.

Sosthenes.

Anabapt.

Ecclesia quid.

Sanctificatio

Ego me sanctifico pro eis ut ipsi sint sanctificati in veritate.

Vocatis sanctis: Vult eos semper esse memores, non tantum a quo sanctificati sunt, nimirum gratuito beneficio Mediatoris Iesu Christi: Sed etiam per quod medium ad hanc sanctificationis gloriam pervenerint, videlicet non propria sapientia, ingenio vel virtute: Sed per vocationem Apostolorum & ministrorum Christi: *Sancti* non intelligantur qui sine omni prorsus labe peccati sint: Sed sancti imputatiue & inchoatiue: Credentibus enim in Christum vniuersa iustitia & sanctitas Christi imputatur: Deinde communicatur ipsis Spiritus sanctus qui in ipsis veram sanctitatem inchoat: Sordes vero quae remanent in sanctis, reguntur vmbraulo Iesu Christo. Perfecta vero sanctitate ornabuntur credentes in futura vita.

Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Etsi Corinthios praecipue alloquitur in hac Epistola Paulus, ut qui propter dissensiones & alia vitia hae graui castigatiue indigebant: Tamen quia intelligit Ecclesias omnibus temporibus, & locis hac commonefactione & institutione indigere, vniuersae Ecclesiae Epistolam hanc proponit atque commendat. Insignis autem nota veram Ecclesiam ab impiis capitibus gentium & idolatrarum distinguit. Vera est Ecclesia inquit, in qua lucet vera Dei notitia, & quae inuocat nomen domini nostri Iesu Christi: Ergo gentes quae Iouem, Martem, & alia idola inuocant non sunt Ecclesia. Nec Turcae aut Mahometistae sunt Ecclesia Dei: Quia non inuocauit nomen domini nostri Iesu Christi. Quia autem testatur Apostolus vniuersam Ecclesiam in omnibus locis inuocare nomen domini nostri Iesu Christi, confirmat Iesum Christum esse aeternum & omnipotentem Deum.

In omni loco suo & nostro: Ecclesia Christi non est inclusa vel alligata vni & certo aliquo loco: Nam pater dedit filio in possessionem omnes fines terrae. Psalm. 2. v. 8. In toto ergo orbe, in omnibus nationibus colligit sibi Iesus Christus ministerio verbi sanctam Ecclesiam, inquit, in vniuersum orbem & predicat Euangelium vniuersae creaturae. Marc. 16. v. 15. Domini est terra & omnis plenitudo eius. Psalm. 24. v. 1. Vbi curus, ergo sunt diues aut eras congregati in nomine Iesu, ibi est Ecclesia: in qua habitat Christus rex & sacerdos. Errat ergo pontifex Rom. qui fingit Ecclesiam alligatam esse ad Cathedram Petri quae sit in omnia, & damnat omnes Ecclesias quae non agnoscunt Romanum pontificem caput visibile Ecclesiae.

In hac subscriptione & inscriptione hae doctrinae capita sunt obseruanda.

1. Non esse eumendum sine vocatione temerario ausu: sed expectandum esse certam vocationem, qua mandet Deus vt doceamus Ecclesiam.
2. De duplici vocatione mediata & immediata Apostolorum.
3. Tertius locus est de beneficiis mediatoris, quae comprehenduntur vocabulo sanctificationis.
4. Quartus de Ecclesia, quae & qualis sit, qua nota agnoscatur, nimirum agnitione Iesu Christi, & quod nulli loco sit alligata: sed quod in toto orbe colligatur.
5. Quintus. De diuinitate Iesu Christi, siquidem ab vniuersa Ecclesia in toto orbe dispersa, omnibus temporibus & in omni necessitate inuocatur.

3. *Gratia vobis & pax a Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

Gratia significat gratuitum Dei fauorem, misericordiam & clementiam, qua gratis absque nostra compensatione & merito remittit peccata, acceptat nos in gratiam, pronunciat nos iustos & haeredes vitae aeternae.

Pax significat beneficia spiritualia & corporalia:

nimirum donationem Spiritus sancti, pacem conscientiae, nouam iustitiam & vitam, laetitiam in Deo, haereditatem vitae aeternae: deinde defensionem, nutritionem, gubernationem, consolationem, & omnia bona quibus cum in hac, tum in futura vita indigemus. Hac omnia cum optat Paulus Ecclesiae in spiritu certo etiam illa promittit: quem admodum & Christus testatur: *Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Ioan. 16. v. 23. Necesse est autem hae bona cum spiritualia tum corporalia peti non a numinibus Ethnicis, a Ioue, Marte, Pallade: Nec ab Idolis Paganis, ita Petro, Paulo, Anna, Otilia, Christo phoro: sed a Deo patre domini nostri Iesu Christi, qui solus & vnus est Deus: quem solum, & vnum adorare nos oportet: qui solus & vnus ex omnibus malis eripere & omnia bona largiri potest. Coniungit autem in inuocatione cum Deo patre dominum nostrum Iesum vt testetur Iesum Christum eiusdem esse diuinae essentiae cum patre, & omnipotentem Deum: Et nos propter Christum a patre exaudiri.

4. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis pro gratia Dei quae data est vobis in Christo Iesu.*
5. *Quod in omnibus ditati estis per ipsum in omni sermone, & in omni cognitione.*
6. *Sicuti testimonium Christi confirmatum est in vobis.*
7. *Vt nullum donum vobis desit qui expectatis reuelationem domini nostri Iesu Christi.*
8. *Qui & confirmabit vos usque ad finem, inculpatos in die domini nostri Iesu Christi.*
9. *Fidelis Deus per quem vocati estis in consortium filij ipsius, Iesu Christi domini nostri.*

Initio gratulatur Apostolus Paulus Corinth de excellentia donorum, quib. Deus illam Ecclesiam exornauit, cum vt Dei bonitatem & clementiam celebret, tum vt suam erga hanc Ecclesiam beneuolentiam declararet: Et quia acri castigatione opus habebant Corinth. ne suspicarentur in hunc, aut calumniarentur maleuoli, Paulum inuidere donis & gloriae Corinthiorum, praemittit hanc laetam gratulationem & gratiarum actionem: Cui etiam in signum attexit consolationem, fore vt Deus, qui fidelis est, & seruantissimus promissionis, confirmet ipsis dona spiritualia, & custodiat ipsorum salutem vsque ad diem reuelationis Christi. Quia vero Apostolus gratias agit Deo pro donis Corinth testatur & docet, eos nequaquam ea consecutos esse & possidere virtute liberi arbitrii, aut proprio ingenio, virtute, industria: Aut etiam meritis esse: Sed tantum singulari Dei misericordia, & beneficentia ipsis esse collata: Quare cum Paulo Dei bonitatem celebrare, i. si gratias agere: Propriam vero indignitatem & infirmitatem semper agnosceret: Ipsi quoque donis ad illustrationem gloriae diuinae, & aedificationem Ecclesiae vti debent.

Gratia hec loco non significat tantum gratuitum Dei fauorem & misericordiam, qua Deus propter Christum remittit peccata credentibus: Sed completur etiam caetera Christi beneficia, & Spiritus sancti dona: Sic enim Paulus seipsum exponit, siquidem nominat *χαρισματα*, id est, dona, videlicet sermonem & cognitionem. Quos enim gratis iustificat Deus per fidem in Christum, illis largitur etiam Spiritum sanctum, qui non est inops nec otiosus hostis, sed

Quod Paulus optat hae promittit.

inoffensius

Sancti qui.

Ecclesiae vera nota.

Loci doctrinae.

Gratia.

Gratia.

Doctoris
dona.

sed multiplicia dona secum adfert, & hospitio suo confert, nimirum nouam & admirandam cognitionem Dei & voluntatis ipsius, intellectum sacrae scripturae, facultatem praedicandi euangelion, sapientiam in gubernatione Ecclesiae, constantiam in subeundis periculis confessionis, industriam, sagacitatem in iudicando Spiritus, dexteritatem in refellendis erroribus, & alia dona, quibus & aedificatur & exornatur Ecclesia Christi. Quod hic Paulus nominat λόγος & γνῶσις, Christus Luc. 21. v. 15. *apollat σοφία & σοφία*: *es & sapientiam*: Haec enim duo excellentia dona requiruntur maxime in doctoribus & gubernatoribus Ecclesiae: Vt facultate d'cendi sint instructi: vt alios docere, monere, corrigere, & errantes refellere possint: Deinde vt sapientia vera imbuti sint, vt vera a falsis discernere: mysteria Dei intelligere: & in toto ministerio prudentiam Spiritus adhibere possint. Athanasius, Augustinus, Lutherus, simul & sermone, & cognitione fuerunt instructi: quod scripta ipsorum ostendunt.

Quaenam imodum testimonium Iesu Christi in vobis confirmatum est. hoc est: non obiter & cursim audiuistis Euangelium de beneficiis Iesu Christi: sed id in vobis confirmatum est cognitione Propheticarum scripturarum, miraculis, testimonio Spiritus sancti: pace conscientiarum excellentia spiritualium donorum, & multiplici ratione: Adeo vt certi sitis in conscientia vestra doctrinam Iesu Christi non esse similem fabulis Ethnicorum, sed esse aeternam Dei veritatem, quae certo nobis monstrat viam ad vitam aeternam. Monet hoc loco Paulus qua diligentia & studio addiscenda sit doctrina Euangelii, nimirum quod non obiter tantum cognoscenda sit, sicut legitur imperiorum & gentium historias, sicuti res gestas Cyri, Scanacherib, Alexandri magni, Pyrrhi & similium cognoscimus: sed singulorum articulorum fidei, certa atque innotata inquirenda esse fundamenta: quibus firmiter & absque dubitatione inniti, & vnde aeternam salutem certo sperare possimus.

Vt nullum vobis donum desit: Non est hyperbole. Verissimum enim sanctificatos per fidem & donatos Spiritu sancto, nullo spirituali dono destitui, quod ad salutem ipsorum, & Ecclesiae aedificationem requiratur non quidem perfecti sunt sancti absque peccato, nec singulis sanctis omnia sua dona confert Spiritus sanctus: Sed distribuit iuxta suum consilium & voluntatem, quemadmodum iudicat expedire Ecclesiae saluti: Ea tamen sapientia partitur singula, vt sancti nullo dono destituantur: Quod enim deest ipsis in vitae sanctimonia, id praestat & implet copiose Iesus Christus mediator: Quibuscumque vero donis vel fidei, vel patientiae, vel fortitudinis, vel sapientiae, vel eloquentiae indigent, ea suo tempore largitur & suppeditat Spiritus sanctus: Nos tam amplam cognitionem scripturarum non habemus, atque habuit Apostolus Paulus: Et tamen non destituimur villo dono Spiritus: Si quidem omnia nobis benigne conferuntur a Deo quae ad salutem nostram sunt necessaria. Et fundamenta fidei nostrae tenemus. Ad consequendam salutem aeternam non necesse est vt singuli paria habeant Spiritus sancti dona: Sed vnicuique iuxta mensuram quam illi Deus constituit largitur Spiritus sanctus dona: Et ipsa diuersitate & sapientiam suam demonstrat & exornat Ecclesiam.

Religionis
finis.

Expectantes reuelationem domini nostri Iesu Christi. Ostendit hic quis sit finis vniuersae religionis Christianae: Et qua spe se Corinthii sustentare debeant. Erant Corinthii reconciliati Deo per fidem Iesu Christi, & acceperant Spiritum sanctum, qui omnis generis dona illis conferebat: sed tamen circumferebant infirmitates & peccata, quibus sancti liberari cupiebant: desiderabant & maiorem Dei cognitionem, sapientiam, fortitudinem, fidem, & similia dona. Docet ergo Paulus haec ipsis esse reposita in diem reuelationis Iesu Christi, quando resuscitatus mortuis, Iesus Chri-

stus cum omnibus Angelis & electis appariturus est in nubibus: & suos fideles aeterna gloria ornaturus.

Qui confirmabit vos in finem irreprehensibiles in die domini nostri Iesu Christi. Pii intuentes suam ingentem imbecillitatem, & indefinentes insidias & machinationes Satanae: simul etiam considerantes, tristissima exempla magnorum virorum, vt Aaronis, Ruben, Iudae, Gedconis, Samsonis, Saulis, Davidis, Ioab, & similia, vehementer trepidant, & metuunt ne & ipsi infirmitate aliqua prauegenti, excidant Dei gratia & amittant rursus adeptam salutem. Aduersus igitur hanc acrem tentationem confirmat Corinthios hac insigni consolatione: Quod filius Dei Iesus Christus ipsis sit adfuturus & eos confirmaturus suo Spiritu sancto, vt sint irreprehensibiles in die iudicii: hoc est, neque a lege, neque a Satana, neque a propria conscientia accusari possint: Quum enim persistunt in fide, imputatur ipsis omnis iustitia Christi: Qua qui vestitus est, a nulla creatura culpari potest: & coram Deo plene est iustus. Extremum diem nominat: *diem Iesu Christi*: tum enim Christus in nubibus toti mundo conspicendum praebit.

Fidelis est Deus, per quem vocati estis in communionem filij Iesu Christi domini nostri. Consolationis suae certitudinem probat a veritate Dei: fidelis est & seruantissimus promissionis suae. Deus est qui vos vocauit: Promisit autem se nos seruaturum esse in fide. *Quanto magis pater vester dabit Spiritum sanctum potentibus:* Luc. 11. v. 13. Item: *Nemo rapiet oves meas ex manibus meis:* Ioan. 10. v. 28. Certam ergo spem salutis concipere debemus: Et tamen cauere securitatem, ne a Deo deficiamus.

Communionem Iesu Christi. Vocat participationem regni Christi, & omnium beneficiorum eius: Christus enim transiit nos ex regno peccati & mortis: Et cooptauit nos in societatem omnium caelestium bonorum: Ita vt cum Christo regnaturi simus: Si tamen & patiemur cum ipso in mundo. Loci doctrinae in hac gratulatione sunt.

Loci doctrinae,

1. Quod vniuersa dona Spiritus sancti in Ecclesia, non proueniunt a libero arbitrio: Sed donentur diuinitus, & quidem gratis absque nostro merito: Propter dominum nostrum Iesum Christum.
2. De variis donis Spiritus sancti, quibus Deus & instruit & ornat sanctam Ecclesiam Christi.
3. De infallibili certitudine doctrinae Euangelii, cui sancti certo inniti possunt, ita vt sine hesitatione sperent salutem.
4. De extremo die iudicii, quo reuelabitur Ecclesiae toti dominus noster Iesus Christus & apparebit in nubibus eum omnibus electis angelis & hominibus: & iudicio peracto Ecclesiam aeterna beatitudine ornabit.
5. De perseuerantia in fide quae non pendet a virtute liberi arbitrii, sed a Dei bonitate & veritate: Qui promisit se seruaturum nos in fide.

10. *Ahortor autem vos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi: Vt idem dicatis omnes. Et ne sint inter vos dissidia: Sitis autem inter vos coagmentati in eadem mente & in eadem sententia.*

HAEC est totius Epistolae principalis propositio, in qua Paulus Corinthiam Ecclesiam variis sectis, & factionibus diuisam hortatur ad salutarem concordiam, & studium Christianae vnitatis. Deus enim non est Deus *ἀραξωσίας* aut dissidiorum, sed pacis & concordiae: Et Christus non vocauit nos ad contentiones, sed ad mutuum amorem & dilectionem: Atque ideo effunditur in pios vnus & idem Spiritus, vt eos cum Deo Patre & Filio, & inter sese conglutinet, vt vnū sint in Deo. Vnde Christus inquit: *In hoc cognoscetis quod*

Propositio
Epistolae.

quod discipuli mei sitis: Si vos inuicem dilexeritis: Ioan. 13. v. 35. Item: Ioan. 17. v. 22. Ego gloriam quam dedisti mihi, dedi ipsis ut sint unum quemadmodum & nos unum sumus: Ego in ipsis, & tu in me: Ut sint consummati in unum. Omnibus igitur Christianis summo studio annitendum est, ut caueant dissidia & contentiones, & iuuent concordiam & Spiritus unitatem. *Basilius* grauius dixit: Non tam sinistra opus est dextra: atq; Ecclesie opus est concordia docentium: Et *August.* Sacrilegium schismatis omnia scelera superat: Grauiissima enim vulnera infligit in atri Ecclesia.

Basilius.

August.

Hæresis.

Differunt autem hæresis & schisma: *Hæresis* est error contra articulum fidei, qui euerit fundamentum religionis: Et pertinaciter contra scripturam defenditur: *Hæresis* fuit error Samolateni, Nestorii, Pelagii.

Schisma quid.

Donatus.

Victor.

Schisma est dissidium quod pertinacia vel contendendi studio excitatur, propter cæmemonias vel facta quædam dissimilia, sine de prauatione articulorum fidei: Ut *Donatus* excitauit schisma, dum *Cecilianum* accusauit de traditione sacrorum liberorum, & eum noluit agnoscere verum Ecclesie membrum. *Victor* schisma excitauit, qui conatus est Asiaticas Ecclesias excommunicare propter diuersam celebrationem festi Paschatos. *Cogmentati:* κατὰ τὴν λέξιν: Metaphora sumpta à medicis, quibus κατὰ τὴν λέξιν significat luxata membra in artus reponere. Monet autem Paulus nos fideles membra esse vnus corporis Iesu Christi: Ideoq; summum in nobis oportere esse consensum & concordiam: Qui ergo dissidia excitant, hi sunt veluti luxata membra, quæ non solum non præstant officium suum, sed etiam luxatione sua & dolorem & periculum corpori adferunt.

In eadem mente & in eadem sententia: Id est, sit eadem in vobis voluntas, ut omnes cogitationes, consilia, studia, & actiones ad vnum finem referatis, nimirum ad illustrationem gloriæ diuinæ, & ædificationem Ecclesie: Sit etiam eadem sententia, hoc est, sit consensus in doctrina, eadem cõfessio de articulis fidei. Non gignite nouas & varias opiniones: Non fingite noua dogmata: Sed in eadem eaq; sana doctrina constanter persistite. Diserte hic ostendit Paulus ad quam concordiam ut seponat controuersias religionum: Vel eas dissimulet. vel omnes pari loco habeat: Et per simulationem sancit concordiam & amicitiam: Nec eam seruat diutius, quam ipsi commodum videtur: Ac sub prætextu concordie plerumq; acerbissima odio fouet. Vnde sunt illæ querelæ.

Concordia Ecclesie est *Spiritualis.*

Tuta frequenq; via est per amici fallere nomen.

De huiusmodi concordia non loquitur Paulus: sed postulat spirituales, veram, non fictam, sed Christianam: Quæ consensum habeat in doctrina Iesu Christi: impossibile est enim firmam constitui concordiam nisi prius tanquam fundamentum collocetur consensus in doctrina Christi: Oportet enim fragrantissimum balsamum de vertice summi pontificis Christi manare: Et Christus inquit ut & ipsi in nobis unum sint: Ioan. 17. v. 22. Non ergo concordia, sed conspiratio est contra Deum dicenda, quando homines, in Ecclesia tentant rationes concordie posthabito consensu in doctrina Christi: Sicut pie cecinit Poeta:

Sit maledictus amor, pax & concordia sacra
Quæ violat Christi dogmata vera Dei.

11. Significatum enim est mihi de vobis, per eos qui sunt ex familia Chloæ, quod contentiones inter vos sint.

12. Dico autem hac de re, quod quisq; vestrum dicit, Ego sum Pauli, Ego sum Apollonis, Ego sum Cephæ: Ego sum Christi.

EX PONIT Paulus occasionem, & causam, cur tanta diligentia hortetur Ecclesiam Corinthiorum ad

concordiam: Quia intellexerit in ea esse dissidia & factiones: Ac ne suspicentur Paulum ex incertis moribus habere, scribit vnde hoc cognouerit, nimirum ex familia Chloæ. Sanctum enim officium præstitit familia Chloæ, quod hoc vulnus Ecclesie indicauit Apollolo, ut tempestiuum adhiberetur remedium. Singuli enim pii obstricti sunt ad promouendam Ecclesie ædificationem. Quod vero Corinthii dixerunt, Ego sum Pauli, Ego Apollonis, Ego Cephæ, Haud dubie co spectauit, quod quilibet sibi elegit singularem quasi sectæ auctorem & Magistrum: Quod Christus seuerissime prohibuit. Matth. 23. v. 10. Nolite vocari Magistri: Vnus est enim Magister vester Christus. Apostoli & Prophetæ omnes à Christo acceperunt doctrinam: Et certa mandata. Cum quilibet sibi peculiarem eligit sectæ Magistrum, non tantum dissidia & distractiones generantur, sed etiam noua dogmata finguntur, & discedunt homines à Christo vnico mediatore. Sectarum igitur appellationes ab Ecclesia debent esse: alienissimæ: Et singuli fideles Christianum nomen profiteri debent: Ingens multitudo diuersorum ordinum monasteriorum ex diametro pugnat cum mandato Christi & reprehensione Apostoli & Argumentum magnum est quod Monachi discesserint à doctrina Christi & Apostolorum.

Monastiei ordinis.

13. Diuisus ne est in vobis Christus?

PRIMUM argumentum quo probat non esse facta schismata: Ut vnus est Christus, vnum Ecclesie caput, Messias, Rex & pontifex, qui diuidi non potest: Ita necesse est vnam & indiuisam esse Ecclesiam, quæ est vnus Christi vnica sponsa, & corpus. At qui diuersis sectis student nihil aliud agunt, quam ut corporis Christi membra diuellant à se inuicem, tum ut ipsum Christum quasi in partes secent. Est ergo scelus nefarium & maximum discordias fouere in Ecclesia, & factionibus studere. Monet Spiritus sanctus non satis esse si vnam & alteram particulam religionis Christianæ amplectamur. Sed totam & integram amplectendam esse: Quia Christus diuidi non potest. Docet etiam summam oportere esse unitatem in Ecclesia: Eo quod vnus corporis sumus membra, vnum habeamus caput: vno ducamur Spiritu: vno sumus initiati Baptismo: vno pane omnes vescamur: vna fides in nobis luceat: Et vna spe vitæ æternæ sustentemur. Attendant hoc loco sectarii quantum scelus committant cum scindunt Ecclesiam, quod nimirum ipsam Christum conentur diuidere & eius lacerare corpus: Quemadmodum fecerunt, Marcion, Manes, Valentinus, Arius, Eutyches. Et nostro tempore Schuenckfeldius, seruetus, Zuuinglius, Osiander, Micron, Noui Manichæi, & infiniti alii: Qui hoc potius dederunt operam ut sibi adiungerent discipulos & sectatores, quam Christo.

Y. schismata non esse facienda.

Nam Paulus pro vobis est crucifixus.

SECUNDUM argumentum à causa efficiente redemptionis: Eius nomen profiteri debemus, & illi soli obligati sumus, qui suo sanguine nos à potestate Sathanæ liberauit: & qui vniuersæ nostræ religionis est fundamentum & causa: sed solus Iesus Christus pro nobis est crucifixus & suo sanguine meruit nobis iustitiam & vitam: Nec Paulus, nec Petrus, nec vllus Apostolus vel Propheta pro vestris peccatis & in vestra redemptionem est crucifixus: Ergo solius Iesu Christi non profiteri debemus, & illi soli obligati esse, non Paulo, non Petro, non Prophetæ, neq; Apollolo. Hic ostendit Paulus quam graue crimen committant homines cum inflati ambitione & superbia, discipulos sibi magis quam Christo adiungere student, aut gignunt noua dogmata, aut mouent non necessaria dissidia: quod nimirum totum beneficium & meritum Iesu Christi, qui suum sanguinem pro nobis effudit, & factus est maledictum pro nobis in cruce, in se cum summo scelere transferre conentur. Repre-

12.

Z headit

Præcepto-
rum authori-
tas.

Sanctorum
merita.

Baptismi
fœdus.

Verborum
Baptismi
scelus.

hendit etiam eos, qui dum suos præceptores nimium suspiciunt & admirantur, eo delabuntur, ut Iesu Christi qui pro ipsis crucifixus est plane obliuiscantur, siquidem id mordicus defendunt quod à suis hauserunt præceptoribus: neq; ab eo dimoueri possunt etiam si perspicuis testimonio Iesu Christi contrarium demonstrari audiant. Evidentissime autem refellit hic Apostolus Paulus blasphemum errorem pontificiorum: qui fingunt etiam Apostolos & martyres sanguinem suum pro Ecclesia effudisse: Ac docent merito & passione sanctorum esse placatam iram Dei, & expiata nostra peccata: Ideoq; us fidendum esse: Paulus vero constanter negat vel se Paulum, vel vllum Apostolum esse crucifixum pro Ecclesia: Sed solum Iesum Christum: Qui & in Propheta inquit, *ego solus calcatus torcular: Et nemo est mecum:* Iesai: 63. v. 3 Item: *Ego ego de leo peccata tua & transgressiones tuas, idq; propter nomen meum Iesa. 43. v. 25*

Aut in nomen Pauli Baptizati estis?

TERTIUM argumentum quo probat factiones in Ecclesia non habere locum, sumptum à fœdere Baptismi: Eius nomen profiteri, illi adherere, cumq; solum magistrum agnoscere & sequi debemus, in cuius nomine Baptizati sumus: Sed in nullius Apostoli vel Prophete nomine Baptizati sumus: sed tantum in nomine Iesu Christi: Ergo neq; Pauli neq; Petri nomen profiteri, aut eos veluti scilicet auctores habere debemus. Grauiissimum etiam hoc est argumentum: siquidem monet Christianos, cui fidem in Baptismo dederunt, quale fœdus cum Christo iniuerint. Solius Iesu Christi merito, iustitia, obedientia, passione, & morte redempti sumus ab ira Dei, liberati à maledictione legis, & erepti ex potestate Satanae, peccati, & mortis. Solius etiam Christi resurrectione, & efficacia transferuntur in regnum lucis, iustitiæ & vitæ: solus ille placavit nos patri: solus meruit nobis æternam lætitiâ: solus est qui impetrat à patre Spiritum sanctum, & effundit illum in omnes credentes: solus est perpetuus Ecclesiæ custos & defensor, qui ubiq; ei adest, eam tuetur, nutrit, gubernat, consolatur, & saluat: *Solus enim Iesus Christus Deus & homo constitutus est à patre mediator & saluator* 1. Timoth. 2. v. 5 Itaq; solus ille in nobiscum fœdus in Baptismo, quod noster velit esse defensor & saluator, & sese obligat nobis: vicissim autem nos ipsi fidem damus, & obstringimus, quod omnem fiduciam in ipsum collocare, & ipsi soli adherere velimus. Qui ergo factionibus studet, & alios sibi eligit magistros, vel præceptores præter Christum, is frangit sanctum Baptismi fœdus.

Singulari diligentia & attentione obseruandus est hic locus: Docet enim Paulus quæ sit vis & significatio verborum Baptismi: Euntis Baptizate in nomine patris, & filii & Spiritus sancti: quod nimirum vniuersam religionem in te contineant. *Baptizo te in nomine patris, filii, & Spiritus sancti.* Id est, ipse æternus & verus Deus pater, filius & Spiritus sanctus, qui est auctor Baptismi, & præsens est in hac actione, hoc lauacro te Baptizatum recipit in gratiam, abluit & remittit tibi omnia tua peccata propter mortem mediatoris Iesu Christi, pronunciat te iustum, regenerat & sanctificat te effuso in te Spiritu sancto, adoptat te in filium & statuit te hæredem vitæ æternæ & omnium æternorum bonorum. quæ omnia hac ipsa actione tantam pignore tibi obsignat: ferit iam tecum fœdus hic Deus qui est pater, filius & Spiritus sanctus, quod velit esse Deus tuus, te nutrire, fouere, gubernare, te liberare ex morte & potentia Satanae: & tu vicissim obligas te, quod huc et solum Deum qui est pater, filius & spiritus sanctus velis agnoscere, inuocare celebrare, omnino obedientia ipsum colere, omnem fiduciam in ipsum collocare, & vniuerso eius verbo credere. Hanc vim inesse his verbis Baptismi docet Paulus, cum inquit, *An in nomine Pauli Baptizati estis?* Ostendit enim nullius Apostoli neq; creaturæ tantam esse au-

thoritatem, ut in eius nomine Christiani Baptizari debeant. *Nomen* enim significat agnitionem, mandatum, religionem, inuocationem, fiduciam, cultum, obligationem, celebrationem veri Dei. Et in Baptismo docet offerri, promitti ac distribui nobis talia bona quæ à creatura donari non possint, videlicet remissionem peccatorum, iustificationem, donationem Spiritus sancti, viuificationem, diuinam protectionem, nutritionem, liberationem à morte & Satana, defensionem in omnibus periculis, gubernationem, & hæreditatem vitæ æternæ. Hæc tanta bona spiritualia nimirum & corporalia non potest nec Apostolus nec Angelus largiri Ecclesiæ: Idcirco in nullius Apostoli nomen Baptizari possumus. Atque ex hac Apostolica interpretatione iam manifestum est, ex verbis Baptismi validissime demonstrari diuinitatem Filii & Spiritus sancti: Quia enim iubet Christus ut *Baptizemur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti:* Et fas non sit Baptizari nos in nomine creaturæ: æqualis vero honor diuinitatis defertur filio & Spiritui sancto: qui vterq; nobis in Baptismo remittit peccata, donat iustitiam & vitam, liberat à morte & Satana, & largitur hæreditatem vitæ æternæ: necesse est, & filium & spiritum sanctum eiusdem esse diuinitatis cum æterno patre. Monet etiam Apostolus hanc fidem in pio doctore Ecclesiæ requiri ut omnes auditores adiungat Christo, & solius Christi honor studeat, & eius regnum amplifiet. Proprium hoc est omnium sectariorum ut non tam quærant propagationem regni Christi, quàm sui honoris amplitudinem, & nominis auctoritatem: Itaq; in hoc toti sunt, ut quibuscumq; artibus, & nouis dogmatibus possunt, ad se alliciant auditores & sui admirationem excitent: fideles vero & sinceros doctores calumniantur, ut ipsi soli emineant: Hoc magno studio egerunt Samosatenus, Martion, Manes, Arius, Nestorius, Pelagius, Osiander, Caluinus, Beza: Qui in hoc toti sunt ut à suis suspiciantur, & in mundo emineant nominis celebritate. Paulus vero docet aliam oportere mentem & studium esse in fidei ministro, nimirum ut non suam gloriam vel existimationem quærat: sed Iesu Christi, vtrq; nõ sibi sed Christo redat addictos auditores. *Is enim suo sanguine sibi acquisiuit Ecclesiam:* Act. 20. v. 28 sic Iohannes cum discipuli eum nimium admirarentur, & pro Messia haberent ablegat eos ad Christum, & addit: *Vos testes mei estis quod dixerm non sum Christus: Qui sponsam habet hic sponsus est: amicus autem sponsi audit vocem eius & vehementer latatur ob vocem sponsi.* Ioh. 3. v. 28 29.

- 14. *Gratias ago Deo quod neminem vestrum Baptizauit nisi Crispum & Caium.*
- 15. *Ne quis dicat quod in meum nomen Baptizauit:*
- 16. *Baptizauit autem & Stephana familiam. Præterea non scio num vllum alium Baptizauerim.*

Quia pseudoapostoli in hoc gloriabantur, quod multos discipulos Baptizassent, & abutebantur ministerio Baptismi, ut sibi adiungerent discipulos, Paulus contra sibi & Ecclesiæ gloriatur quod paucos Baptizauit, ut Corinthiis sit crepta occasio de nomine Pauli gloriandi, aut in Paulum vlla fiduciam collocandi. A deo periculosum est cum homines nimirum admittantur verbi præcones & sacramentorum dispensatores, & non distinguunt inter dominum nostrum Iesum Christum, qui sanguine suo nobis comparauit salutem, & qui per Spiritum sanctum est efficax in ministerio & inter ministros, qui nõ possunt largiri vel efficere salutem vnde Iohannes Baptista inquit: *Ego Baptizo aqua: sed post me venit qui prius me est: & vos Baptizabit spiritu & igne:* Luc. 3. v. 16. ut Paulus sibi gratuletur quod nõ Baptizauerit multos. Crispi Archityragogi fit mentio Act. 18. v. 8. Cau. Deibei cõitis Pauli fit mentio Act. 19. v. 29. & 30.

Nomen quid.

Filii & Spiritus sancti diuinitas.

Ministerii Ecclesiæ.

Crispus. Caius.

& 10. v. 4 & Rom 16. vbi Paulus nominat eum hospitem suum. v. 23.

17. *Non enim misit me Christus ad Baptizandum, sed ad Euangelizandum.*

PAVLVS hic ostendit quæ fuerit præcipua pars sui ministerii: Inquit non Baptizare homines, quod etiam per alios Ecclesiæ ministros qui donis Paulo non erant pares, expediri poterat: Sed annunciare Euangelion & exponere mysteria verbi diuini. Mandatum Baptizandi homines fuit sane iniunctum singulis Apostolis & Paulo: *Euntes inquit Christus, Baptizate omnes homines:* Matth. 28. v. 19. Nec diuellenda sunt administratio sacramentorum & prædicatio Euangelii: Nam sacramenta sunt ob signatio promissionis: Potissima autem ratio haberi debet prædicationis, & expositionis verbi: Nam sine prædicatione verbi sacramenta essent inania spectacula, quæ omni fructu carerent. Ac multo maioris industria, & laboris est docere populum de Deo & de beneficiis mediatoris, quam administrare sacramenta. Cum ergo plures sint in Ecclesia ministri, nec vnus omnia præstare possit: Et Paulus singulari dono erudiendi Ecclesiam, & illustrandi sacram scripturam sit ornatus à Deo, indicat se non tam ad Baptizandum, quam ad prædicandum à Deo missum esse: Non quod vilem vel exigui momenti æstimeret Baptismi administrationem: Sed quod illa pars ministerii & magis necessaria, & maioris sit operæ.

Non in sapientia sermonis, ne inanis redatur crux Christi.

18. *Sermo enim crucis his qui pereunt stultitia est: nobis vero qui saluamur, potentia Dei est.*

19. *Scriptum est enim perdam sapientiam sapientum: Et intelligentiam prudentum abolebo.*

20. *Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi? Vbi disputator huius seculi? Nonne insatiuit Deus sapientiam mundi huius?*

Superbia ingenii humani fons risarum in Eccles.

RADIX & icaturigo omnium dissidiorum & contentioinum in Ecclesia, & horribilium errorum & impietatum in mundo, est humani ingenii confidentia, & superbia. Quantumuis enim cæcutiat ratio in rebus diuinis: Tamen arrogat sibi spiritualium rerum intelligentiam, et sumit sibi iudicium. Non agnoscit mens humana suam tristem caliginem: Nec tentit suam infirmitatem: Sed confidit se proprio ingenii acumine inuestigaturum quis & qualis sit Deus, & quæ eius sit erga nos voluntas. Vagatur igitur cogitationibus, & varia fingit cum Idola, tum religiones: Et mire sibi placet in suis inuentis & figmentis. Ea mordicus tuetur & omnibus obtrudere conatur. Singuli etiam homines superbia laborant, & efferunt sese donis suis. Hinc ergo necesse est existerè contentiones in Ecclesia, & horrendas impietates in mundo. Ut igitur Paulus hanc venenatam dissidiorum radicem euellet, deducit Ecclesiam ad agnitiones propriæ imbecillitatis, & deorsum caliginis, qua oppressa est mens humana. Et ostendit quam ingens sit discrimen inter humanam sapientiam, & Euangelion crucis: Et monet Deum aduersari humanæ sapientiæ, quæ se contra verbum effert. Adamo lapsa in peccatum igniculi quidam humane rationis manserunt in homine. Quibus potuit homo discernere inter honestum & iupe, disciplinam intelligere, & hanc vitam aliquomodo regere. Mansit in nomine notitia quod sit Deus: Mansit conscientia sese vel excusans in recte factis: Vel arguens in sceleribus.

Mentis humane reliquæ post lapsum.

Spiritualis lux penitus

At lux ista spiritualis, quæ monstrat verum Deum eiusque diuinam erga nos voluntatem, profus est ex-

tingta in primo lapsu. Homo enim in peccatis fuit mortuus, & tantum est tenebræ, & caro: itaque impossibile est homini propriis viribus agnoscere verum Deum. Quin tetra idola sibi sculpsit suis cogitationibus: Vt Græci Iouem, Martem, Palladem, Priapum sinterunt: Aegyptii allium, Feles, Crocodilos adorarunt: Romani sebreum, Pallorem, Victoriæ, & similia portentosa coluerunt: Vt autem humana ratio verum Deum inuenire non potest, ita nec voluntatem eius erga nos & imprimis consilium eius de redemptione generis humani, & de colligenda Ecclesia intelligere & peruestigare nullo modo potest. Dum ergo iuis erroribus & figmentis vagatur humana ratio, & varias excogitat religiones: Gentes subinde excogitant noua numina: Heretici fingunt noua dogmata: *Samosatenus* fingit *logos* in Ioanne significare propositum in patre: *Marcion* excogitat duo diuersa numina: *Arrius* negat diuinitatem Christi: *Nestorius* oppugnat personalem unionem duarum naturarum in Christo: *Mahometus* fingit religionem carni gratam, articulos pugnantibus cum ratione aufert è medio, concedit vxorum multitudinem: & in gratiam Iudaorum retinet circumcisionem: Et in summa totus mundus horribiliter ludit opinionibus de Deo & eius voluntate: quibus verum Deum extrema contumelia adficit, & eius verbu oppugnat. Iure igitur censetur hostis Dei: quæ admodum Paulus testatur: *sensus carnis*, inquit Paulus, *est inimicitia aduersus Deum:* Rom. 8. v. 7. De hac miseria & caligine humane mentis concionatur hic Paulus: admonet Ecclesiam suæ infirmitatis, vt pestem superbiæ profus extinguat: ac docet diuersissimam esse doctrinam Euangelii de cruce Iesu Christi, à tota sapientia humana. Est quidem ratio ipsa & humana sapientia insigne Dei donum: Si se intra suos limites continere possit, & tantum terrena regeret quæ intelligit, vt Oeconomiæ & politiæ: Quia vero excedit lucis limites, & in spiritualibus quæ profus ignorat, vult dominari: Fit hostis Dei, & totis viribus se Deo opponit.

in lapsu est extincta.

Samosatenus, Marcion, Arrius, Nestorius, Mahometus.

Sapientia humana hostis Dei

Deus enim vult agnosci sicut se patefecit: Sed humana sapientia vult sibi sculperè numina: Deus alligat nos ad verbum: Et misericordiam, fidem, cultum, & omnem obedientiam vult regi certo verbo, sed humana sapientia conatur colere Deum extra verbum pro suo arbitratu: Deus crucem & afflictiones iudicat conducere Ecclesiæ: Et huiusmodi exercitio piorum delectatur: Sed humana sapientia profus ab omni miseria & cruce abhorret & eam detestatur. Deus postulat vt ab ipso toti pendeamus, & ipsi soli fidamus, sed humana sapientia sibi ipsa consulere conatur, & quærit humana præsidia, & media quæ intelligit à quibus tota pædet. Deus confessionem requirit veritatis, eam que pluris vult fieri quam omnia commoda huius vite: Sed humana sapientia iubet pacem, facultates, coniugem, liberos, vitam anteferri religioni, & Deo. Deus Ecclesiam suam vult regi expresso verbo: Et ministerium iuxta ipsius mandatum sine respectu personarum dispensari: Sed humana sapientia suis mandatis & consiliis quoque vult parere Ecclesiæ: Et ministerium verbi & sacramentorum accommodari ad potentum & gubernatorum arbitrium. In summa in omnibus rebus aut negotiis spiritualibus profus aduersatur humana sapientia Dei voluntati quam in verbo patefecit. Hinc est quod nulla sint acerbiores hostes Ecclesiæ & verbi, quam sapientes huius mundi sapientes: Christus inquit, *Gratias tibi ago pater celestis, quod hæc abscondisti à sapientibus prudentibus huius mundi: Et reuelasti ea paruulis:* Matth. 11. v. 25. & hoc loco ex Iesâ: Cap. 29. v. 14. Citat Paulus comminationem diuinam contra sapientes huius mundi. *Perdam sapientum: Et intelligentiam prudentum:* Nimirum quia sese Deo & eius sapientissimo verbo opponunt. Hac graui condemnatione humane sapientiæ auocat Corinthios ab admiratione eius, & ad verbu crucis Christi deducit: Dicit igitur, *Christus me misit ad Euangelizandum non in sapientia sermonis: hoc est, non*

Sapientes mundi hostes Dei acerbissimi

1. Cor. 2.
v. 4

in persuasoria humana sapientia verbis: Non ut ostentarem singularem sapientiam in sermone, quemadmodum pseudoapostoli faciunt.

Crucem
Christi in-
anem red-
dit sapien-
tia huma-
na.

Ne inanis reddatur crux Christi: Humana ratio florentem fortunam admiratur, gloriam in mundo experit, magnas opes, lautos dies, & hominum fauorem magno studio quaerit: Et hanc summata predicat felicitatem: Quo falso iudicio Crucem Iesu Christi, qui fuit omnium despectissimus in mundo, & factus est maledictum pro nobis, extremæ stultitiæ condemnat. Vere igitur inanem reddit Iesu Christi crucem, per quam parata est mundo salus, quisquis humanæ sapientiæ sese conformat, atque ita delet vniuersam Christi doctrinam, dum eam in Philosophiam & rationis cõmentata transformat. Ac qui hoc studet ut propter sapientiam & eloquentiam sit in admiratione apud mundum: Is enervat profusus doctrinã de cruce Christi: quia exemplo suo docet abiiciendam potius & fugiendam esse crucem, quam iuxta Christi præceptum tollendam. Et qui crucem abominatur, quomodo is credere potest quod nobis per crucem parata sit salus, & quod pater æternus in cruce pendente filium vere dilexerit cumq; resuscitauerit: *Sermo enim crucis stultitia est,* inquit Paulus, *his qui pereunt:* Hoc est, mundus non tantum abhorret omnes ærumnas & in primis crucem tam lædum genus mortis: verum etiam iudicat extremã esse stultitiam propter religionem & cõfessionem tantas sibi accersere calamitates, & tam probrosum genus supplicii subire: *frustra nisi* (inquit) *& sese fatigando nihil nisi odium querere, extrema dementia est.* Stultissime etiam credi existimat, quod vnius miserimi & calamitosissimi hominis supplicio, qui sapientum iudicio condemnatus & sceleratis latronibus annumeratus fuit, mundo parata sit iustitia & salus: & quod in tam miserum hominem cruci adfixum tanquam blasphemum, & seditiosum, omnis fiducia sit collocanda: huiusmodi sententiam nihil ab extrema dementia differre putat. Sed Paulus inquit eos qui pereunt & ad æternam damnationem destinati sunt, tale se: te iudicium de cruce Christi: quod mirum nõ est: quia luce verbi, & Spiritus sancti ductu non reguntur.

Crucis ser-
mo Dei po-
tentia.

Nobis vero qui saluamur est potentia Dei Nobis, inquit, qui certam salutis spem habemus, vocati sumus per Euangelium & illuminati per Spiritum sanctum, sermo crucis est potentia Dei. Ex Euangelio enim de cruce Christi intelligimus quod per Christum frãgatur potentia peccati & mortis, & destruat totum regnum Satanæ: Ex Euangelio discimus Deum in nobis efficacem esse per Spiritum sanctum, renouare in nobis imaginem Dei: restituere amissam lucem, iustitiam, vitam & lætitiã æternam: Quæ nullius hominis vel creaturæ vi effici poterant: Ac per Christum crucifixum agnoscimus infinitam Dei potentiam, qua nobis in omnibus periculis succurrere, ex omni necessitate eripere, omnia bona largiti, & plura atq; maiora præstare & possit & velit, quam nos vel petere vel intelligere possimus. Nec vero tantum: ex verbo Dei potentiam Dei infinitam addiscimus in Iesu Christo: sed etiam experimur, siquidem per ipsum sermonem crucis efficacem est Deus, retrahit nos ex faucibus mortis & inferni, regenerat nos per Spiritum sanctum, & cõstituit nos hæredes vitæ æternæ. Cum interea illi qui cõtemnunt sermonem crucis, nec intelligant nec credant Dei potẽtiam: Et in quacunq; calamitate deserti ab omnibus creaturis ruant in desperationẽ & interitum. Scriptum est enim: *perdam sapientiam sapientum* Probabat Apost. Paulus sermonem crucis iis qui pereunt cedere in stultitiam & interitum: Quia Deus minatus sit, se perditurum sapientes & prudentes huius seculi: Quid ergo suis consiliis tam prudenter & acute excogitatis effecerunt aut lucrati sunt, nisi quod iram Dei in se prouocauerunt, & se in æternum exitium præcipitauerunt. Exemplo est *Pharao* qui cum suis cõsiliariis varias excogitauit fraudes, quibus opprimeret populum Israel: Sed ille tandem miserime cum suis in ma-

Pharao.

ri perit. *Sennacherib* de sua sapientia gloriabatur: Et *Sennacherib* tandem a propriis filiis in tẽplo sui idoli trucidatur. In *tib. Aureliano, Ducio, Diocletiano*, magna fuit sapientia, & singulare ingenium: Sed hæc ipsa sapientia perdidit eos. Eo quod existimarunt dignitatem & potentiam Romani Imperii restitui nõ posse nisi prius nomen Christianum deleterent. Dum igitur Christo bellum inferunt, se in extremas calamitates & æternum exitium demergunt.

Ac omnes historię testantur sapientes homines sapientiã plerumq; tristissimos sortiri casus. In causa est, quod politicorũ præclarum sapientiæ donum, quod ad Dei gloriam & exitus tridificationem Ecclesiæ conferre debebant, ut plurimum ad Dei contumeliam & oppressionem Ecclesiæ & veritatis conuertunt. Quam tristis fuit exitus *Achitophelis* cuius sapientia etiam scripturę testimonio celebratur: Item, *Socratis, Themistocelis, Palamedis, Persicli, Demadi, Demosthenis, Hyperida, Ciceronis, Thermanis, & Catonis*, & plurimorum aliorum sapientia valde prædicatur in historia: Verum hi omnes miserime perierunt, ac pleriq; suis consiliis sese in tragicas calamitates præcipitarunt. Totius igitur mundi historia testatur quod perdit Deus sapientiam sapientum.

Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi disputator? Ex alio capite nimirum 33. lesa hæc verba allegat: Sed eodem sensu. Propheta enim concionem habens de admirabili statu Ecclesiæ, dicit futurum, ut pu cum stupore exclament: *Vbi sapiens? Vbi scriba?* Quasi dicant: Nõ multi sapientes, non multi eruditi sunt in nostro cætu: Et tamen sumus populus Dei & mirabiliter a Deo defendimur. Impossibile esset regna mundana consistere & defendi posse sine viris sapientibus & eruditis. Verum Ecclesia Dei etiam sine sapientibus consiliariis & cõsultis & propagatur, & defenditur.

Nunquid infatuauit Deus sapientiam seculi huius? Quomodo Per quæ quis peccat, per eadem etiam punitur. Sapientes in primis lædunt gloriam Dei dum ingenii suis pingunt idola & falsas religiones & oppugnant doctrinam Euangelii suis consiliis: Infatuat igitur eos Deus, fatuet, & tradit eos in reprobam mentem. *Achitophel* adeo insanit, ut laqueo vitã abrumpat. *Nabuchodonosor* nimium efficiens sese sapientia, vertitur in furorem. Nec sanior mente præditi sunt qui beneficia mediatoris aspernantur, doctrinam Euangelii conuiciis insectantur, & Ecclesiam oppugnant. Ita enim sibi viam ad vitam æternam & omnem felicitatem præcludunt. Videant ergo omnes sapientes, ut discant timere dominum, & se submittant eius verbo, ac ne Iesu Christi crucem adspiciantur.

21. *Postquam enim in sapientia Dei, mundus non cognouit per sapientiam Deum, placuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes.*

22. *Posteaquam & Iudæi signum petunt, & Græci sapientiam quarunt.*

IN SIGNIS hæc est sententia, in qua Paulus exponit, quid mouerit Deum, ut doctrinam tam alienam à Christi sapientia humana patefaceret. Nimirum quia mundus ex sapientissimis operibus creationis, sustentationis, & gubernationis omnium rerum luce naturæ nõ agnouit Deum: neq; ut Deum celebravit: Sed eum potius extrema cõtumelia adfecit, subinde fingendo noua numina. Ut igitur confunderet humani ingenii sapientiam, atq; etiam cæcitate & stupore puniret suis cogitationibus vagantes & Deum contumelia adficiẽtes: Tum ut infinitam suam sapientiam demonstraret, & electi agnoscerent se non viribus liberi arbitrii peruenire ad admirandum lumen cognitionis Christi, sed merum esse grauitum donum Dei, nouam lucem per spiritum sanctum in cor nostrum spargentis. idcirco ministerium verbi instituit, quod rationi humanæ absurdissimum & stultissimum videretur, quodq;

quodq; mundus peius angue odit & execratur. Postquam mundus, inquit, in sapientia Dei: hoc est, per opera creationis & sustentationis omnium rerum, in quibus singulis evidentissima vestigia sapientiae & omnipotentiae Dei impressa sunt, non cognovit Deum per sapientiam. Id est, per lucem naturae, & viribus mentis: Mutauerunt enim gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis, volatilium & reptiliis: & coluerunt creaturam pro creatore: Rom. v. 23. Idcirco placuit Deo saluos facere per stultam praedicationem: quam scilicet mundus iudicat extremam esse stultitiam, cum sit diuina & caelestis sapientia, quam in omni aeternitate admirabimur.

sapientia caelestis mundo stultitia.

Siquidem Iudaei signum petunt: Et Graeci sapientiam quarunt: Ex praepostero mundi iudicio et curiositate probat praedicationem Euangelii haberi pro stultitia.

sapientia Iudaeorum.

Iudaei enim non adfuerant neque Christo neque Apostolis, etiam si haec doctrinam suam & testimonium Prophetarum & admiranda miracula & signa demonstrarent: sed impia curiositate postulabant signa de caelo: quae ipsi vellet Deo praescribere: Ex suo igitur ingenio conabantur Deum formare: & eius consilia gubernare: Ita ex conditore Deo conabantur facere mancipium suae curiositatis & petulantiae. Quia vero Deus noluit seruire ipsorum impiae cupiditati, spreuerunt eum cum toto Euangelio, omnibus beneficiis mediatoris, & vniuerso regno Messiae.

sapientia Graecorum.

Graeci simili impieitate oblectati sunt Euangelio: talem enim doctrinam postularunt quae veluti Philosophia congrueret cum ratione humana, & cuius demonstrationes in ipsa natura intelligere & sentire possent, atque etiam in qua ingenii acumen exercere & ostentare possent. Quia vero Apostoli postularunt fidem, quae adhibenda sit diuinis oraculis, atque etiam vera poenitentiae exercitia: & proposuerunt articulos plane discrepantes a Philosophia, superbe hoc genus doctrinae Apostolicae contempserunt: Cateri populi ut Chaldaei, Aegyptii, Persae, Romani, & alii, non habebant scilicet de Euangelio iudicia, tantum autem Iudaeorum et Graecorum facit mentionem, quod illi religione, hi sapientia & doctrina videbantur maxime excellere.

Cur tantum Iudaeorum et Graecorum mentionem faciat.

Rursus ergo inculcat hic Apostolus totam doctrinam Euangelii de regno Iesu Christi diuersissimam esse ab humanae rationis sapientia & consiliis: Unde sequitur Viribus liberi arbitrii non posse percipi Euangelion, neque cognosci verum Deum. Falso ergo adferuntur a Synergistis, tres esse causas coeurrentes in coactione hominis: Spiritum sanctum, verbum Dei, & eorum ac voluntatem. Imo tota mens caeca est, & praedicationem Euangelii de Christi regno pro stultitia habet. Hinc etiam patet totam Philosophiam distingendam esse a doctrina Ecclesiae, quae est caeleste mysterium. Monet etiam Paulus impium esse petere signa & miracula a Deo, & ipsi velle praescribere modum quo nobiscum agere debeat. Per Prophetas, Christum & Apostolos edidit Deus admiranda & stupenda signa & miracula: Quibus doctrinam suam demonstrauit. His miraculis vult nos adhibere fidem: Et non vult a nobis tentari: Sed cum timore adorari: Ipse nouit quantum opus sit signis & miraculis, & nunquam deest infirmitati & necessitati Ecclesiae: Scelerate vero curiositati hominum nunquam satisfieri posset. Vniuersa itaque miracula & signa quae edidit Deus in Ecclesia quam diligentissime expendenda sunt. Sed cauendum est ne Deum petitione nouorum miraculorum tentemus: hoc enim graue peccatum est pugnant cum primo praeepto, & prorsus contrarium fidei.

Mens et voluntas humana non est coactionis causa.

Miracula petere est impium.

Est tentatio Dei.

- 23. Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, Graecis vero stultitiam.
- 24. Ipsis vero vocatis Iudaeis & Graecis Christum Dei potentiam & sapientiam.
- 25. Nam quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.

est quam homines & quod infirmum est Dei, robustius est quam homines.

CA P V T praedicationis Euangelii, in quo totum mundus impingit, ostendit: videlicet quod Iesum Christum crucifixum praedicamus salutem esse mundis: Ab hoc tristi spectaculo abhorret mundus: Iudaei offenduntur grauissime, quod hominem in toto orbe calamitosissimum & cruci adfixum pro Messia, (de quo adeo gloriati fuerant) agnoscere debeant. Graeci pro extrema stultitia habent, quod docent Apostoli in Iesu Christo crucifixo nos habere iustitiam, vitam & aeternam salutem: cumque totius mundi dominum esse. Huiusmodi profana & sacrilega sunt sapientum iudicia de Euangelio omnibus temporibus. Ideoque non oportet nos turbari quoties in mundo audiamus doctrinam & ministerium nostrum atrocissime condemnari: *Animalis enim homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei:* Cor. v. 14. solus autem spiritus sanctus iudicium respicere, magnificare & eo nos confirmare debemus: quae maius modum Paulus inquit: *Ipsi vero vocati praedicamus Christum Dei potentiam & sapientiam:* Vocato intelligi vocatos facta vocatione. Hoc est, illuminatos per verbum & spiritum sanctum. Hi intelligunt in Christo & experientur diuinam potentiam & sapientiam. Credunt enim & experiantur Christum deificum opera & totum regnum saeculae, & mortis, & aeternae vitam & iustitiam: Intelligunt etiam sapientissima Dei consilia in lege & Euangelio patefacta, Quis sit praecipuus finis hominis: cui nescit vnigenitum filium: Quare ministerium spiritus instituent: cur exerceat Ecclesiam: cur in iudicis aliquando sicut grassari: quid decreuerit de collectione Ecclesiae, de fine mundi, & de extremo iudicio. Haec amplissima & caelestis sapientia ignota rationi humanae patet vocatis & illuminatis per Christum.

Euangelii caput est Christus crucifixus.

Nam quod stultum est Dei, sapientius est hominibus:

Amplitudinem sapientiae diuinae, quae nobis in Christo communicatur, illustrat collatione rerum dissimilimarum: *Nam quod stultum est Dei:* hoc est, quod nobis de Deo absurdum, ineptum & stultum videtur: ut quod Deus iussit ut Abraham nonagenarius circumcideret carnem praeprii sui: quod iussit Deus Ezechielem vesci stercore humano: quod iussit Deus Moysen cum populo ingredi desertum & mare: quod Iosephum coniecit in foueam, pepulit in exilium, detulit in carcerem cum statuisset eum facere Dominum in Aegypto: quod piscatores, homines plebeios, & iudeos, & pauperes eligit in Apostolos, ut mundum per hos vocet ad poenitentiam: quod in constituendo regno suo praeteritis sapientibus & potentibus eligit claudos, surdos, caecos, leprosos, pauperes: Quod iussit vnigenitum filium subire mortem crucis. Haec & alia innumera rationi nostrae & absurda et stulta videntur. At in his ipsis Deus singulari sapientia est visus, quae vniuersam humani ingenii sapientiam longissime excedit. In his omnibus n. et iustitia, et sapientia, & omnipotentia Dei conspicitur: Quod plus intelligat et possit quam ingenium nostrum capere possit Ratio omnia fere opera et mandata Dei capit veluti alter montus: sed tandem euentus docet, Deum omnia sapientissime ordinare disponere, et perficere: Nihil ergo rationis iudicium morari debemus, sed semper ad verbum et mandatum Dei respicere *sic quod est infirmum Dei:* hoc est, quod nobis videtur summa esse in Deo infirmitas: Ut quod Deus caeditur virgis adfigitur cruci, moritur et sepelitur, ingens inimitas nobis videtur: Quod Ecclesia tempore Hiskiae cingitur obsidione, et in summas redigitur angustias, extrema nobis Dei infirmitas videtur, ut qui non possit populum suum eripere ex tyrannorum violentia: sed quae nobis videtur infirmitas, haec superat omnium hominum robur et vires: Na per flagra, crucem mortem, sepulchrum Christi filii Dei Deus fregit vniuersam saeculae potentiam deleuit peccatum, absorpsit morem, iustulit legis maledictionem,

sapientia diuina et humanae collatio.

Infirmitas Dei summa est potentia.

ditionem, vicie mundum, constituit, redemit, saluat totam Ecclesiam: Quod vniuersæ creaturæ viribus effici non poterat. Vere igitur quod infirmum est Dei, robustibus est omnibus hominibus. Non ergo offendamur aut turbemur, cum Ecclesiæ liberatio, ædificatio & defensio nobis videtur impossibilis. Infinita enim est Dei cum sapientia tum potentia.

26. *Videte enim vocationem vestram fratres quod non multi sapientes, non multi nobiles.*

27. *Sed stulta mundi elegit Deus, ut sapientes pudefaceret: & infirma mundi ut ea qua valida sunt pudefaceret.*

28. *Et ignobilia mundi, & qua maxime sunt contemptui, elegit Deus, & ea qua non sunt ut ea qua sunt aboleret, nec coram Deo ullacaro gloriatur.*

Sapientia Dei in constituenda Ecclesia.

Diversa ratio constituendi potentias.

Pontificiorum iudicium de Ecclesia falsum.

Sapientes mundi non omnes excluduntur ab Ecclesia.

Nec nobiles.

UT consideremus admirandum Dei consilium & sapientiam prorsus diuersam à iudicio humano, & quod Deus nihili faciat vniuersam hominum sapientiam, potentiam & quicquid magnum & sublime est coram hominibus, iubet nos intueri admirabilem collectionem Ecclesiæ: Quæ magna ex parte ex omnium hominum pauperibus, vilissimis, abiectissimis, ex fundis, cæcis, claudis, leprosis, Et peccatoribus consistit. Ad constituenda & propaganda imperia mundi eligi solent omnium hominum sapientissimi, fortissimi, nobilissimi, summis virtutibus præditi, ditissimi, peritissimi, & pulcherrimi, qui ad res gerendas maxime sunt idonei, & imperia suo decore & pulchritudine ornant. At pater æternus ad constituendum, propagandum, & conseruandum æternum & spirituale regnum sui filii Iesu Christi, prorsus diuersum in rationem: eligit abiectissimum, & vilissimum quemque, adeo ut Ecclesia præ paupertate, squalore, & infirmitate superiori sit iudicio rationis. Quo autem consilio hoc faciat pater æternus docet Paulus, nimirum ut sapientiam, potentiam, nobilitatem hominum, & quicquid sublimè est in mundo confundat & aboleat. Abutuntur enim homines sapientiæ, potentia, & nobilitatis donis, & sese supra & contra dominum & Messiam eius efferunt. Ut ergo Deus testatum faciat mundo, humanam sapientiam quæ se Deo opponit merè esse stultitiã: & fiduciã propriæ virtutis summum esse sacrilegium, omnemque potentiam, nobilitatem, splendorem, opes gloriam & decus vniuersæ creaturæ nihil esse apud Deum, præteritis sapientibus & potentibus eligit in Ecclesiam omnium abiectissimos. Ut ita tandem omnia gloria sapientiæ, iustitiæ, & potentia ad solum Deum redeat.

Hinc ergo liquet in quanto versentur errore qui Ecclesiam quærentes tantum adiudicia potentum, decreta conciliorum, sententias eruditorum, & consensum Nobilium respiciunt, & sine examine & investigatione fundamentorum in negotiis & controuersis iurant in verba magnatum, eruditorum hominum, & conciliorum.

Hæc autem ita accipienda non sunt quasi nemo diuitum, potentum, sapientum, nobilium saluari possit: Imo scriptura sacra quibusdam sapientibus & potentibus præclarum dat testimonium, quod fuerint veri ciues Ecclesiæ. Eximia fuit sapientia in Iosepho, qui consiliarios Pharaonis docuit sapientiam in Daniele qui imperium Chaldaicum & Persicum gubernauit consiliis: in Davide, Chusai, Bezaleel, Benaiã, Mose: qui sunt illustres Ecclesiæ ciues.

Magi & potentes fuerunt Pharaon hospes familie Iacob: David, Iosaphat, Hiskia, Nebucadnezar, Darius Medus, Cyrus, Constantinus Magnus, Theodosius, Marcianus: & vocati sunt ad societatem Ecclesiæ:

Diues fuit Abraham, Isaac, Dauid, Iosaphath, Carolus Magnus, Esther & tamen partem habent in regno Christi.

Nobili genere ortus fuit Iesaja, Daniel, Iosia, Hiskia, Zadock, Ioseph, Et tamen testimonium habent Spiritus sancti, quod adscripti sint hæredes vitæ æternæ. Non ergo abiicit Deus omnes sapientes, potentes, diuites & nobiles, sed eos tantum qui sua sapientia, potentia & nobilitate confidunt, et in Evangelio Iesu Christi contumaciter resistunt. Sapiens fuit Daniel, sed ille in timore Dei et vera humilitate omnia deseruit. Deo, fatetur in se nihil esse consilii, nisi Deus spiritu suo illuminauerit ipsum. Qui ergo ingenii, sapientiæ vel nobilitatis dono à Deo ornatus est, tanto magis se demittat et ne gloriatur, ne iram Dei prouocet et se ipsum à societate Ecclesiæ excludat. Monet nos hæc Pauli sententia, ne offendamur abiecta specie Ecclesiæ: Sic enim placuit Deo eligere quæ in mundo abiecta et vilia sunt, ut ipsius virtus et gloria locum habeat. Consolatur etiam hæc sententia homines miseros et calamitosos, et in infima sorte positos, ne suspicentur se propterea negligi vel minus curari, quia sint miseri, sed potius statuunt quo quis fidelium sit calamitosior, et miserior in mundo, hoc eum Deo maiori curæ esse. Tertio docet Apostolus omnem gloriationem soli Deo sapienti et omnipotenti competere. Et vniuersum genus humanum ab omni gloriatione se prius abstinere debere.

30. *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu.*

QUIA dixerat Paulus plerisque sapientes, potentes, & nobiles reiectos et præteritos esse in vocatione, ut consoletur Corinthios, seque arat eos ab illa multitudine reiectorum: Vos, inquit, non estis in illo numero sapientum et nobilium reiectorum: Sed vos estis ex Deo nati, per verbum et Spiritum sanctum illuminati, ad societatem Ecclesiæ adgregati, et in hæredes vitæ æternæ cooptati. Atque idcirco decet vos non in vestra sapientia, nobilitate, potentia gloriari: sed vera humilitate, et animi gratitudine agnoscere et prædicare Dei beneficia.

Quis factus est nol is sapientia à Deo iustitia, & iustificatio, & redemptio.

31. *Ut sicut scriptum est, Qui gloriatur in domino gloriatur.*

UT omnia detrahit Paulus humanæ naturæ, ac plane nihil reliqui ei facit: Ita rursus omnia tribuit Christo, et ostendit, Ecclesiæ et singulos fideles omnia ornamenta et dona possidere in Iesu Christo. Ex nobis nihil habemus: Nihil plane est nostrum. In nobis nulla existit mica virtutis: nulla scintilla sapientiæ: at si Christo per fidem inferamur, Omnia in ipso possidemus. O immensam consolationem, O amplissimas opes quas offert et donat Spiritus sanctus his, qui suam nuditatem, et omnem fiduciam in dominum nostrum Iesum Christum ponunt. O fatuos, O insanos homines qui superbe sibi arrogam virtutem et sapientiam et hac ratione sese impediunt, quo minus vnquam ad veram iustitiam et virtutem peruenire possint. Quin igitur abiiciunt usum suam superbiã et arrogantiam, et fatemur quod res ipsa loquitur in nobis nihil esse nisi peccatum et mortem. Et confugimus ad dominum nostrum Iesum Christum, qui nobis omnia suppeditat.

Sapientia significat veram et salutarem Dei et voluntatis ipsius notitiam: Cum homo intelligit quis sit verus Deus, quomodo sese in verbo suo patefecerit, quomodo colitur, invocari, et celebrari velit, quis sit Mediator, et redemptor generis humani, quæ eius beneficia, et quæ sit via perueniendi ad æternam beatitudinem. Sapiens fuit Moses, Samuel, Dauid, Nathan, Ieduthan, Ethan, Iesaj hat, Ioiada, Iesajas, Paulus, Poly-

Nec nobiles.

Sapientes et nobiles quales ab Ecclesia excludantur.

In Christo possidemus omnia.

Sapientia ex leuis quid.

Polycarpus. Qui vero harum maximarum & summe necessariorum rerum notitiam non habent, pro sapientibus haberi non possunt. Simonides, Socrates, Plato, Themistocles, Lælius, scauola, Cato, scipio, Agrippa, Mæcenas, non fuere sapientes: quia Deum non nouerunt. Nec Achitophel fuit sapiens, quia caruit uero Dei timore, qui est initium sapientiæ. Nobis autem pusillis & coram mundo insipientibus Christus factus est sapientia à Deo, id est, æternus pater dedit nobis unigenitum filium in quo omnes thesauri sapientiæ reconditi sunt: Coloss. 2 v. 3 hic nobis ostendit quis sit uerus Deus, quæ eius sit uoluntas, cur miserit filium, unde sint peccatum & mors, quale sit regnum Christi, quæ eius beneficia, cur exerceat Ecclesiam crucis, quomodo coli & celebrari uelit, quæ sit certissima uia perueniendi ad uitam æternam. Mundus quidem hæc tanta bona non curat, atque tanto est stolidior & stolidior.

Sapientia celestis initium timor Domini.

Iustitia spiritalis quid

Iustitia, est gratuita remissio peccatorum, imputatio obedientiæ Iesu Christi & acceptatio ad uitam æternam. Mundus superbe iactat suam iustitiam & prædicat suam uirtutem: sed ualuerit mundus caret omni iustitia & plenus est peccato. Christus inquit, Ioannis: 8 v. 24. Nisi credideritis in filium hominis, mortemini in peccatis uestris. & in Ioan. 16. v. 8. spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quia non credunt in me. Nobis autem peccatoribus, qui agnoscimus nostram immundiciam & peccata, & fide apprehendimus Euangelii promissionem: Christus est iustitia coram Deo, id est, in ipso per & propter ipsam coram Deo sumus iusti. Qui enim peccatum non nouit, pro nobis factus est peccatum, ut nos fieremus iustitia Dei in ipso 2. Cor. 5. v. 21. Et quot quot in Christum baptizati sumus, Christum cum omni eius iustitia induimus. Gal. 3 v. 27.

sanctificatio.

sanctificatio, significat hoc loco renouationem, uiuificationem & donationem spiritus sancti. Qui extra Christum sunt, hi manent in morte, non percipiunt consolationem, non uiuificantur, non transformantur in Dei imaginem, nec sunt domicilia spiritus sancti, sed Deus huius seculi efficaciter in ipsis operatur, cumulat peccata peccatis, & subinde auget tenebras mentis & malitiâ cordis. At Christus nobis in ipsam credentibus est sanctificatio: id est, effundit in nos spiritum sanctum, qui nostra in ueterem naturam reformât & renouat, & imperit nobis nouam iustitiam, lucem & lætitiâ.

Redemptio quid.

Redemptio significat liberationem ab ira Dei, à maledictione legis, ab onere peccati, ab imperio mortis, à tyrannide satanæ, & à uolentia omnium hostium Ecclesiæ. Hæc omnia nobis præstat dominus noster Iesus Christus, iuxta promissionem: Disciplina pacis nostra super eum. & luore eius sanati sumus, Ies. 53 v. 5. Item: confidite in me, ego uicini mundum, Iohannis 16 v. 33. Mundus autem qui à Christo alienus est quâ tum uis gloriatur de sua potentia, etiam si omnes uires coniungat, tamen ab his hostibus opprimitur.

Cap. 9. v. 24

Loci doctrinae huius capitis.

I. Ecclesia non est penitus pura.

His uero significantissimis uocabulis Paulus complexus est totius regni Christi amplissima, æterna, celestia, spiritalia & corporalia beneficia. Infert ergo Paulus ex propheta Hieremia: ut sicut scriptum est, qui gloriatur in domino gloriatur. Idcirco inquit, Deus omnia nobis donat & exhibet in domino nostro Iesu Christo, ne quisquâ in sua carne, hoc est, in sua sapientia, iustitia, uirtute, potentia, merito gloriatur, sed ut singuli omnia deferant Deo, & is solus glorificetur. Insignes doctrinae loci in hoc Capite obseruandi sunt. I. Primum. Exemplo Corinthiorum admonemur, non esse talem fingendam in terris Ecclesiam, in qua nulla sint dissidia, nulla certamina, nulla scandala: sed obfirmandum esse animum ut quauquam certamina, dissidia & scandala in ipso Ecclesiæ sinu exoriantur: tamen non discedamus ab Ecclesia, nec prouiciamus Euangelii professionem. satan enim dormientibus hominibus non desinit serere sua zizania. Nos saltem operam demus, ut trumentum domini simus,

II. secundo Diligenter obseruetur Apostolica explicatio uerborum Baptismi. Baptizote in nomine patris, & filii & spiritus sancti, quæ uerba teste Paulo eadem Baptismi habent vim, ut non liceat in illius Apostoli nomine baptizari nomines. In Baptismo enim inquit homo factus cum ipso Deo. Ergo uerba Baptismi luculentissimum sunt testimonium de diuinitate Iesu Christi & spiritus sancti.

III. Tertio. Tradit hic Apostolus discrimen inter Christum mediatorem & reliquos sanctos: Fatetur enim nec se Paulum, nec alium quemuis Apostolum pro Corinthi crucifixum esse: Indicans hanc gloriam soli Christo deberi, ut qui solus torcular calcauit, Ies. 63 v. 3. & sanguine suo redemit Ecclesiam. Act. 20. v. 28.

IV. Quarto. Insignis est in hoc Capite locus de discrimine inter sapientiam mundi, & sapientiam spiritus. Mundus profus abhorret a cruce Iesu Christi, nec intelligit Dei consiliam de colligenda Ecclesia: atque in omnibus spiritualibus aduersatur sapientiæ diuinæ. Itaque detestatur Deus sapientiam huius mundi, ut pote quæ coram Deo est inutilis sapientiæ autem spiritus in uerbo Dei patefacta est.

V. Quinto. Notatu dignissimus est locus de efficacia crucis Iesu Christi: quæ cum nihil in mundo uideatur inuermius: nihil tamen est potentius. Cruce enim & morte Iesu Christi contritum est caput serpentis & destructa tota potentia peccati, mortis, & satanæ.

VI. sexto. Euidentiſſime patet ex hoc capite uires libertatis arbitrii omnes, quod ad spiritalia profus per peccatum extinctas & amittas esse Paulus: enim testatur mundum suam sapientiam Deum non potuisse cognoscere: & aduersari sapientiam diuinam quæ delectatur cruce Christi & Ecclesiæ. Testatur, etiam Paulus, Deum detestari & perditurum esse sapientiam sapientum: & ea quæ sunt redacturam in nihilum, ne ullus homo uillam habeat gloriandi cauam.

VII. septimo. cum Paulus taxat Iudæos, quod petant à Deo signa & miracula, docet non esse tentandum Deum petitione signorum & miraculorum: sed expressio Dei uerbo iam antea confirmato miraculis, & euidentiſſimæ ueritati in timore Dei esse adſentendum.

VIII. Octauo. Quam tritis, abiecta & squalida sit species Ecclesiæ, pingitur hoc loco ob oculos. Non multi sapientes, non multi nobiles, non multi potentes sed infirma mundi elegit Deus.

IX. Nono. Qua re coram Deo iustificemur perspicue hic docet Paulus, uidelicet non nostra uirtute, iustitia, operibus aut motibus: sed tantum merito & obedientia Iesu Christi. Faretur n. Paulus in nobis nihil esse in nullo gloriari nos posse: sed Iesum Christum factum esse nobis iustitiam à Deo ipsius ergo obedientia erga legem nobis imputatur.

X. Decimus locus est de uariis & innumeris beneficiis regni Christi: quod in Christo omnia possidemus.

CAPVT II.

1. Et ego fratres cum ad uos uenirem, non ueni cum eminentia sermonis aut sapientia, annuncians uobis testimonium Dei.
2. Non enim iudicauit me scire quidquam in uobis, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.
3. Et ego in infirmitate & timore, ac tremore multo fui apud uos.
4. Et sermo meus & predicatio mea non fuit in persuasoris humana sapientia uerbis: Sed in demonstratione Spiritus & uirtutis.

3. 71

II. Verborum Baptismi explicatio apostol. ca.

III. Christi & aliorum sanctorum discrimen.

IV. Discrimen sapientie mundi & spiritus.

V. Crucis Christi efficacia.

VI. Liberum arbitrium in spiritualibus extinguitur.

VII. Petere signa est tentare Deum.

VIII. Ecclesiæ forma.

IX. Christus nostra iustitia.

5. *Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.*

Paulus quem modo docuit.

VT eumcat Paulus nullo modo decere, vt quis in ministerio vel in Ecclesia ostendet suum ingenium, vel sapientiam, vel eloquentiam: Sed in omni humilitate & modestia prædicandum esse Euangelion de cruce Iesu Christi: Et ratum Dei gloriam, & Ecclesie salutem respiciendam esse, proponit toti Ecclesie suum Exemplum: Qua modestia & humilitate functus sit suo ministerio apud Corinthios: Quod non quaerit suam gloriam, & laudem vel sapientie vel eloquentie: Sed totus in eo fuerit vt Iesum Christum crucifixum mundo patefaceret. Apostoli enim non solum doctrina erudierunt Ecclesiam, sed etiam pietatis exemplis suis auditoribus præiuerunt. Vnde inquit Paulus. Philp. 3. v. 17. *Imitatores mei estote.* sermonis vel sapientie eminentiam, nominat eloquentiam & sapientiam humanam, quæ in admiratione est & suscipitur, ac significat se non ostentasse suam faciendiam, & multarum rerum cognitionem, quod illi facere solent qui suæ student gloriæ & captant populariæ auram. Non enim ideo passus est dominus noster Iesus Christus, nec instituit ministerium vt campum haberemus. certandide laude ingenii: sed in hunc finem, vt solius Dei gloria innotesceret, & saluti Ecclesie cõpuleretur. Qui ergo suam quaerunt gloriam in ministerio, hi abutuntur summo Christi beneficio & animum suum infidelem declarant. Testimoniũ Dei, adpellat Euangelii prædicationem: Ipse enim Deus per Prophetas & Apostolos, atque etiam propria voce de suo filio constituto mediatore testatus est. Qui ergo verbo Prophetarum Apostolorum non adferuntur, hi acculant Deum falsi testimonii.

Summe sapientia a gnitio Christi.

Philosophia extra Christum contumeliosa in Deum.

Quod inquit Paulus *se nihil scire nisi Iesum & hunc crucifixum:* Ostendit non esse maiorem subtile sapientiam, quam agnoscere Iesum Christum & eius beneficia. Habuit sane Paulus plurimarum rerum notitiã: neque ignarus fuit Philosophiæ & doctrinæ Græcorum: sed videt extra Christum Philosophiam non solum esse mancã & mutilã, sed etiam contumeliosã in Deum, & vniuersã sapientiam humanã extra Christum esse stultitiã coram Deo, & cæcitatem, quæ passim impingit. Nullius ergo eruditionis gloriam arrogat sibi Paulus, sed de sola notitiã Iesu Christi crucifixi, in quo videt clementissimã Dei voluntatem, & sapientiam de colligenda Ecclesia, de vero cultu Dei, & de cõsequenda vitæ æternæ gloriatur. Caput enim totius Euangelii Iesu Christi, & summa nostræ religionis est, Quod Iesus Christus filius Dei pro nobis esset crucifixus. *Atque in hoc Iesu Christo crucifixo, omnis thesauri sapientia diuina sunt reconditi.* Coloss. 2 v. 3. Huc ergo inuitat & vocat Apostolus Corinthios, vt dilectant Iesum Christum crucifixum agnoscerent, & ne capterent laudem eruditionis vel sapientie, quæ extra Christum prorsus nulla est.

Apostoli cur infirmitatibus subiecti fuerunt.

Non erubescit Paulus suam fateri imbecillitatem, timorem & tremorem, vt doceat non agere in ministerio de nostra laude: sed de salute Ecclesie. Apostolos saepe in magna fuisse consternatione animi, & terroribus fuisse percussos grauitur, aliquoties ipsi latenterunt: 2 Cor. v. 5 *foris inquit pugna, intus pauores.* & 2 Cor. i. v. 8 scribit se adeo consternatum fuisse a timore vt desperauerit de vita. His autem terroribus exercuit Deus etiam Apostolos, & Prophetas propter multas causas. I. Vt propius aspicerent magnitudinem iræ Dei aduersus atrocitatem peccati, & eius aliquem perciperent gustum. II. Deinde, vt pluris facerent beneficia immensa filii Dei, qui nos à talibus terroribus conscientie suæ sanguine redemit. III. Tertio, ne summis illis donis, quibus à Deo ornati fuerunt sese efferrent, ac ne fiduciam in seipsis haberent. IIII. Quarto, vt hac mortificatione veteris Ada-

mi, desiderium vitæ æternæ ardentius in ipsis accendatur.

V Quinto, vt exemplo suo aliis membris Ecclesie imbecillioribus consolationi essent. Cum enim multi in Ecclesia eiusmodi pauoribus & trepidationibus obruantur, certo statuere possunt non esse eas signa irati Dei, siquidem & Apostolos, Prophetas, & patres vident similes terrores expertos esse.

VI. sexto, vt eo conspectior sit virtus Dei & omnis gloria collectæ Ecclesie, & destructi regni satanæ ad Deum redeat. Hæc cogitet pius animus, quando legit summorum hominum horrendos pauores, vt Abrahamæ, Iacobi, Moysi, Iosue, Davidis, Hieronimi, Pauli: Et animaduertat non semper eodem fulgore robur & lætitiã spiritus lucere in sanctis.

Persuasorios humana sapientia sermones vocat populares conciones, quæ totæ cõdirectæ sunt, vt quoquo modo adficiant & delectent auditores. eosque in admirationem dicentis rapiant. samofatenus, Arius, Nestorius, Origenes, & Pelagius persuasorios adferunt sermones: Dicunt enim quæ congruunt rationi & carn. grata sunt: sic *Caluinista* & Iulianus testamenti Iesu Christi dicunt plausibilia & persuasoria: nemo uent enim omnem luctã fide. & ea dicunt quæ iuxta sunt rationi: Et quæ oratione & figuris ornari possunt. Paulus autem testatur, sed huic arti vel fraudi potius non studuisse, sed in omni simplicitate & rectitudine docuisse Euangelion: Et in hoc incubuisse vt spiritu & virtute potius demonstraret veritatem suæ concionis. Hoc est, vt & miraculis propriis Ecclesie confirmaret auditorum fidem: Et ipsa experientia in consolationibus comprobaret eius doctrinã. Tam enim fides auditorum nititur solido & stabili fundamento: Videlicet, non humana sapientia qua nihil est incertius, nihil subtilius: Sed diuina virtute omnipotentis Dei.

Conciones populiæ.

6. *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: Sapientiam non huius seculi, neque principum huius seculi qui abolentur.*

7. *Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam præstituit DEVS ante secula in gloriam nostram:*

8. *Quam nemo Principum seculi cognouit.*

QVIA Paulus modestissime sese submisit, & suam incertitiam & imbecillitatem fassus est, ne videatur derogare aliquid maiori doctrinæ Euangelii, excipit, eximiam tamen sapientiam in Euangelio tradidit, quantumuis illa simplicitate verborum, & humili specie sine omni pompa & strepitu mundi proponatur. Ac rursus accurate distinguit inter sapientiam spiritus & mundi. *Loquimur, inquit sapientiam.* Immensa enim sapientia in lege patet, quæ in hac vita exhausti non potest: In primo præcepto plus est veræ sapientie, quam in omnibus scriptis omnium hominum in toto orbe terrarum: Et licet omnium hominum sapientia collata esset in vnum hominem, is tamen vnus præcepti integram sapientiam exprimere non posset. Deinde quam infinita sapientia luget in missione filii, in assumptione humanæ naturæ, in passionem & morte Christi, in resurrectione eiusdem, in institutione ministerii, in collectione Ecclesie, in remissione peccatorum, in distributione donorum spiritualium, in demonstratione æternæ salutis. Hanc sapientiam in euangelio non solum homines, verum etiam angeli, cum eam audiunt admirantur.

sapientia spiritualis.

Perse-

Perfecti qui

Perfectos vocat fideles, vere & sine Hypocriti amplectentes Euangelion: In quibus per fidem habitat Spiritus sanctus. Hi vident & intelligunt hanc admirandam sapientiam, quæ in Euangelio Iesu Christi continetur. Mundus quidem pios extremae condempnat dementiæ, eo quod fortunam, eorum modam, pacem, donum cõiuges, liberos, & vitam ipsam postponunt gloriæ Dei & ædificationi Ecclesiæ, sed ipse Spiritus sanctus præbet piis insigne testimonium: Quod non laboret dementia, sed potius diuina & celestis in ipsis luceat sapientia. *Sapientiam huius seculi & principem huius seculi* nominat Philosophiam & prudentiam ac consilia politicorum. Sapientes habiti fuerunt Solon, Lycurgus, Themistocles, Lælius, Scæuola, Cato, Mæcenas, Agrippa & similes. Adfirmat autem Paulus sapientiam quæ in scriptis Apostolicis patet, plano diuersam esse a sapientia eorum qui respublicas & regna mundi gubernant. Hi enim tantum iudicium rationis sequuntur. Et ignari sunt verbi diuini. Quod dicit *principes huius seculi aboleri*, monet nec politicam sapientiam adferre vitam æternam, neque mundana hæc regna perpetuo mansura esse, sed ipsa regna cum humanis consiliis peritura. *Sapientiam, inquit, Dei loquimur in mysterio absconditam.* Dei sapientiam appellat legem & Euangelion: In his enim doctrinæ capitibus notitia veri Dei & voluntatis ipsius quæ summa est sapientia reuelatur, sine qua reuelatione celestis, vere est & manet absconditum mysterium. Homo enim ita corruptus est per peccatum, vt viribus ingenii videre non possit quis sit Deus, & quomodo eoli velit: Nec intelligit qualem obedientiam Deus in lege sua a nobis postulet. Arcanum vero consilium de redimendo genere humano per filium mediatorum, & de gratuita remissione peccatorum prius ignorat Ioan: inquit, *Deum nemo vidit vnquam. Filius vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis.* Ioan. I. v. 18. Nec vero nos meriti sumus hanc gratiam & gloriam, quod æternus pater nobis hanc celestem patefecit sapientiam: Sed ante secula eam perfiniuit in nostram gloriam, hoc est: ex immensa misericordia & bonitate sine omni merito nostro constituit in filio colligere æternam Ecclesiam, & arcana suam sapientiam in Euangelio comprehensam electis suis per ministerium Spiritus patefacere: vt nos qui nunc in mundo sumus abiectissimi, Dei beneficio & benig-nitate efficiamur omnium gloriosissimi & felicitissimi. Non est igitur quod gloriemur de nostro ingenio quasi cæteris hominibus acutiores simus: Nec vlla nostra merita allegare possumus: sed totum beneficium reuelati Euangelii immensæ misericordiæ & bonitati diuinæ est adscribendum. repetit Paul. cum particula vniuersali & exclusiua, *nullum principem huius seculi cognouisse sapientiam Euangelii:* scilicet, viribus naturæ, vel liberi arbitrii facultate. Nominat enim huius seculi principes qui non sunt illuminati per Spiritum sanctum: nec habent partem in regno Dei. Horum nullus intellexit sapientiam in Euangelio patefactam. Necessè est igitur vniuersam vim liberi arbitrii in rebus spiritualibus prorsus extinctam esse, siquidem nemo principum mundanorum potuit intelligere vel percipere doctrinam Euangelii. Quod si omnium ingeniosissimi, sapientissimi, eruditissimi, & præstantissimi non potuerunt percipere Dei consilium in Euangelio comprehensum: Multo minus reliqua turba, in quibus non est pars sapientia, vel acumen, vel diligentia vel ingenium, huc peruenire viribus lib. arbit. potest. Hinc etiam patet quam grauitè errent *Zuinglii*, *Andradii* & horum similes, qui sinxerunt Theseum, Hercule, Themistoclem, Scipionem, Fabricium, Catonem & similes in cœlum peruersisse, & æternæ beatitudinis fore socios. Nemo enim venit ad patrem, nisi per Christum: tota autem Spiritus & Euangelii sapientia de spirituali regno & beneficiis domini nostri Iesu Christi ignota fuit principibus huius seculi. Non ergo Ethnici & ho-

Philosophia est Sapientia huius seculi.

Principes huius seculi.

Zuinglii & Andradii error de salute Ethnicorum.

miles mundani principes ignari Euangelii partem habent in regno æterno Christi.

Si enim cognouissent, dominum gloria non crucifixissent.

Signo euidentissimo & ipso effectu inscitia probat, principibus huius mundi ignotam esse sapientiam Euangelii: Quia dominum gloriæ vnigenitum filium Dei, redemptorem & saluatorem generis humani crucifixerunt. Idque non fecerunt homines plebei, aut Ethnici ignari Dei: Sed summi principes & sacerdotes in populo Dei: Quibus ante alios promissus erat Messias: Qui assidue audiebant Prophetarum conciones de aduentu & spirituali regno Messia. Qui erant principes in populo Dei, tenebant legem & promissiones de Messia, & totum orbem erudire debebant. Hi etiam audiebant Christi cœlestes conciones, videbant oculis stupenda eius miracula: tamen horribili amentia & furore peccati, vna cum Pilato præfecto Romano dominum gloriæ, & principem vitæ, & conditorem Ecclesiæ crucifixerunt. Quo facto euidentissime testati sunt, se nec ipsum Messiam agnouisse, nec doctrinam Euangelii de beneficiis mediatoris intellexisse. Si autem principes in populo Dei hanc sapientiam intelligere non potuerunt, multo minus principes & sapientes Ethnici. Doctrina de communicatione idiomatum, aliquomodo ex hoc dicto peti potest: Et quomodo pie & circum specte de domino nostro Iesu Christo Deo & homine sit loquendum, ita vt vnio personalis non dissoluatur, & nature non confundantur. Diuinitas in Christo non est passa, nec crucifixa, nec mortua: Est enim immutabilis: Et tan-recte dicitur Deus logos, dominus gloriæ, filius Dei passus, crucifixus, mortuus, sepultus. Proprietas enim vni nature conueniens, tribuitur toti personæ in concreto propter vnionem hypostaticam. Retinet utraq; natura essentielles suas proprietates & idiomata, quæ tamen in concreto communicantur, ad significandam vnionem personalem: neque hæc est inanis contentio de verbis seu phrasibus: sed in summi momenti hic vrgetur, nimirum vt exprimat hypostatica vnio duarum naturarum in Christo: Quod Polycarpus imponitur rogo, non patitur Deus: etiamsi Spiritus sanctus habitat in corde Polycarpi: quia Deus & Polycarpus non sunt vna persona. Sed quando homo Iesus Christus crucifigitur, ipse dominus gloriæ crucifigitur: eo quod Iesus Christus Deus & homo est vna persona.

9. *Sed quemadmodum scriptum est: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscenderunt, ea præparauit DEVS his qui diligunt eum.*

Secunda ratio sumpta a testimonio Prophetæ Iesaiæ, Cap. 64. v. 4. qua probat, principes & sapientes huius seculi luce naturæ non posse indagare aut intelligere sapientiam Euangelii de beneficiis mediatoris. Et si autem Iesaias loquitur de futuræ vitæ immensa gloria, quam Deus electis suis præparauit: tamen recte accommodauit Paulus ad totam Euangelii doctrinam: Nam doctrina de resurrectione mortuorum & de vitæ æternæ promissa electis propter Christum, scopus est totius Euangelii. Est autem hoc dictum acere fulmen cõtra patronos liberi arbitrii. Prorsus enim nihil relinquunt Iesaias & Paulus homini quo ad spiritualia: *Quæ oculus, inquit, non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscenderunt, ea præparauit Deus his qui diligunt eum:* Quoties cor appellat Prophetæ, intelligunt mentem & voluntatem hominis: & præcipuas animæ vires, turpissime igitur errant qui fingunt naturalia mansisse integra: Errant etiam Erasimiani & Snergistæ qui homini non rena-

Communicatio idiomatum.

Snergiana damnat Paulus.

Cor complectitur mentem & voluntatem.

10 ubi

to tribuunt modiculum, parvam facultatulam, exiguam vim adfentiendi, vel ad pteanditese ad gratiã, vel nutum saltem. Hic enim testatur Paulus totum mysterium de collectione Ecclesiæ non ascendisse in ullius hominis Cor: Id est, nullus hominum vnquam quidquam de Euangelii sapientia vel vidit, vel audiuit, vel intellexit, vel cogitauit, vel voluit: Solius ergo Dei beneficium est, notitia mediatoris Iesu Christi, & beneficiorum eius, qui per ministerium verbi de cælo reuelari, & per S. S. & cæcas nostras mentes illuminat, & flectit nostras voluntates ad adfentiendum. Cum etiam Apostolus dicit *Deum nobis salutem & gloriam hanc præparasse*, monet nihil nos esse meritos sed omnia ex mera Dei bonitate & beneficentia proficisci. Recte accommodatur hoc dictum ad totum mysterium de regno Christi spirituali: In primis vero significanter exprimit doctrinam de resurrectione mortuorum, & de immensa gloria, qua fideles in altera vita ornabuntur. In Iesaja non est *diligentibus eum, sed expectantibus te*: Verum eadem est sententia: Expectare dominum est fidere & sperare in dominum: Quæ fiducia gignit dilectionem Dei: Absque fide & spe dilectio existeri non potest: Neque manet fiducia & expectatio sine dilectione Dei: sed mox gignit huiusmodi fructum: Significat igitur Iesajas & Paulus his promitti cœlestem hanc gloriam, qui sunt viua Ecclesiæ membra: In quibus vera in Deum fides & spes lucent, qui que vera dilectione demonstrant, quod fides ipsorum sit sine hypocrisi.

10. *Nobis autem Deus reuelauit, per Spiritum suum.*

Firmis argumentis probauit Paulus sapientes huius mundi, nihil intelligere mysteriorum Dei, spirituali regno Christi. Tribuit autem hanc gloriam Christianis. Vnde ergo hanc lucem habeant docet. *Spiritus sanctus*, inquit, *nobis reuelauit hanc sapientiam*. Quod ad nos attinet non eramus cæteris hominibus auctiores aut ingeniosiores: Nisi Deus nos respexisset, in eisdem tenebris nobis cum aliis pereundum fuisset. Sed Spiritus sanctus quem Deus pater propter filium mediatorem effudit, mentes nostras illuminauit & per verbum Dei & sacram scripturam patefecit nobis veram Dei notitiam, & voluntatis ipsius. Non igitur libero nostro arbitrio, sed soli Spiritui sancto acceptum ferimus, quod sapientiam Euangelii intelligimus.

Habuerunt quidem Apostoli peculiaria dona S. S. & singulares reuelationes. Verum hic loquitur Apostolus de reuelatione Euangelii, quæ fit per S. S. in ministerio verbi: in quo totam etudit, illuminat, consolatur & gubernat Ecclesiã. Singulis enim piis imperit Spiritus veri Dei notitiam & intellectum beneficiorum Christi. Atque ita deducit nos Paulus ad patefactionem verbi: *Vt non vagemur nostris speculationibus, non inquiramus Dei voluntatem erga nos, iuxta nostros sensus, vel euentus externos, vel iudicia hominum*: Sed ex verbo Dei quod Spiritus sanctus in scripturis sacris reuelauit & veram notitiam Dei petamus, & eius consilium de redemptione generis humani & voluntatem erga nos inquiramus. *Ad legem*: inquit, *& ad testimonium: nisi dixerint iuxta verbum hoc, non orietur illis matutina lux* Ies. 8. v. 20. Et Christus inquit: *Hebent Moysen & Prophetas: eos audiant*. Luc. 16. v. 29.

Spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunda Dei.

11. *Quis enim hominum nouit, quæ sunt in homine, nisi Spiritus hominis qui est in ipso? Sic & ea quæ Dei sunt nemo nouit nisi S. Dei.*

NE quis fidelium dubitet de clementissima Dei erga nos voluntate, quam Spiritus sanctus in Euangelio nobis patefecit, demonstrat Paulus immensam esse Spiritus sancti sapientiam: Et nihil esse in Deo, quod Spiritum sanctum lateat. *Spiritus*, inquit, *scrutatur omnia, etiam occultissima in eo cuius est Spiritus*. Vt in homine nemo rectius aut plenius nouit quid sit in homine, quam Spiritus, id est, anima hominis: Quæ intimos recessus & latebras cordis scrutatur, & omnes hominis cogitationes intelligit & nouit. Sic Spiritus Dei qui non solum in Deo, sed ipse Deus est, totam sapientiam & omnia etiam arcanissima Dei consilia intelligit & nouit. Hæc immensa atque infinita Spiritus sancti sapientia primum validissime probat Spiritum sanctum tertiam personam in diuinitate esse omnipotentem & æternum Deum, eiusdem essentia cum æterno patre & filio unigenito.

Deinde non tantum nos certos reddit de clementissima Dei erga nos voluntate & atcano ipsius consilio, verum etiam efficacissime nos consolatur: Siquidem ille Spiritus in quo infinita Dei sapientia luget: & qui de essentia patris & filii procedit & nobis reuelauit Euangelion Iesu Christi: Et in corde nostro dicit testimonium quod per Christum mediatorem salus nobis certo sit parata. Testatur etiam hic locus plenum impietatis & blasphemiae esse dogma pontificium, quod iubet nos dubitare de voluntate Dei erga nos. Contradicit enim huic loco Pauli, ad armat eius Spiritus sapientiam infinitam esse, qui nobis voluntatem Dei, de nostra salute patefecit. Vt autem fideles qui Spiritus sancti ductu reguntur facit certissimos de Dei erga se voluntate: ita omnem intellectum & notitiam veri Dei & consiliorum ipsius detrahit omnibus qui Spiritu Dei sunt alieni. *Nemo*, inquit, *no- uit ea quæ sunt Dei*, id est, quis & qualis sit verus Deus, & quæ eius sit voluntas erga genus humanum nisi Spiritus Dei. Impossibile est igitur peruenire ad veram Dei & vitæ æternæ cognitionem sine illuminatione Spiritus sancti. Nulla ergo vis aut facultas est liberi arbitrii in iis quæ sunt Spiritus Dei.

Nos autem accepimus non Spiritum mundi: sed Spiritum qui est ex Deo.

Postquam demonstrauit Spiritus sancti infinitam sapientiam, & mysteria Dei non posse a quoquam sine Spiritus sancti illuminatione intelligi, addit nunc fideles spiritu sancto a Deo donatos esse: Et distinguit eos a reliqua multitudine damnatorum, qui a spiritu Dei alieni sunt, atque ideo cæcitate & tenebris plus quàm Aegyptiis oppressi sunt, *Spiritus mundi*, est spiritus tenebrarum qui excaecat hominum corda & ea in profundum cœcum ignorantia depimit. Hic mundi spiritus, quem mundus sequitur, in impius est efficax, eos queregit.

Nos vero qui credimus in Iesum Christum teste Paulo accepimus spiritum qui est ex Deo, qui est spiritus sanctus tertia persona diuinitatis, coæternus patri & filio. Huius spiritus templum cum simus, certum est nos tenere mentem & voluntatem æterni Dei, quid de nostri redemptione & salute æterna decreuerit.

Rursus hic euidentissimum argumentum habemus, quod spiritus sanctus sit æternus & omnipotens Deus eiusdem essentia cum Deo. Deus enim est essentia spiritualis: Ioan. 4. v. 24. *Deus est spiritus*. At spiritus sanctus est ex Deo. Ergo spiritus sanctus non est creatura aliqua, sed est æternus & omnipotens Deus, eiusdem essentia cum æterno patre & filio. Exerandus igitur est error Macedonii & pneumatomachorum, qui blasphemio ore contenderunt, spiritum sanctum non esse æternum Deum, sed creaturam inferiorem filio.

13. *Vt sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis,*

Tantum ex reuelato verbo voluntas Dei censenda.

Spiritus sanctus est verus Deus.

Dubitatio pontificia est blasphemata.

Spiritus mundi.

Spiritus sanctus est verus Deus

bis, quæ & loquimur sermonibus, non quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia coaptantes.

am grauius contra synergiam dici? Sed verborum pondera nobis expendenda sunt.

Animalem hominem nominat Paulus totum hominem, animam & corpus, cum omnibus viribus mentis, voluntatis, & cordis, quatenus naturaliter a parentibus est genitus: Nec dum per spiritum sanctum est renatus. Animalem enim spirituali opponit. De eo igitur loquitur qui in puris relictus est naturalibus: Quales non tantum sunt Ethnici & omnes extra Ecclesiam, sed omnes etiam intra Ecclesiam qui per spiritum sanctum non sunt conuersi. Quantauius igitur quis polleat vel sapientia, vel eruditione, vel ingenio, vel virtute, vel rerum peritia: Nisi quis per spiritum sanctum sit regeneratus, & illuminatus, est animalis & nihil percipit eorum quæ sunt spiritus. Eodem sensu sacra scriptura alibi vocat *carne*, quem hoc loco animalem hominem nominat Paulus, vt Ioan. 3. v. 6. *Quidquid ex carne natum est, caro est:* Mat. 16. v. 17. *Caro & sanguis hæc tibi non reuelarunt.* Ier. 40. v. 6. *Omnis caro faenum.* In his locis caro significat totum hominem, animam & corpus cum omnibus viribus & potentiis, quemadmodum a parentibus genitus est: Luce autem spiritus sancti non est illustratus. Animales sunt Ethnici quantauius sapientia præditi Themistocles, Solon, Plato, Xenophon, Scipio, Lælius, Augustus: Animales sunt Gamaliel, Nicodemus ante conuersionem Pharisæi, & omnes qui spiritus sancti luce destituuntur. Cum Christus inquit. Ioan. 3. v. 5. *Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu non videbit regnum Dei.* prius idem docet quod hic Paulus, hominem videlicet animalem seu carnalem, qui per spiritum sanctum renatus non est, ea quæ ad regnum Dei cæleste pertinent & sunt spiritus sancti, videre non posse.

Animalis homo.

Diferimen sermonis humani & spiritus.

Exponit quo sine æternus Deus nobis communi-
cauerit suum Spiritum, nimirum vt arcanam illam sapientiam de spirituali regno Christi, & de immensis beneficiis Dei nobis patefaceret, mentes nostras illuminaret, & nos sanctificatos cum Deo ætissime copularet. Tradit hic Paulus doctrinam de inhabitatione spiritus sancti: Quod per fidem non solum remittantur nobis omnia peccata, & imputetur iustitia Christi: Verum etiã quod effundatur in omnes credentes spiritus sanctus, qui renouat illorum mentem & voluntatem & in corde ipsorum nouam lucem, vitam & lætitiã accendit. Discernit deinde sermonis formam quam humana sapientia tradit & admiratur, a forma sermonis quam docet spiritus sanctus in Ecclesia. Humana sapientia eos docet sermones qui redolent eruditionem, qui tincti sint vrbannitate, qui variis figurarum coloribus & verborum lenociniis sint fucati: qui auditorum animos minime offendant, sed semper delectent: qui tumeant ampullis verborum, ita vt ex musca elephantum faciant, & omnes in admirationem rapiant: Vnde sermones humanæ sapientiæ plerumque pleni sunt vanitatibus, adsentationibus, & mendaciis. Sermonis autem forma quam spiritus sanctus docet prius alia est: In primis studet certissimæ & infallibili veritati: *Sermo tuus*, inquit Christus in preceatione ad patrem, *est verus* Ioan. 17. v. 17. Nihil ficti, nihil simulati, nihil fucati habet sermo spiritus *sermo vester*, inquit Christus. Matth. 5. v. 37. *sit est, est, non non, quod vltra est animalis est.* Deinde sermo spiritus non adulatur hominum leuitati, sed omnia refert ad gloriam Dei: Et hoc vnum agit: vt celebret in mundo veritatem, iustitiam, bonitatem, clementiam & misericordiam Dei. Sermo spiritus plenus est grauitatis, & passim cælestem maiestatem præ se fert: Vbiq; seruit necessitati & salutis Ecclesiæ: Non dissimulat potentum peccata: Non captat vulgi beneuolentiam: Non metuit hominum furorẽ: Non blanditur diuitibus, sed libere & constanter iuxta legem taxat peccata: Et iuxta Euangelii doctrinam perterrefactos consolatur. Nihil etiam sermone spiritus est simplicius, nihil planius, nihil apertius. Omnibus enim hominibus loquitur spiritus sanctus, ab omnibus vult intelligi. Huiusmodi ergo sermonis formam, qua ratio humana non delectatur, Paulus, dicit se rebus spiritualibus adaptare Semper igitur nobis suspectus esse debet sermo humanam redolens sapientiam: Et Ecclesiæ ministeri summo studio anniti debet, vt veritatem, simplicitatem, perspicuitatem & grauitatem sermonis Apostolici, quantum fieri potest, imitetur.

14. *Animalis vero homo non percipit ea quæ sunt Spiritus: stultitia enim sunt ei: Nec potest intelligere: Quia spiritualiter diiudicantur.*

Hæc enim sunt spiritus, quæ sine illuminatione spiritus spiritus sancti intelligi nõ possunt, vt est doctrina de quid. vera agnitione Dei. *Nemo potest se sum vocari dominum* (inquit Paulus 1. Cor. 12. v. 6.) *nisi in spiritu sancto* Et *nemo nouit patrem nisi filius.* Matth. 11. v. 27. Deinde quam sublime sit iudiciũ Dei iuxta legem, ratio humana non intelligit: *Lex* inquit Paulus, *est spiritualis:* *Ego autem carnalis,* Rom. 7. v. 14. Præterea S. est vniuersa doctrina Euangelii de mediatore Deo & homine, de ipsius morte & resurrectione, de ipsius beneficiis, de spirituali ipsius regno, in quo sedens ad dexteram æterni patris verbo & spiritu colligit & regit Ecclesiam, distribuit iustitiam & vitam æternam. Hæc omnia quæ ad regnum Christi pertinent & de cælo sunt patefacta, in cor autem hominis sine reuelatione S. S. non ascenderunt, sunt spiritus Dei. Adfirmat ergo nunc Paulus Animalem hominem nihil eorũ percipere quæ sunt spiritus Dei. Necessè est igitur extingui eum esse liberum arbitrium, quo ad spiritualia: Necessè est emortuas esse vires hominis in spiritualibus: siquidem *animalis homo nihil eorum percipit, quæ sunt spiritus Dei.* Quæ igitur impudentia est Pelagianorũ & synergistarum cõtra tam manifestam spiritus sancti sententiam, quod audent adserere, in homine animali nondum renato aliquam restare vim liberi arbitrii, qua se ad gratiam applicare, vel prædicationi Euangelii adferri, vel tractioni patris ex sese annuere possit.

Vulmen aduersus liberum arbitrium.

Hic est ille celeberrimus locus, qui euidentissime dirimit totam controuersiam, quæ omnibus temporibus de viribus liberi arbitrii in Ecclesia agitata fuit. Disertissime enim pronunciat Apostolus Paulus spiritus sancti instinctu: *Hominem animalem* adeo nihil intelligere eorum quæ sunt spiritus Dei, & ad æternam pertinent salutem, vt ea omnia pro stultitia habeat: I nunc liberi arbitrii patrone & synergia defensor, & contra Paulum adstrue esse aliquid in homine non renato, vel modicum, vel exiguam facultatulam, vel scintillulam, vel nutum saltem, quo possit se homo applicare ad gratiam, vel adferri oblatẽ veritati Euangelii. Quid posset manifestius atq; etiã

I. Obseruent igitur studiosi hoc insigne testimonium spiritus sancti, quod luce meridiana clarius est, & nulla sophisticã infringi potest: quod testatur nullũ esse in homine liberum arbitrium in spiritualibus: Et addantur hic alia similia testimonia vt Ioh. 3. v. 6. *Quidquid ex carne natum est, caro est.* Itẽ Rom. 8. v. 7. *Sensus carnis est inimicitia aduersus Deum.* Item Ioh. 6. v. 44. *Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum.* Falsa igitur & impia doctrina est, quod scriptores adfirmant tres esse causas cõcurrentes in cõuersione, spiritum sanctum, verbum Dei, & mentem ac voluntatem. Cum solus spiritus sanctus per verbum in ipsa cæca mente, & peruersa voluntate operetur cõuersionem ad Deum.

I. Obseruanda in hoc dicto.

- II.** Multa præterea doctrinæ capita ex hoc dicto peti possunt, ut quod omnes homines natura sunt peccatores & filii iræ. Ita enim conditus erat homo ut verum Deum agnosceret & celebraret: Sed adeo corruptus est, ut ea quæ Spiritus sunt, nempe quis sit verus Deus, videre non possit. Et cum homo animalis non intelligat spirituale legis iudicium, manifestum est eum non præstare integram obedientiam.
- XII.** *III.* Tertio patet ex hoc dicto Ethnicos, quantavis virtute, sapientia & doctrina præditi fuerint, non tamen fuisse membra Eccle: Dei, nec spem ullam habuisse consequendi vitam æternam. Prorsus enim ignari fuerunt doctrinæ Spiritus sancti.
- XIII.** *IIII.* Quarto docet Paulus sine Spiritus & verbi ministerio neminem peruenire ad agnitionem Mediatoris Iesu Christi: *Animalis enim homo licet summo ingenio sit præditus & mille annos speculetur, tamen non percipit ea quæ sunt Spiritus.*
- V.** *V.* Quinto monet hoc dictum, Ecclesiam non esse regendam humanis consiliis: Sed expressum Dei verbum esse sequendum.
- VI.** *VI.* Sexto monet Paulus ut hic capriuemus rationem & omnes cogitationes de Deo & vita æterna in obsequium Iesu Christi: ratio enim nihil eorum percipit quæ sunt Spiritus. Non igitur Philosophia miscenda est cum Theologia: Neque articuli fidei ex Philosophia exponendi aut formandi sunt, sed vera sententia articulorum fidei ex reuelatione S. S. quæ Prophetis & Apostolicis literis consignata est, semper est petenda.

Similitudo enim sunt ei: Ea scilicet quæ sunt Spiritus. Tristissima est oratio, quod dixit Paulus, hominem animalis non percipere ea quæ sunt Spiritus, sed multo grauius est quod dixit animale hominem consilia & doctrinam Dei & Spiritus sancti stultitia condemnare. Est ergo contumeliosa in Deum & hostis Dei. Qui ergo heri posset ut huiusmodi blasphemus Dei hostis in conversione sui ad Deum spiritui sancto adfuerit doctrinæ, quam pro stultitia habet, cooperaretur? Necessè est igitur horribiliter corruptam esse humanam naturam. Manifestum est etiam omnes esse natura filios iræ & obnoxios morti.

Et non potest cognoscere. Ne quid relinquat dubitationis, sed ut omnes Schismatum rimas obstruat, addit Animalem hominem non posse ea cognoscere quæ sunt Spiritus. In spiritualibus ergo prorsus emortuū est liberum arbitrium & omni vi seu efficacia destituitur Sic ad rom. 8. v. 7. Paulus: Sensus carnis legis Dei non subicitur. Nec enim potest. Et Christus inquit. Ioan. 6. v. 44. Nemo potest ad me venire nisi pater meus traxerit eum.

Quia spiritualiter diiudicantur: rationem ostendit, quate animalis homo non possit ea quæ sunt Spiritus, percipere aut cognoscere: Quia spiritualiter diiudicantur: Hoc est, spirituali luce, renata mente, cognitione verbi, auxilio Spiritus sancti opus est ad diiudicandam Spiritus sancti doctrinam. Carnalis tantum carnalia sapit. Ut Nicodemus carnalis tantum intelligit naturalem generationem, & quid vires liberi arbitrii præstare possint: De spirituali regeneratione & de beneficiis mediatoris prorsus nihil intelligit.

15. *Spiritualis vero diiudicat omnia: ipse vero a nemine iudicatur.*

Spiritualis homo.

VT supra Animalem nominauit eū qui luce Spiritus sancti destituitur & tantum adfectus carnis sequitur: Ita hic spirituale nominat hominem renatum per spiritum sanctum, & noua luce, nimirum agnitione veri Dei, & intellectu beneficiorum Christi donatum: Qui Paulo alias dicitur *nouus homo & noua creatura in Christo*. Hunc spirituale dicit omnia diiudicare: scilicet quæ diuinitus per spiritum sanctum sunt reuelata & ad nostram pertinent salutem. Non enim loquitur Paulus de controuersis fori ciuilibus, aut litibus priuatorum, de huius vitæ rebus, aut de Phi-

losophiæ humanæ disciplinis: Sed de spiritualibus, in quibus nostra consistit salus. Hæc spiritualia omnia intelligit, videt, percipit, iudicat spiritualis: sic homines pii & timentes dominum in grauissimis controuersis sæpe rectius iudicant, quam exercitati Theologi qui longius abijunt a pietate. Spiritualis facile diiudicat controuersiam de præsentia corporis Christi in cæna: simpliciter enim acquiescit verbo Christi: facile intelligit quid bona opera non sunt necessaria ad salutem: Quod nulla sit cooperatio spiritus sancti in conuersione hominis ad Deum: Quod peccatum originis non sit substantia: Quia in his & similibus omnibus sequitur expressum Dei verbum: & spiritus sanctus dirigit eum in omnem veritatem. *Ipsæ tamen a nemine diiudicatur.* Nam tota eius doctrina, confessio, labores, vita, spes, certamina sūt spiritualia: Ideo a carne diiudicari non possunt. Hinc est quod cum pii doctrinam sonant saluberrimam, mædacia a mundo arguuntur: quando confessionem piam edunt, blasphemiz accusantur: cum sanctos labores sustinent, pro piaculis habentur: cum pie viuunt, sceleratissimi hominibus accensentur: cum ne necessaria pro veritate tuenda sustinent certamina, vocantur faces belorum & omnium barbarum. Adeo impossibile est hominem spirituale a carnalibus diiudicari. Petrus daturus Christo consilium, ne pateretur, audit: *ut post me Satana: non enim quæ Dei, sed quæ hominis sunt, sapit.* Matth. 16. v. 23. Ex carnis enim impatientia, non ex iudicio Spiritus profectum erat hoc consilium.

16. *Quis enim nouit mentem domini? aut quis daturus est ei consilium? Nos autem mentem Christi tenemus.*

Testimonio Iesaiæ Propheta adducto ex 40. Cap. probat superiorem sententiam spiritualia a carnalibus hominibus diiudicari non posse. Propheta n. testatur arcana Dei consilia de collectione Ecclesie & gubernatione mundi, sine coelesti patetatione nemini hominum nota esse. Ergo animalis homo non illustratus luce Spiritus sancti, de mysterio Euangelii, quod continet arcana Dei consilia de collectione Ecclesie diiudicare non potest. Nos vero Christiani, quæ per fidem Deo reconciliati, & Spiritu sancto donati sumus, tenemus mentem Christi: hoc est, intelligimus consilium & voluntatem æterni Dei, quam de redemptione generis humani per filium decreuit: intelligimus consilium Iesu Christi, iuxta quod colligit Ecclesiam: scimus quis sit Deus & quomodo colerit: scimus Deum in lege seuerè accusare omnium hominum peccata: scimus in Euangelio omnibus agentibus penitentiam gratis offerri remissionem peccatorum iustitiam, Spiritum sanctum, & vitam æternam: scimus quo consilio Christus subierit crucem: & quare Ecclesiam subiecerit cruci: scimus quomodo inuocari velit, & quod certo credentibus vitam æternam daturus sit.

Hanc mentem Christi & totum consilium Dei patris de redemptione generis humani, tenemus: Quia spiritus sanctus illud nobis in ministerio Euangelii reuelauit. Ac loquitur Apostolus non tantum de ministris Ecclesie, siue doctoribus, sed in vniuersum de omnibus fidelibus: singulis enim reuelat spiritus sanctus mentem Christi, vnicuique iuxta mensuram suam.

Loci doctrinæ.

- I.** **PRIMUS** locus in hoc secundo Capite est, Quod notitia Iesu Christi crucifixi sit omnium summa sapientia, quæ possit homini in hac vita contingere. Paulus enim tantus Apostolus gloriatur se nihil scire nisi Iesum crucifixum.
- II.** Secundus est de ingenti terrore & infirmitate Apostolorum: Paulus fatetur se in timore & tremore docuisse apud Corinthios. Nemo ergo imaginetur Apostolus fuisse perfectos, & ab omni infirmitate immunes.

III. Tertius

- III. Tertius de solido fidei fundamento: quod eniti debeat & possit non humana sapientia sermonibus: sed demonstratione spiritus & virtutis Dei: hoc est, manifesto Dei, verbo, & miraculis propriis diuinæ & omnipotentis naturæ.
- IV. Quartus, Quod doctrina Evangelii sit mysterium absconditum, ignotum rationi & omnibus mundi principibus.
- V. Quintus locus est de communicatione Idiomaticum: Quod recte dicatur propter unionem personalem duarum naturarum in Christo, Dominum gloriæ esse crucifixum, Deum esse passum, Deum esse mortuum.
- VI. Sextus est de seruo hominis arbitrio: Quod animalis homo non videat, nec intelligat, consilia Dei, & nihil eorum percipiat quæ sunt spiritus Dei. Nullum est igitur liberum arbitrium in homine quo ad spiritualia.
- VII. Septimus locus: De spiritus sancti æterna diuinitate. Paulus testatur spiritum sanctum omnia scrutari, etiam profunda Dei: Est igitur immensa eius sapientia, atque æternus Deus. Testatur etiam spiritum sanctum esse ex Deo: unde sequitur eiusdem eum esse essentia cum Deo æterno: Deus enim est spiritus seu spiritualis essentia. Ergo spiritus ex Deo est diuinæ essentia.
- VIII. Octauus de officio de beneficio spiritus sancti, quod per ministerium Euangelii reuelat nobis arcana Dei consilia, & admirandam lucem in nobis accendat, & in nobis habitet.
- IX. Nonus: De discrimine inter formam sermonis humana sapientia: Et formam sermonis quam docet spiritus sanctus.
- X. Decimus de peccato originis: Quod hominum natura in tantum sit corrupta, vt non solum non intelligat ex sese consilia Dei, sed ea etiam extremæ stultitiæ condemnare audeat.

CAPVT III.

- 1. *Vt ego fratres non potui vobis loqui, tanquam spiritualibus: Sed tanquam carnalibus: Tanquam infantibus in Christo.*
- 2. *Lacte vos potavi, & non cibo vos alui: Non enim eratis capaces: Sed neque etiamnum capaces estis. Adhuc enim carnales estis.*
- 3. *Cum enim in vobis sint emulatio, contentio, dissidia nunquid carnales estis, & secundum hominem ambulatis?*
- 4. *Quando enim dicit quis, Ego quidem sum Paulus: Alius autem dicit, Ego sum Apollo: Nonne carnales estis?*

Corinthiorum exemplo docet, carnalem seu animaleme hominem non percipere ea quæ sunt spiritus. Nam ne ipsi quidem Corinthii quætauis præditi vel sapientia vel eruditione, statim initio percipere potuerunt spiritualem Pauli doctrinam quin oportuit Paulum se accommodare ipsorum imbecillitati. Non igitur altos spiritus sumere debent, sed memores esse suæ insitiæ & infirmitatis. Monet Paulus ne vnquam superbe nos efferamus, semper memoria repetendum esse quales ante conuersionem extiterimus, quæ fuerint initia nostræ conuersionis, quam clementer Deus mentes nostras illuminauerit, quanta etiamnum in nobis hæreat & caligo & imbecillitas carnis: Quare & Deum timere & de nobis modestè sentire debemus. Perstringit ita Paulus:

Pseudopostolos qui magnifice & splendide suas prædicabant conciones, & Pauli doctrinam vt puerilem ex alto despiciebant. Et simul auditorum & leuitatem & arrogantiam taxat, quod ex cognitione Euangelii laudem sapientia & eloquentia venentur. Quod dicit *lacte se potasse Corinthios tanquam infantes, non mox solido aluisse cibo*, significat se non statim sublimia mysteria doctrinae celestis ipsis proposuisse: Sed prima rudimenta & articulos fidei tradidisse donec in cognitione Christi adolescerent. Pius ergo ac fidelis doctor Ecclesie non ostendet suam eruditionem vel sapientiam: Sed imprimis habeat suorum auditorum rationem, & hoc spectet vt ædificet Ecclesiam.

Nec vero tantum admonet eos quales ante conuersionem fuerint, sed etiam quales etiamnum sint, nimirum *carnales*: siquidem factionibus & dissidiis studeant, qui præuis adfectus non a Spiritu, sed a carne proficiscitur. Hæc Corinthiorum infirmitas testatur, Ecclesiam Christi in terris non prorsus omni labere carere: sed multum infirmitatis & sordium circumferre. Eos enim alloquitur quos Paulo post dicit ablutos, iustificatos & sanctificatos esse. Monet etiam Apostolus magni studio inanes contentiones, & dissidia non necessaria vitanda esse.

Quis igitur est Paulus? quis autem Apollo?

- 5. *Nisi ministri per quos credidistis: vt cuique Deus dedit.*
- 6. *Ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.*
- 7. *Neque neque, qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dedit Deus.*

Quia Corinthii certabant de gloria & autoritate doctorum in Ecclesia, vt vtri præferendus esset, cum eadem tamen doctrina esset, deducit eos ad auctorem ministerii, qui per illud solus est efficax & operatur salutem: & discrimen monstrat inter Deum dominum & auctorem verbi, & Apostolos ministros. Ego & Apollo, inquit, non sumus auctores verbi, aut domini Ecclesie aut effectores salutis: sed tantum ministri missi a Deo vt per nostram vocem crederetis. Nos quidem sonamus doctrinam celestem quam a Deo accepimus: sed nec fidem vestris cordibus instillare, nec Spiritum sanctum vobis communicare, nec mentes & voluntates vestras ad Deum conuertere possumus. Deus autem est qui fidem accendit, corda conuertit, Spiritum sanctum communicat & dona sua in vobis auget. Ad Dei ergo gloriam omnia sunt referenda, & illi gratia agenda. Sic & Ioannes Baptistam inquit: *Ego quidem baptizauit vos aqua: sed post me venit, qui prior me est, is vos baptizabit Spiritu & igne.* Illustris igitur discrimina quibus Iesus Christus & Apostoli vel alii sancti inter se differunt, semper sint in conspectu.

Christus est Deus omnipotens & homo.

1. Apostoli sunt homines creaturae imbecilles.

Christus inuocatur ab Ecclesia in omni necessitate.

2. Apostolum inuocare nefas est.

Iesus Christus est sine omni peccato.

3. Apostoli & sancti omnes sunt peccatores, in peccatis concepti & nati.

Christus est mediator, redemptor, saluator, & dominus Ecclesie.

4. At Apostoli non sunt redemptores, sed ipsimet egent redemptione, & sunt ministri Ecclesie.

Christus

Pseudopostolorum iactantia.

Catechetica doctrina vsitata Apostolis.

Carnales qui.

Ecclesia in hac vita infirmitatibus obnoxia.

Luc. 3. v. 16.

Differentia inter Christum & sanctos.

Christus est efficax per verbum, illustrat mentes, conuertit voluntates, flectit corda, inspirat fidem & operatur vitam & consolationem.

5. Apostoli tantum sunt ministri verbi & sacramentorum.

Christus effundit & donat Spiritum sanctum.

6. Apostoli tantum aqua Baptizant.

Christus vbique & semper adest suae Ecclesiae, & singulis membris.

7. Apostoli tantum vno in loco certo tempore aliquot membris Ecclesiae seruiunt, donec cursum absoluerunt.

8. Qui plantat & qui rigat unum sunt: Vnusquisque autem propriam suam mercedem accipiet, iuxta proprium suum laborem.

Ministrom Ecclesiae promissio.

Hoc est, siue quis primum ignaros doceat Euangelion Iesu Christi: Siue qui institutos in doctrina Christi amplius erudiat, consoletur & adiuueat, eiusdem conditionis sunt ministri & idem munus sustinent a Christo ipsis commendatum: tam Timotheus, vel Titus est salutis Ecclesiae minister, quam Apostolus Paulus. Et vnusquisque suam accipiet, pro labore suo mercedem. Hanc amplissimam promissionem insistant animis pii concionatores. Magni & difficiles sunt labores quos sustinent pii pastores in ministerio. Et mundus pro his non solum est ingratus, sed etiam maleficus, & bonum rependit multis malis. Et in tanta hominum securitate meruunt saepe pastores, ne omnes illorum & labores & studia, & contentiones, & tentationes sint inanes. Sed hic adfirmat Paulus Deum secundum normam suae iustitiae vnique iuxta suum laborem redditurum mercedem. Nullum est enim bonum opus tam exiguum quod praestitum in fide & agnitione mediatoris non compensetur amplissima mercede cum in hac, tum in futura vita. Teste Christo, Matth. 10. v. 24. Qui dederit potum aqua frigida vni ex minimis his in nomine meo, amen dico vobis non amittet mercedem suam. Docet etiam Apostolus ministerii efficaciam non pendere a dignitate ministrorum, sed ab efficacia Christi, sicuti perinde est ex qua materia factum sit sigillum regis, ex auro, vel Chalibe, eandem tamen exprimit imaginem in cera: ita perinde est siue doctus, siue indoctus, siue Apostolus, siue Diaconus, siue pius, siue hypocrita sonet syncerum Dei verbum, & sacramenta nobis ad ministrat si modo nos verbo Christi credimus, sine dubio erit in nobis vere efficax ad salutem.

Ministerii efficacia non a dignitate ministrorum pendet.

9. Dei enim sumus cooperatores: Dei agricultura, Dei aedificatio estis

Ministri Ecclesiae cooperatores Dei.

Collectionum Ecclesiae confert agricultura & aedificationi: Quae metaphora Prophetis sunt vltimissima. Et vrget Apostolos & alios Ecclesiae doctores nihil esse praeterquam ministros: Ipsum autem Deum esse Dominum Ecclesiae: Ipsum esse effectorem fidei, & doctorem salutis. Cooperatores Dei sumus, scilicet sonando doctrinam Euangelii, & ad ministrando Sacramenta: Semen verbi nos spargimus in agrum domini: Sed Dei est dare vt fructum ferat. Non ergo ad Apostolos seu pastores, sed ad Deum semper est respiciendum. Non dicit Apostolus quod sint synergii in conuersione ad Deum: Nam hoc est solius spiritus sancti opus: In quo opere nos sumus subiectum mere patiens: sed in ministerio verbi, & aedificatione domus domini sumus cooperatores.

10. Secundum gratiam qua data est mihi tanquam sapiens architectus fundamentum posui: Alius autem super a-

dificat: Videat vnusquisque quomodo super aedificet.

Postquam discrimen monstrauit inter Deum auctorem ministerii, qui solus est efficax per verbum & inter praecones verbi, vt omnis salus Deo feratur accepta: Monet nunc quod sit discrimen inter ministros: Et quid ministro praecipue spectandum sit. Ac quia munus suum Apostolicum praedicare instituit, a commendatione gratiae Dei, cui omnia adscribit, orditur, ne quis suspicetur eum de sua sapientia vel eruditione gloriari. Deus (inquit) me singulari consilio & immensa misericordia ad hoc munus vocauit, vt Apostolus essem Iesu Christi & fundamenta religionis ponerem, hoc est, articulos fidei dilucide exponerem: Et vt sapiens Architectus fundamenta ieci. Vt in aedi. Fundamentis extruendis plurimum refert solida fundamenta sapienter collocari: Ita in religione primum & maximum est articulos fidei, quibus innititur nostra salus, dilucide atque dilucide explicari & probe muniri. Significat ergo Paulus sibi hoc in primis curae fuisse, vt articuli fidei fideliter & perspicue in Ecclesia tradiderentur. Non fuit Paulus occupatus puerilibus declamationibus, non sectatus est argutas disputationes non onerauit Ecclesias caeremoniis multis: Non introduxit noua & inuisitata exercitia austeritatis, quibus rebus multi magni viri occupati fuerunt plus quam par fuit: Sed totus in hoc incubuit vt fundamenta doctrinae Christianae perspicue traderet. Testantur id singulae Pauli Epistolae, in primis illae, quae ad Rom: Et Gal: Et ad Ephesios scriptae sunt. In quibus cum praecipua capita doctrinae coelestis clarissime exponit. Et in primis doctrinam de agnitione veri Dei, de duabus naturis in Christo, de officio legis, de corruptione humanae naturae, de gratuita remissione peccatorum, de beneficiis mediatoris, de bonis operibus de Ecclesia, de iudicio futuro tanta perspicuitate enarrat, vt nihil dici possit dilucidius. Sic ergo insignis artifex & sapiens architectus recte collocauit fundamentum Ecclesiae: Christum enim crucifixum & resuscitatum depinxit Ecclesiae ob oculos. Alius super aedificat, hoc est, pastores, Episcopi & doctores qui veniunt post Apostolos latius exponunt Apostolicam doctrinam, illustrant eam exemplis, repetunt & inculcant eam: & sic colligunt Ecclesiam: sed non licet illis discedere a doctrina Apostolorum: sed super fundamentum ab Apostolis positum reliqua Ecclesiae structura adornanda est. Hoc est, articuli fidei, quos nobis Apostoli tradiderunt, retinendi sunt.

Ex hoc ergo loco primum discenda est sublimis Apostolica autoritas Apostolicae uocationis: & quantum discrimen sit inter Apostolum & alium: vel Episcopum, vel doctorem in Ecclesia. Apostolus hoc munus habet vt fundamenta religionis iaciat, hoc est, fidei articulos tradat, vt doceat quis sit Deus: qualis persona sit Christus: quare filius missus sit a patre: quare lex promulgata sit: quo consilio rursus abrogata sit: vt testetur de morte & resurrectione Iesu Christi: vt annunciet remissionem peccatorum omnibus in Christum credentibus: & omnes articulos fidei dilucide exponat. Idcirco enim immediate a Christo vocatus, visibili donatione spiritus sancti ornatus, & dono edendi miracula instructus est, vt constet eum in fide non errare. Alii Euangelistae, pastores: Episcopi, presbyteri, quantumuis excellant donis, tamen inferiores sunt Apostolis uocatione: Non enim collocant noua fundamenta religionis, sed alligati sunt ad articulos ab Apostolis traditos: super aedificare debent, hoc est, hanc ipsam doctrinam Prophetarum & Apostolorum repetere, sonare, inculcare, illustrare, ad siue vrgeri & iuxta illa, Ecclesiam colligere. Discrimen etiam hic obseruandum est inter dogmata Ecclesiae. Alia, n. ad fundamentum pertinent: vt sunt omnes articuli fidei, qui in symbolo Apostolico erudite comprehensi sunt. In doctrina decalogi & sacramentorum. Ab hoc fundamento

Fundamentum fidei.

Apostolica autoritas.

Doctrinae discrimen. Alia fundamentum; constituit.

Alia fundamētū illustrat.

Victor ad:

Fundamētū fidei Christi.

Nomen Iesum totam complectitur doctrinam.

Pontificii.

Caluina:

Myricus.

Varia interpretatio

Pontificiorum.

mento qui discedit, non aedificat Christi Ecclesiam, sed idolis extruit aedes. Alia dogmata supra fundamentū construuntur. In his alius alio utiliora, meliora, firmitiora proponit. Hic si quis hallucinetur vel erret, modo non discedat a fundamento, non propterea excidit gratia, nec remouetur a societate Ecclesiae.

Victor Roma: dum nimis austere vrget celebrationem diei paschatis, errat quidem, sed quia non discedit a fundamento condonatur illi haec infirmitas.

11. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus.*

Vniuersa salus generis humani consistit in domino nostro Iesu Christo, quem proposuit Deus propitiatorum in sanguine ipsius per fidem. Rom. 3. v. 25. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent accipere remissionem peccatorum in nomine ipsius, omnes qui credunt in ipsum. Act. 10. v. 43. Sic enim placuit Deo per hunc unigenitum filium reconciliare quae in caelis & quae in terris sunt. Neque est in alio salus, nec aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. v. 12. Hoc ergo fundamentum retineri necesse est. Cum autem Iesum Christum nominat, complectitur totam Ecclesiae doctrinam de agnitione veri Dei, de persona & officio Mediatoris, legem & Euangelium. Ab hoc fundamento qui recedunt, nihil commune habent cum Ecclesia Christi quae est domus Dei. Mahometus, prorsus euertere conatur hoc fundamentum: Negat enim esse saluatorem mundi. Non ergo aedificat, sed destruit Ecclesiam. Pontificii & omnes negant per solum sanguinem Iesu Christi nobis contingere iustitiam & salutem: Et contendunt se operibus mereri vitam aeternam. A fundamento igitur recedunt, & ostendunt se esse hostes Ecclesiae. Calvinista corpus & sanguinem Iesu Christi remouent e sacra coena, & pervertunt testamentum filii Dei. Fundamentum igitur subruere conantur, & hoc ipso declarant se alienis esse a societate verae Ecclesiae. Sic in omnibus controuersis religionis ualendum est, num quis fideliter retineat vel abiciat fundamentum nostrae salutis. Arius, Photinus, Samosatenus, Macedonius, Nestorius, Eutyches, Moatanus, Origenes, Pelagius, Monachi, & horum similes fundamentum religionis euerterunt: recte ergo iudicio Ecclesiae damnati sunt. Nunc Matthias Flacius Illyricus euerit fundamentum fidei: Quia pertinaciter adlerit peccatum originis esse substantiam: Peccatum originis esse a Deo Satanam esse conditorum veteris hominis.

12. *Si quis uero supra hoc fundamentum aedificat, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fanum, stipulas.*

13. *Vniuscuiusque opus manifestum fiet. Dies enim reuelabit, quando in igne reuelabitur. Quale enim cuiusque opus sit, ignis probabit.*

14. *Sicutius opus manet, quod super aedificauit: mercedem accipiet.*

15. *Sicutius opus exustum fuerit, damnatum patietur: ipse uero saluus fiet sed sicut tanquam per ignem.*

Hic Pauli locus ab interpretibus varie exponitur: alii enim de operibus: alii de auditoribus, alii de doctrina exponunt. Et quidem cum tota oratio figurata sit, varie potest exponi: sed videndum est ut expositio sit analogia fidei. Pontificii scriptores qui aurum & argentum interpretantur opera monachorum, elemosinas, preces, & vota castitatis: secundum uero stipulas & ligna opera oeconomica & ci-

uilia, & deinde hinc ignem purgatorum extruere conantur, ab analogia fidei recedunt: Ideo addendi non sunt.

Ioannes Brentius de auditoribus exponit hoc modo. Vnum est fundamentum, omnes ministri tenentur praedicare Christum & incorruptam Euangelii doctrinam: sed alius super aedificat aurum, argentum, gemmas: Id est, habet pios, fideles, constantes & in studio bonorum operum diligentes auditores: qui in ipso persecutionis ardore persistunt in confessione ueritatis. Horum opus manet, & hi accipiunt amplam mercedem. Verum alii ministri licet pure doceant Christum, non tamen apud auditores suos obtinent ut ueram pietatem colant, hi lignum, stipulam, & foenum aedificant super fundamentum: nam hi auditores tempore persecutionis deficiunt a ueritate & consumuntur. Hi ergo in suis auditoribus damnatum accipiunt: ipsi tamen salui fiunt per ignem uariarum tribulationum. Haec expositio cum sit analogia fidei, reuerentia non est. Verum alia interpretatio est multo concinnior & magis congruit textui, quae est huiusmodi.

Fundamentum aliud poni non potest, praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus, hoc est, qui quis tunc in Ecclesia ministro docendi, in hunc scopum semper respicere debet ut Iesum Christum cum omnibus suis beneficiis & toto regno auditoribus suis proponat, omnes articulos fidei dilucide tradat, non corrumpat nec conuellat articulos in quibus nostra salus consistit: si quis uel diuinitatem uel humanam naturam Christi negat uel alios constituit mediatores, is aliud conatur ponere fundamentum. Ideo non aedificat templum Deo: sed latronum speluncam parat idolo suo. Origenes recessit a fundamento, quia corripuit doctrinam legis & Euangelii, docuit homines operibus iustos esse: adseruit liberum arbitrium: negauit carnis resurrectionem.

Nestorius & Eutyches discesserunt a fundamento quia ille diuisit in Christo naturas: hic uero confundit eas. Alium ergo Christum docuerunt, quam sacrae scripturae nobis proponunt. Sic Pelagius: Sic Romani pontifices, Monachi, Anabaptista recedunt a fundamento, dum articulos fidei precipuos corrumpunt. Achanasius uero, Augustinus, Ambrosius, Lutherus retinent fundamentum. recte enim praedicant Iesum Christum mundi saluatorem.

Si quis, inquit, super hoc fundamento: hoc est, super salutari doctrina de Iesu Christo, ab Apostolis tradita aedificat aurum, argentum, lapides preciosos: ligna, foenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum fiet. Doctrina quae super fundamento aedificatur, non intelligenda est de commentis hominum: quasi liceat cuius doctori sua adferre somnia in Ecclesiam: sed explanationes Prophetarum & Apostolorum concionum: commonefactiones, adhortationes, consilia, exercitia, sacramentorum administratio & quaecumque ad ministerium pertinent. In his uero magnae sunt dissimilitudines, ut dona spiritus sancti sunt diuersissima. Athanasius aurum & argentum aedificat super fundamentum, dum constanter defendit, & ex testimonio scripturae demonstrat filium Dei esse aeternum & omnipotentem Deum: Cum vrget doctrinam de incarnatione filii, & fideliter enarrat scripturam. Hieronymus uero dum ita extollit uirginitatem ut contumelia adficiat coniugium: & damnat secundas nuptias, nimium extollit monasticum, fanum & stipulas aedificauit super fundamentum: Quae ignem tentationis non tulerunt, sed consumpta sunt. Sic & Augustinus habet suas stipulas & ligna: Ut quod negat Baptismum Iohan: non contulisse peccatorum remissionem: Quod renouationem sepe cum iustificatione confundit: In Cypriano, Hieronymo, & aliis stipulae multae occurrunt. Itaque cum iudicio legendi sunt scriptores Ecclesiastici. Grandis enim prudentia est, ut Hieronymus inquit, aurum in luto legere.

Per aurum & stipulas quid intelligatur.

Athanasius aurum.

Hieronymus stipulae.

Augustinus stipulae.

Hieronymus Diis.

Brentius

Cocinaeus explicatio.

Origenes

Nestorius Eutyches.

Pelagius Pontificii.

Per aurum & stipulas quid intelligatur.

Athanasius aurum.

Hieronymus stipulae.

Augustinus stipulae.

Hieronymus Diis.

Purgatori
comica-
tum.

Dies, inquit Paulus, *uniuscuiusque opus quale sit de-
clarabit, quia per ignem reuelatur* Hunc locum insulsi
Papistæ ad figmentum suum de purgatorio igne cõ-
torserunt, cum longe alia sit mens Pauli. Totum cõ-
mentum de purgatorio igne euertit Christi dictum.

Cyprian:

*Qui credit in filium non indicatur: Qui vero non credit
iam indicatur est.* Ioan. 3. v. 18. recte ergo Cyprian: *Quã-
do est hinc excessum est, pœnitentia nullus est locus. Hic
vita vel amittitur vel tenetur.* Paulus ergo de igne
persecutionis & tentationis loquitur, & respicit ad
dictum Psal 12. v. 7. *Eloquia domini eloquia munda:*

Ignisten-
tationis.

*Argentum igne examinatum in vase testaceo purgatum
sepites.* Estque hæc Apostoli mens. Doctrina salutaris
& necessaria, quæ ex firmis testimoniis Prophetarum
& Apostolorum extrahitur, similis est auro & argen-
to, quod non absumitur, sed durat in igne, & subinde
purius & nitidius apparet. Perdurat enim doctrina
salutaris in omni persecutione & tentatione, præbet
firmas consolationes, nec potest obrui aut deleri præ-
stigiis Satanæ. Sed doctrina ab ingenio humano in-
uenta de arduis exercitiis, cæremoniis, votis, & simi-
libus rebus, non perdurat in igne persecutionis sed ve-
luti lignum, fœnum & stipula conflagrat. Non enim
consistit contra præstigijs Satanæ: sed euanescit. Hæc
in persecutione erigit cor aut præbet lætitiã. Bern-
hardus vixit durissime & leges monasterii seruauit
strictissime: Sed nihil hinc habet consolationis: in a-
gone mortis, ignis tentationis & magnitudo iræ Dei
omnes illas stipulas consumit. Clamitat igitur: per-
dite vixi: Omnes iustitiæ meæ tanquam pannus mē-
struatæ. Ac conuertere se cogitur ad fundamentum:
Sicuti fatetur Christum duplici iure possidere regnũ.
Hoc modo ignis probat doctrinarum præstatiã &
firmitatem.

Bernhard.

Si cuius opus manet (inquit) mercedem accipiet.
Hoc est si quis vtilem & necessariã doctrinã tra-
diderit Ecclesiæ, sedulo omnes ad pœnitentiã tuc-
rit hortatus, articulos fidei illustrauit, errores diligen-
ter confutauit, amplam accipiet mercedem. Athanasii
& Augustini opus quod ædificauit super funda-
mento, manet in hunc vsque diem, & deinceps ma-
nebit. Recte vterque illustrauit præcipuos fidei arti-
culos. Athanas. pie & constanter refutauit cum Arri-
anos, tum Macedoni: tum Apollinaristas. Augusti-
nus illustrauit doctrinã de peccato Originis, refu-
tauit Pelagium & cœlestium, & Donatistas, & vili-
bus scriptis erudiuit Ecclesiã, sic & Lutherus repur-
gauit Ecclesiã, explicauit scripturã, Vertit Biblia,
refutauit plurimas sectas, restituit verum cultum, re-
uelauit Antichristum filium perditionis. Hoc opus
manet perpetuo in Ecclesia: Accipiet igitur mercedẽ
amplissimã. *Qui enim alios erudiunt ad iustitiã sal-
gebunt sicuti sol.* Dan. 12. v. 3.

*Si cuius opus consumetur damnum accipiet, ipse autẽ
saluabitur.* Hæc non de impijs doctoribus vel hæreti-
cis intelligenda sunt, qui fundamentum corrupit
& ab articulis fidei discedunt: His enim nulla restat
salutis spes. Cum non sit in alio salus quã in domino
nostro Iesu Christo. Sed de iis accipienda sunt qui cum
recte de Christo docent & fundamentum fidei reti-
nent, ad miscnt tamen quædam, quæ in igne perse-
cutionum non subsistunt, vt Gregorius & Bernhar-
dus fundamentum quidem retinent, quod passio
Christi nostra sit iustitiã. Sed plurimum sceni, & sti-
pularum admiscnt, vt de votis monasticis, de iei-
unijs, de missarum sacrificio, de precatione pro mortu-
is, de inuocatione sanctorum, de merito bonorum o-
perum: Quæ stipulæ in agone mortis & magnis peri-
culis hanc dubie sunt consumptæ.

Bernhard.

Bernhardus in tentatione conscientie tandem de-
prehendit vanam esse omnem fiduciam, quæ in me-
rito operum collocatur: vnde clamitat *sufficit ad me-
ritum terre quod non sufficiat meritum. Nolo meritum
quod gratiam excludat.* His stipulis consumptis ipse
quidem damnum accipit: Perit enim omnis labor

qui insumptus est tradendis huiusmodi doctrinis
hominum. Ipse tamen saluus fiet: Videlicet si retinet
fundamentum & non patitur se ab illo diuelli.

Sic tamen (inquit) tanquam per ignem: Non loqui-
tur de igne purgatorio, neque de igne naturali, sed
per metaphorã de persecutione, tentatione, proba-
tione fidei. *Per multas enim tribulationes oportet nos
ingredi in regnum Dei.* Act. 14. v. 21. Ipsa tentatio &
probatio ostendit quis vera fide retineat fundamen-
tum: Cyprianus anabaptizans, stipulas ædificauit su-
pra fundamentum, quæ tempore consumptæ & ab
August. sunt refutata: ipse tamen pro nomine Chri-
sti subiens mortem, retinuit fundamentum: per ignẽ
igitur tribulationum ipse saluatus est. Paulus hic di-
scerte ostendit discrimen inter hæresin & errorem: Eos
enim qui a fundamento discedunt tanquam hære-
ticos condemnat: iuxta dictum, *si quis aliud Euange-
lion docuerit quã ego docui sit anathema.* Gal 1. vers. 9.
Hic ergo est hæreticus, qui fundamentum euertit.
Hæresis enim est peccatum mortale, vt patet ex y. cap-
it. ad Galat: Qui autem errat vel hallucinatur in a-
liquo & tamen fundamentum retinet, nec suã o-
pinionem contra manifestã scripturæ authorita-
tem pertinaciter defendit, non statim est dicendus
hæreticus: multæ enim infirmitates & ignorantie hæ-
rent etiam in sanctis. Nesciuit Petrus Apostolus ac-
cepto Spiritu sancto, licere sibi versari cum gentibus,
& nihil esse commune. Non tamen discessit a funda-
mento. Errat Augustinus in eo, quod dicit concupi-
scentiam seu peccatum Originis post Baptismum
manens in sanctis non esse vere peccatum. Errat & in
eo quod dicit Ioannis Baptisma non contulisse remis-
sionem peccatorum: Errat in eo quod dicit infantes
fide non propria, sed aliena, parentum nimirum &
Ecclesiæ saluatos esse: Sed tamen a fundamento non
discessit. Error ergo in renatis & credentibus peccatũ
est veniale. Quod addit *per ignem saluari fideles:* Mo-
net præparandum esse cor ad varias tentationes & ad
fictiones, & solida fidei fundamenta inquirenda esse
quibus tuto inniti possimus in omni genere persecu-
tionum & tentationum: Sic enim ordinauit Deus vt
oporteat nos omnes fieri conformes imagini Filij Dei.
Non igitur oscitanter adspicienda est tantum doctri-
na cœlestis, nec quæuis doctrina amplectenda est sine
exploratione. Sed veritas solida & perpetua, quæ ignẽ
tentationum terre possit, magno studio est discenda.

16. *An nescitis quod templum Dei estis:
& Spiritus Dei habitat in vobis?*

17. *Si quis templum Dei corrumpit, cor-
rumper eum Deus. Templum enim
Dei sanctum est, quod estis vos.*

Argumento sumpto ab excellenti dignitate san-
ctorum, & autoritate Spiritus sancti, atque hor-
ribili pœnã diuina dehortatur Corinthios ne inani
iactantia sapientiæ vel donorum, vel vlla contentio-
ne turbent Ecclesiã Dei, sed vera humilitate, & syn-
cero studio concordie foueant, consolentur, ædifi-
cent, & promoueant Ecclesiã. Templum sancto-
rum altissimi Dei non debet destrui, turbari, nec pro-
phanari, sed ædificari & sanctum custodiri. Etiam
gentes idolatræ & ignari Dei suorum Idolorum tem-
pla religiose colenda putauerunt: & iudicauerunt spoli-
atores templorum diuinitus puniri. Iudæi vero ex
mandato Dei templum Hierosolymitanum magno
zelo defenderunt, nec passi sunt pollui. Ne ingredi
quidem licebat Ethnico non circumciso templum.
Multo maiore religione colendum est spirituale Dei
templum, in quo ipse Deus habitat. Non enim habi-
tat in templo manufacto. Vos autem sancti & electi
templum estis altissimi Dei. Ille enim dixit: *Ego ha-
bitabo in vobis,* 2. Corinth. 6. v. 1. Graue igitur sacri-
legium

Discrimen
hæreticos &
erroris.

Hæresis.

Error.

Petri error.

Aug. error.

Rom. 8.

vers. 29.

Sancti tem-
pla sunt
Dei.

legium est hoc sacrosanctum templum vel superbia, vel contentionibus turbare, vel polluere. Corruptur autem & destruitur templum contentionibus: quia dissidiis diuelluntur a se animi, præbetur occasio nouorum dogmatum, imbecilles scandalizantur vt redeant ad pristinos errores.

Spiritus sanctus, inquit, *habitat in vobis*. Hoc euidētissimum est argumentum ardentissimi amoris Dei erga nos, quod de Spiritu suo effundit per filium in corda nostra, vt nos arctissime sibi copulet, in nobis habitat, iustitiam & vitam æternam nobis impertiat, & in nobis accendat motus qui congruant cum Deo, timorem Dei, dilectionem, lætitiā, castitatem, humilitatem, clementiam, & omnis generis virtutes, faciat etiam nos consortes diuinæ naturæ. Immensa magnitudo huius beneficii diuini, & gloria Ecclesiæ nulla humana voce exponi potest. Reuerentē igitur de omnibus sanctis sentiendum est: & summo studio cauendum, ne contentionibus aut inania iactantia Spiritum sanctum in piis offendamus, aut contristemus, aut sacrosanctum eius hospitium prophanemus aut turbemus. Vbi cunq; autem habitat Spiritus sanctus, ibi simul est & pater æternus, & filius vnigenitus. *Si quis diligit me*, inquit Christus, *sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus* Ioan. 14. v. 23.

Habitatio Dei in sanctis alia a præsentia generali.

Atq; hæc inhabitatio Dei plurimum differt a generali Dei præsentia, qua adest Deus omnibus creaturis. Generali enim præsentia Deus sustentat quidem creaturas, easq; conseruat ad iudicium. Sed non impertit eis iustitiam & vitam: Inhabitatio autem significat Deum per Spiritum sanctum occupare corda hominum, & eos purgare a peccato, liberare a morte & potestate Satanæ: eisq; impertiri vitam, iustitiam, lætitiā, & æternam beatitudinē. Hoc ergo immensum dei beneficium grato pectore celebremus, & studiose caueamus ne securitate, aut peccatis contra conscientiam tantum hospitem a nobis abigamus.

Si quis, inquit, *templum Dei corrumpit: corrumpit eum Deus*. Grauissimas hic addit minas, vt tanto vehementius permoueat nos, vt nobis a scandalis & contentionibus turbantibus Ecclesiam caueamus. Si quis violet suo scelestæ aulam magni cuiusdam principis vel imperatoris, grauissimo adficitur supplicio. Sic sciat se grauissimas daturum penas Deo, qui sacratissimum æterni Dei templum violauerit. Homines tantum corpus occidunt, animam occidere non possunt. Deus autē quando decreuit perdere hominem corpus & animam coniecit in ignem æternum. Hæc omnium grauissima pœna omnes pios mouere debet ne quis turbet Ecclesiam.

18. *Nemo seipsum decipiat. Si quis inter vos videtur esse sapiens, in hoc seculo stultus fiat, vt sit sapiens.*

19. *Nam sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Qui capit sapientes in verba sua.*

20. *Et rursus: Nouit dominus cogitationes sapientum quod vanæ sunt.*

Arrogantia

Rursus inculcat & monet Paulus, ne quis arroganter de se sentiat, ac tribuat sibi plus sapientiæ quā pat sit. Fœdus enim est error, quo sibi turpiter imponit homo cum quis arroget sibi sapientiā singularem: cum sine luce Spiritus horrendæ tenebræ sint in mente humana. Cum periculose decumbentes & animam agentes iactant se recte valere, phrenesi eos correptos esse iudicamus: sic longe periculosius laborant phrenesi qui tribuunt sibi sapientiā, cum densissima caligo occupet mentem illorū. Fallit seipsum Pelagius, qui arrogat sibi liberum arbitrium & facultatem qua possit implere legem. Fallunt sese Phisæi, cum tribuunt sibi iustitiam a qua sunt alienatissimi

mi Turpiter imponit sibi Sennacherib, quod gloriatur de tua sapientia: qua regna occupauerit. Dehortatur etiam ne singularem sapientiæ opinionem in mundo adfectemus: sed vt potius magno spiritu mundi contemptum & prophanum iudicium feramus. *Si quis inter vos sapiens esse videtur, fiat stultus, vt sit sapiens*. Non iubet Paulus vt fatui nōticias, aut omnem exuas humanitatē & honestatem. Non iubet vt morionem agas vel cynicum Philosophum imiteris. Sed cum prophanum & peruersum mundi iudicium: Præstigijs, dolos, versutiam, nequitiam vocat sapientiā: Contra pietatē, vocat stoliditatem & stultitiam.

Vt quod Polycarpus 99. annorum senex maule Polhearpī igne cremari, quam triagranathuris sacrificare Idonstantianis, extremam vocat dementiam: Quod Eleazarus Eleazari, maule mori, quam sanulare quod vescatur carne suilla, pro detestanda habet stultitia. Idcirco Paulus monet non esse curandum mundi iudicium, quod coram eo stulti & fatui videamur: Imo gratum nobis esse debet quod mundus sic de nobis iudicat.

Sapientia enim huius mundi est stultitia coram Deo.

Grauissimum est hoc dictum in quo Apostolus ostendit discrimen inter iudicium Spiritus & humanum: Et congruit cum dicto Christi. *Quidquid sublimē est coram hominibus abominatio est coram Deo* Lucæ 16. v. 15. Item, *sensus seu cogitatio carnis est inimicitia aduersus Deum* Rom. 8. v. 7. Homo admiratur sua inuenta, in doctrina de Deo, in cultu, in gubernatione, & in tota vita. Sed quidquid homo admiratur, id est abominatio coram Deo; fingit enim ratio religiones absq; verbo imo contra verbum: Vt Gedeon, Aaron, Ieroboam, Numa Pompilius, Varro, Hesiodus, Homerus: Et omnes sapientes extra Ecclesiam. Et sane furor Ethnicorum in sacris demonstrat verissimum esse, quod sapientia hominum sit stultitia coram Deo.

Discrimen iudicij spiritualis & carnalis.

Sapientia hominum stultitia coram Deo.

Deinde in gubernatione admiratur suam calliditatem ratio: Pharaō excogitat varias vias, quibus vult premere Ecclesiam: Primum oneribus, deinde duplicatione laterum, deinde per oblectrices: Tandem submersione infantum. Et tamen seruat Ecclesia: ipse vero cum suis Ægyptiis submergitur. Achitophel callidum excogitat consilium quo auerit populi animum a Rege Davide, & daret consilium de eo opprimendo: Sed Dauid euadit. Achitophella quoque abrumpit sibi vitam. Et omnium hominum consilia quæ non reguntur verbo Dei & ductu Spiritus sancti, quo sunt callidiora, hoc plus habent impietatis & scelerum.

Mulri putant singularem esse sapientiā, non misceat se disputationi de religione: Colludere cum vtraq; parte: Inuenire cothurnos: Declinare omnia pericula confessionis: Simulare & dissimulare omnia: Inflexere se ad latus nauis salicis. Non offendere potentum voluntates: In gratiā potentum abnegare fidem, & sese mundo conformare: Sed non solum stultitia hæc est coram Deo, sed etiam impietas & scelus atrocissimum. Et plerumq; huiusmodi Cothurni, Ecceboh. Siphphi, Theramenes, & ἄλλοι grauius impingunt, & in τραγικώτερον calamitates incidunt quā simpliciores, qui aperte profitentur veritatem. Obseruandum igitur est hoc grauissimum dictum: *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum*. Hinc sequitur nullum esse liberum arbitrium in spiritualibus. Stultitia enim coram Deo nec Deum nec ipsius voluntatem cognoscere potest.

Imo Deus abominatur errantes mentis cogitationes quæ ipsam contumelia adiciunt. At sapientia hominum summa & præstantissima vis mentis & voluntatis est stultitia coram Deo. Impossibile est igitur vt mens & voluntas hominis nō tenatur aliquid cooperetur in conuersione hominis, quæ oportet iuxta Dei verbum fieri. Adducit talem monum ex Iob ca. 3. v. 13.

summa & præstantissima vis mentis est stultitia coram Deo.

Et ex Psalm. 94. v. 11. Quibus probat Deum aduersari callidis consiliis sapientum, & vastos in sua sapientia capere ac constringere, quemadmodum ostendit exemplum principum Mædorum in Daniele: Qui suo se capiunt laqueo: Item, Haman, Achitophel, Eutropius apud Arcadium & alij: Astutissimis consiliis conati sunt delere Ecclesiam & opprimere veritatē Pharao, Antiochus, Epiphanes, Diocletianus, Licinius, Iulianus: Sed non solum irrita fuerunt ipsorum consilia, verum etiam ipsi suis consiliis perierunt. *Nouit dominus*, inquit Dauid, *quod cogitationes hominum vana sunt.* Psalm. 99. v. 11. *Non enim valet consilium contra Dominum.* Prou. 21. v. 30. Paulus tertius Ro. Pontifici. & successores eius varia agitarunt consilia cum Monarchis & potentissimis regib. vt vnuerfum nomen Ecclesiæ delerent: sed vanæ fuerunt omnes illorum cogitationes. Manet & diuinitus defenditur Ecclesia: Sed pontifices descenderunt ad inferos.

21. *Itaque nemo gloriatur in hominibus: Omnia enim vestra sunt.*

22. *Sive Paulus, sive Apollo, sive Caphas: sive mundus, sive vita, sive mors, sive presentia, sive futura: Oia vestra sunt.*

23. *Vos autem Christi, Christus autē Dei.*

Concludit tandem Paulus hanc adhortationem ad concordie studiū, subnectens adhuc in signe argumentum ab amplitudine & maiestate regni Christi, & communionem omnium sanctorum. Quæ ad vniuersam Ecclesiam & singulos pios pertinent, & omnium salutem seruiunt, in his nemo peculiariter, tanquā propria essent, gloriari debet. At omnes ministri & Apostoli, Paulus, Apollo, Caphas, in toto mundo & omnes creaturæ ad totam Ecclesiam & singulos pios pertinent. Nemo ergo in hoc vel illo ministro, aut in vilo homine, aut in vlla creatura peculiariter gloriari, aut de ea contendere debet. Paulus vult nos in prastantissimis donis Dei respicere non ad homines, sed ad ipsum Dei filium qui tales ministros Ecclesiæ est largitus: deinde non tantum nostri sed totius Ecclesiæ rationem haberi. Vnum enim corpus sumus, & omnes membralesu Christi. Vt ergo nos ad societatem regni Christi cooptati sumus: ita hanc communionem cœlestium bonorū aliis inuidere non debemus.

Aperte testatur hic Paulus nec Apostolos nec vlios ministros, esse dominos Ecclesiæ, sed potius Ecclesiæ dominam esse omnium ministrorum, tam Prophetarum & Apostolorum quam Episcoporum & Pastorum. Tyrannidem ergo exercent Pontifex Roma: cardinales Episcopi, & prælati, qui se effecerunt supra Ecclesiam, conantur eiserere leges, præscribunt ei fidei dogmata, eripiunt ei iudicandi potestatem, imponunt inuita onera absque Dei verbo, postulant ab ea obedientiam extra ministerium. Refutanda est igitur ista tyrannis dicto Christi, *Reges gentium dominantur: vos autem non sic.* Luc. 22. v. 25.

Hic etiam expendenda sunt amplissimæ opes sanctorum & in Christum credentium. Testatur Paulus, *Omnia esse vestra*, Non solum omne aurum & argentum, non solum imperium Turcicum, & regnum Gallicum, sed vnuerfum mundum, ipsam deniq; vitam & mortem & omnes creaturas. Ratio existimat hac gloriatione nihil esse vanius. Quis enim cœtus in mundo maiore egestate & inopia rerum premitur quam Christiani? qui omnium odiis sunt expositi: nusquam certam sedem habent: vt miserissimi exules in orbe oberrant. Sed verissimum est quod Paulus affirmat. Credentē in Christum, dominum esse totius mundi: per Christum enim possessio mundi: per Adamum amissa nobis restituitur: & vnuerfa creatura dominio filiorum Dei est subiecta: omnia nostræ salutis seruire coguntur. Neq; vilius rei indigentia laborant Christiani: per inuocationem omnia ab æterno patre impetrare possunt. *Quicquid petieritis patrem in*

nomine meo (inquit Christus) *dabit vobis* Ioan. 16. v. 23. Item Psalm. 34. v. 10. *Non est inopia timentibus eum.* Timentes autem dominum non indigentur vilo bono. Iacob inquit ad Esau Gen. 38. v. 21. *accipe quæ sunt.* Nam ego omnia habeo. Psalm. 23. v. 1. *Deus pastor meus, nihil mihi deerit.* Sic Paulus Ro. 8. v. 31. *Si Deus pro nobis quis contra nos: qui etiam proprio filio non pepercit, sed dedit eum pro nobis: quomodo non omnia nobis cum illo daret.* Et Ro. 4. v. 13. dicit: *Abrahamo factam esse, promissionem, quod sit futurus hares & dominus mundi.*

Amplissimas igitur has opes cœlum & terrā, quarum hereditatem & possessionem filius Dei nobis comparauit, magnificamus & grati celebremus. In Plenam quidem possessionē nondum introducti sumus, nec omnium rerum potestas nobis tradita est: quia impuberes adhuc sumus, & tutoribus egemus, propter carnis nostræ infirmitatē. Deus igitur nobis lingua distribuit, vt ipse nouit ea nobis esse salutaria. *Aug. inquit habemus omnia in spe, non in re.* In regeneratione plena totius mundi possessio nobis tradetur.

Hinc colligitur, cum quis ex diuitibus denegat Christiano elemosynam, & vitæ necessaria, furtum committit: quia denegat Christiano, quod ei iure regni Christi debetur. *Si non paupseris, inquit, Ambrosius, occidisti:* Omnia enim sunt fidelium: Sed quid? nunquid licet Christianis occupare diuitum & impiorum bona: nequaquā: hoc enim si tentauerint, non sunt Christiani. Iuxta spirituale Christi regnum omnia quidem sunt fidelium: sed expectare debent donec ab ipso Deo in possessionem introducantur. Deus. n. etiam mundi regna stabiliuit, & in eo distinxit rerum dominia. *Nō furtum facies* inquit, Exod. 20. v. 15. *Nō igitur pretertu pietatis aliorum bona inuadenda sunt, sed ab omni alieno abstinendum est.* Cum impij quidē vel gratuito acquisitis, coram Deo furtum committunt: quia vsurpant ea quæ sunt filiorum Dei, impij vero quia a Deo sunt alieni nihil iuris in vllā Dei creaturā habent. Permittit autem illis possessionem rerū in mundo, vt diuitias bonitatis suæ etiam erga impios manifestet.

Vos autem estis Christi, Christus autem Dei. Vt omnes creaturæ vestræ seruiunt salutis & necessitati: Ita vos singulī gloriæ & maiestati Christi, qui vobis tantas parauit opes, seruire debetis, & cauere ne contentione turbetis aut laceretis Ecclesiam Christi, quæ scandala in Christi contumeliam vergunt. Christus autem Dei est scilicet vnigenitus filius, qui summo studio omnia ad gloriam æterni patris dirigit.

Loci doctrinæ.

I. DE infirmitate sanctorum, quod magna peccata habeant in sanctis. Tribuit Paulus Corinthios hunc titulum quod sint sanctificati in Iesu Christo. Et tamen existerant inter eos contentiones, dissidia, æmulationes.

II. Qua prudentia instituenda sit Ecclesia. Accommodare nos debemus ad captum auditorum: & rudioribus prima tradere elementa, & semper infirmorum habere rationem. Sicuti nutrix infantem lacte potat, non cibo solido mox onerat imbecillum infantis ventriculum.

III. De discrimine inter Christum & Apostolos seu alios ministros. Christus est dominus ministerij & per illud est efficax: Sed Apostoli tantum sunt externi ministri.

IV. De efficacia ministerij: non est inanis labor docentium in Ecclesia, sed Deus dat incrementum, & per verbum colligit sibi Ecclesiam.

V. Quod amplissima mercede Deus sit compensaturus omnium piorum ministrorum labores. *Vnusquisq;* inquit v. 14. *iuxta opus suum mercedem accipiet.*

VI. De vnico fundamento fidei nostræ: Quod est dominus noster Iesus Christus: Ergo extra Christum non est salus: Et qui vel personam vel officium Christi negat, alienus est a domo Dei & non habet partem in regno Christi.

Ecclesia domina est omnium ministrorum.

Sanctorum diuitiæ.

August. Sancti in spe omnia possident. Eleemosynam sanctis denegare furtum est, Ambrosi.

Anabapti- tor.

VII. De diuersitate donorum in Ecclesia. Magna dissimilitudo est inter eos, qui retinent fundamentum: Alius enim aurum super ædificat: Alius st pulam & sœnum.

VIII. De discrimine inter hæresin & errorem: Hæresis est cum disceditur à fundamento, & articuli fidei corumpuntur, falsaq; sententia contra Dei verbum pertinaciter defenditur.

Error vero est cum non disceditur à fundamento: In aliis vero doctrinæ partibus homo hallucinatur, nec tamen errorem pertinaciter contra Dei verbum defendit.

IX. De cruce & afflictionibus, cum doctorum tum auditorum, in quibus & genus doctrinæ & sinceritatem fidei, tanquam argentum in igne probari oportet.

X. De in habitatione Spiritus sancti: Quod pii sint templum Dei, & Spiritus Dei habitet in eis.

XI. Dei horribili pœna que manet omnes qui contentionibus & dissidiis distrahunt Ecclesiam, & scandala in ea excitant. *Corrumper eum dominus*: Inquit Apostolus.

XII. Quod mundi sapientia sit stulticia coram Deo Distinguenda igitur semper sunt sancta Spiritus iudicia, à Prophanis mundi iudiciis. Atq; hinc sequitur nullum esse liberum arbitrium in homine quoad Spiritualia. Abominatur enim Deus sapientiam humani cerebri.

XIII. Quod Apostoli & Pastores non sint domini Ecclesiæ Sed potius Ecclesia sit domina omnium ministrorum.

XIV. Quod Christianus seu fidelis, sit dominus & hæres totius mundi & omnium creaturarum. *Ius habet ad rem, sed nondum in re.*

CAPVT III.

1. Sic aestimet nos homo, tanquam ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei.

2. Caterum hoc requiritur in dispensatoribus, ut quis fidelis inueniatur.

NONDUM facit finem Paulus castigandi Corinthios propter contentiones & æmulationes, quæ illi isalisse anteferebat. Videt enim quam irreparabile damnum hæc pestis det Ecclesiæ Christi. Rursus igitur ad modestiam & studium concordie hortatur singulos in Ecclesiæ sigillatim castigat ministros, qui se propter dona efferebant: Primum totam monet Ecclesiam, ne temere iudicet de excellentia, ministrorum, sed ad hoc solum respiciat num quis fideliter seruiat: cætera Dei iudicio permittat. Deinde monet ipsos doctores Ecclesiæ, ne se propter dona superbe effeferant, sed potius agnoscant à quo dona acceperint, & in cuius honorem ea usurpare debeant. Hoc ut tanto facilius impetret ab eis, commemorat ærumnas, pericula, & infinitas calamitates, quibus oneravit Deus ministros Ecclesiæ & in primis Apostolos, ut veluti *περὶ ἀκλίνας* essent quæ superbiæ & insolentiæ morbum arcerent Tandem quam paterno animo eos complectatur, & quo consilio Timotheum ad ipsos miserit exponit.

Ostenderat antea discrimen inter Deum authorem ministerii, & inter ministros: & dixerat *nec enim qui plantat, nec enim qui rigat esse aliquid*: sed solum Deum qui largitur & efficit salutem, esse omnia. Hoc dictum ne sinistra à quibusdam accipiatur, ad contemnendum ministerium Apostolorum: Leuitas enim humani ingenii in vtramq; partem facile impingit: aut plus tribuit ministris quam par est, aut nimis contemptum illos habet: docet quo loco habendi sunt ministri Ecclesiæ. Tanquam dominos vel authores Ecclesiæ & ministerii, nemo nos agnoscere debet: sed

sic aestimet nos homo tanquam ministros Iesu Christi, & dispensatores mysteriorum Dei Apostoli & Pastores non sunt regum aut politici Magistratus ministri: sed summi regis Domini nostri Iesu Christi: eius enim spirituali regno seruiunt prædicando euangelion & distribuendo sacramenta. Nec sane maius aut gloriosius munus est in terris, quam Christo regi seruire, in iis quæ ad æternam ipsius gloriam, & perpetuam Ecclesiæ salutem pertinent. Nec dubium est amplissimam illis in coelis repositam esse mercedem, qui Christo domino cæli & terræ seruiunt. *Mysteria* vocat totam doctrinam Iesu Christi, sacramenta & omnia beneficia mediatoris. Hæc enim sapientia & hæc dona spiritualia regni Christi, ignota sunt vniuersæ rationi humanæ: & tantum de cælo per filium reuelata. Horum mysteriorum dispensatores sunt Apostoli & omnes ministri Ecclesiæ, per illos enim Deus patefacit nobis suam voluntatem: per illos vocat nos ad penitentiam: per illos remittit nobis peccata. Illorum voce & ministerio accendit in nobis fidem & iustitiam, & operatur in nobis salutem. Summa ergo beneficia à Deo accipimus ministerio Apostolorum. Ideoq; omni reuerentia & honore digni sunt propter tam sublime opus: neq; hæc mereri debemus ex præstantia donorum, vel muneris gradu, diuersa enim sunt officia, & diuersa dona. Sed ex veritate & efficacia verbi diuini. Tã Deus operatur salutem voce Timothei, vel Ignatii, quam ministerio summi Apostoli Pauli. Satis ergo nobis esse debet, cum minister Ecclesiæ fidelem se præstat in officio.

Hoc requiritur ut fidelis sit minister: quasi dicat, non requiritur à ministris ut omnes partibus vel summis donis sint instructi: sed hoc vnum ut sint fideles & talentum quod acceperunt à domino, recte collocent ad vsuram. Ad fidelitatem autem pertinent hæc quatuor.

I. Primum ut recte quis teneat doctrinam Ecclesiæ, sit idoneus ad docendum, non sit ignarus certaminum Ecclesiæ & habeat studium discendi & inquirendi veritatem cælestem. Quod enim quis ignorat docere non potest. Manes dum medicinam profiteretur quam nunquam didicit, impostor est & merito dat pœnas perfidiæ. sic cum quis non didicit doctrinam Ecclesiæ, nec legit scripta Prophetica & Apostolica: & tamen munus pastoris Ecclesiæ suscipit, impostor est perfidus.

II. Secundo ut diligenter, bona fide & conscientia laboret. Non omittat labores suæ vocationis: non fugiat molestias: non detrectet certamina: non ludat præstigiis sophismatum: non occultet suam sententiam ambiguis generalitatibus: non imponat rudi plebe: sed fideliter, candide & bona conscientia omnia doceat, confiteatur & agat. Non colludat cum vtraque parte: non dissimulet suam fidem. Pelagius quia Strophis & generalitatibus ludit non est fidelis doctor.

III. Tertio requiritur constantia, ut minister nullis minis, nullis periculis, nullis aduersitatibus patiatur se dimoueri à professione veritatis & iusta mysteriorum dispensatione: omnium ex æquo accuset peccata omnibus ex æquo offerat gratitiam remissionem peccatorum & semper faciat quod sui est muneris.

IIII. Quarto ad fidelitatem requiritur pietas, ut omnia in ministerio ad æterni Dei gloriam & Ecclesiæ salutem referantur non quæramus vel luctum nostrum, vel honorem nostrum: ne etiam inhonestam vitam vel moribus, vel doctrinæ derogemus, vel auditoribus simus offendiculo. Hanc fidelitatem cum præstat minister verbi, nihil amplius ab eo requiri potest.

3. *Mihi vero minimum est, ut à vobis induer vel ab ullo humano die.*

EXEMPLO suo docet nec auditores debere sibi iudicium de donis vel laboribus ministrorum temere sumere: nec ministros de vulgi censuris magnopere debere esse sollicitos, modo ipsi sibi recte & pie volunt.

Dignitas ministrorum. Ecclesiæ non sunt serui magistratus.

Mysterium quic.

Ministri dispensatores mysteriorum.

Fidelitatis requiritur à ministris ut omnes partibus vel summis donis sint instructi: sed hoc vnum ut sint fideles & talentum quod acceperunt à domino, recte collocent ad vsuram.

I. Sit idoneus ad docendum.

II. Bona fide in ministerio veretur.

III. Sit constantis & patiens.

IIII. Omnia ad Dei gloriam referat.

Partes Capituli 4
II

Cap. 3. v. 7

luntatis sunt consci: Solius enim filii Dei Iesu Christi domini nostri est iudicare de conscientia, laboribus & præmiis cum doctorum tum auditorum in Eccles. *Parum mihi est* (inquit) *si a vobis iudicet*: Hoc est, non magnopere curo siue me aliis doctoribus proponatis, siue post ponatis, siue me laudib. in cælum efferatis, siue contemptum de me loquamini. Nam nec encomia vestra augebunt mercedem meam: Nec contemptus vester eam minuet in cælis. Non autem hæc ita accipienda sunt, ac si Paulus hominum de se iudicia non curet, aut famam negligat. Vere enim dictum est. *Eum esse crudeliter qui negligat famam*. Sed cum sibi & de puritate doctrinæ & de honestate vitæ bene sit conscius, quid de ipsis donis & laboribus iudicent auditores, dicit se non anxie inquirere. Videt Paulus cupiditatem inanis gloriæ magnum esse impedimentum fidelitatis præstandæ in ministerio. Qui enim suspici & laudari semper volunt a suis auditoribus, hi coguntur sæpe ad populi voluntatem loqui, facile impelluntur ad spargenda noua dogmata, non audent libere taxare peccata hominum. Monet ergo hanc inanem cupiditatem gloriæ abiciendam esse.

Iudicia hominum non curanda fidei ministro.

Fama non negligenda

Arrogantia

Humanus dies.

Humanum diem nominat: Encomia mundi, & adplausus theatri. Cum omnium hominum oculi in hominem virtute celebrem conuertuntur: Et omnium ora aliquem prædicant. *Paulus* *Æmilium* delecto regno Macedonum, & capto Perseo, triumphali curru, vna cum filiis inuectus in capitolium, & omnium ore gloriosus victor celebratus, ab humano die celebratur: Hoc est humano testimonio est ornatus, sic *Herodes* *Cæsareæ* pro tribunali sedens in sua veste argentea, populo clamante se non hominis, sed Dei audire, vocem, ab humano die iudicatur. Nihil vero iuant hæc Encomia humana coram Deo. Imo sunt fugacissima & vanissima honorum somnia. Vult igitur Paulus ministros fideles ista nihil curare,

Sed neque me ipsum iudico.

4. *Nihil equidem mihi conscius sum, sed in hoc non sum iustificatus.*

NON tantum aliorum de se iudicia negligere se dicit, sed etiam ne se quidem iudicium de suis laboribus, aut donis facere, sublime. n. officium est ad solius filij Dei maiestatem pertinens, iudicare de hominis conscientia, fidelitate, laboribus consiliis, conatibus, periculis, certaminibus, ærumnis, patientia, cogitationibus & actionibus, & iusta decernere præmia, scio equidem me bona fide & conscientia rectæ voluntatis seruire Deo & Ecclesiæ: Non sum mihi conscius ullius fraudis, aut sceleris: sed in hoc non sum iustificatus coram Deo: Qui multo plura a me flagitat quàm ego præsto aut præstare possum. Iudicium enim Dei est spirituale: Ego autem carnalis. Qui exacte iudicare debet de omnibus consiliis, cogitationibus, & actionibus hominis, cum necesse est totum iudicium legis spirituale intelligere: Hoc autem nemini in terris est possibile nisi omnipotenti filio Dei. Nemo ergo plenum & exactum de homine iudicium ferre potest, nisi is cui pater omne tradidit iudicium: testimonium hic obseruandum est quod iustitia bonæ conscientiæ non iustificet hominem coram Deo. Et si, inquit Paulus, auxilio spiritus sancti tucor bonam conscientiam, & in fide studeo bonis operibus: tamen in hoc non sum iustificatus. Nullus ergo sanctorum propter bona opera, licet ea ex fide proficiantur, & a spiritu sancto accendantur in piis, est iustus coram Deo: sed Paulus & omnes alij indigent alia iustitia, videlicet obedientia Iesu Christi, quæ nobis per fidem imputatur.

Qui autem me iudicat dominus est.

5. *Quare nolite ante tempus iudicare: Donec venerit dominus: Qui illuminabit occulta tenebrarum, & mani-*

festabit consilia cordium: Tunc unicuique laus erit a Deo.

VT deterreat Corinthios a temeritate iudicandi Christus Apostolos & ministros, docet omne iudicium competere domino nostro Iesu Christo, qui est iudex viuorum & mortuorum: Et cui pater omne iudicium dedit: Et vltimū illū diem quo dominus ad iudicium mundi venturus est, instare. Non ergo inuadendū esse munus Iesu Christi, nec ante extremum diem temere præcipitandū iudicium. Hic sublimis est fidei nostræ articulus. Quod Iesus Christus Deus & homo sit iudex viuorum & mortuorum, quodq; instet extremus ille dies, in quo totū genus humanum sistetur ante tribunal Iesu Christi, & reuelabuntur omnium cordium cogitationes & facta: Vt de singulis consiliis, cogitationibus, conatibus, gestis singulorum hominum fiat vltimum iudicium in conspectu Dei, omnium angelorum & totius creaturæ: Ac tandē qui bonum fecerunt, prodeant in resurrectionem vitæ: Qui vero malum fecerunt in resurrectionem iudicij. Ioan. 5. vers. 29. Huc ergo similia dicta de extremo iudicio referantur, vt Eccles. 12. v. 14. *Deus in iudicium adducet omne opus, & omnem rem occultā, siue quid bonum siue malum fuerit.* Itē 2. Cor. 5. v. 10. *Oportet nos omnes manifestari coram tribunali Iesu Christi vt quisq; recipiat in corpore pro eo quod fecit siue bonum siue malum.* Rom. 14. v. 10. 11. *Oēs sistamur ante tribunal Iesu Christi: Scriptum est enim, Visus ego dicit dominus, mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* Ac in primis obseruandum est, qd scriptura dicit oēs occultas cogitationes reuelatū iri: Quæ admodū & Christus testatur. Matt. 10. v. 26. Luc. 12. v. 2. *Nihil est opertum, quod non manifestabitur. Nihil est occultum quod non cognoscetur.* Nemo ergo speret se suā hypocritam, fraudulentā consilia, arcana scelerata, & occultas machinationes perpetuo celatū esse: Sed quisq; statuatur arcantissima quæq; consilia in extremo iudicio non solū Deo, sed & creaturæ fore conspicua. Ideoq; vniuersa vita sic instituenda est, omniaq; consilia sic dirigenda, vt sciamus omnia geri in conspectu altissimi Dei, & aliquādo etiā toti mūdo ea reuelanda esse.

Tunc, inquit, unicuiq; laus erit a Deo. Qui verā laudem expetit, non hominum Encomia, vel adplausus quærere debet: Humana enim testimonia plena sunt vanitatis, sæpe benefacta per inuidiam calumniatur homo: Sæpe scelerata tanquam præclaras virtutes per adulationem prædicat. *Vt vero falsa præconia laudantis non sanant malā conscientiam: Sic bonā conscientiam non vulnerat conuiciantis opprobrium:* Vt August. eleganter dixit. Humana igitur Encomia non magnopere sunt curanda. Ac in primis qd a mundus perperam iudicat de toto ministerio verbi, fidelis pastor Ecclesiæ, laudem ab hominibus, nec valde expetere, nec sollicitè quærere debet: Ad Deum vero, & vltimum eius iudicium singuli pij in omnibus actionibus respicere debent: Ac certo statuere omnia benefacta iustam apud Deum laudem habitura in extremo iudicio. Et Deum nobis in conspectu totius creaturæ amplissimum de omnibus bonis operibus, daturum testimonium: Iuxta insignē Christi promissionē: *Qui me confessus fuerit coram hominibus: Confitebor eum coram patre meo cælesti & coram Angelis Dei.* Luc. 12. v. 8. Matth. 10. v. 32.

6. *Hac vero fratres figurate in me & Apollo transtuli, propter vos: vt in nobis discatis, non supra id quod scriptum est sentire: ne vnus supra alium & contra alterum infletur.*

PAULUS quia de doctorum, qui arrogantius sese extulerant, emendatione spem bonam fouet, parcat eis, nec perstringit eos nominatim: Omnia autē sic figurate proponit, vt in sua & Apollo persona exemplum exprimat, quomodo doctores in Ecclesia se gerere debeant: Quodq; nemo se debeat contra alium efflere.

Inflare.

Christus iudex omnium verus.

Laus humana vanitatis plena.

August.

Arrogantie
exempla.

Inflare, est altos & superbos Spiritus gerere contra & supra alios: nemini cedere: sed omnibus sese & suam sententiam præponere. Sarnofatenus inflatur contra Firmilianum: Ioannes Antiochenus inflatur contra Cyrillum: Dioscorus contra Flavianum; Chrysostomus, contra Epiphanium: Ruffinus, contra Hieronymum: Hieronymus contra Augustinum: & innumera sunt exempla huius grauissimi peccati in Ecclesia, ex quo tristissima dissidia coorta sunt. Monet igitur Paulus, vt singuli modeste de se sentiant: non superbe se effertant, non pertinaciter suas defendant sententias, si ab aliis liquidius monstratur veritas.

7. *Quis enim te eximium fecit? Quid vero habes quod non accepisti? si autem accepisti quid gloriaris tanquam non acceperis?*

A causa efficiente donorum probat, non esse donis superbiendum contra fratres. Tu inquit te ipsum non ornasti illis donis, quibus antecellis alios: sed omnia a Deo accepisti: Non igitur in iis superbiere debes, tanquam ea a teipso haberes: neq; iis in cõtumeliam Dei, & detrimentum Ecclesie vti debes: quin potius quo maioribus a Deo donis es instructus, hoc & submissius te gerere, & promptiore animo Ecclesie inservire, & maiore subiectione & pietate tuã gratitudinẽ Deo probare debes. Augustinus in aliquot locis fatetur se huic sententiẽ Pauline plurimum debere: hac enim admonitus abiicit & corripit errorem suum, quẽ ante defendebat: qd videlicet fides qua credimus in Deum, non esset donum Dei, sed a nobis esset in nobis: Verum hoc testimonio conuictus vt ipse fatetur, corripit istam sententiam, & falsus est etiam fides esse donum Dei. Hoc insigne exemplum modestiẽ in August. omnib. doctoribus Ecclesie semper in conspectu esse debet, ne pudeat eos tateri sicubi lapsi sunt: Et ne pertinaciter defendant errores, cum innotuit veritas. Verba Augustini adscribam: De prædestinat. Sancto: lib. 2. cap. 3. *Quid autem habes quod non accepisti si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Quo præcipuo testimonio etiam conuictus sum, cum similiter errarem putãns fidem qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis, & per illam nos imperare Dei dona. Et paulo post: Hoc ergo testimonium non sinit quenquam fidelium dicere, habeo fidem quam non accepi: Ex hoc ergo testimonio Pauli, interprete Augustino conuincitur, omnia dona, atq; ipsam etiã fidem a Deo existere in homine. In nullo ergo gloriantum est, quando nihil est nostrum, vt recte dixit Cyprian.*

Commen-
datio hu-
ius dicti
Augustini.

Augustini
modestia.

Cyprianus.

8. *Iam saturati estis: iam diuites facti estis: sine nobis regnum adepti estis: Atq; vti nam regnaretis: vt & nos vobiscum regnemus.*

Castigat adhuc Paulus Corinthiorum falsam per-
tuationem, quod nimis celeriter arrogant plenam
spiritualium rerum cognitionem, & existimẽt se iam
peruenisse ad metam, & superasse omnia certamina,
& tantum non regnare: cum potius magnam & in-
feritiam & infirmitatem suam agnoscerẽ debent: &
quotidie progredi in studio discendi mysteria cœle-
stia: quotidie sese exercere in pietate, luctari contra
peccatum, mortem, diabolum & carnem: atq; ita in
fide contendere ad spirituale Christi regnum, quod
post hanc vitam primum possessuri sumus.

Iam saturati & ditati estis: Id est, præsumitis vos
saturatos & diuites esse in cognitione Dei, cum pluri-
mum vobis adhuc desit: & gustum tantum percepe-
ritis mysteriorum Dei.

Iam regnatis: Id est, somniatis vos iam superasse
mundum & infernum: sed venundati adhuc estis sub
peccato: hæretis adhuc in carne: Satan adsiue vobis
insidiatur: peccatum redigit vos in infernum utem: Non-

dum igitur regnatis, quod sane vobis optarem: vt &
nobis liceret regno potiri in cœlo: sed pugnandũ ad-
huc vobis est & luctandum contra carnẽ & Satanã m.

9. *Existimo enim quod Deus nos Aposto-
los postremos (omnium hominum)
posuerit, tanquam morti destinatos:
Quia theatrum facti sumus mundo,
Angelis & hominibus.*

A Postolorum exemplo demonstrat Ecclesiam non-
dum gloriari posse de adepta victoria, & occupato
regno: Certo quidem parata nobis est victoria & para-
tum regnum cœleste per Christum: sed in nostra po-
testate nondum hanc gloriam obtinemus. Nos ad-
huc currimus in stadio, palmam nondum adepti su-
mus. Adsiue nobis luctandum est cum carne, cum
mundo, cum peccato, cum Satana, cum mala consci-
entia, & cum omnis generis calamitatibus. Nõ igitur
carnaliter superbiendũ est, perinde ac si omnia peti-
cula & insidias Satanae superassimus. Atq; hoc consi-
lio tam innumeras calamitates & afflictiones impos-
uit Ecclesie sue sapientissimus & clementissimus Deus,
ne insoleamus, ne securitati nos deciamus, ne donis
spiritualib. superbiamus, sed perpetuo in timore Dei
viuamus. Vt hanc illustret sententiam Paulus, Apo-
stolorum exemplum adducit, & testatur ante omnes
alios homines, Apostolos summis miferis, & arumnis,
periculis, & calamitatibus conflictari in mundo. Post
dominum nostrum Iesum Christum quem mundus
sublatum in cruce necauit omnium crudelissime, nulli
homines adeo duriter excepti atque vexati sunt in
mundo atq; Apostoli, sicuti historia Pauli in actus te-
statur. Ac miretur aliquis quid sit causã cur Deus fili-
os carissimos, & ministros fidelissimos tam crudeliter
sinat tractari in mundo. Sed expedita est responsio:
Voluntas Dei est vt quos vocauit ad societatem vitæ
æternæ conformes fiant imagini filij ipsius: Vtq; oēs
per multas tribulationes ingrediãtur in regnum cœ-
lorum: Ac quo maioribus donis Spiritus sancti ornat
suos, hoc etiam durioribus arumnis premit atq; ex-
ercet eos: Tum vt arceat ab eis insolentiam & securi-
tatem: Et subinde excitet in eis ardentem inuocatio-
nem: Et sui notitiam in ipsis illustriorem faciat.

Apostolos dicit theatrum factos hominibus & angelis.
Certamina enim & arumna, & supplicia Apostolo-
rum in toto orbe fuerunt conspicua. Monarche, prin-
cipales, omnes populi & nationes summis virib. conati
sunt Apostolos cum ipsorum doctrina opprimere ac
delere. Ac sicuti homines destinati morti in theatrum
produci solent, & sauiis bestis obici: Ita Apo-
stoli in teatro orbis terrarum, in quo etiam angeli
sunt spectatores, obiecti sunt sauiis tyrannis, &
rabiolissimæ multitudini impiorum. Nondum ergo
Apostoli adepti sunt gloriam & regnum: Si vero A-
postoli, qui primitias Spiritus acceperunt, nondum
obtinent regnum, multo minus reliqui pij discipuli
Apostolorum gloriari possunt, se cum Diabolo & mun-
do prius depugnasse. Hinc ergo discamus primum
nõ esse secure præsumendũ quati nullæ insidiæ, nulla
certamina, nulla pericula nobis sint metuenda: Sed
perpetuo in timore Dei viuendũ, cum Satana & carne
luctandũ, & Dei auxiliũ, vt tandem lata victoria po-
tiri possimus, implorandum esse. Vt autem theatrum
sumus in mundo ad ignominiam: Ita theatrum eri-
mus in extremo iudicio omni creaturæ cum ingenti
gloria. Deinde colligi hinc debet, grauissimas arum-
nas & afflictiones ministrorum & Ecclesie nõ esse si-
gna iræ diuinæ, vel documenta falsæ doctrine, sed po-
tius testimonia certitudinis doctrine: Siquidẽ necesse
est Apostolos vere sic de Deo sentire, vt docent: Cum
propter hanc doctrinam crudelissima queq; supplicia
admiranda cõstantia animi perferant. Atq; etiam pi-
os adsiectos paterne diligẽtiam a Deo, siquidẽ vt filios casti-
gat & Christo atq; Apostolis eos efficit conformes.

Causa erũ-
cis.
Vt doceat
humilita-
tem, excu-
riat securi-
tatem & su-
perbiam.
Apostoli
post Chri-
stum adsi-
ctissimi
fuerunt.

Apostoli
spectacu-
lum igno-
minie in
mundo.

Apostoli
spectacu-
lum gloria
in extremo
die.
Afflictiones
non sunt
signa iræ
Dei.

10. Nos stulti propter Christum: Vos autem prudentes estis in Christo: Nos infirmi sumus: vos autem robusti: Vos gloriosi estis: nos vero in gloria.
11. Usque in hanc horam esurimus, sitimus, nudi incedimus, colaphis cadimur, sine certa sede vagamur.
12. Et laboramus, opprantes manibus nostris. Cum proscindimur conuiciis, benedicimus: cum persecutionem sustinemus patienter ferimus.
13. Cum maledictis incessimur, obsecramus: tanquam excrementa mundi facti sumus, veluti omnium piaculum in hunc usque diem aestimamur.

In ipsis Apostolis ostendit Paulus, quomodo pii non debeant se esse propter dona, nec ullam in mundo gloriam quaerere: Nos Apostoli, inquit, etiam si insignem sapientiam adepti simus per Spiritum sanctum: tamen in mundo pro fatuis habemur, propter Christum quem predicamus. Quomodo Festus alta voce clamat, *Inanis Paulus Act. 26 v. 24.* hanc vero ignominiam non cutamus. Nos prudentes estis in Christo: sapientiam enim Spiritus adepti estis, sed in ea superbiendum vobis non est: neque gloriam prudentiae in mundo adfectare debetis.

Nos imbecilles sumus, ut qui foris & intus oppugnamur: Vos interea robusti estis, minus sentitis tentationum, quam nos Apostoli: sed caute ne putetis vos antecellere Apostolis donis. Sub infirmitate enim Apostolorum ingens robur Christi latet. Commemorat deinde ignominiam, famem, sitim, nuditatem, colaphos, exilia, persecutiones, maledicta & cetera, quae sustinent Apostoli propter ministerium Evangelii. Grauiusque voces sunt, cum dicit Apostolos in mundo aestimari tanquam *καθάρματα καὶ περιψύματα*. Hoc est, veluti piacula & excrementa aestimari in orbibus quibus sublatis Deus orbi placari possit.

Καθάρματα
quid.

Καθάρματα καὶ περιψύματα dicuntur: ut homines, qui atroci aliquo scelere ita Deum offenderunt, ut toti alicui nationi, vel etiam toti orbi irascatur Deus, nec placari possit nisi talibus piaculis seu purgamentis sublatis. Sic *oedipus*, *Adrastus* & alii tanquam *ἀλάσπερας* apud gentes habiti fuerunt. In 2. lib. Samuel: Cap. 21. Cum fames grauiissima premeret terram Iudaeam, & David consuleret dominum, septem filii Saul tanquam *καθάρμοι*, & *παλαμναίοι* sunt habiti: Atque his in crucem sublatis reconciliatus est Deus terrae Iudaeae. Indicit ergo Paulus, mundum ita sentire de Apostolis, quod iudicet eos esse *καθάρματα καὶ ἀλάσπερας*, propter quos Deus toti generi humano irascatur, eo quod prohibeant cultum deorum, & inuehant in orbem nouum genus deitatis: Quasi Deus propter illos & illorum doctrinam imittat omnis generis calamitates, bella, incendia, sterilitates, seditiones, ruina imperii Romani, clades, pestes, fames & omnis generis mala: Nec posse Deum placari nisi Apostolis & eorum doctrina sublatis de mundo. Cum ergo tam acerba sint iudicia mundi de ipsis Apostolis, facile colligi potest, Apostolos in mundo inanem gloriam & ad plausum quaerere aut sperare non posse. Ergo & discipuli Apostolorum omnem cupiditatem mundanae gloriae prorsus abiicere: & hoc potius in animum inducere debent, quod propter doctrinam Apostolorum acerbissima odia, & extremas contumelias & magno animo sustinere & patienter ferre velint.

14. Non hac scribo ut vos rubere iussu-

dam, sed ut vos dilectos meos filios admoneam.

15. Est enim innumeros habeatis patres, non tamen multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.
16. Hortor igitur vos, imitatores mei esse.
17. Propter hoc enim misi vobis Timotheum, qui est filius meus dilectus & fidelis in domino, qui vobis in memoriam reuocabit vias meas in Christo, quomodo ubique in omni Ecclesia docuit.
18. Inflat sunt aliqui, quasi ad vos non sint venturus.
19. Veniam autem celeriter ad vos si dominus voluerit, & cognoscam non sermonem inflatorum, sed virtutem.

ABSOLVIT tandem Apostolus vehementem & aciem reprehensionem, qua contentiones, discordia, & fastum Corinthiorum exauit: & simul persuasionem humanae sapientiae, tanquam radicem omnium istorum malorum euulsi: Nunc ut postea aciem castigationem aliquomodo mitiget animos eorum, monet quo adfectu adferat. Non velut Paulus pudescere, vel ignominia adflicere Corinthios, sed tanquam filios admonere, quid sit iustum, salutare, pium, sanctum & Deo placens. Testatur deinde se paternae pietatis complecti suos auditores, ut quos in Christo per Euangelium genuerit: Hoc est, praedicatione Evangelii ad hanc sceleratam perduxerit, ut ex filiis Satanae cooptati sint in filios Dei. Nominat autem se patrem: sicut & Abraham appellatur pater multarum gentium, scilicet doctrina, amissione, illustratione & exemplo. Exponit etiam quo consilio miserit Timotheum collegam suum, nimirum ut reuocet illis in memoriam doctrinam, quam a Paulo acceperunt, & qui sint Pauli mores, vita, & consuetudo in omnibus Ecclesiis. Plurimum enim refert ad retinendam doctrinae puritatem subinde repeti & inculcari doctrinam Apostolorum: & totius vita & consuetudinis Apostolicae exemplum perpetuo in conspectu habere. Promittit deinde se venturum esse ad Corinthios, & coram castigaturum & repressurum inflatos doctores, qui absentia Pauli ad turbandam Ecclesiam & ostentandam suam eruditionem abutentur.

Apostolus
quomodo
sit pater
Corinthia

20. Non enim regnum Dei consistit in sermone, sed in virtute.

VALDE insignis est haec Pauli sententia, qua reprimit homines inflatos propter eloquentiam. Ac docet non satis esse in Ecclesia esse facundum & loquacem: Sed oportere Spiritum & hunc lucere in corde. Regnum Dei, hoc est, salus totius Ecclesiae, non pendet a loquaci seu facundo sermone: sed a virtute spiritus sancti: Quae Deus regenerat homines ad vitam aeternam: Et facit eos participes omnium beneficiorum mediatoris. Virtus intelligatur ipsa Dei potentia, qua operatur in hominibus salutem. Haec virtus Dei non in deserto sermone, sed in valida & forti consistit veritate, contra quam nec porta inferorum preualere possunt: Estque haec Dei virtus efficax non in his qui multa garrunt de Evangelio: sed qui vera fide doctrinam Christi amplectuntur, vincunt terrores mortis & satanae. Ardent zelo propagandi veritatem: Et tota vita demonstrant quod regantur a spiritu Dei: sunt constantes

stantes in confessione: Forti animo perferunt a rum- nas & pericula: In his Euangelium Iesu Christi non est euanesceus aut inanis sermo, sed multo magis vir- tus & efficacia Dei, proferens vberimos fructus regni Christi. Non ergo tantum inanis garrulitas spectan- da est in regno Christi, sed in primis virtus & efficacia verbi consideranda: quomodo Spiritus sanctus in cordibus operetur salutem & ædificet Ecclesiam.

Locidoctrinae.

I. DE amplitudine & maiestate muneris, quod A- postoli & pastores gerunt in genere humano: Quod nimirum sunt ministri summi regis Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

II. Quod ab omnibus ministris hoc solam requi- ratur vt sint fideles: Fidelitas autem complectitur.

1. Mediocrem notitiam doctrinae & vt us ad docen- dum idoneus.

2. Diligentiam, & bonam conscientiam.

3. Constantiam & patientiam.

4. Pietatem, qua omnia ad gloriam Dei & salutem Ecclesiae referamus.

III. Humana iudicia de nostris laboribus & certami- nibus non magni facienda esse, sed semper ad Dei iudicium respiciendum esse.

IV. Iustitiam bonae conscientiae, non esse iustitiam, propter quam Deo placeamus ad vitam æternam.

V. Quod dominus noster Iesus Christus index sit totius mundi, quodq; is reuelaturus sit occultissima cordium consilia, & omnia arcana, & in extremo iu- dicio vnumquemq; iusta laude sit ornaturus.

VI. Quod homines prorsus nihil habeant a seipsis: Sed omnia dona acceperint a Deo: Ergo & fides est donum Dei: Nec potest homo ex sese propriis viribus credere Euangelio Recte Cyprianus vt totu detur Deo: Quando nihil est nostrum, Ergo nemo in donis suis in- pribere aut insolecere debet: Sed omnia dona & ad Dei gloriam, & ad Ecclesiae utilitatem conferre.

VII. Non esse presumendum, quam diu in hac in- firmitate carnis versamur, quasi peruenerimus ad plenam Christi cognitionem, ita vt nihil desit nobis, nullo studio amplius sit opus: Ac quasi nullu ampli- us nobis restet certamen: Quasi regnum & felicitate æternam iam simus adepti: Sed porius ingentem notiam infirmitate agnoscere: Ad grauissima certamina nos preparare: Insidias Satanae adiduas metuere: Et in fi- de, spe, & patientia ad regnu Dei contendere debemus.

VIII. De summis miseriis, erumnis, certaminibus & periculis Apostolorum & ministrorum Euangelij: Quod propter doctrinae professionem expoliti sint omnibus mundi iniuriis: Et destinati macerationi. Non est igitur quod vllam sperent in mundo, vel gloriam vel fauorem.

IX. De profano, sacrilego & insano iudicio mundi: Quod summos benefactores generis humani Apo- stolos & Pastores, tanquam ἀλαστρας & καθάρματα execratur. Contra vero pestes & funera generis hu- mani pro summis benefactoribus exosculatur, admi- ratur, adorat.

X. Quod regnum Dei non consistat in garrulitate, sed in virtute & efficacia Spiritus sancti, qua frangitur potestas Satanae.

CAPVT V.

21. Quid vultis? cum virga ad vos ve- niam, an cum dilectione, spirituque mansuetudinis.

2. Omnino auditur in vobis scortatio: & talis scortatio, qua neque apud gentes nominatur: ita vt quis patris sui v- xorem duxerit.

2. Et vos inflati estis, & non magis luge- tis, vt auferatur e medio vestri, qui tale opus parauit.

3. Equidem absens corpore, praesens au- tem Spiritu, iam decreui, tanquam praesens essem, cum quis scelus hoc com- misit.

4. In nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo Spiritu ac simul virtute domini nostri IESU Christi.

5. Tradere Satanae in interitum carnis, vt Spiritus saluetur in die Domini Iesu.

IN tota Epistola instituit Paulus taxare & corrige- re confusionem, errores, scelera & lapsus Corinthi- orum: In 4. ergo prioribus capitibus fontem om- nis mali & dissidiorum, & confusionu obstruxit, dan- nans humanae naturae superbiam, & sapientiae praesumptionem & adfectionem. Nunc magis ad speci- em reliquorum peccatorum accedit. Atq; in hoc ca- pite taxat scortationem, & incestant consuetudinem Corinthiorum: atq; eum qui noueram suam duxe- rat, excommunicat & tradit Satanae. Hortatur deinde Corinthios vt manifeste sceleratos exterminent ex Ecclesia: & Deum colant in sinceritate & veritate. Docet etiam quod cum iis, qui se Ecclesiae socios pro- fidentur, & tamen manifestis sceleribus sese polluant, non sit capiendus cibus, neque vllum commercium cum eis habendum.

Triste exemplum lapsus in Ecclesia Corinthiaca, ostendit non esse in terris talem fingendam Ecclesiam quae omni prorsus labecareat, & in qua nulla scelera, nulla scandala, nulla dissidia conspiciantur. Satan enim in primis huic sancto certui insidiatur: Hunc de- formare & omnibus suspectum reddere conatur: atq; erga hunc certu iram Dei prouocare studet Non ergo mirandum est si tristes accidant lapsus in Ecclesia; fa- miliae Noah, Iacobi, Dauidis, fuerunt Ecclesia Dei: sed quam truita scandala in his familiis sint exorta no- tum est. Iudas vnus ex Apostolis proditor fuit vnige- niti filij Dei: Non ergo in terris somnemus Eccle- siam, quae omnis scandali sit expert: nec propter ma- los deleramus bonos, sed potius malos propter bo- nos toletemus: Nec damnemus Ecclesiam propter Zizania: sed nos operam demus vt purum & toli- dum domini frumentum simus.

Castigatio deinde actis Apostoli docet, doctrina Euangelij non abrogari honestas coniugiorum le- ges, neq; tolli ius naturae: sed potius omnes leges na- turae, vt quae congruant cum decalogo stabili. Chri- stus enim non venit soluere leges sed implere. Matt 5. v. 18 Cum etiã Paulus fatetur gentes abhorrere a tali ince- sta consuetudine, significat in gentib. non illuminatis a Spiritu S. restare aliquod lumē naturae, quo discrimē honestoꝝ & turpiũ aliquomodo intelligere possint.

In primis vero exemplum Apostolicum feterae ex- communicationis hoc loco est obseruandum. Paul- enim dam incestum tradit Satanae, docet sententiam excommunicationis vero Ecclesiae iudicio latam non esse pontificiam tyrannidem, sed iustam & necessari- am seueritatem Ecclesiasticae disciplinae, quae sit pars ministerij Spiritus.

Doctrina igitur de communicatione hoc loco re- petatur. Discerneda est autē primum excomunicatio civilis ab excomunicacione Ecclesiastica. Illa enim est poena civilis & corporalis: Qualis fuit apud Ro- manos deportatio: Nunc imperij bannu vocant, illa non exercet Ecclesia. At Ecclesiastica ex-communicatio sit tantum

I. Summa ca- pitis & par- tes. II.

Ecclesia in- terris non est pura.

Propter la- psus non damnanda Ecclesia.

Euangelij non tollit coniugium.

Lex naturae.

Excom- municatio- nis Exem- plum.

Excom- municatio civilis.

Excom-
municatio
Ecclesie.
Min. O.

tantum verbo, & non est civilis poena: Sed tantum denunciatio irae diuinæ, et exclusio a societate Ecclesie. Ac vetus Ecclesia duplicem exercuit excommunicationem: Minorem quam vocauit *ἀποκοινωνία*, id est, separationem: Vel suspensionem: Quando vel clericos vel laicos propter aliquod delictum aliquam diu suspendunt clericum ab officio et usu cœnæ domini, Laicum à communionem sacramentorum: Ut tanto accuratius in commissa peccata inquirerent, et explorarent num sic suspensi serio poenitentiam agerent.

Maiores.

Maiores vocauit Anathema. Est autem Excommunicatione maior iusta Ecclesiastica disciplinae seueritas, qua vel infecti erroribus fundamentum evertitibus: Vel polluti manifestis et notis sceleribus: Et in his perseverantes, publice per verbi diuini præcones excluduntur à societate Ecclesie, arcantur a communionem sacramentorum, et traduntur satanae, donec resipiscant et à Deo et Ecclesia veniam delictorum petant. Hanc excommunicationem iubet Christus exerceri in Ecclesia, cum inquit: *Si quis Ecclesiam audire noluerit, sit tibi veluti Ethnicus & publicanus.* Matthæi 18. v. 17. Atque huius excommunicationis illustre exemplum in hoc capite habemus.

Excom-
municatio
non admo-
nitio non
necessario
premitten-
da in no-
toris.

Ac quia multi dispartant in Ecclesia, omnibus peccatis siue ea publice sint notoria, siue clam perpetrata & pastoribus indicata, præmittendam esse admonitionem, ex hoc Pauli exemplo liquet, quando scelera sunt manifesta in Ecclesia, & scandalo sunt vniuerso extituri, non est necesse vt priuata admonitio præcedat: Sed Ministros Euangelij cum Ecclesia ius habere notis sceleribus pollutos excommunicandi, & a societate sanctorum excludendi.

Apud Mat-
thæum Chri-
stus de pri-
uatis offen-
sionibus
agit.

Paulus enim non præmittit admonitionem: Sed simpliciter pronunciat, eum pulendum esse ex Ecclesia & satanae tradendum. Procellus ergo de quo Christus loquitur, Matthæi 18. De priuatis offensionibus, & de sceleribus clam commissis intelligendus est. *Si, inquit, v. 15. peccauerit in te frater tuus, argue eum inter te & ipsum: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.* Alia ratio est eorum qui palam excitant scandala in Ecclesia, & totum caelum vel falsa doctrina, vel flagitiosis moribus corrumpunt. Vbi statim medicina est opus ne malum latius serpat.

Excom-
municatio
non priuata
arbitrio
decernenda.

Quia vero sententia excommunicationis omnium est tristissima: Christus enim inquit, Matthæi 18. v. 18. *quidquid ligaueritis in terra, erit ligatum & in caelo: Minister Ecclesie non suo solius arbitrio sententiam hanc ferre debet, sed Ecclesie simul permittere censuram.* Vnde & hoc loco Paulus Apostolus inquit: *Congregatis vobis & meo spiritu:* Et Christus inquit, *si quis Ecclesiam audire noluerit.* Matthæi 18. v. 17. Est autem Ecclesia Christi, non cœtus hominum multitudinem clausus, aut prophetarum eminentia illustris, sed quia in nomine Iesu Christi congregatus est, profiteretur in eorum tam Euangelij doctrinam, & vnitatem Spiritus studiose colit. Huius Ecclesie iudicium non est negligendum: neque a corpore Ecclesie membra sunt auferenda, ipsa Ecclesia vel ignorante vel non adsentiente: Minister quoque verbi licet sit magnæ authoritatis Episcopus, non tamen instructus est vel regia vel prætoria authoritate, vt suo solius arbitrio in tantis rebus possit statuere. Suo ergo exemplo instituit hic Paulus omnes verbi præcones, fulmen excommunicationis non nisi de sententia Ecclesie promulgandum esse.

Excom-
municatio
non ex vin-
dicta de-
cernatur.

Monet præterea Paulus non esse indulgendum priuata vindictæ aut similibus adfectibus in executione disciplinae Ecclesiasticae. Hoc enim nefas esset grauissimum: Hoc enim esset abuti potestate a Christo concessa Ecclesie ad hominum perniciem. Itaque inquit *se de reuissæ excommunicationem in nomine domini Iesu Christi.* Hoc est, in vero Dei timore, & pro conseruanda gloria nominis Iesu Christi.

Tradere
satanae.

Tradere hominem Satanae ad interitum carnis, est denunciare quod homo iste impoenitens nihil habe-

at commune cum Ecclesia Christi, non sit participans beneficiorum Christi, non habeat spem vitæ æternæ, non sit filius Dei: sed sit conclusus sub peccato, & subiectus potestati & tyrannidi Satanae: cuius sauitiam singulis momentis metuere cogitur. Itaque phrasim hæc docet sententiam veræ excommunicationis omnium esse grauissimam & tristissimam. Quid potest enim dici tristius, quam hominem tradi authoritate Ecclesie potestati & tyrannidi Satanae: & excludi ab omni tutela Dei & participatione regni Christi? Ac cum ipse Deus adfirmat: Gen. 12. v. 3. *maledicam maledicentibus tibi: & benedicam benedicentibus tibi,* ostendit se iram suam effusurum in eos qui a societate Ecclesie sunt remoti.

An incestus Corinthiacus graui aliquo morbo mox sit correptus, non tradit historia. Secunda autem Epistola, innuit ingenti mœrore eum adfectum fuisse. Atque ipsa phrasim *tradere hominem Satanae ad interitum carnis,* indicat excommunicationis sententiam non esse inane terculamentum, vt multi homines cogitant. Imo experientia testatur, plerumque grauissimas poenas corporales sequi grauissimum hoc iudicium Ecclesie.

Excom-
municatio
non est in-
ane fulmen.

Cum Ambrosius scribam stilliconis excommunicationis fulmine feruisset, mox ille, vt historici testantur, motus est mente: qua poena admonitus poenitentiam egit. Anathemate percussus *Arius*, paulo post, vitam & intestina in latinam effudit. *Nestorius* excommunicato a Cyrillo & synodo Ephesina lingua scribitur computruisse, qua Christum filium Dei blasphemauerat. Ac sæpe Deus illustribus exemplis docet non esse inanem sententiam Ecclesie in excommunicandis impoenitentibus.

Ad hæc monet hæc phrasim quod satanas in pios non possit grassari pro suo arbitrio & cupiditate nocendi. Circumuallata est enim vniuersa Christi Ecclesia & integris angelorum castris circumdata, vt impurus & homicida spiritus ei nocere non possit. *Dauid* inquit: *Castrametatur Angelus domini in circuitu mentium eum,* Psalmo 34. v. 8. Et *Zacharia* 2. v. 5. *Ego ero murus igneus in circuitu vestro.*

Caveant ergo pii, ne hoc cœlesti præsidio sese nudent, & perseuera excidant societate Ecclesie, & sic exponant sese violentiæ & immani tyrannidi satanae.

In impios enim, qui eius potestati sunt traditi, grassatur Satanas, ducit eos laqueis suis in errores & scelera, singulis momentis vitæ ipsorum insidiatur, & tandem præcipitat eos in æternum exitium.

Quod dicit, *vt Spiritus saluus sit in die domini Iesu Christi:* ostendit se sperare hominis incesti poenitentiam: & hoc sine se notare eum anathemate vt punitus in corpore agat poenitentiam: quod si fuerit, promittit fore vt *spiritus*, id est, homo nouus, qui per poenitentiam resurget in eo, saluus fiat, etiam si corporis dura castigatio ei sustinenda fuerit.

6. *Non bona est gloriatio vestra: An nescitis quod parum fermenti totam massam fermentat.*

7. *Expurgate igitur vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis sine fermento.*

Admiscet Paulus generalem admonitionem, ne sint superbi & securi, sumpta occasione a graui lapsu incestuosi: Quo discere poterant Corinthij, Diabolum ipsis insidiari, & ipsos multiplices carnis infirmitates circumferre. Ac vrget vt abigant a se incestuosum, ne tota Ecclesia hoc scelere inficiatur: scelera enim velut contagium latissime serpunt. Deinde monet vt pio & lycero pectore colant Deum, & reprimant atque etiam exuant, impuros adfectus. In hæc autem

fermenti
significatio

autem adhortatione allegoria videtur sumpta ex veteri ritu Moſaico de feſto Paſchatos. Iuſſit Deus per Moſen vt Iſraelitæ feſto Paſchatos ſeptem diebus veſcerentur pane inſermentato: Et ſub initium feſti oportebat omne fermentum ex ædibus purgari. Quid hac figura ſignificauerit Deus, exponit hoc loco Paulus. *Fermentum* ſignificat peccatum, ſiue ſit impium dogma, ſiue alius lapſus. Vt autem fermentum totam penetrat maſſam, & ſua acedine inſicit & inflat eam vt tota fermentetur: Ita peccatum ſeu falſa doctrina totum inſicit & corrumpit hominem: Ita etiam vnus homo malus, & ſcelere ſe contaminans totam inſicit Eccleſiam. Vt enim gangrena ſerpit in corpore: Ita ſcandalum aliquod ſerpit in tota Eccleſia. Hortatur igitur Corinthios Paulus primum, vt inceſtuoſum hominem eiiciant ex ſuo cætu: Et pellant a ſe omnes qui ſeſe ſceleribus contaminant, & non ſecundum regulam Ieſu Chriſti viuunt.

Corinthii
inſermentati
per fidem.

Deinde ſingulos per fidem ad Chriſtum conuerſos hortatur, vt reprimant carnis adfectus, & exuant veteris hominis malitiam: Quæ enim initio exigua videtur cupiditas, totum hominem occupare, & in interitum conſicere poteſt. *Dauid* indulget libidini, hoc fermentum totam inſicit maſſam. *Iudas* auaritiæ indulget: Hoc peccato ita inuoluitur vt in æternam pereat. *Arrii*, *Macedonii*, *Manetis*, *Pelagii* fermentum totam turbauit & inſicit Eccleſiam. Danda igitur eſt opera vt quam cuiſſime & ſtudioſiſſime fermentum falſæ doctrinæ, & impiorum morum expurgetur ex Eccleſia. Quod vero addit *Sicut eſtis inſermentati*: conſuetudine Apoſtolica immiſcet conſolationem. Habebat ſane Corinthii fermentum prauarum cupiditatum: Et multiplicium peccatorum: Nihilominus adfirmat eos eſſe inſermentatos, ſcilicet imputatione per fidem propter dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Hic enim eſt vmbraculum noſtrum quo teguntur omnes noſtræ ſordes: Huius iuſtitiam & innocentiam induimus per fidem, vt mundi coram Deo adparemus. *Inſermentati* ergo ſunt Corinthii, hoc eſt, carent peccato coram iudicio Dei, ſcilicet imputatione per fidem in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Vtrumque igitur verum eſt & inſermentatos eſſe Corinthios per fidem in Chriſtum imputatione: Et tamen oportere eos expurgare fermentum. Eſt enim Spiritus ſanctus ceepit in eis reſtituere naturam, & inſtaurare imaginem Dei deformatam: Tantum multum adhuc ſordium, & prauorum adfectuum in ipsis hæret, nec ſemel omnem carnis vetuſtatem depoſuerunt. Itaque oportet eos quotidie mortificare & exuere veterum Adamum cum ſuis deſideriis.

Hieron.

In hoc dicto monet Paulus non eſſe conueniendum quando falſum dogma ſpargitur in Eccleſia. *Uico vt apparuerit ſcorpio conterendus eſt*, inquit *Hieronymus*: celerrime enim penetrat & inſicit totum cætum. Monet etiam ſeueritate diſciplinæ opus eſſe in arcendis iis ab Eccleſia, qui manifeſtis ſeſe contaminant ſcleribus. Præterea docet in ſanctis manere peccatum.

Etenim Paſcha noſtrum maclatus eſt Chriſtus.

Cauſam oſtendit, quæ effecerit nos inſermentatos coram Deo: Videlicet Chriſtus Ieſus arguus DEI maclatus pro noſtris peccatis, cuius iuſtitia & obedientia nobis imputatur. Itaque imputatione ſumus ſine fermento peccati: Licet reliquæ fermenti peccatorum hæreant in nobis, quæ quotidie Spiritu & vera pœnitentia ſunt expurgandæ.

Paſchatis
allegoria.

Eleganter autem hoc loco monſtrat Paulus allegoriam Paſchatos in veteri teſtamento, quod inſtituitur & deſcribitur, Exod. 12. Paſah ſignificat tranſitum: Tranſiit enim angelus domini totam Aegyptum, & omne promogenitum in hominibus & pecudibus interfecit vna nocte, Qua grauiffima pœna ſignifica-

uit Deus, omnes Aegyptios & totam Adæ poſteritatem eſſe ream mortis propter peccatum.

Per Moſem autem iuſſit Deus, vt ſinguli patres familias in Iſraele decimaquarta die primi menſis ſub veſperam maclarent agnum integrum & omni labore carentem, & huius agni maclati ſanguine tingerent poſtes & ſuperius limen: deinde igne aſſatam carnem ederent cum pane azymo & amaris lactucis.

Agnus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem pater æternus conſtituit victimam pro peccato: Hæc pro noſtris peccatis maclatus eſt in ara crucis. Huius ſanguine tinguntur & adſperguntur corda fidelium, propter quem ſanguinem parit eis dominus, ita vt non interficiat eos, etiam ſi ſint transgreſſores legis, vt cæteri homines. *Sanguis enim Ieſu Chriſti mundat nos ab omni peccato*, I. Ioan. 1. v. 7. Caro agni igne aſſatur. Ita in Chriſtum victimam vniuerſa atque ardentiffima Dei ira & legis maledictio eſt effuſa, ita vt ſanguinem ſudauerit. Carnem agni edimus, quando vera fide credimus in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Qui carnem meam edit*, inquit Chriſtus, *& bibit meum ſanguinem in me manet*, Ioan. 6. v. 56. quo dicto poſtulat fidem a nobis.

Non licebat frangere oſſa agni: quia Chriſtus mediator reſurgere debuit a mortuis. Torus agnus erat abluendus: hoc eſt, in totam Chriſtum Deum & hominem credendum eſt. Non oportet diuini Chriſtum nec lacerari articulos fidei: qui vnum fidei articulum proticit, totum Chriſtum amittit. Panes inſermentati, ſignificant doctrinam puram & ſynceram, carentem omni fermento humanarum opinionum, & adfectus puris congruentes cum legi Dei, carentes fermento carnalium cupiditatum: amaræ lactucæ crucis ſignificant, quæ ciet in nobis deſiderium & appetitum beneficiorum Chriſti: *Vexatio enim dat intellectum*, I. Ier. 24. v. 19. Accinctis lumbis & indutis calceamentis, amaræ & baculo ſumpto in manus feſtinanter erat comedendus agnus. Hæc figura monet. Nos Chriſtianos peregrinari in hoc mundo, ſemper nos debere accinctos & paratos eſſe ad migrandum ex hoc mundo, & repetendum terram promiſſionis patriam noſtram cœleſtem: Ita totam religionem noſtram per allegoriam pictam eſſe in figura agni paſchalis, docet hoc loco Apoſtolus Paulus, cum inquit: *paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*. Monet etiam veteris teſtamenti figuras tranſiſſe: & nos nunc verum obtinere agnum paſchalem. Si ergo figuræ veteris teſtamenti admonuerunt patres, vt expurgarent fermentum falſarum opinionum, & impurorum adfectum, multo magis ipſa veritas Ieſus Chriſtus pro nobis crucifixus, qui ſanguine ſuo nos expiauit, & Spiritum ſuum ſanctum nobis dedit, nos excitare & mouere debet vt in ſinceritate doctrinæ & ſanctitate vitæ ambulemus. Hinc exemplum peti poteſt quomodo tractandæ ſint allegoriæ, nimirum vt ſingulæ accommodationes reſpondeat analogiæ fidei. Primum recte tenenda ſunt præcepta capita doctrinæ cœleſtis, deinde videndum vbi figuræ allegoriæ locum habeant. Nec omnia in allegorias ſunt tranſformando: ſed vna ſimplex, & certa & perpetua ſententia in ſingulis ſcripturæ verbis obſeruetur. In primis vero attendendum eſt, ne alicubi allegorice interpretat o impingat in aliquem fidei articulum.

Itaque feſtum celebremus, non in fermento vetuſtatis, neque in fermento malitiæ & verſutiae: ſed in inſermentatis ſinceritatis & veritatis.

Perſiſtit adhuc in allegoria, & Corinthios per victimam Ieſum Chriſtum crucifixum & reſuſcitatum Deo reconciliatos, & non ex corporali ſeruitute Aegyptiaca, ſed ex Satanæ ſpiritali tyrannide liberatos hortatur ad ſeriam & ſynceram pietatem omnis malitiæ & hypocriſeos exortem. *Feſtum diem celebrare per*

Cc

alle

Agnus no-
tat Chriſtū.

Aſſatio
agni.

Panes inſer-
mentati.

Lactucæ
amaræ.

Allegoriæ
quomodo
tractandæ.

Fermentū
vetus.

Fermentū
malitiæ.

Allegoriam est sanctis operibus, fide, patientia, libera-
litate in pauperes, inuocatione, gratiarum actione
& omni genere virtutum illustrare Dei gloriam. *Fer-*
mentū vetustum significat veterem prauitatem carnis,
quæ ad omnis generis vitia est procliuis, sicuti ipse
Paulus exponit: *Fermentum malitiæ & nequitia*: Qui-
bus vocabulis primum omnis generis impias opinio-
nes, & impuras cupiditates, luxuriam, libidines, aua-
ritiam, æmulationem: Deinde & fraudes, dolos & im-
postures, quibus & falsa dogmata & scelerati mores
callide reguntur, significat. Hæc vitia carnalia vult ex-
purgari, & vitari: Et Deum coli in sinceritate & verita-
te: Hoc est, sanæ & incorruptæ doctrinæ confessione,
& sancta & omnis hypocriticos & fraudū experte vita.

9. *Scrispsi vobis in Epistola, ne misceami-
ni cum scortatoribus.*

10. *Non autem prorsus ac omnibus scorta-
toribus huius mundi aut auaris, aut
prædonibus, aut Idolatriis (hoc intelli-
gi volo:) Alioquin oporteres vose mū-
do migrare.*

11. *Nunc autem scrispsi vobis ne miscea-
mini, si quis frater nominatur, & est
aut scortator, aut auarus, aut Idolatra,
aut blasphemus, aut prædo: Cum hoc
neg, cibus capiendus est.*

12. *Quid enim ad me ut iudicem eos qui
foris sunt? Nunquid eos qui intra Ec-
clesiam sunt iudicatis?*

13. *Qui vero extra sunt eos Deus iudica-
bit. Auferte malum ex vobis ipsis.*

Scrisperat Apostolus Paulus Corinthiis, ut eorum,
qui se sceleribus contra conscientiam contaminaba-
bant commercio prorsus abstinerent: Et ne impios in
sceleribus confirmarent: Tum ne ipsi vel alii infirmi
scelerum contagio inficerentur: Sed Corinthii mentē
Pauli non recte adsecuti erant: Existimabant enim,
Paulū hoc velle, ut pii abstinerent ab omni commer-
cio sceleratorum & impiorum, quasi impiorum con-
fortium nos contaminaret & Deo exos redderet.

Planius ergo Paulus exponit suam sententiā: Quod
videlicet non sit locutus de scortatori oribus, Idolatriis,
blasphemis, prædonibus extra Ecclesiam. Nam si prorsus
omnium impiorum commercium fugiendū esse
piis, oporteret eos migrare & mendo. *Totus enim mun-
dus in maligno est positus* 1. Ioan. 5. v. 19. & passim scelerati
& impuri homines nobis occurrunt. Ita pii nul-
los in mundo contractus exerceat: Cum nullo homi-
ne vivere possent. Scire enim non possunt, an quis im-
mūnis, sit a sceleribus. De his igitur scortatoribus, auaris,
Idolatriis, & blasphemis locutu te esse monet Pau-
lus, qui titulo Christianorum ornari, & eorum inuocacione
sacramentorum frui volunt tanquam membra cor-
poris Christi, & interea sceleribus vastantibus consci-
entiam sese polluant: quibus demonstrant sese omni
fide carere, & flagitiosa hypocrisis simulare pietatem.
Cum huiusmodi hominibus: qui tantum sunt dede-
cori Ecclesie, nullum est habendum commercium,
neque etiam cibus cum eius capiendus: sed veluti
ἀλάστορες ἢ μιάσματα sunt fugiendi.

- I. Primum ne nomen Dei male audiat, si tam im-
puri homines tolerentur in Ecclesia.
- II. Secundo ne scelerum exempla serpent latius,
offendant piorum animos, & nobis ipsis sint scan-
dalo.
- III. Tertio, ne ipsos peccatores in impietate & im-
penitentia confirmemus, sed potius seuerâ discipli-
nâ ad seriam penitentiā inuitemus. His grauiissimis

de causis iubet Paulus ut pii in Ecclesia a committis
sceleratorum, qui pro fratribus haberi volunt, absti-
neant.

Primum ergo hic dicitur quod pio licet in mū-
do conuersari etiam cum Idolatriis & prædonibus, si
ita postulet necessitas *Mundus enim omnia sunt inun-
da*. Tit. 1. v. 3. Pius maritus cui impia: & Idolatriæ
contigit vxor, non propterea deserat coniugem, nec
existimet se contaminari sceleribus conjugis. Sed po-
tius statuât infidelem sanctificari per fidelem. Pius &
fidelis minister qui seruit domino auaro, impio & I-
dolatra, non est existimet se contaminari eius sceleri-
bus, nec deserat suam vocationem: Sed sciat sibi mun-
do omnia esse munda. Siquis pius emptione, venditi-
one, locatione, conductione contrahit cum homine
scelerato: non est quod metuat se contaminari. Nihil
enim ad eum pertinet qualis sit is, qui non est mem-
brum Ecclesie.

Quando autem in cœtu Ecclesie sunt homines qui
externis sceleribus sese polluant & scandalo sunt Ec-
clesie, ab illorum consuetudine est abstinendum: nec
tantum pastores & seniores sententiâ excommunicacionis
eos notare debent, sed etiam singuli auditores
ab eorum consortio & consuetudine abstinere debent
ut nimirum intelligant sanctorum de se iudicia, & de
agenda penitentia serio admonentur. Sed dicat ali-
quis cur ergo Christus cibus sumpsit cum Phariseis?
An non licet pastori conuersari cum peccatoribus? Re-
spondeo. Christus ideo conuersatus est cum Phariseis,
ut eos erassis erroribus admoneret, & occasionem ha-
beret eos inuitandi ad seriam penitentiā & agniti-
onem veritatis. Si quando pastor vel quilibet Christia-
nus, videt oblatam sibi esse occasionem admonendi
peccatores de suis sceleribus vel erroribus, & res est ex-
tra scandalum infirmorum, omnino licet & conuer-
sari, cibus capere, colloqui & contrahere cum homi-
nibus palam impiis, nec est quod metuat se ab illis
contaminatum. Imo sperare debet quod aliquos lu-
crari possit. Post duas autem vel tres commonefactio-
nes vitandi sunt cum hæretici, tum scelerati homi-
nes.

Et omnino videndum est, ne ad eorum errores vel
scelera coniuueamus: ne peccata illorum dissimule-
mus: ne silentio nostro illorum blasphemias adpro-
bemus: ne potius nostri ventris causa, quam lucrandi
proximi gratia domos & mensas impiorum frequen-
temus: ne imbecilles Christi prauo nostro exemple
offendamus: ne impios in errore confirmemus, & ne
in nobis studium pietatis malorum consortio franga-
tur. Non frustra dictum est: *Qui tetigerit piecom, inqui-
tabitur ab ea* Syrac. 13. v. 1. *Et corrumpunt bonos mores
colloquia praua* 1. Cor. 15. v. 33. *Et, qui iuxta claudum
habitauit, claudicare discit*. Magna igitur diligentia vi-
tanda est cōsuetudo impiorum: quando vero vel mu-
nus nostrum nobis iniunctum, vel gloria Dei aderen-
da, vel salus proximi promouenda postulat ut cum
impiis versetur, sciendam est quod mundus omnia
sint munda. Magna diligentia & seueritate hanc dis-
ciplinam custodiat antiquitas, vbi videre est in Histo-
ria Iosephi, qui seorsum ab Aegyptiis cibus capit, & in
Euangelista Ioanne, vbi legimus fas non esse Iudæis,
conuersari cum Samaritanis. Et Ecclesie seueram dis-
ciplinam monstrat Christus cum inquit: *Sit tibi veluti
Ethnicus & publicanus*. Matth. 18. v. 17. Ad hanc ergo
seueritatem respicit Paulus cum inquit: *Auferte malum
ex vobis ipsis*. Hoc est, scandala tollite ex vestro cœtu:
excommunicate sceleratos, & fugite illorum com-
mercium.

Locidoctrina.

I. Quid in Ecclesia Iesu Christi non tantum mag-
na sint infirmitates, sed etiam atrocia scelera
committantur & tristissima scandala excitentur, ut Ex-
empla Aaronis, Gedeonis, Beniamitarum: Davidis,
Ruben, Corinthii incestuosi docent.

Illustrat

Conuersa-
tio cum
impiis
quando
licita.

Conuersa-
tio Christi
cum Phari-
sæis.

Non ven-
tris causa
cū impiis
conuersan-
dum.

A conuer-
sione impi-
orum cur
abstinen-
dum.

2. Illustre & grauiſſimum exemplum excommunicationis, quod testatur excommunicationem esse necessariam partem ministerii: Et quomodo ea sit exercenda contra palam flagitiosos & impenitentes iudicio Ecclesiae.
3. Allegorica expositio Paschatos in veteri testamento mandati, & quid Deus significarit mandato de edendo pane azymo.
4. Quod Iesus Christus sit hostia mactata pro nobis: Ut nostra peccata expiaret & nos DEO reconciliaret.
5. Doctrina de bonis operibus.
6. Quod cum iis qui fratres in Ecclesia haberi & comunione sacramentorum frui volunt: Interea vero sese polluunt externis sceleribus, pii & vere timentes dominum ne cibum quidem capere debent.

CAPVT VI.

1. *Audet aliquis vestrum negocium habes cum altero, iudicium subire apud iniustos, Et non apud sanctos.*
2. *An ignoratis quod sancti mundum iudicabunt? Et si per nos iudicatur mundus, indigni ne estis qui de minimis iudicetis?*
3. *An nescitis quod angelos iudicabimus? Cum ergo num quae ad praesentem vitam pertinent?*
4. *Si ergo controuersias habueritis de rebus ad vitam pertinentibus, eos qui nullius precij sunt in Ecclesia, constituitis iudices.*

reditatum cum ipso, obligat dominus a se ad iudicem: *Quis me inquit, constituit iudicem inter vos?* Luc. 19. vers. 14.

Quid ergo inquit, aliquis, reprehendit Paulus in Corinthiis, si pius licet litigare in foro?

Respondeo. *Primum* reprehendit Paulus quod ciuiles controuersias non potius inter sese placide transigant & componant, quam eas deferant ad Magistratum politicum, eumque alienum ab Ecclesia: Turpe est enim Christianos, qui vinculo mutuae dilectionis inter se colligati esse debebant, lites & contentiones inter sese exercere: Hinc enim gentes capiunt occasionem blasphemandi nomen Dei & Ecclesiam Christi.

Deinde stultum est ad homines impios & iniustos deferre controuersiae tuae cognitionem, cum pios possis habere arbitros in Ecclesia inter fratres. Nam in sanctis magna lux est verae sapientiae: *Timor domini est initium sapientium.* Prouerb. 1. v. 7. Et sancti illuminantur per Spiritum sanctum: Et in conspectu habent verbum, quod est lucerna pedibus eorum: Est etiam verum & non simulatum studium iustitiae, veritatis & concordiae in sanctis. At impii extra Ecclesiam variis agitantur erroribus, ut non semper videant quid iustum sit: grauiſſime dixit Hilarius lib. 5. de Tri: *Nihil sane in se habet sapientia impietas, & Dei timor, qui sapientia initium est, ubi deest aufert secum omne exercitium prudentiae: nec in illis existit verum iustitia & concordia studium:* Sed ducuntur prauis affectibus, ardent pleonexia, & in omnibus suo lucro & honori student, & ex hominum discordia saepe voluptatem capiunt.

Magna igitur inscitia est controuersias ad homines extra Ecclesiam deferre, cum pii & sancti arbitri in Ecclesia haberi possint. Sanctos vocat credentes, qui etsi habent multiplices infirmitates & peccata, tamen quia perfidem abluti sunt sanguine Iesu Christi, imputatur illis filii Dei obedientia, & sanctificati sunt Spiritu sancto, qui novos, sanctos & legi quodammodo congruentes motus in eis accendit, vere coram Deo sunt sancti cum imputatione tum inchoatione. Impios vero extra Ecclesiam vocat iniustos: ut qui in peccatis adhuc submersi sint, & qui iniustitiae studeant. Nec vero tantum scelerati ut Harpalus, Demosthenes, Catilina, Verres, iniusti sunt, sed etiam qui studium iustitiae simulauerunt ut Aristides, Conon, Solon, Fabricius, Camillus, Cicero, vere iniusti fuerunt: sua enim emolumenta potius quaesierunt, quam Dei gloriam, & utilitatem proximi. Nec est quod veram iustitiam apud eos, qui non reguntur ductu Spiritus sancti, quaeramus, cum sint mancipia Satanae & impurorum affectum. Hanc ob causam nominat eos Paulus contemptos in Ecclesia, quasi dicat: Etsi extra Ecclesiam propter sapientiam & iustitiam aliqui Ethnici laudibus in caelum usque euehantur, ut Aristides, Socrates, Xenophon, Solon, Themistocles, Laelius, Cato: Tamen Ecclesia Dei non habet eos eo loco: Quia destituuntur luce verbi diuini, & non reguntur ductu Spiritus sancti.

Adiungit Paulus suae reprehensioni duas grauiſſimas rationes, a collatione maiorum. *Sancti mundum iudicabunt,* (inquit) Quanto magis idonei sunt ad componendas controuersias de terrenis bonis: sancti etiam angelos, immundos Spiritus iudicabunt: Cur non ergo iudicarent de corporalibus bonis controuersias. Quod sancti cum Christo futuri sint iudices mundi & Satanae, patet ex dicto Christo Matth. 19. vers. 28. *Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Item: Ut recipiant vos in aeterna tabernacula.* L. 16. v. 6. *Item: Veniet filius hominis cum multitudine angelorum & electorum.* Summus quidem mundi iudex est Christus. Sancti vero adstabunt Christo & iuxta verbum DEI damnabunt impios homines & impuros Spiritus.

Insignis igitur erit rerum vicissitudo. Nam in mundo sancti sunt omnium hominum abiectissimi, & piorum & miserissimi, qui ut homines pessimi ab impiis crudeli impiorum

Pauli scopus.

Hilarius,

Sancti qui

Iustitia infidelium iniquitas est.

Sancti iudices futuri sunt mundi.

Summa capitis.

Progreditur Paulus in hoc capite ad reprehensionem aliorum vitiorum, quae in Corinthiaca Ecclesia vigeant. Ut ergo in proximo capite libidines taxauit, ita hic reprehendit contentionis studium, & quod lites suas deferant ad homines iniustos extra Ecclesiam. Ac Graeca natio male audit historia, quod contentionum, quam veritatis hic Paulus: suntque tria insignia membra in hoc capite.

Græci contentioli. Partes cap.

I. Primum est ut iam dixi, grauis reprehensio quod Corinthii inter sese exercent lites & contentiones: Eaque ad homines impios & iniustos extra Ecclesiam deferant.

II. Secundo loco hypothesein transfert ad thesin & generalem interspergit adhortationem, ut omnis generis scelera & flagicia studiose vitent: Siquidem scelerati hereditatis vitae aeternae non sunt futuri participes. Hoc vero loco miscet consolationem de ablutione & remissione peccatorum atque de sanctificatione: Ut haec causa grauiſſima permoueat eos ad vitanda scelera & ad seruum studium bonorum operum.

III. Tertio repetit praecipuum de vitandis libidinibus: Et ne sub praetextu libertatis indulgeant carnalibus affectibus.

Judicia politica non damnantur.

Quod ergo Apostolus primo loco taxat grauiſſe contentiones & lites in iudicio politico, non est putandum quod damnent, ordinem politicum, iudicia, cognitionem causarum, delationem controuersiarum ad Magistratum politicum: Qui Anabaptistarum error graui reprehensione dignus est, Imo Paulus totum ordinem politicum comprobat Rom. 13. v. 4. Et testatur Magistratum esse ministrum Dei ad iram erga nos qui malum perpetrant. Probat ergo iudices & iudicia: Et licet Christiano homini causas agere in foro, ius dicere litigantibus, atque etiam controuersias ciuiles ad politicum Magistratum deferre. Adolescentem qui peccabat a Christo ut coegeret fratrem ad diuisionem hæ-

post hanc vitam.

Decius.

Laurentius

sententia ad omnis generis supplicia damnantur. At in extremo iudicio vicissim sancti occupabunt sedes, iudicium, & gravissima sententia ad æternum interitum condemnabunt mundum. *Decius* crudeli sententia damnauit Laurentium ad ignem: At extremo iudicio Laurentius Christo iudici adstabit a latere, & ferret sententiam damnationis æternæ in decium. Hac ergo insigni consolatione confirmet sese pii, præsertim cum adtribunalia potentum trahuntur, & diris sententiis ad mortem damnantur.

Alterum argumentum est, quod sancti Satanam cum omnibus suis angelis iudicaturi sunt: quia seruantur ad iudicium: & Christus Satanam tradet sub pedibus nostris. Multo ergo magis sancti iudicare poterint controuersias de rebus terrenis & ad hanc vitam pertinentibus.

Contentionis studiū vitam dū.

Secundo reprehendit Apostolus in Corinthiis, quod contentiones sint studiosiores, quā deceat Christianos. Potius Christianus iniuriam pati ac dissimulare & condonate debet, quam cum ignominia & detrimento religionis nostræ litigare in foro & quidem coram Magistratu seu iudice, qui aduersarius est nostræ religioni. Non ergo prohibet vel improbat ciuilia officia Paulus, nec vetat omnino, ne causas ad legitimum Magistratū deferamus. Si enim res tuas legitime tibi repetere licet, & commo dus iudex tibi datur, non debes tuos fraudare tua negligentia, vel superstitione. Nec hominum malitiam confirmare debet nimia tua indulgentia. Sed Paulus iubet vt prudenter consideremus, quando sit necesse compellere iudicē politicum, quando nō sit necesse, propter res leues non debemus vel nobis vel aliis facessere negotia. Cum iudex est hostis tuæ religionis, magna stultitia est ad eum deferre litem, vt tibi maius creos periculum. Cum etiam tibi controuersia est, non cum Epicureo vel Ethnico, sed cum fratre, qui tecum eundem profitetur Christum, religio ni parcendum est, ne ea propter nostras contentiones male audiat.

- 5. *Aderubescentiam vestram dico. Adeo non est inter vos sapiens? ne vnus quidem, qui possit diiudicare inter fratrem suum & fratrem?*
- 6. *Sed frater cum fratre litigat, & hoc coram infidelibus.*
- 7. *Itaque tam quidem omnino defectus est in vobis, quod lites habetis inter vos inuicem. Cur non magis iniuriam patimini? Cur non Potius damnum accipitis?*
- 8. *Sed vos iniuriam facitis & damno adficiis, idque fratres.*

Ariter obiurgat litigantes coram politico magistratu, quod non potius arbitros constituant ex fratribus eiusdem religionis, vt clam, & sine contumelia nominis Christiani controuersia componatur. In primis autem authores iniuriarum & controuersiarum grauitè perstringit, & monet eos, vt abstineant ab iniuriis, & ne proximo damnum inferant, ne excidant gratia & hereditate vitæ æternæ priuentur. Nam iniustitia manifesta cum fide stare non potest. Potius inquit decebat vos pati iniuriam, eamque dissimulare, & Deo vindictam committere: Hoc enim poscit Christiana religio. Vos autem infertis aliis iniuriam & adficiis alios damno. Id pugnat cum 5. & 7 præceptis. Et tanto grauius est hoc vestram peccatū: Quod fratres adficiis iniuria, quos omni officio iuuare debebatis. Qui enim minimum fratrem lædit, ipsum Christum lædit. Quemadmodum filius Dei testatur: Qui dquid siue boni, siue mali vni ex minimis his feceritis, mihi fecistis. Nullus quidem hominum iniu-

ria est adficiendus, sed qui fratrem lædit, grauius peccat, quam qui in Ethnicum vel Turcam est iniurius: Licet & hic peccet.

- 9. *An ignoratis quod iniusti regnum Dei non possidebunt? Ne erretis, neque scortatores, neque idolatra, neque aduulteri, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis.*
- 10. *Neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque prædones regnum DEI hereditate capient.*

Secunda est hæc pars huius capituli, in qua correptionem transfert a specie ad genus, & causam finalem monstrat propter quam non solum a contentionibus & iniuria, sed plane ab omnibus sceleribus sit abstineadum, videlicet ne gratia Dei excidamus, & hereditatē regni cælorum priuemus. Impossibile est enim vt in eo luceat fides adprehendens beneficia mediatoris, qui se polluit sceleribus vastantibus conscientiam: *Fides solatium est*, inquit, *Bernhardus*, *non erit ille solatium, qui gaudet cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis* sine fide autem nemo Deo placere potest. Qui ergo in scelera contra conscientiam ruit, nullam spem fouere potest adipiscendi æternæ vitæ hereditatem. Hanc sententiam sæpe repetunt Prophetæ & Apostoli, ne imponamus nobis, & ne imaginemur fore nos participes regni cælorum, etiam si peccemus contra conscientiam, vt libertini impudenter figunt. Ioannes inquit: *Qui facit peccatum ex Diabolo est*: 1. Ioan 3. v. 8. Et Paulus Rom. 8. v. 13. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini*. Item: *sexus carnis mors est*. Ibid. v. 7. Item. Galat. 5. v. 19. *Manifesta sunt opera carnis, vt scortatio, adulterium, idolatria, &c.* Qui talia faciunt, Regnum Dei possidere non possunt. Zach 8. v. 17. *Mendacium non diligitis, &c.* Hæc sunt que odi, dicit dominus. Semper igitur hæc grauiissima comminatio sit in conspectu, ne in peccata contra conscientiam labamur.

Primum hic doctrinā obseruetur, quod homo polluens se externis sceleribus, non sit viuum Ecclesiæ membrum: Nec partem habeat in regno Dei. Dauid contaminans sed adulterio & cæde non est filius Dei, sed est obnoxius æternæ damnationi, sic Iudas incestus, Ioab homicida, Achan fur non sunt viua membra Christi: Deinde discrimen obseruetur inter peccata, quæ remanent in sanctis & peccata, quæ excutiunt fidem. Multiplicia sunt in sanctis peccata, & tamē retinent fidem, placent Deo, & sunt heredes vitæ æternæ. At qui peccata habent regnantia & secundum carnem viuunt non sunt heredes vitæ, sed obnoxii sunt æternæ damnationi. Peccatum ergo remissum seu tectum est in sanctis & credentibus peccatum originis, & omnium generis viciosi adfectus, qui in mente & voluntate & corde nascuntur ex peccato originis: Præterea multæ omissiones officii, futilitas in sermone, lapsus in deliberatione, peccata ignorantia, impuri adfectus, admiratio sui, superbia, inuidia, cupiditas lucri, dolor repulsæ, cupiditas vindictæ, & similia, quæ mala deplorant pii, repugnant iis quantum fieri potest auxiliante Spiritu sancto, & eorum veniam adlidue a Deo petunt. De his infirmitatibus dictum est. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus*. Psalm. 32. v. 6. Item: *Si dixerimus quod peccatum non habemus decipimus nos ipsos & veritas non est in nobis* 1. Ioan 1 v. 8.

Peccatum autem mortale: Est primum omne peccatum originale & actuale in nō conuerso ad Deum: Deinde est lapsus contra conscientiam, cum is, qui renatus fuit, excusso Spiritu sancto, cupiditates carnis opere perficit, & in extrema ruit scelera, aut cum quis errorem, qui cum fundamento nostræ religionis pugnat, pertinaciter defendit, vt cum Macedonius negat Spiritum sanctum esse æternum & omnipotentem Deum.

2. Pars cap.

Bernhard.

Scelera externa excludunt a Regno Dei.

Peccata regnantia, Peccata venialia,

Mortalia peccata.

Deum. De hoc genere peccatorum hic loquitur Paulus.

Tertio hinc dīcendum est, quo sine in abstinentiam a sceleribus, & bene operandum, nimirum ne excidamus gratia, quam per fidem adepti sumus, & ne hereditate vitæ æternæ privemur. Hic ceteræ causæ finales bonorum operum addantur.

11. *Et hæc eratis aliqui: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen Domini Iesu, & in Spiritu Dei nostri.*

A Postolica consuetudine interspargit Paulus castigationem & severæ admonitioni Evangelicam consolationem. Hoc enim Apostoli est munus, non solum iuxta legis sententiam severe taxat peccata, sed etiam beneficia mediatoris illustrare & exponere, & monstrare certum remedium aduersus peccatum & conscientia terrores. Cum ergo testatus esset eos, qui se polluunt sceleribus, non fore particeps regni Christi, & Corinthij sibi de eiusmodi sceleribus essent conscij, ne ruerent in desperationem, addit consolationem eos ablutos & sanctificatos esse. *Sanguis enim Iesu Christi mundat nos ab omni peccato.* 1. Ioan. 1. v. 7.

Ablutio.

Vocabula abluitionis, sanctificationis, iustificationis hic de toto beneficio Christi accipio nimirum de remissione peccatorum & renouatione. Abluit enim Christus sordes, dum nobis per fidem imputat suam obedientiam & iustitiam: Eluit etiam Christus nostras sordes dum per Spiritum sanctum extergit venenum peccati ex nostra natura & in ea iustitiam accendit. Sic etiam sanctificamur primum imputatione, deinde renouatione & viuificatione, in qua noua vita in nobis inchoatur. Vocabulum iustificationis hic similiter pro toto Christi beneficio accipio, scilicet pro remissione peccatorum seu reconciliatione cum Deo & pro donatione Spiritus sancti. Verum in Epistola ad Roma: ubi quaeritur qua re coram Deo placeamus, speciatim accipitur, nimirum pro gratuita remissione peccatorum & imputatione iustitiæ mediatoris, & non complectitur viuificationem. Quod dicit *in nomine domini Iesu*, ostendit nos merito & efficacia Iesu Christi iustificari & sanctificari: quod addit *in Spiritu Dei nostri*: Causam efficientem monstrat nostræ viuificationis, sanctificationis & renouationis.

Sanctificatio.

Iustificatio

12. *Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: at ego non redigar sub ullius potestate.*

13. *Esca ventri destinata sunt & venter escis. Deus autem & hunc & illos abolebit. Corpus vero non scortationi, sed Domino: & dominus corpori.*

14. *Deus autem & dominum suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam.*

Tertia pars cap. De libertatis Christianæ viu.

Tertia est hæc pars huius capituli, qua refellit falsam eorum persuasionem, qui pretextu libertatis Christianæ contendebant, licere sibi impune scortari. Ac sic colligebant, sicut Christiano licet quouis cibo uti, secundum doctrinam Apostolorum: Omnia enim sunt mundæ mundis. Tit. 1. v. 15. Ita etiam licet impune scortari, & similes quaerere corporis voluptates. Hanc impiam opinionem, & errorem de libertate Christiana refellit, & imprimis docet abstinentium esse a scortatione, & argumenta adiungit grauissima.

Omnia mihi licent: Ita nimirum Corinthij scortatores & abutentes libertate iactabant: & non tantam de rebus mediis interpretabantur ut Apostoli docuerant: sed etiam ad peccata transferebant. Re-

stringit igitur Paulus. *Sed non omnia expediunt.* Non solum quid liceat, sed etiam quid expediat, quid faciat ad illustrationem gloriæ Dei, & ædificationem Ecclesiæ, videndum & considerandum est. Primum de rebus mediis & indifferentibus est accipiendum, omnino nobis licere: Deinde non solum quid nobis concessum sit, sed quid postulet usus Ecclesiæ, attendendum est. Licet Paulus omittit circummissionem Timothei, sed non expediebat Ecclesiæ: Ergo circumcidit eum.

Omnia mihi licent, verum non redigar sub ullius potestate: Hoc est, libertate non ita est abutendum, ut cupiditates carnis redigant nos in seruitutem. Potius Spirituali libertate, quam Christus nobis comparauit, sicuti debemus, ut frenemus & reprimamus carnis cupiditates, & nos in seruitutem dedamus, ut Christo seruiamus & proximum lucremur. Summa enim libertas est seruire Iesu Christo & eius sponsæ Ecclesiæ. Docet ergo hic Paulus eam veram esse Spiritualem libertatem, quæ cupiditatibus & adfectibus carnis semper dominatur.

Libertas Spirituales.

Esca ventri, & venter escis: facile adparet Corinthios sic argumentatos esse a simili, sicut liberum est nobis Christianis vesci quouis genere ciborum, quia esca ventri est destinata: ita quid prohibebit quo minus liceat scortari: Paulus ergo refellit impiam istam consecutionem, monstrans ingens esse discrimen. *Esca, inquit, debetur ventri: & venter destinatus est escæ.* Deus ordinauit & concessit ut cibo & potu in hac vita uteremur. Neque villos cibos prohibuit. Est igitur *Adiaphoron* seu res media, quo genere cibi vesci voles.

Deus autem & escam & ventrem abolebit: Hoc est, in futura vita, nec edemus, nec bibemus, sed erimus sicuti anguli. Membra non abolebit Deus: Ipsa enim corpora nostra resurgent, & conformabuntur glorio-

Membrorum vsus huic vite seruiens abdebitur.

so corpori Iesu Christi. Vsum autem membrorum, qui seruit huius vitæ sustentationi, abolebit dominus. *Corpus autem non scortationi, sed domino: & dominus corpori.* Discrimen est, inquit, inter vsum cibi, & scortationem. Illum ordinauit, & concessit Deus: Hanc seuerissime prohibuit, præcept. 6. *Non machaberis.* Corpus ergo non est destinatum scortationi: *Sed voluntas Dei est, ut vas nostrum in sanctificatione possideamus.* 1. Thess. 4. v. 4. *Corpus, inquit, Domino est destinatum:* hoc est, ideo conditi & per Christum redempti sumus: ideo per Spiritum sanctum sanctificamur, ut corpora nostra fiant membra corporis Christi, & sint templa in quibus ipse Deus habitet. *Et Dominus corpori,* scilicet destinatus est. Nam filius Dei dominus nostre Iesu Christi idcirco adsumpsit humanam naturam & est Immanuel, ut corpora nostra, quæ erant mancipia Satanz, liberaret, & suo sanguine ablueret, & per Spiritum sanctum vita & iustitia donaret, & nos sibi arctissime copularet. Itaque non tantum in hac vita corpora nostra fouentur, ascendantur & seruantur a Deo, sed etiam post hanc vitam suscitabuntur ad æternam gloriam a Deo, qui dominum nostrum Iesum Christum a mortuis suscitauit.

Non ergo corpora nostra polluenda sunt scortatione, sed sancta & munda custodienda, & ministerio Iesu Christi mancipanda.

15. *An nescitis quod corpora vestra membra sunt Iesu Christi? An ergo auelens membra Christi, factam ea membra scortati? Absit.*

16. *An nescitis quod qui adglutinatur scorto, unum corpus est. Erunt enim (inquit) duo in carnem unam.*

17. *At qui adglutinatur domino, unus Spiritus est.*

Scortatio
quanti
m
peccatum.

Corpora
nostra mē-
bra sunt
Christi.

Quarum
peccatum
scortatio.

Argumenta grauissimi ponderis adiungit Paulus suæ adhortationi. Difficulter enim Corinthii a cōsuetis viciis abduci poterant. Estque hoc primum argumentum sumptum a summa iniustitia & indignitate rei. Summa est iniquitas & iniustitia auferre membra Iesu Christo, eaq; facere membra meretricis. Scortator, qui antea nomen Christo dedit: auellit membrum a corpore Iesu Christi: Nam peccato contra conscientiam excidit gratia, & expellit Spiritum sanctum. Ac sit vna caro cum scorto: Summo ergo scelere sese inuoluit. Admonet Paulus hoc argumento vt cogitent quanta sit gloria esse membrum corporis Christi, quod est Ecclesia: Quod caput nostrum sit omnipotēs & æternus Dei filius: Quod vegetamur & ducimur Spiritu sancto, qui de capite Christo in omnia membra dimanat, Hanc cœlestem gloriam & fœlicitatem magni facere debemus.

Deinde monet quanta sit in scortatione turpitudos: Siquidem scortator sit membrum impuri scorti, quod est Satanæ domicilium. Adducit Paulus testimonium ex Genesi. cap. 2. v. 24. *Et erunt duo in carnem vnā: Quod dictum loquitur de arctissimo & indissolubili fœdete mariti & coniugis.* Paulus vero ita transfert ad scortationem vt moneat scortatorem cum scorto vnā fieri carnem: Ideoq; Christianis abominandum esse hoc scelus. Si quis rogat, num maritus coniugi cohabitans corpus suum auellat a Christo, respondendum est, maritum Christianū & fidelem non auellere corpus a Christo etiam si debitam beneuolentiam prestat cōiugi. *Honorabile est enim coniugium in omnibus.* Heb. 13. v. 4. Et cohabitatio maris & foeminae diuinitus est ordinata. Cum ergo bona conscientia coniuges operam dent procreandis liberis iuxta Dei ordinationem, non expellunt Spiritum sanctum, nec auelluntur a spiritali corpore Christi.

Qui domo adglutinetur, vnus est Spiritus. Ostendit, quomodo efficiamur & simus membra corporis Christi, nimirum per Spiritum sanctum, quem filius Dei in nos effundit, & quem nos per fidem accipimus, vt nos arctissime cum Deo copulet, & in nobis iustitiam, amorem Dei, vitam & lætitiā æternam accendat. Vnus sumus Spiritus: id est, vnum spirituale corpus & omnes vno Spiritu ducimur & sanctificamur.

18. *Fugite scortationem, omne peccatum, quod facit homo, extra corpus est. Qui vero scortatur in proprium corpus peccat.*

Peccata
grauiora.

Secundum argumentum sumptum a collatione peccatorum grauiora sunt peccata quibus nostra corpora ignominia adficiuntur, quam quæ extra corpus sunt: nam qui corpus contumelia adficit non solum in Deum, sed in seipsum quoque est iniurus. Deus autem seuerè præcipit vt quisque propriis corporis curam agat, eique vt hospitio Dei honorum exhibeat. At scortatio proprium corpus contumelia adficit: facit enim illud membrum meretricis. Abstinentum est igitur piis a tam scædo scelere. Quod dicit *omnia a vna peccata fieri extra corpus*, de plerisque externis & vitatis facinoribus loquitur. furtum, rapina, cædes, lesio proximi, mendacium, calumnia, extra corpus sunt, id est, aliud habent obiectum, videlicet proximum. Sed scortatio proprium corpus contumelia adficit. Si quis sibi consciscat mortem, in proprium, corpus est iniurus: sed rariora sunt illa exempla. Ebrietas etiam contaminat corpus. Sed Paulus cum iubet fugere scortationem, omnia vicina scelera, vt ebrietatem, lasciuiam, adulteria & incestū complectitur. Aliis etiam sceleribus, vt cæde, periurio, furto contaminantur membra: *Manus vestrae polluta sunt sanguine*, inquit, Propheta. Esa. 1. v. 15. Sed Paulus monet singularem esse turpitudinem libidinum, quæ tetra ignominia adficiat corpora. Vnde & Deus hoc scelus variis generibus morborum in corpore punire solet.

Ebrietas.

19. *An nescitis quod corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in nobis existit & quem habetis a Deo?*

Tertium est hoc argumentum sumptum a maiestate spiritus sancti. Templum in quo ipse spiritus sanctus habitat, non est contaminandum scædis libidinibus, sed corpora fidelium sanctificata sunt in templa spiritus sancti, qui per fidem habitat in cordibus nostris. Ergo corpora fidelium nequaquam sunt polluenta libidinibus.

Grauiissimum & plenum maiestatis est hoc argumentum: Exponit enim quo consilio & sine conditiōe & redempti simus. Ostendit quam immenso beneficio adficiat nos æternus & clemētissimus pater: Quod non solum eripiat nos ex Tyranide satanæ & condonet nobis omnia peccata, sed etiam spiritum sanctum qui procedit de essentia patris & filii, effundat in corda nostra, vt in eis lucem & vitam cœlestem accendat, & faciat nos participes diuinæ naturæ. Quid posset nobis Deus maius dare se ipso? Quis potest amplissimam gloriam sanctorum verbis adsequi, cum scriptura testetur eos esse domicilia, spiritus sancti? Non est, ille hospes ociosus, sed ornamenta & dona omnium summa secum adfert. Extremo igitur furore laborant homines, qui tantum hospitem & dominum expellunt a sese spoliant summa gloria: Per scortationem autem & libidines, faciunt ex sese impuras hasas immundorum spirituum.

Finis redēptionis.

Non estis vestri (iuris):

20. *Empti estis precio Glorificate iam Deum in corpore vestro, & Spiritu vestro, quæ Dei sunt.*

Quartum est hoc argumentum a correlatiuis. Neque es, quæ alieni iuris sunt pro sua libidine vsurpare & ad vsus nefarios transferre debet. Corpora nostra non sunt nostri iuris aut potestatis, sed sunt Dei: Deus enim precio nimirum sanguine vnigeniti sui filii redemit ea. Ergo non licet nobis nostro arbitrio abuti nostris corporibus: sed seruire ea debent voluntati & gloriæ Dei. Multa hic monet Apostolus. reuocat enim nobis in memoriam, quanto precio redempti simus: Nimirum precioso sanguine Iesu Christi. Magni ergo facere debemus etiam corpora nostra & eis honorem exhibere. Monet etiam nos non esse nostri iuris. In omni igitur actione & conatu ad voluntatem omnipotentis Dei respicere debemus. Magna etiam est consolatio, quod dicit & spiritu nostro & corpore nostro glorificari omnipotentem Deum, cum eo vtimur iuxta Dei voluntatem. Grata ergo sunt sacrificia Deo, labores & sudores sanctorum in quacunque vocatione, qualescunque operas præstamus iuxta verbū Dei in fide, siue ares, siue fodias, siue ligna cædas, siue domum veras: Glorificas Deum laborans corpore iuxta vocationem: Grauiissimum est sacrificium cum corpora nostra pro veritate & gloria Dei obicimus periculis & tyrannidi impiorum polcente id necessitate.

Corpora nostra nostri iuris non sunt.

Labores sanctorum gratia Deo sunt sacrificia.

Loci doctrinæ.

- 1. Primus est de insigni gloria sanctorum, quæ angelos & mundum cum Christo sint iudicaturi.
- 2. Secundus, quod impii & veritatis hostes, quantiscunque donis excellant, in nullo sint precio apud veram Ecclesiam. Qui enim hostis est Iesu Christi filii Dei, merito non solum ab Ecclesia contemnitur, sed etiam odio habetur.
- 3. Tertius, quantum fieri potest, a contentione & litibus abstinendum esse, & cauendum ne litigando cum fratre coram Ethnicis magistratu, religionē & professionem nostram deformemus.

- 3. Ex cœtu sanctorum eligendos esse arbitros, qui placide componant controuersias, & potius dissimulandam esse iniuriam, quam litigandum cum fratre non poscente necessitate.
- 4. Insignis locus obseruandus est, quod polluentes sese externis sceleribus, ut iniuria, furto, rapina, scortatione, adulterio, auaritia, ebrietate, exclusi sint scruo Dei iudicio a participatione regni cœlorum.
- 5. De beneficiis Mediatrix Iesu Christi, quod poenitentiam & fide ad eum accedentium abluat & remittat peccata, quod gratis iustificet & sanctificet nos quodque donet nobis Spiritum suum sanctum, ut is renouet in nobis imaginem Dei.
- 6. De vera libertate Christiana, quæ non consistit in licentia carnis, sed potius in inhibitione cupiditatum & in pio studio edificandi Ecclesiam.
- 7. Discrimen monstrat inter res medias seu adiphoras, ut cibi & potus usum, & inter res prohibitas ut scortationem & adulteria.
- 8. De resurrectione nostrorum corporum.
- 9. De fugienda omnibus p'is scortatione, & de magnitudine eius sceleris.
- 10. De spirituali communione sanctorum cœ Christi, quod omnes sumus membra Christi, & Spiritu plus vegetemur.
- 11. De inhabitatione Spiritus sancti in fidelibus.
- 12. De redemptione generis humani, quæ per sanguinem Iesu Christi facta est.
- 13. Quo sine faciendâ sint bona opera, nimirum ut æternum & omnipotentem Deum, cuius serui sumus, glorificemus: tum ne peccatis contra conscientiam excutiamus Spiritum sanctum: ne corpora nostra contumelia adhaeramus, & ne hereditate regni cœlorum priuemur.

CAPITULUM VII.

- 1. De quibus uero scripsistis mihi, Bonum est homini uxorem non tangere.
- 2. Sed ad uitandas scortationes unusquisque propriam habeat coniugem & unaquaque proprium habeat maritum.

Varias quæstiones de coniugio proposuerant Corinthii Apostolo Paulo. Auditores enim in doctrina Christi non satis fundati, & probe muniti multa secum disputant, & in multis hærent anxii & dubii, metuentes ne vulnerent conscientiam. Respondet ergo Paulus ad propositas quæstiones, & si qua alia conscientiam turbare poterant.

De coelibatu & coniugio.

Hieronymo de prauo huius loci.

Prima quæstio erat, an liceret esse cœlibem, an uero necesse esse fieri coniugem, uidebant Paulum abstinere a coniugio: Ea animaduertebant imitantes hoc exemplum habi in adulteria & scortationes. Hærebant ergo respondet Paulus Commodum omnino esse præsertim tot impendentibus periculis & miseriis, abstinere a coniugio & manere cœlibem. Exilia, & profectiones minore molestia ferri possunt. Nefarie contaminauit hoc dictum Hieronymus, aduersus Iouinianum, ubi sic disputat: Bonum est homine uxorem non tangere: Ergo malum est uxorem tangere. Sed uim fecit Apostolicæ sententiæ Hieronymus, Apostolus enim hoc loco non opponit bonum malo, sed de remedia, & Adiphoro loquitur. Bonum est, id est, licet: etiam aliquo respectu & quodam modo est commodum & utile, præsertim in gruente persecutione & exilio. Et iis qui dono continentie instructi sunt grauius ergo peccauit Hieronymus quod Spiritus sancti oraculum ad impugnandum coniugium contorsit. Atque in hoc Manicheorum & Encratarum furor non parum iuuat Hieronymus, quod ausus fuit

adferere malum esse tangere uxorem: quasi conscientiam polluerent peccato, qui iuxta Dei ordinationem matrimonio copulantur: quem furor Paulus nominat doctrinam demoniorum. Pauli ergo mens est, Bonum esse non tangere uxorem: id est: rem esse licitam, & per se non prohibitam, scilicet, iis qui donum habent continentie.

Sed dicat aliquis, Pugnât nec Pauli dictum cum sententia Dei qui in Gene. Cap. 2. v. 18. inquit. Non est bonum homini solo: Respondet, Eundem Spiritus sancti sunt sententiæ, nec pugnant inter se. Nam Deus in Gene. generatim loquitur, de toto genere humano, & respectu propagationis hominum. Hoc respectu non est bonum hominem esse solum. Et maius bonum & nature conuenientius est uiuere in societate, quam in perpetua solitudine. Paulus uero speciatim loquitur de p'is, in quibus in mundo sunt expositi uariis iniuriis, & qui donum continentie habent, aut qui sese totis in ministerio Euangelii consecrant: & respectu corrupte nature & uariarum miserationum est quidem bonum, id est, licet & est quædam commoditas carere coniuge. Minus enim est tentationum, minus querelarum, minus molestiarum: Nec uero putandum est ad singulas personas uel Christianorum, uel doctorum in Ecclesia congruere Pauli dictum: Aliquando enim contingit ut p'is & sanctæ matronæ suis maritis exultantibus propter ueritatem, & uarias miseras sustinentibus in ignem præbeant consolationem, erigant eos uerbo, ministrent eis prompto & fideli animo, hortentur eos ad constantem patientiam, & iuuent eos serua preceatione ad DEVM. Tantum igitur hoc uult dicere, esse rem licitam, si quis abstinere uelit a coniugio: Quemadmodum CHRISTVS inquit sunt qui castrant sese propter regnum cœlorum: Math. 19. v. 12.

Collatio huius loci cum Gē. 2. In Gene. generaliter.

Hic specialiter Spiritus sanctus loquitur.

umultibus

Ut autem fieri coniugem, uel abstinere a matrimonio, per se est res licita: Ita propter nature corruptionem, illis qui donum continentie non habent, est necessaria, Ad uitandas scortationes unusquisque propriam habeat coniugem.

Præcipue causæ finales instituti coniugii sunt, Prima, ut coniunctione maris & femine legitimo ordine & castitate propagaretur genus humanum: Secunda, ut homo uiuere in societate, haberet sociam & adiutricem omnium curarum, conatum & laborum. Tertiam hic addit Paulus ad uitandas libidines. Postquam enim lapsus est homo in peccatum, & natura eius corrupta est, loco remedii est coniugium, ut continentia præstare, & puritatem conscientie rueri possint: licet igitur, eos contrahere matrimonium, qui ob senectutem spem proles habere non possunt.

Fines coniugii.

- 3. Vir mulieri debitam beneuolentiam præstet: Similiter & mulier uiro.
- 4. Mulier proprii corporis potestatem non habet, sed uiro: Similiter & uiro proprii corporis potestatem non habet, sed mulier.
- 5. Non defraudeis uos inuicem, nisi foras aliquando ex consensu utriusque ad tempus, ut uacatis ieiunio & orationis. Et rursum in unum conuenite, ne Satanas uos tentet propter uestram incontinentiam.
- 6. Hoc autem ex uentia, non ex mandato loquor.
- 7. Volo enim omnes homines esse, quemadmodum

Coniugii dicitur

admodum & ego sum. Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: Hic quidem huiusmodi, ille vero aliud.

Vinculum conjugii arctissimū.
Haud dubie secunda Corinthiorum quaestio fuit, an coniugi liceret praestare vxori debitam benevolentiam & operam dare procreandis liberis. Fanatici enim homines prorsus damnabant coniugia, vt rem malam, & consuetudinem conjugalem, tanquam scdudam opus execrabantur. Et quia sancti sentiunt in se impuros motus, & opus generationis contaminari malo libidinis, dubitabant Corinthii coniuges, num ipsi proisus a consuetudine conjugali abstinendum sit. Docet ergo Paulus licere sanctis operam dare procreandis liberis, & coniugium esse rem a Deo conditā & ordinatam. Et licet in sanctis quoq; accedat infirmitas, tamen eos non excidere gratia, sed tegi illam infirmitatem vmbaculo Mediatoris. Quod dicit *vir non habet potestatem sui corporis, neq; mulier sui corporis*: monet quam arcto scedere coniuges inter se sint deuincti, & coniugium alterum non pro suo arbitrio de suo corpore fouere, aut scedus coniugii dissoluere posse: Sed sicuti matrimonium consensu vtriusq; inierūt, ita neuter de suo corpore quidquā statuerit habet nili de vtriusq; consensu. Hæc sententia non tantum de debita benevolentia, & votis, sed etiam de adulterio & desertione intelligatur. Non licet coniugi potestatem sui corporis alicui facere contra vinculum matrimonium. Non licet etiam pro suo arbitrio hinc inde vagari, sine alterius consensu. Quod dicit *virum non habere sui corporis potestatem, sed uxorem*, docet scedus esse mutuum: Et tam maritum deuinctum esse coniugi. Atque vxor deuincta est marito.

Nisi forte ex consensu ad tempus: Hortetur pios coniuges, vt aliquando abstineant a consuetudine conjugali, sed ex consensu vtriusque maritus non præterdat religionem contentiæ cum periculo pudicitia coniugis. Et vicissim vxor non defraudet maritum debita benevolentia cum ipsius periculo: Sed vtriusque consensus interueniat cum placet continere: Deinde *ad tempus* duret hoc exercitium, non vt crescente superstitione in Ecclesia factum est: Multi enim renunciarunt suis vxoribus, abdiderunt sese in monasteria & vouerunt perpetuam castitatem. Hi contra mandatū Christi soluerunt matrimonii vinculum. Paulus igitur addit *ad tempus* aliquot diebus, aliquot septimanis, vos continete.

Vt vacetis ieiunio & orationi: Semper quidem & singulis diebus & sobrie viuendum & serio inuocandum est piis coniugibus. Sed hic de certis exercitiis loquitur, aliquando castigandum esse corpus ieiunio, ne luxuriet, & vt ardentiores preces fieri possint, præsertim præmente aliqua necessitate vel publica vel priuata. Prophana vox est *Hieronimi*, *Non impleo officium Christiani, dum impleo officium mariti*. Imò Lea sancta matrona dum operum dat procreandis liberis, & ardentem inuocat Deum, pro sobole exauditur.

Et simul conuenite, ne vos tentet Satanās: Non vult semper durare illa exercitia ieiuniorum, & ardentioris præcationis. Satanās enim nouit quanta sit nostra imbecillitas, & assidue nobis insidiatur? Cauendum est igitur, ne sub specie continentie in laqueos diaboli incidamus. Remedio igitur vtendum, quod Deus infirmitati carnis clementer concessit.

Secundum veniam inquit *Hoc dico, non iuxta præceptum*. Consuetudinem conjugalem concessit Deus, licet non sit absque peccato. Non enim voluit Deus auferre opus suum propter peccatum: sed operi suo benedixit, licet infirmitate sit contaminatum. Sub venia est igitur vita coniugum, si credant in filium Dei.

Vnusquisq; proprium donum habet, grauissima est hæc admonitio, qua Apostolus horratur vt singuli diligenter expendant, cuiusmodi dona a Deo acceperint & vitam suam pro ratione donorum instituant. Con-

tinentie dono ornatus, vtatur eo ad gloriam Dei & ædificationem Ecclesie. Hoc dono destitutus consulat suæ infirmitati legitimo remedio & non temere sese exponat periculo.

David singulari fortitudine instructus fuit a Deo: Salomon admirando sapientie dono fuit ornatus. Obseruet ergo qui libet, cuiusmodi donum a Deo acceperit, & eo sapienter vtatur. Monachi stolidum ge. Monachus hominum est, siquidem nulla habita ratione ærum stultitatis, valetudinis, donorum, similia exercitia ab omni- bustequirunt, cum hominum summa sis diuersitas.

3. *Dico autem iis, qui sunt extra coniugium & viduis: bonum ipsis est, si manserint sicuti & ego.*

9. *Si autem non continent sese, nubant: Melius est enim nubere, quam vri.*

Repetit superiorem sententiam, quod sit res bona & licita, manere extra coniugium si quis donum continentie habeat. Non est, quod metuat, vt vidua, ne peccent, si abstineant a coniugio. Hoc enim licet, non coguntur mandato ad coniugium. Sed natura examinanda est, num ornata sit dono continentie, quo si destituisse sentiant vidua, nubant rursus. *Melius enim est nubere, quam vri*: hoc est. Etsi multe afflictiones & molestie eueniunt coniugibus: tamen meliore conscientia illæ tolerari possunt, quam si quis assidue conflictetur cum flammis libidinis, & voueat continentiam natura, repugnante. Non enim abire ille æstus absque pollutionibus & vulnere conscientie. Innumera exempla docent quam infelicitate cesserit consilium monachorum & monialium, qui perpetuam castitatem vouerunt spreto hæc Pauli consilio: Nec vero tantum illi, qui superati a carne, in scdudas libidines sunt prolapsi, sed etiam qui ab omni scortatione & adulterio abstinuerunt, tristes conscientie morsus senserunt, dum libidinis ardorem reprimere non potuerunt. Salutare igitur est hoc consilium Pauli, potius esse nubendum & matrimonium ineundem, natura id poscente, quā assidue libidinis flammis sese committendum: præsertim cum nec labores assidui, nec graues ærumnæ ita eos occupant vt eas possint restringere. Simul autem Paulus ad tertiam quaestionem hic respondet, quod nimirum secundæ nuptiæ sint licitæ. Viduis enim concedit vt denuo nubant. *Tertullianus* igitur & alii qui secundas damnarunt nuptias, grauer in eo sunt hallucinati: Et doctrinæ Spiritus sancti contradixerunt. Et hoc loco colligi solet Paulum habuisse quidam prius coniugem, sed ea mortua in viduitate vt expeditius regno Christi seruire posset, mansisse: Qua sese hoc loco viduis annumerat, & optat vt cæteri eum imitari possent.

10. *Coniugatis autem mando non ego, sed dominus, ne vxor separet se a viro.*

11. *Quod si vero separatur, innupta maneat, aut marito reconcilietur. Et maritus uxorem non dimittat.*

Quarto interrogarunt Corinthii de diuortiis, an liceret vxoribus discedere a maritis, & num marito liceret dare libellum repudii vxori: Gentes minus religiose colebant leges coniugii, & frequentissima erāt apud illas diuortia: putabant enim in ipsorum arbitrio positum esse dissoluere vinculum coniugii: vel illud conseruare. Et haud dubie ad Christum conuersi consuetudinem Mosaicam de dando libello repudii præterderūt. Paulus ergo renouat legē coniugii, & vetat, ne vxor deserat maritū: & ne maritus expellat conjugem. Vtq; hoc præceptum plus ponderis habeat in Ecclesia, dicit non suum, sed filii Dei Iesu Christi esse mandatū. Haud

Secundas nuptias esse felicitas. Tertull. eos damnat.

Paulum viduum fuisse.

De diuortio.

Hieron. profanus.

Coniugū vita sub venia est.

Haud dubie respexit Paulus ad verba Christi. Quos Deus coniunxit, homo ne separet. Mat. 19. v. 6. Ac Christus expressit docet, non posse dimitti conjugem, nisi propter fornicationem. Quod Paulus addit, quod si separatur, maneat in nuptia: Haud dubie de eo casu accipiendum est quando vxor de immani mariti sæuitia conqueritur, vt sæpe accidit, & hanc præterdit causam, cur non possit manere apud maritum: in hoc casu præcipit Apostolus, ne mulier discedens a coniuge, alteri nubat, sed vt maneat innupta. Congruit & hæc sententia cum dicto Christi: *qui separat a ducit, scilicet que se sponte a marito separauit, adulteriu committit.* Ibid. v. 9. Si enim in Marco verba Christi exponuntur.

12. *Reliquis vero ego dico, non dominus, si quis fratrem uxorem habet infidellem, & ipsa consenserit cum ipso habitare, ne dimittat eam:*

13. *Et mulier, que maritum habet infidellem, & ipsi placuerit habitare cum ipsa, ne dimittat eum.*

14. *Nam vir infidelis sanctificatur per mulierem: Et vxor in fide sanctificatur in viro, alioquin liberi vestri immundi essent: Nunc autem sunt sancti.*

Primum attendendum est, quæta verecundia & timore tantus Apostolus in suo ministerio versetur. De quibus certa & expressa habet mandata a Christo, ea strappindit precipit, & magna seueritate exigit. Domino enim sine omni tergiversatione obtemperandum est. Quæ autem dominus expressis verbis non mandauit, illa in persona domini non vult proferre. Exponit tamen, quid ipse sentiat, vt fidelis Apostolus Iesu Christi. Ac sæpe casus incidunt in Ecclesia, de quibus voluntas domini precise & in specie determinata non est: pius tamen & fidelis pastor, qui tantum respicit Dei gloriam, & edificationem Ecclesie, & hominum salutem, & consilia sua dirigit ad normam verbi diuini, salutare potest dare consilium.

Cum ergo quinto interrogassent Corinthij, num propter religionis diuersitatem liceret facere diuertia, & haud dubie dissensio in religione, & contentiones inter coniuges, & delationes pepererit multas, ostendit Paulus, quæ sua sit sententia. Nimirum propter dissensionem in religione non esse dimittendam, nec deserendam coniugem, modo ipsa manere velit. Diuersa enim religio non dissoluit fœdus coniugij: quod Deus vult esse per petuum & insolubile. Obseruandum est igitur hoc præceptum Apostoli, ne quis prætextu religionis vel expellet, vel deserat coniugem. Ac ne scrupulos relinquat in conscientia, docet fideles maritos vel vxores, consortio & cohabitatione infidelium vel vxorem vel maritorum non contaminari. *Infidelis, inquit, vir sanctificatur in vxore fidei.* Non potest hoc loco sanctificatio accipi pro reconciliatione & renouatione per Spiritum sanctum: Infidelis enim non sanctificatur hoc sensu per fidelem. *Iustus enim sua fide viuet.* Hab. 2. v. 4. *Et in de illa erunt duo in vno lecto, alter adsumetur, alter relinquetur.* Luc. 17. v. 34. Necessè est igitur intelligi hæc verba de legali seu civili sanctificatione: Infidelis vxor sanctificatur, id est, nihilominus legitimum est matrimonium, etiamsi alter coniugum sit infidelis: Licet fidei sine læsione conscientie habitare cum infideli, nec est quod metuat, nec contaminetur per infidelē. *Mundis enim omnia sunt munda:* Tit. 1. v. 15. *Et per verbum & orationem fidelibus omnes creatura sanctificantur:* 1. Tim. 4. v. 5. Hoc est vsus earum fit licitus & sanctus.

Probat hanc sententiam ab effectu, quia liberi illorum coniugum, qui in religione dissentiant, sunt sancti.

Si coniugium propter dissensionem in religione esset impurum: Etiam liberi essent immundi, id est, non legitimi. At liberi habentur per sanctis seu legitime natis: Ergo & coniugium talium est legitimum & sanctum. Manifestum est igitur quod Paulus hoc loco sanctum nominat, licitum, legitimum, purum, concessum, sicuti in lege res sancte dicebantur lege concessæ: Immundæ autem & communes, quæ lege erant prohibita. Violenter deprauat Calvinus hæc Pauli verba, si quidem interpretatur de spiritali sanctificatione, & abolitione maledictionis. Et contendit liberos fidelium esse sanctos ab utero, hoc est exemptos maledictioni: Quia peculiare habeat prerogatiua sanctorum liberi ex promissione, *Ero Deus semini tui.* Gen. 17. v. 7. Verum aliena est hæc interpretatio a mente Pauli, nec est *ἀγία* fidei. Vniuersa enim sacra scriptura testatur, oēs tam sanctorum quam impiorum liberos nasci obnoxios peccato & maledictioni legis. *Erasmus omnes*, inquit Paulus, *natura filij ira:* Eph. 2. v. 3. *Et Ioan. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum Dei.* Et Baptista dicit, *Matth. 3. v. 9 nolite dicere patrem habemus Abraham: Potest enim Deus ex lapidibus, hic filios Abrahæ excicare. Item non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt.* Ioan. 1. v. 13. *Et Dauid natus ex sanctissimis parentibus, de se inquit. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Non igitur hoc vult promissio: *Ero Deus tuus & Deus seminis tui:* Gen. 17. v. 7. Quod sanctorum liberi ab utero sint sancti: Sed Abrahæ & toti eius posteritati promittit Deus omnia bona, sed ita vt fide sibi hanc promissionem adplicent. Nec Isaac quidem de hac promissione gloriari potuisset, si mansisset incircumcisus. Cogitandum est etiã duplex esse semen Abrahæ, aliud carnale, aliud spirituale. Semen Abrahæ spirituale sunt, qui per Spiritum S. renascuntur & imitantur vestigia fidei Abrahæ. Hos percipue respicit promissio, & offert illis æternæ & presentis vitæ bona. Aliud est carnale semen, quod ex carne Abrahæ ducit originem, vt Esau, Absalon, Annas, Caiphæ, & Iudæi omnes. Et his quidem Deus benefecit, & eos magnis ornauit beneficiis propter Abraham sed propter carnis prerogatiua, neminem annumeravit sanctis, quin a singulis postulauit fidem. Aliena igitur est Calvinus interpretatio a Pauli loco.

15. *Si autem infidelis separatur: Separatur: Non est in seruitutem redactus in his vel frater vel soror.*

DE altero casu nunc erudit conscientias, si pars infidelis propter religionem nolit cohabitare fidei coniugi, discedat & dissoluat matrimonium: quid tum faciendum erit parti fidei & innocenti? Respondet Paulus, *frater aut soror in hoc casu non est redactus in seruitutem*, In casu de- fertionis innocenti licet ire ravinu- ptias, qua- si teneatur: libertas enim, in quam Christus nos licet ire ravinu- ferta extra culpam est, & si opus est coniugio propter conscientiam, licet innocenti & fidei parti aliud contrahere matrimonium. Paulus enim pronuntiat innocentem partem esse liberam. Non autem iudicio proprio persona desertæ se absolutæ & libertatē aliud matrimonium contrahendi sibi sumere debet. Sed absolutio est a consistorio Ecclesiastico, siue a ministerio, siue a politico magistratu petat. Ex hoc fundamento Pauli liquet bona conscientia parti innocenti deserte concedi posse coniugium alteri, a iudice Ecclesiastico vel politico, si desertor contumaciter repugnet legibus. Partem autem desertam & innocentem decet expectare tempus a legibus definitum.

In pace autem vocauit nos Deus.

16. *Quid enim scis tu mulier, num virum, saluabis, aut quid scis tu vir, num vxorem saluabis.*

Dd

Redis

Separatio propter vxoriam.

Caluini deprauatio.

Semen Abrahæ duplex Spirituale.

Carnale.

Religionis diuersitas non soluit coniugium.

Sanctificatio qualis intelligenda.

Legalis

Redit hic ad præcedentem adhortationem, ne pars fideles propter religionem dissoluat fœdus coniugij: *In pace, inquit, vocauit nos Deus*, quasi dicat: Tu pars fidelis non dabis occasionem vel marito, vel uxori, vt ex impatientia discedat, neq; tu deserens coniugem, sed summa cura concordiae studere debes, & omnes dissensionum occasiones vitare. Tua modestia, pietate, moderatione & omni genere officiorum coniugis animum tibi deuincire debes. Ad hoc enim vocauit nos Deus vt quam coniunctissime & placidissime inter nos viueremus. Addit argumentum ab effectu & vtilitate cohabitationis. *Fortassis, inquit, fidelis infidelis coniugem lucrabitur*: quemadmodum & Petrus inquit. *Epist. 3. v. 1. Vxoribus obtemperent suis maritis, vt si qui non credunt verbo, per vxorum conuersationem lucrifiant sine verbo, dum vident castam vestram conuersationem in timore.* Nihil autem maius optare debet coniux, quam vt vitæ socius æternæ etiam salutis fiat particeps. Et si igitur multe contentiones oriri solent ex dissensione in religione, tamen ferenda sunt illa potius, quàm dissolubendum matrimonium, propter hanc spem, fortassis nos lucrifacturos sociam vitæ infidelem. Hæc Pauli sententia de iis, qui iam in coniugio sunt & de religione dissentiant intelligenda est. Alia ratio est cum consilium tractatur de incundo matrimonio: tum enim vel precipua est habenda ratio religionis, nec villo modo assentiendum est, vt talis vitæ socius nobis matrimonio iungatur, quæ in religione a nobis dissentiat.

An liceat ducere alienam a religione nostra.

Hoc enim esset tentare Deum: vel non curare religionem. Ac Deus per Moysen seuerissime vetuit, ne Israelitæ filiis suis matrimonio iungerent filias Canaanorum, aut exterarum gentium, & causam adiecit: *Exod. 34. v. 16. Illa enim seducunt filios meos, vt scortentur post Deos alienos inclinabunt (inquit) corda vestra, vt ambulatis post Deos earum.* Ac exëpla tristissima Salomonis, Achab, Iorã, & similibus docent, quanti sit periculi, ducere coniugem dissentientem a nobis in religione. Ac dissensio in religione inter coniuges fomes est perpetuarum litium, contentionum & dissidiorum. Non igitur tentandus est Deus. De iis autem loquitur Paulus, qui iam sunt in matrimonio, & diuersa sunt religionis, dum alius illuminatur Euangelio: alius in tenebris errorum hæret, propter hanc dissensionem non est dissoluendum matrimonium: sed potius sperandum & Deus orandus, vt alter a terum Christo per pietam conuersationem possit lucrari.

17. Cæterum quemadmodum unicuique partitus est Deus: & quemadmodum unumquemque vocauit dominus sic ambulet, & sic præcipio in omnibus Ecclesiis:

Donorum ratio diligenter exploranda.

Generale hic interspargit præceptum, ex quo & de aliis similibus controuersis iudicium facere possint, nimirum diligenter considerandum esse, in quo genere, statu & conditione vitæ dominus nos vocauerit, & quale donum Deus unicuique imperitus sit. Si quis natura ad eo sis impedita lingua, vt vix possit intelligi, hic si adfuerit officia vel in Ecclesia vel in Reipubl. quæ vt plurimum oratione sunt ad ministranda: vel si quis admodum imbecilli sit corpore, & adfuerit grauissimos militiæ labores, is vix sanæ mentis habebitur. Ita si quis vult abstinere a coniugio, & votere castitatem, cum sentiat se destitui dono castitatis, & natum esse ad coniugium, insanus est. Singuli igitur considerare debent, quo dono a Deo sint ornati, eoq; recte uti debent. Etiam hoc videndum est, in qua conditione & statu nos vocauerit dominus. Necessè est enim illam conditionem non displicere domino, in qua nos ad æternæ vitæ consortium per Euangelium vocauit. Licet ergo nobis in ea manere bona conscientia, donec dominus pro sua benignitate nos ad aliud vitæ genus, vel conditionem transtulerit: Magna hæc & Apostolica est sapientia. Plurimi enim homines in eo peccant

& errant, quod existimant hoc vel illud vitæ genus, hanc vel illam conditionem impedimento sibi esse, quo minus pietatem colere possint. Multi si cogitant quod si non essem maritus, tum vellè amplecti Euangelionem: Et prompte seruire Deo. Alius cogitat, quod si non essem sub patria potestate: aut si non essem in hac functione, tum vellè edere confessionem. Atq; hinc est, quod multi subinde mutant conditionem & plerumq; indeterius: Multi deserunt suam vocationem, alij coniugium, alij rem publicam, alij ministerium, alij certamina: Et sperant se tranquilliore conscientia victuros in nouo genere vitæ: Sed hallucinantur turpiter: in ea statione, in qua filius Dei nos collocauit, fideliter seruiendum & fortiter pugnandum est. Nec curandum est in quocunq; simus statu: Si modo veram pietatem colamus, siue sis herus, siue minister, siue cælebs, siue maritus, siue doctus, siue idiota, siue ciuis, siue rusticus, siue miles, siue agricola, siue rex, siue consul, siue subditus sis, siue liber, siue seruus sis, nulla res te impedire potest in religione. Si enim quis te ad impietatem vel scelera cogere conatur, confessionem edere & pati potes. Et regnum Dei non consistit in externis conditionibus vel rebus, quæ huic vitæ seruiunt, sed in veritate, Spiritu, fide, pietate & patientia. Dignum est obseruatione, quod dicit se eodem modo in singulis præcipere Ecclesiis. Monet enim se non accommodare vel inflectere suam doctrinam ad varias hominum vel cupiditates vel mores, sed vbique eandem repetere doctrinam, omnibus eandem proponere legem, omnibus eandem offerre consolationem, omnibus vnum dare consilium.

Mutatio vocationis plerumque fit in deterius.

18. Circumcisus quis vocatus est, ne accersat præputium: In præputio quis vocatus est, ne circumcidatur:

19. Circumcisio est nihil: Et præputium est nihil: Sed obseruatio mandatorum Dei.

Præceptum generale accommodat ad alios casus, videlicet non esse curandum, siue quis in præputio, siue in circumcisioe vocatus sit. *Si quis, inquit, circumcisus est vocatus, non accersat præputium*: Non existimet se vicinior fore regno Christi aut magis idoneum esse ad beneficia Christi percipienda, si esset gentilis: Maheat Iudæus, non induat gentiles mores. Rursus gentilis non existimet se magis expeditum fore ad regnum Christi, si esset circumcisus, sed maneat in sua conditione & statu, & seriam pietatem se detur.

Nam nec circumcisio, nec præputium quidquam sunt: Id est, nec promouent homines ad regnum Dei nec eos impediunt. In externis illis ritibus non consistit regnum Dei *Sed in obseruatione mandatorum Dei*. Totam Apostolorum doctrinam hic intelligo, non tantum *rom. 14. de decem præceptis Mandata enim Dei sunt, primum conuertimini ad me & ego conuertar ad vos*: *Et hic est filius meus dilectus, hunc audite* Matth. 17. v. 5. His mandatis diuinis, si quis pareat, is idoneus est ad regnum Christi & particeps est fide omnium beneficiorum eius. Non igitur externa illa multum curanda sunt, sed opera danda est, vt voluntati diuinæ pareamus.

20. Vnusquisq; in ea vocatione, in qua vocatus est, maneat.

Repetit superius positum generale præceptum: Non esse mutandam vitæ conditionem, scilicet propter religionem: Quasi in illo vitæ genere commodius lectari possis pietatem, quam in hoc presenti Leuitas, impatientia, & cupiditas sæpe impellit homines, vt genus vitæ mutant, & multi prætendunt suis adfectibus religionem: Verum Apostolus respondet, non esse mutandam conditionem vel statum vitæ: Perinde est enim, modo serio agas penitentiam & credas Euangelio. *Vocationem vocat Apostolus non aliquod impurum vitæ genus, aut palam impium: Vt scortatores*

Vocatio honestum vitæ statum notat.

impuram vitam viuunt: Vturi turpia lucra sectantes, Moniales, Monachi genus vite ducunt improbum & impium. Hæc scelera & impietatem deponere debent homines, sed honestum & a Deo concessum vite genus, nominat Apostolus vocationem: Quod Deus verbo suo ad hoc vite genus vocauerit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Gen. 3. v. 19. Alia est vocatio cœlibis, alia mariti: Alia regis, alia subditi: Alia serui, alia Domini: Alia Ludimoderatoris, alia ministri Euangelij: Alia doctoris, alia auditoris. In quacunque ergo vocatione vel statu a domino vocamur: In ea permanere debemus, & fideliter serui, nec eam prætextu religionis deserere vel mutare.

Vocatione mutare num liceat.

Hic disputari solet, an liceat nobis mutare vocationem & de loco in locum migrare, atq; etiam aliud genus vite instituire. Multi mechanicas artes exercentes, paupertatem & intelices successus impatienter ferentes, deserunt suam vocationem & subinde mutant vite conditionem, sed plerumq; in deteriorem. Multi ex impatientia deserunt suas sedes, sed dum fugiunt pruinam, nunc obruuntur. Sacra ergo scriptura in multis locis, in Prouerbis Salomonis, in Psalm. 37 in Ecclesiaste & alibi consilium dat nobis, & hortatur, vt singuli in ea vocatione & statione maneamus, ærumnas, pericula & difficultates patienter toleremus, & euentum omnem Deo committamus, *spera in domino & fac bonitatem & inhabita terram, & victum quare honeste.* Item, Psal. 37. v. 3. & 27. *Declina a malo & fac bonum & inhabita in seculum seculi.* Reprimendus igitur est affectus impatientie, & non temere mutanda conditio aut sedes. Quod si vero grauis aliqua necessitas tibi imponatur, vt si pro labore ministerij tantum saluere nolint auditores cum possent facile, vt tuam familiam honeste sustentare possis, si commoda valetudine, in alio loco viui non potes, si conantur aliqui tuam gratiare conscientiam, & inprimis, si auditores te audire noluerint, aut te persecuti fuerint. Tum sane licet & sedem & conditionem mutare. Christus inquit, *si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Matth. 10. v. 23. Aut si ipse Deus te alio vocauerit, & eam obtulerit occasionem, vt cum magno fructu Ecclesie locum mutare possis, & perspicias Dei esse elementem voluntatem, vt te alio transferas, tunc pie facis, si vocantem Deum sequaris, sed caue, ne tuas sequaris cupiditates, ne tuum spectes lucrum vel honorem: Sed gloriam Dei & salutem Ecclesie, & nemini sis offendiculo: Nihil contra pietatem, nihil contra iustitiam facias.

Ambros.

Ambrosius miles fuit, & duxit exercitum: quæ vocatione longe distat a vocatione ministrorum. Cum vero ab Ecclesia Mediolanensi in Episcopum eligitur, & ex admirabili consensu totius plebis percipit Dei voluntatem, paret & ex milite fit Episcopus. Non fecit Ambrosius contra præceptum Pauli Apostolus enim hoc verat, ne prætextu religionis & ex impatientia mutemus vocationem: Aliud est cum ipse Deus nos vocat ad vite genus nouum.

- 21. *Seruus vocatus es ne cures: Sitamen liber fieri potes, magis vtere.*
- 22. *Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus domini est. Similiter & liber vocatus, seruus est Christi.*
- 23. *Precio redempti estis, ne fiat serui hominum.*
- 24. *Vnusquisque in quo statu vocatus est, fratres, in ea maneat apud Deum.*

Regulam generalem superius traditam & hic repetitam, nunc accommodat ad conditionem seruorum. Haud dubie disputarunt Corinthij, an necesse

esset seruos, qui fieri velint Christiani, manumitti: Num seruitus impediret fidem in Christum. Erudit igitur Apostolus etiam hac de re conscientias, & docet seruitutem non impedire religionem & fidem in Christum: seruus in sua seruitute manere potest, & nihilominus toto pectore credere in Christum & colere pietatem. Dominus etiam seruum in seruitute retinere potest, & nihilominus in Christum credere, & seruo veram religionem promittere. Externa enim & civilis res est seruitus, nihil ad religionem faciens, quæ nobis offert spiritualem libertatem.

Atque ita rursus distinguit hic Paulus inter Spirituale regnum Christi, & externas res seu civiles conditiones. Approbat etiam suo testimonio ius gentium de seruis & mancipis, & aliis rebus politicis. Ceterum monet, si libertatem nobis comparare possimus, vt annuamur, & libertate potius fruamur, quam perpetua seruitute premi nos sciamus. Licet ergo vite conditionem in melius mutare, si diuinitus nobis offeratur præclara occasio, idq; sic Ecclesie aut vilius detrimenato, & sine vulnere conscientie fieri potest. Monet etiam Paulus, si qua felicitas vel commoditas diuinitus nobis offeratur, eam nec morose repudiandam, nec oscitanter negligendam esse, sed cum gratiarum actione acceptandam & vsurpandam. Si opes & dignitates largitur tibi Deus, non furenter eas abicias, sed fructe benedictione domini: Si bonam valetudinem tibi largitur dominus, non furenter eam affligas immodicis ieiuniis & vigiliis, sed vtere dono Dei ad gloriam ipsius. Si libertatem acquirere potes annuere: Satis enim alias miseriarum & ærumnarum est in mundo: non est, quod ipsi nobis augeamus molestias. *Sufficit*, inquit Christus, Matth. 6 v. 24. *diei afflicto suo.* Et Salo: Eccles. 7 v. 15. *Tempore felici, sis animo lato.* Stolidi igitur fuerunt monachi, qui sine causa molestias sibi ipsi, cumularunt, & sæpe Deum tentarunt.

Qui in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Hic docet spiritualem libertatem quam Christus nobis acquisiuit, nihil impediri seruitute civili. Si igitur non licet sperare libertatem, nihil est curandum: si quidem & Spirituales libertas nobis constat: *libertus domini est*, qui est liberatus ex tyrannide peccati, mortis, Saranæ & inferni, est donatus Spiritu sancto, & est liber a legibus Moyses, & traditionibus humanis, & libertatem possidet in Iesu Christo ad eundem Deum & sperandi vitam æternam.

Similiter qui liber vocatus est seruus est Christi. Hic monet homines liberos in Christianismo non esse meliorem conditione, nec habere prærogatiuam præseruati. Sed perinde ad seruiendum Christo de uinctos esse atq; sunt serui. Causa liber, seruus est Christi, si accedat ad Ecclesiam. Hoc est, omnia sua consilia, conatus, labores, opes & quidquid a Deo accepit, ad Christi gloriam illustrandam & ædificandam Ecclesiam conuertere debet, non exultet se plus habere licentia, quam seruus quipiam vilis.

Precio redempti estis, nolite fieri serui hominum. A dignitate causæ efficientis & meritoria nostræ libertatis, nos hortatur, vt libertatem, quam in Christo possidemus, tuamur. *Magno* inquit, *precio redempti estis non auro neq; argento,* inquit Petrus, 1. Epist. 1. v. 18 *sed precioioso sanguine unigeniti filij Dei.* Equum est igitur, vt bonum tanto emptum precio studiose tueamur. Ac docet non esse committendum, vt nos hominibus in seruitutem dedamus, aut illis nos ita obligemus, vt ad illorum nutum nobis sit viuendum. Variæ enim sunt hominum cupiditates: Et magna inconstantia voluntatum: Cauendum igitur, ne cum vulnere conscientie cogamur seruire hominum voluntati. Qui autem vel certo domino vel certæ Ecclesie operam suam addicit, is non fit seruus hominum, sed est minister Dei: Et omnium suauissima & nobilissima libertas est seruire Iesu Christo. Cum iubet manendum in vocatione apud Deum: Monet semper oculos in

Seruitus si dem non impedit.

Vite conditionem mutare licet in melius.

Libertas Spirituale in seruitute civili.

Seruire hominibus quid.

Deum coniciendos esse: Et eius voluntatem respiciendam, ne quid contra eam tentemus.

25. *De virginibus autem mandatum domini non habeo, consilium autem do, ut qui misericordiam consecutus sum a domino, ut fidelis sim.*

26. *Existimo igitur hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quod bonum sit homini sic manere.*

27. *Alligatus es coniugi, ne queras solutionem, solutus es a coniuge, ne queras coniugem.*

Ad alias questiones Corinthiorum, quid de virginibus sit statuendum, num elocandæ sint filiae, an vero perpetuo alendæ domi extra coniugium: Respondet nunc Paulus. Ac primum modeste distinguit inter consilium, quod bona fide impertiat, & inter mandatum domini. Nam domini mandato, sine omni tergiversatione & deliberatione, prompto animo est obtemperandum: Ad consilium vero hominum non sumus adstricti, sed in nostro arbitrio est positum, num illud sequi, vel aliam rationem inire velimus. Pontificij flagitiose abutuntur hac distinctione: fingunt enim diuina mandata ita inter se differre, ut alia sint præcepta omnibus, alia sint consilia data perfectionem adsectantibus. Deinde fingunt illa mandata, si quis dixerit fratri iracha, verus est iudex: Matth. 5. v. 22. Item, Ne omnino iuretis: v. 34. Item, si quis aspexerit mulierem ad concupiscendam eam: v. 28. Item, si quis te percussit in dexteram maxillam, obverte illi & alteram, v. 39. non esse mandata singulis, sed tantum ut consilia proposita perfectionibus. Hic error profus obsecrat spiritali legis iudiciū, quia a singulis requirit internā & spirituale & omnibus numeris absolutam obedientiam. Longe alia est mens Pauli, qui de singulis mandatis domini dicit, *lex spiritualis est.* Rom. 7. v. 14.

De iis autem, quæ mandato domini definita non sunt, sed nostro arbitrio sunt relictæ, dicit se fidele communicaturum consilium, ut quia domino hanc gratiam est nactus, ut bona fide ædificet Ecclesiam. Quo terrarum loco velimus vivere, quas artes, vel liberales vel mechanicas velimus exercere, quo genere ciborū, aut vestimentorum uti: Num in cælibatu vel coniugio vivere velimus: Nostro arbitrio permisit Deus, & in his nobis licet eligere & statuere, quod placuerit & ex re nota visum fuerit. Hæc si mandatis fuissent definienda, oportuisset Deum singulos alloqui homines. Tu sutor, tu factor, tu concionator, tu Ludimoderator eris. Verum Deus contentus est generali præcepto. *Diliges dominum Deum tuū & proximum: sicut te ipsum:* Et Matth. 22. v. 37. *Et in sudore vultus tui visceris panem:* Gen. 3. v. 19. *Et honora patrem & matrem tuam, ut sis longævus super terram.* Exod. 20. v. 12. Quæ rationi subiecta sunt nostro & nostrorum parentem permittit arbitrio. Non igitur postulandum est, ut Deus in singulis deliberationibus de cælo nobis patefaciat suam voluntatē, sed Deum orabimus, ut monstrat recta consilia, & offerat præclaras occasiones: Deinde parentes & pij homines in consilium sunt adhibendi. Et conscientia tua statuere debet opus utrum placere Deo, quod in timore domini suscepisti. Ita hoc loco Paulus dicit se non habere mandatum, ideo neminem adstrictum esse ad obediendum: consilium autem se impertiri, quod ipse sentiat esse commodissimū. *Existimo, inquit, quod bonum sit homini sic manere:* Hoc est: Commodius esse puto, si virgines inuptæ manent & abstineant a coniugio, & addit causam huius sui consilij, *propter instantem necessitatem.* Considerat Paulus quam variis periculis expositi sint pij: Quod imminant illis pericula, carceres, amissiones facultatum, dira supplicia. Ad has miseras subeundas, expeditio-

res sunt cælibes, quam coniugati. Videt etiam multos in exiliis & ærumnis, amore coniugium & liberorum frangi & deficere a veritate: Ut igitur minus haberent tentationum, consulit, ut qui extra coniugium est, & sine vulnere conscientie, coniugio carere potest, non contrahat matrimonium. Et pijs parentibus graue erat elocare filias, inter gentes, ubi patet ad veram religionem accedebant.

Non dicit Paulus cælibatum esse sanctius vitæ genus, quam coniugium: Nequaquam: Sed cælibes dicit non esse sanctioris conditionis. Respectu igitur difficilissimi temporis Ecclesiæ, hoc impertit consilium.

Ne quis autem hoc prætextu quærat solutionem a coniuge, vetat ne quis auellat se a coniuge, cui scedere indissolubili est vinculus. Qui in matrimonio est, in eo permaneat. Coniugium enim non impedit religionem, sed schola est Spiritus sancti. Si quis autem solutus est a coniuge, non quærat uxorem. Fruatur illa libertate & commoditate, quæ illi obuenit. Verum tanta est imbecillitas & inconstantia voluntatis humanæ, ut vnumquemque sortis suæ pœniteat. Quibus dedit Deus vitæ sociam, cuperent se vinculo matrimonij liberatos esse. Qui sunt extra coniugium, eo putant se infeliciores cæteris esse. Hanc lenitatem taxat Paulus & monet præsentem statum boni consulendum, & oblata occasione & commoditate præclare utendum esse: & non committendum ut cupiditatibus nostris indulgentes miseras nostras adaugeamus.

28. *Si vero uxorem duxeris, non peccasti: Et si virgo nupserit, non peccauit: adstrictionem autem in carne habebunt tales. Ego autem vobis dico.*

Consilium quidem impertit, sed neminem cogit ut id sequatur: ac ne conscientiam quidem hoc consilio adstrictam esse vult. Relinquit enim vniuersisque arbitrio, quid iudicet sibi fore commodissimum. Quisq; enim sentit potissimum, quæ præmarur necessitate, & quid ferre possit. *Quod si, inquit, duxeris uxorem, aut virgo nupserit viro, non iniiciet hoc scrupulum conscientia:* Omnibus enim est licitū contrahere matrimonium. Adstrictiones autem carnis habituri sunt: rimenda sunt exilia cū coniuge & liberis, & varia persecutionum genera propter religionem. Et hæc in re vobis parcere cuperem, ut quam minimum haberetis tentationum. Sed si ita placet animo vestro inire matrimonium & sustinere carnis adstrictiones, non peccastis: res enim posita est in vestro arbitrio. Et tanto ardentius orandum vobis est, ut Deus mitiget ærumnas, & adstrictionem, & largiatur patientiam, & constantiam in agnita veritate.

29. *Hoc dico, fratres, tempus, quod reliquum est, contractum est: itaque quæ habent uxores, sint tanquam nobis habentes.*

30. *Et qui lugent, tanquam non lugentes: Et qui gaudent, tanquam non gaudentes. Et quæ emunt, tanquam non possidentes:*

31. *Et qui mundo hoc utuntur, tanquam non abutentes. Transit enim figura huius mundi.*

Ostendit Apostolus, quem scopum pij in omni liberatione de hisce mundanis rebus semper ante oculos habere debent, nimirum cogitandum breue & exiguum esse hoc tempus, quod degimus in hoc mundo: migrandum nobis est hinc. Non igitur totum nostrum occupari debet curis rerum mundanarum, sed

Consilium Pauli.

Pontificiorum consilia.

Cælibatus non est sanctior conditio.

Quod si, inquit, duxeris uxorem, aut virgo nupserit viro, non iniiciet hoc scrupulum conscientia.

londra

sed ad æternam cum Deo consuetudinem nos in dies præparare, & Dei gloriæ perpetuo inseruire debemus. Hunc scopum, qui semper intuetur, is in mundo vivit, tanquam non esset in mundo: nam animus eius & πολιτευμα in cælis est. Et siue obtineat, siue amittat res mundanas, eodem modo tam ea erga religionem est adfectus, & in omnibus se sustentat spe vitæ æternæ. *Qui coniuges habent, sicut tanquam non habentes*, quasi dicat: Non in eo ponant summam felicitatem, quod habent commodas vitæ locias: cogitent discedendum aliquando esse a coniuge & liberis. Atque ita prompte seruiant domino, ac si non haberent coniuges. Dilectionem Dei, a mari coniugum præponant. *Qui lugent, sicut tanquam non lugentes*, hoc est, non plane frangantur luctu, propter obitum mariti, vel coniugis, vel parentum, vel liberorum. Sed moderentur dolori spe futuræ resurrectionis, & quod apud dominum in cælis perpetuo sint victuri. *Qui gaudent, sicut tanquam non gaudentes*. Hoc est, qui felicitate fruuntur, beneficia a Deo accipiunt & in his gaudent: non ponant in hac temporali felicitate summam beatitudinem, sed sciant eam brevi transituram, & singulis momentis varias ærumnas hic expectandas esse. Ideoque in ipso gaudio simul metuendus est Deus, & submisit inuocandus, ne sinat nos labi: *Qui emunt, inquit, tanquam non possidentes*. Contra cibus carere non possumus, quam diu sumus in hac vita. His autem sic uti debent Christiani, ut non patiantur se totos occupari emptionibus: nec in possessione terrenorum bonorum præcipuam ponant felicitatem: sed assidue cogitent sibi hinc migrandum, & omnia relinquenda esse. Utantur igitur & fruantur opibus a Deo concessis, cum gratiarum actione: & semper ad relinquendum ea, sint parati. Si quis iter ingressus in patriam felicem & beatam, incidat in itinere in diuersorium, non omnino incommodum: prudenter facit, si eo fruatur animo læto, & Deo gratias agit, & membra ex labore professionis defatigata, quodammodo refocillat. Si quis vero ita delectetur peregrino diuersorio, ut dulcissimæ & beatissimæ patriæ obliuiscatur, ne ille totus est fatuus. Sic in hoc mundo peregrinamur: si opes & alia huius vitæ commoda cõtinentur: si commodum conceditur hospitium: fruamur bonis a Deo concessis, sed caueamus, ne animum nostrum opibus & huius vitæ commodis ita occupari patiamur, ut æternæ vitæ obliuiscamur. Semper nobis in conspectu esse debet regula Christi, Luc. 21. v. 34. *cauetote ne grauentur corda vestra cura, de huius vitæ necessariis. Vigilate autem & in omni tempore orate, & digni sitis, qui effugiant ista omnia. & stare possitis ante filium hominis, & cum Paulo semper orare debemus, Cupio dissolui & esse cū Christo.* Philip. 1. v. 23. In summa, summum bonum & summam felicitatem, non in caducis, & pereuntibus huius mundi bonis, sed in vitæ æternæ perpetua felicitate ponere debemus. *Figura enim, id est, gloria, forma, opes, commoda, & quidquid carum est carni in mundo transit, nihil est stabile, nihil perpetuum. Non igitur est summum bonum.*

32. *Volo autem vos sine cura esse: cælebs sollicitus est de eis, quæ domini sunt, quomodo placeat domino.*

33. *Qui vero uxorem ducit, curat ea, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. Discrimen est inter uxorem & virginem.*

34. *Innupta curat ea, quæ sunt domini, ut sit sancta corpore & Spiritu: Quæ vero nupsit marito, curat ea, quæ sunt mundi, quomodo placeat vi-*

ro.

CAusam exponit, cur viduis & virginibus, dissuadeat matrimoniuta: Nimirum ut expeditius domino seruire possint. Non quod calibatus vel virginum vel viduarum sit vitæ genus sanctius, quam coniugium, ut stolidi monachi sinterunt, sed ne in tanta persecutionum mole in religionis cultu impediuntur. Animum suum paternum ostendit Paulus erga Corinthios: Quod cupiat eos sine omni molestia & impedimento sequi veram pietatem: *Cælebs, inquit, curat ea, quæ domini sunt*: De eo loquitur, qui donum habet continentie: Is expeditius potest ea, quæ ad religionem & ministerium pertinent, sectari: Si ingruit exilium, non est quod vereatur coniugis vel liberorum querelas: Si ducitur in carcerem, non est quod frangatur amore coniugis: si edenda est confessio, non necesse est ut metuat, ne coniugem & liberos adducat in periculum: Sed quodammodo libera curis huius seculi liberam & alacrem potest edere confessionem. Maritus quidem debebat non minori alacritate edere confessionem, quam si cælebs esset: Et gloriâ nominis diuini anteponebat amori coniugis & liberorum: Sed in paucis ista et hæc fortitudo & constantia animi. Haud dubie vidit Paulus tristissima exempla defectuum: Quod mariti fracti amore coniugum & liberorum, quos viderunt confessione in atrocissima pericula coniecti, abnegarint veritatem, aut proiecerint ministerium Spiritus: Item, quod multæ matronæ veritate maritorum offensionem abiecerint Euangelij professionem & redierint ad impietatem ethnicam; *non enim omnium est fides.* 2. Thess. 3. v. 2. Quia igitur tum tam varia imminuebant impedimenta, suadet Paulus: ut qui matrimonio alligatus non est, libertate concessa fruatur, & rotus in hoc sit, ut placeat domino Iesu Christo.

Cælebs, inquit, curat ea, quæ sunt domini: Nimirum cælebs, qui donum habet continentie, qui ad fidem conuersus est, qui vero pietatis zelo ardet. Ieremias & Baptista non fuerunt mariti: Vterque enim & difficillimo tempore docuit Ecclesiam, & commodius potuit obire partes ministerij, & facilius seruire arumnes, quæ obrigerunt. Totum hoc fuerunt, ut regnum Christi amplificarent. *Qui vero ducit uxorem, curat ea, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori*: Non loquitur Paulus de Sardanapalis, qui seruient libidini & stultis cupiditatibus mulierularum: Sed de piis & ad Deum conuersis maritis loquitur: His sollicitudo incumbit, quomodo coniugem & liberos nutrire, fouere & defendere possint. Hi sæpe impediuntur in cursu religionis, amore coniugum: Sæpe omittunt necessaria pietatis officia, ne perpetuas lites & rixas in matrimonio accendant: Sæpe in gratiam coniugum, aut colludunt cū impiis, aut conuiuent ad manifestam impietatem, aut adprobant Idola. Ut igitur liberi sint pii ab huiusmodi tentationibus, præsertim cum nascente primū Ecclesia inter gentes, pii coniuges vix haberi possint, suadet Paulus, ut matrimonio abstinant. Idem suadet & virginibus: *Magnam, inquit, discrimen est inter coniugem & virginem*: Sciuet quod ad libertatem attinet. Virgo maiore libertate sequi potest veram religionem, quam vxor quæ maritum habet infidelem & morosum.

Virgo curat ea, quæ domini sunt: Nimirum, quæ donum habet castitatis, & flagrat sincero pietatis studio, *ut sancta sit corpore & Spiritu*. Quasi dicat: Sic suadeo virginatatem & calibatum, ut qui hoc meum consilium sequi volunt, ab omni immunditie & impuritate abstineant: Non flagrent flammis libidinum, non polluant se illicitis effusionibus seminis, sed in vera castitate & sanctitate seruiant domino.

Quæ nupsit, curat ea, quæ mundi sunt, quomodo placeat marito. Non improbat Paulus in vxore studium obsequendi & placendi marito iuxta Dei præceptum, sed indicat sæpe piis vxoribus, obici grauissima impedimenta pietatis, quando ira & offensio mariti timetur, quando in gratiam mariti, vel adprobantur Idola, vel occultatur veritatis confessio, vel omittitur necessarium pietatis officium. Ne igitur tentationibus

Coniuges & liberi quomodo habendi sint.

Bona terrena quomodo possidenda.

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

si quis in

implicentur, laudet, vt matrimonio abstineant virgines, quæ continentia donum habent.

35. *Hoc autem ad vestram utilitatem dico, non vt laqueum vobis inticiam: Sed vt ostendam, quid sit honestum, & quo facilius domino sine diuisione adhaerere possitis.*

Necessariam interspergit exceptionem, vt quisq; se ipsum examinet, num sine vulnere & periculo conscientia hoc Pauli consilium sequi possit. Non ignorat Paulus paucos homines in mundo dono castitatis instructos esse: Non ignorat Apostolus qualia sint in misera & corrupta natura incitamenta libidinis, quales sint insidie Diaboli, quanta si hominum securitas & temporis in precatione. Eligitur singulari fide suum consilium exposuit de seruanda castitate: tamen quia non omnes capiunt verbum hoc, vt Christus inquit, Matth. 19. v. 22. discrete testatur se non ponere laqueum conscientis: Se non adigere vel virgines, vel viduas, vt sese voto castitatis adstringant: Quod insani & impuri & scelerati pontifices Romani fecerunt: sed omnino relinquere se illis liberum, siue velint nubere, siue abstinere a matrimonio. Se enim tantum exposuit se commodam vitæ rationem, & quomodo quis instructus dono castitatis perpetuo sine distractione domino queat adherere.

36. *Si quis vero existimat hac non conuenire suæ virgini, sit tempus nubendi prætereat: & sic fieri oportet, quod vultus faciat non peccat iungantur matrimonio.*

37. *Qui vero stat firmus, in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habet propria voluntatis, & hoc decreuit in corde suo, vt seruet suam virginem bene facit.*

38. *Itaq; qui elocat nuptum, bene facit: Qui vero non elocat nuptum, melius facit.*

Apostolus admodum sollicitus vt Corinthij eius mentem recte percipiant, sæpe repetit & fidele suum consilium, & adiunctam exceptionem, quod nullius conscientia iniiciat laqueum, nemini eripiat libertatem, quam possidet in domino. Subinde igitur inculcat, eos qui matrimonium contrahunt, aut filias suas elocant, non peccare: Coniugium enim omnibus hominibus est concessum. Monet etiam parentes, vt diligenter expendant & dona liberorum, & quid ipsa postulet necessitas. Sunt quidem liberi in potestate parentum: sed tamen inuitos liberos, neq; ad coniugium, neque ad celibatum cogere debent parentes: imo & conscientia liberorum consulere debent. Si, inquit, *stans esse est fieri*: quasi dicat: si animaduertit parens, filiam sine periculo pudicitia matrimonio carere non posse, omnino elocet eam & sciat se non peccare.

Qui vere firmus est in sua sententia: Hoc est, qui animaduertit filiam non admodum expetere matrimonium, vt quæ dono castitatis sit ornata, & videt nullam sibi imponi necessitatem elocandi filiam, ille bene facit: Nam & suæ filia tranquillitati & quieti recte consulit.

Consensus Atq; hic præclarum habemus testimonium, quod **parentum** ad liberorum matrimonia, parentum voluntas & consensus omnino accedere debet, quodque liberi sint in **in nuptiis** potestate parentum. Hac autem potestate parentes in **requiri**

timore Dei & moderate vti debet & nequaquam eam in tyrannidem conuertere. In primis conscientia liberorum recte, & paterno animo consulere debent.

Quod dicit eos, qui non elocant filias nuptum, melius facere quam illos, qui elocant: non est sic accipiendum, quasi Deo gratius officium præstent: aut quasi maior sit sanctitas in celibatu, quam in matrimonio: sed quod melius sibi & suis consulat, respectu præsentis necessitatis, & impendentis persecutionis. Plus ille, qui non elocat, tranquillitatis & quietis habiturus est: & minus tentationum & molestiarum.

39. *Vxor alligata est lege, quanto tempore viuit maritus eius: si autem dormierit vir eius, libera est cui voluerit nubat, tantum in domino.*

40. *Felicitior autem erit, si sic manserit, iuxta meam quæ sem sententiam. Existimo autem & me habere Spiritum Dei.*

Que admodum virginibus non ademit nubendi libertatem, licet consilium de celibatu communicarit: ne laqueum conscientis iniiceret: Ita & viduas instruit nulla lege eas prohiberi, quo minus nubere possint, si indigent matrimonio.

Quandiu maritus viuit, lege alligata est. Id est, indissolubile fœdus matrimonij durat, quandiu utraq; pars viuit, Marito autem e viuis sublato, libera est prorsus vidua. *Cui voluerit nubat, tantum in domino*: Hoc est, in timore domini, & cum serua inuocatione filij Dei Iesu Christi. Nam sine benedictione Iesu Christi, coniugium non cedit feliciter. Sine omni obscuritate planissime adprobat hic Paulus secundas nuptias. Quare Tertullianus, Hieronymus & alij, qui vel damnarunt, vel insectati sunt secundas nuptias, grauius in eo ballucinati sunt & peccarunt, quod Spiritus sancti doctrina contradixerunt.

Quod dicit Apostolus, *beatior fore viduam, si sic manserit*, non est intelligendum, quod eo acceptior sit Deo, quod maiorem gratiam apud Deum mereatur, aut vicinius sit regno Christi: Vt monachi Pauli locum corrumpunt: Sed de terrena & corporali beatitudine loquitur: *Beatior erit*, id est, minus habebit molestiarum: Minus subibit periculorum, maiore tranquillitate fruetur: maiore libertate pietatem sectari poterit. Itaque prudenter facit, si oblatam felicitatem custodiat. Quod si vero sentiat se indigere coniugio nubat, & certo statuatur se non peccare. Ne pij adspiciantur consilium Pauli, tanquam ex prudentia carnis profectum, testatur se habere Spiritum Dei, vt qui sit Apostolus Iesu Christi.

Loci doctrinae.

I. **P**rimus locus est de coniugio, quod sit fœdus vnius maris & feminae indissolubile. Quodque piis liceat bona conscientia viuere in coniugio: Et quod neutra pars alteram deserere debeat: Sed debitam præstare beneuolentiam. Et quod non tantum sobolis causa, sed etiam ad vitandas libidines in eundem sit matrimonium.

II. Quod celibatus sit res licita & media: præsertim si quis habeat a Deo donum continentia.

III. Pios coniuges debere aliquando ieiunio & ardentiori precationi vacare & sese ad tempus continere. Sed simul cauere, ne tententur a Satana.

IV. Quod sit discrimen inter præceptum Dei, & consilium Apostolorum vel pastorum: Mandato Dei sine omni tergiversatione & deliberatione obtemperandum est. Sed consilium Apostolorum vel pastorum non imponit nobis parendi necessitatem, sed relinquit libertatem, & hortatur, vt nostram conscientiam

clausura
liber

omnino
liber

Nubere in
Domino.

Secundæ
nuptiæ p-
bantur.

Tertull. &
Hieron. eas
damnant.

Patria potestas in elocandis liberis.

Consensus parentum in nuptiis requiri.

Viam & vires examinemus & in consilium adhibeamus.

V. Propter religionis diuersitatem nec deserendam nec a se abigendam esse coniugem. Valer enim foedus coniugij inter coniuges diuersae religionis.

VI. Quod Paulus dicit infidelem sanctificari perfidelem coniugem, & fidelium liberos esse sanctos: Non de spirituali sanctificatione intelligendum est: Sed quod liceat sine vulnere conscientiae fidelem cohabitare infideli coniugi, & liberos utriusque enutriere.

VII. Quod persona deserta a coniuge & innocens, iure absoluat per iudicem a parte desertrice: Quodque ei concedendum sit alterum matrimonium, si eo indiget. Libera est enim teste Paulo.

VIII. Singuli in ea vocatione, in qua vocati sunt manere debent: Legitimum & honestum vitae genus non est mutandum propter religionem.

IX. Quod regnum Dei spirituale non consistat in externis ceremoniis, vel ritibus: Sed in obseruatione mandatorum Dei, id est, vt legi & Euangelio obediamus.

X. Cum diuinitus offertur occasio darum vitae genus in melius mutandi, annitendum esse: Et non stolidè cumulas nobis esse miserias & arumnas.

XI. De tuenda libertate Christiana, quae magno precio, nimirum sanguine vnigeniti filij Dei nobis est comparata.

XII. De arumnis & afflictionibus coniugum: quas licet quidem vis declinare, qui dono continentiae sunt instructi: Sed qui hoc dono destituuntur, cauere debent, ne incidant in laqueos Satanæ.

XIII. Regula insignis, quae totam nostram vitam, omnes contractus, & omnes nostras deliberationes & actiones gubernare debet: Nimirum sic mundo & rebus mundanis vtendum esse, vt eas nunquam anteponamus salutis, vt ea non impediunt pietatem, non occupent cor nostrum: sed semper ad Deum respiciamus, & nos ad migrationem ex hac vita ad caelestem consuetudinem, praeparemus.

XIV. Impia & sacrilega vota monachorum de castitate perpetua improbat hic Paulus, quia non vult conscientis iniuri loquum.

XV. Pontificiam etiam legem de celibatu ministrorum verbi, damnat hic Paulus. Testatur enim in Spiritu sancto melius esse nubere, quam vri: Et ad vitandas libidines, vult vt singuli proprias habeant coniuges.

XVI. Adprobat etiam Paulus secundas nuptias.

CAPVT VIII.

1. De iis autem, quae idolis offeruntur, scimus quod omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas autem adificat.

2. Si quis autem videtur sibi scire aliquid, nec quidquam nouit, quemadmodum oportet scire.

3. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

4. De escis igitur, quae idolis sacrificatae sunt, scimus quod nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus alius, nisi vnus.

quod Christianorum conscientia nullis legibus captuari possit, quod idola nihil essent, quod *munda omnia essent munda*. Tit. 1. v. 15. Verum hac scientia & libertate abutebantur potius ad offendiculum proximi, quam ad consolationem suae conscientiae & aedificationem Ecclesiae. Reprehendit igitur hunc abusum Paulus, & docet qua pietate, modestia, dilectione proximi, & circumspessione ipsius libertate & scientia rerum spiritualium vti debeant. Lege diuina prohibitum erat, ne filij Israel ederent idolothyta, id est, ea, quae idolis sacrificata erant. Et habuit illa lex grauissimas causas. Postulat enim Deus confessionem: prohibet approbationem idolorum, monet vt abstinemus ab idolis & idolatris, ne ad impios cultus inuitemur. Vsitatum igitur in Ecclesia fuit, eum Israeliticam tum Christianam, Ethnicam sacrificia vitare & Idolothytis abstinere. Varij autem casus inciderunt, saepe ad fidem Christianam conuersi gentiles, inuitati fuerunt a cognatis Ethnicis ad conuiuia, in quibus Idolothyta adponebantur. Saepè vxor pia mariti Ethnicis cogebatur interesse conuiuii mariti: In fine variae disputationes & controuersiae & quaestiones motae sunt. Paulus igitur instruxit eos cognitione libertatis: quod *domini sit terra*: Psalm. 24. v. 1. & *mundis omnia sunt munda*. Tit. 1. v. 15. Ideo non opus esse longa inquisitione, quid sit Idolothyta, quid e macello allatum. Quia vero hac libertate quidam superbe abutebantur, restringit eam Paulus & reuocat eam ad regulam Dilectionis, quae veluti exillum totum exercituum virtutum regere debet. Estque haec summa sententia Pauli & totius octauae capituli. Idola omnino nihil sunt, & Idolothyton nihil est: mundis vero omnia sunt munda, & Christianis licet omnibus Deo creatis vti cum gratiarum actione 1 Tim. 4. v. 4. & 5. Idcirco nostris conscientis nullus seropulus iniici debet. Cum vero animaduertimus fratrem nostrum facto posse laedi & offendi, scientiam nostram non debemus superbe ostentare, nec libertate petulantè vti: sed potius infirmitati proximi consulere, & eius offensionem cauere: potior enim nobis esse debet salus proximi, quam extenarum rerum liber vsus. Immiscet autem huic doctrinae Paulus acrem castigationem arrogantiae. Ex hoc enim fonte manere solet libertatis abusus.

Scimus, inquit, quod omnes cognitionem habemus: per mimesin recidat superbam vocem Corinthiorum, quae iactarunt: omnes sumus illuminati, omnes sumus docti a domino, omnes ergo scientiam habemus, quod nihil sit idolum. Est autem verum est omnes Christianos illuminari a Deo, & excellentia dona conspici in sanctis: tamen magnum est discrimen inter pios: alius plus, alius minus lucis habet. Et semper inbecillum maior pars est in Ecclesia. Non ergo tam superbe gloriandum est. Scientia, inquit Paulus, inflat: dilectio adificat: quasi dicat: Regnum Dei non consistit in cognitione: non satis est te multa nouisse: sed etiam singula ad Dei gloriam & proximi salutem referenda sunt. Multi ad superbiam vtuntur scientia religionis: Potius igitur dilectioni est studendum, quae semper adificat proximum. Si quis, inquit, videtur scire quid: nouum nouit: Ihanem sapientiae persuasionem taxat vt in tota Epistola: & reuocat eos ad cognitionem propriae infirmitatis. Non satis est nosse aliquid in genere, sed simul omnes circumstantiae perspicendae sunt. Et facilis est lapsus humani ingenij. Ideo nihil est tutius aut melius quam submisisse de se sentire, & semper orare dominum vt nos regat suo sancto spiritu & monstret salutaria consilia. Qui diligit Deum, hic cognitus est a Deo: Potius in cogitatione debemus quod nos noti sumus Deo per Christum tanquam domestici, quam quod nos multa cognoscamus. Qui vero diligit Deum & proximum, hic cognitus est a Deo. Ducitur enim a Spiritu sancto, qui in ipso accendit dilectionem Dei & proximi. Ante omnia igitur studendum est dilectioni proximi, & semper considerandum, quid expediat Ecclesiae.

De escis igitur sacrificatis idolis scimus: Post correctionem redit ad propositam quaestionem, & primum diluit

Infirmorum ratio habenda est.

Mimesis.

Scientia vera.

Summa cap. vsus libertatis Christianae.

In hoc 8 Capite Apostolus nouum tractat argumentum: Docet enim Corinthios de vero vsu libertatis Christianae, & taxat eius intempestiuum vsu, cum offendiculo proximi. Perceperant Corinthij doctrinam a Paulo traditam de libertate Christiana,

mum diluit Corinthiorum pretextum. *Nos scimus* (inquit) *quod idolum nihil sit in mundo, & quod tantum vnus sit Deus.* Ergo non est, quod vereamur idola vel idolothyta. Respondet Paulus. Verum quidem est idolum esse nihil, & vnum tantum esse Deum: Sed non omnes parem habent cognitionem veritatis, ideo nō tantum, quid liceat tibi, sed etiam quid expediat Ecclesiæ, videndum est. Doctrina Ecclesiæ, quod vnus tantum sit Deus, & quod cætera numina gentium conficta extra Ecclesiam vel etiam in ipsa Ecclesia nihil sint, hoc loco attente obseruetur.

5. *Etsi enim sunt, qui dicuntur dī, siue in cælo, siue in terra: Quemadmodum sunt dī multi, & domini multi:*
6. *Nobis tamen vnus est Deus pater, ex quo sunt omnia & nos in ipsum: Et vnus Dominus Iesus Christus per quem sunt omnia & nos per ipsum.*
7. *Sed non in omnibus est cognitio.*

Notitia Dei vera:

Ethnica.

Discrimen inter Ethnicum & veram notitiam.

Differte distinguit Paulus inter notitiam Dei in Ecclesia & commentitiam religionem, qua fictitia numina inter gentes coluntur. Hoc ergo insigne discrimen inter veram Ecclesiam & alias scctas, diligenter obseruetur. Ecclesia agnoscit verum Deum patefactum in Ecclesia, qui est vnus, & a quo sunt omnia: I. Gentes extra Ecclesiam colunt varia numina, que nihil sunt, nec iuuare nec nocere. Præterea gentes extra Ecclesiam ignorant voluntatem Dei clementem in Euangelio patefactam: Itaq; spem nullam in Deū ponere possunt. Ecclesia vero intelligit Dei clementissimam voluntatem, quod propter Christum gratias poenitentiam agentibus, velit remittere peccata. II. Doctrinam etiam tradit, distinctas esse personas in diuinitate, Deum patrem ex quo sunt omnia, & filium Dei Iesum Christum. III. Tertio: doctrina de creatione hic attingitur, quod omnia, quæ facta sunt, per filium sint facta. IV. Quarto: doctrina de fine hominis conditi nobis proponitur: Nimirum hunc esse præcipuum finem hominis, vt seruiat laudi & gloriæ nominis diuini, & perpetuo celebret sapientiam, iustitiam, & omnipotentiam Dei.

Sed non in omnibus est cognitio: Quasi dicat: Etsi in Ecclesia hæc clara Dei notitia lucet, & Christiani ex tenebris Ethnicæ idolomania liberati sunt: magna tamen est dissimilitudo Christianorum: Multi sunt ignari, multi rudes, multi infirmi: Horum igitur semper est habenda ratio potius, quam in tempestiue ostentanda magna scientia libertatis. Estq; hæc principalis responsio Pauli ad pretextum Corinthiorum.

Aliqui vero conscientia idoli, etiamnum vt idolis sacrificata esca vescuntur, & conscientia ipsorum infirma existens inquinatur.

8. *Cibus autem nos non commendat Deo. Neg, enim etiam si comedamus abundamus: Neg, si non comedamus minus habemus.*

Indicat, quomodo infirmorum conscientia abusu libertatis vulneretur? Nimirum cum quis infirmus est, nondum percepit doctrinam de libertate Christiana, & metuit ne lædat conscientiam esu ciborum, qui idolis sacrificati sunt & nihilominus imitatur exemplum alterius, qui intelligit idola nihil esse, & ve-

scitur Idolothytis, hic fauci at suā conscientiam: *Quod enim non sit ex fide peccatum est.* Rom. 14. v. 23. Et is qui contra conscientiam vescitur, & dubitat de religione, & contemnit Deum. Cauendum est igitur ne intempestiuo vsu libertatis offendamus imbecillum fratrem: Potius annitendum est vt nostra moderatione eum confirmemus, in doctrina instituamus & in fide corroboremus. *Conscientiam Idoli* vocat, cum quis metuit ex infirmitate, ne esu Idolothyti contamine- tur. Debebat omnino conscientia regicū lege naturæ, cum expresso Dei verbo: Et iuxta hanc normam vel ad probare recte facta: Vel damnare secus facta. Sed multi sunt errores in mente humana. Sæpe homines non agnoscunt peccata, quæ tamen sunt grauissima: Sæpe metuunt vulnera conscientia, vbi nihil est periculi. Quantumcunque autem intelligat homo in religione, semper cauere debet ne quid contra conscientiam suscipiat. Nam qui iudicat aliquid immundum esse, ei est immundum. Et peccatū grauissimum est contemnere Dei iram. Primum igitur, perspicuum Dei verbum est consulendum, num quid in eo Deus prohibuerit: Quod intelligimus a Deo esse prohibitum, nequaquam est tentandum. Deinde si aliqua de re dubitamus, abstinendum potius est, quam vt dubitante conscientia quicquā suscipiamus: Hoc enim esset tentare Deum. Sæpe autem prætentunt homines se conscientia impediri, quo minus hoc vel illud præstent officium, cum id potius iubeantur expresso Dei verbo. Horum petulantia grauiter est taxanda & refutanda verbo. Semper enim verbo Dei conscientia regi debet.

Libertini finxerunt nulla scelera esse coram Deo peccata, modo quis se ipsum in conscientia non accusaret, deinde laxant frena cupiditatibus, & conantur tollere iudicium conscientia. Sed hi notitiam Dei in iniustitia detinent: & peccatum eorum cubat præ foribus, donec excitetur lege, semper ergo sciamus conscientiam oportere regi verbo Dei. Quidquid est contra Dei verbum, hoc bolluit conscientiam. Argumentis deinde agit Paulus, & hortatur doctiores in religione, vt vsū libertatis adstringant propter infirmos. *Cibus, inquit, & potus nō reddit nos magis acceptos Deo: nec ditiores, nec pauperiores sumus in regno Dei, siue edamus, siue abstineamus.* Est enim res externa. Merito igitur vsū libertatis omittimus, cum videmus id postulare fratris necessitatem. Semper vrget Paulus res externas a Spirituali regno Christi, quod Rom. 14. v. 17. *est iustitia, pax & gaudium, in Spiritu sancto esse discernendas.*

9. *Videte, ne quodammodo potestas vestra ponat offendiculū infirmioribus.*
10. *Si enim quis viderit te, qui cognitionem habes, in templo Idoli sedentem, numquid conscientia eius, qui infirmus est, edificabitur ad edendum sacrificata Idolis?*
11. *Et peribit infirmus frater tua cognitione, propter quem Christus est mortuus.*

Hæc principalis est sententia huius capituli: Non esse abutendum nostra libertate & potestate: sed studiose cauendum, ne cuiquam simus offendiculo. Semper enim memores esse debemus mandati: *diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Matth. 22. v. 39 Et non tantum nostri, sed totius corporis Christi rationem habere debemus.

Scandalum igitur datum est, non tantum exter-

Conscientia quomodo consulendum.

Libertini.

Scandalum datum.

quo pro-

quo proximi conscientia vulneratur aut in errorem inducitur.

Gal. 2

Si inquit firmamentum viderit accumbentem in sacrificio idoli, ipsius conscientia edificabitur. Id est, inuitabitur, permouebitur, vt vna comedat de idolo, etiam si non habeat eam cognitionem, quam tu habes. Sic enim Petrus subducebat se ex commercio gentium, simul & Barnabas inducebatur in errorem. Exempla enim doctorum in Ecclesia magna vt pertrahunt auditores.

Grauiissimum est autem, quod dicit: *Et perit infirmus frater tuus tua scientia.* Indicat enim Apostolus, cum quid suscipitur contra conscientiam, tum excuti Spiritum sanctum, & extingui eundem. Exaggerat deinde peccatum a magnitudine precii; quo redempti sumus. Magni faciendi & in nulla re offendendi sunt fratres pro quibus Christus est mortuus. Sed pro fratribus mortuus est Christus: Ergo nequaquam tam caro precio emptam hominem, vlla in re offendere debemus. Imo cum Christus non dubitauerit mori pro fratribus & pro nobis ipsis, quid est equius quam vt vsum libertatis nostrae adstringamus, ne salutem fratrum impediamus?

12. *Quum sic peccatis in fratres & vulneratis ipsorum conscientiam infirmam in Christum delinquitis.*

Offensiones fratrum ledunt Deum.

Alia exaggeratio delicti & offendiculi, ab effectu, quum fratrum imbecillam conscientiam vulneratis, non tantum homines leditis, & quidem sanguine Christi redemptos, quod sane est grauiissimum: verum etiam ipsum filium Dei atroci iniuria adficiatis. Is enim infirmum in fide iam susceperat: is infuerat iam infirmum corpori suo, & pro membro suo agnoscebat: imo sanguine suo precioso comparauerat & mancipauerat eum sibi: ergo cum euertitis vestra temeritate ita vt deficiat a fide, an non corpori Christi damnū infertis, & dominum atroci contumelia adficiatis? Summa igitur religione cauendum est, ne intempestiuo vsu libertatis offendiculi simus infirmis. Sed nos ad captum infirmorum accommodare, & illorum porius quærere salutem, quam libertatem, scientiam, & potestatem nostram, quam in domino possidemus, ostentare debemus. Congruit vox Pauli cum sublimi dicto Christi. Matth. 5. v. 40 *Quidquid vni ex minimis his feceritis, mihi facitis. Item, quidquid vni ex minimis his non feceritis, mihi non feceritis.* Quo dicto nihil grauius dici potest, cum ad deterrendum homines a peccato, tum ad excitandum ad virtutem & proximi dilectionem.

13. *Qua propter si esca scandalizat fratrem meum, non edam carnem in aeternum ne fratrem meum scandalizem.*

Concludit Paulus ex precedenti sententia, quia sit grauiissimum Christum Iesum iniuria adficere, potius in aeternum abstinendum esse ab esu carniū, quam vt vsu libertatis intempestiuo, fratri pro quo Christus est mortuus, simus offendiculo. Et exponit quo ipse sit adfectus animo, vt & nos ad sui exempli imitationem inuitet.

Loci doctrinae.

1. **P**raecipuus in hoc capite locus est doctrina de vsu libertatis Christianae, quod in eo pia sit adhibenda prudentia, & semper saluti infirmorum consulendum & cauendum, ne rebus mediis vilius conscientiam vulneremus, neque scientiam libertatis arroganter ostentemus.
2. Secundus est de dilectione proximi: quae omnibus consiliis, conatibus, actionibus, & deliberationibus nostris praeuocare debet. Haec enim passim spectat redificationem,

3. Tertius de fructu bonorum operum: Cum nos diligimus Deum & proximum, inde colligere possumus, vt pote ab effectu, quod Deo simus noti, ab eo loueamur, diligamur, regamur.

4. Quartus de agnitione veri Dei patefacti in Ecclesia, quod nimirum Vnus sit Deus, aeternus pater domini nostri Iesu Christi: & dominus noster Iesus Christus: a patre & filio Spiritus sanctus nunquam diuellitur, quodque idola in mundo profus nihil sint.

5. Quintus, doctrina de creatione. Paulus testatur omnia ex Deo esse, & per filium esse condita, non ergo casu ex atomis Democriti confluxerunt omnia.

6. Sextus de fine conditi mundi. Paulus dicit omnia in ipsum. Id est, in ipsius gloriam & laudem condita esse: singula igitur ipsius glorioso nomini seruire debent. In primis vero homo laudi & gloriae Dei destinatus est.

7. Septimus: Quod nihil contra conscientiam sit suscipiendum, & quod is, qui contra conscientiam agit aliquid, excidat gratiam & pereat.

8. Octauo: Quod cibus & potus nos non commendat Deo. Nam regnum Dei non consistit in externis ritibus vel ceremoniis: sed est vita & iustitia & pax in Spiritu sancto. Rom. 14. v. 17. Vt ergo Deo accepti simus, ad ipsius verbum respiciendum est, quid a nobis flagitet. Ergo licet nobis quouis cibo vti cum gratiarum actione: & scodus error est, quod pontifex roma: sub poena capitis mandat ciborum discrimina, perinde ac si tota religio sita esset in cibo & potu.

9. Nouus de scandalo & quidem dato. Est autem scandalum datum, aut externum aliquod factum contra legem Dei, aut falsum dogma pugnant cum sacra scriptura, aut intempestiuus vsus libertatis, quo & offenduntur & seducuntur pii, & in ipsis contristatur Spiritus sanctus.

10. Decimus: Quod Iesus Christus pro nobis atque etiam pro infirmis sit mortuus, & qui vulnerant fratrum conscientias, in dominum Iesum Christum peccent.

CAPVT IX.

VT in octauo capite docuit, in vsu libertatis parcendum esse conscientiae infirmorum: Ita in nono capite idem vrget, suum exemplum totae Ecclesiae proponens. Commemorat enim qua fide & animi promptitudine versetur in ministerio: quod etsi sit liber & in multis rebus habeat potestatem, tamen eam non vsurpauit sed semper sese accommodauerit infirmioribus, & cum suo etiam incommodo quaesierit semper salutem auditorum & redificationem Ecclesiae. Nactus occasionem misit quidem doctrinam demercede danda ministris Euangelii: Verum hic scopus est totius capitis noni: Etsi Paulus magnam habuerit libertatem & potestatem in edendo, & bibendo, in ducenda vxore, in poscendo stipendio iuxta constitutionem Iesu Christi, in omittendo circumcissionem & in aliis: tamen nihil horum vsurpauit, ne vlli homini esset officiculus: ita & nos erga fratres adfectos esse decet, vt potius concedamus de iure nostro libertatis, quam vt offendamus quemquam: Imo haec vera est Spiritus libertas, posse omnibus rebus carere & abstinere cum res postulat, vt aliquos lucremus Christo.

Ciborum pro hibitiones impii.

Summa cap.

Scopus Pauli.

1. *Annon sum Apostolus? Annon sum liber? Nunquid Iesum Christum dominum nostrum vidi? Annon opus nostrum vos estis in domino?*
2. *Si alius non sum Apostolus, certe vobis sum. Nam sigillum meum Apostolatus vos estis in domino.*

Ee

3. Haec

7. *Hac mea sit defensio erga eos, qui me di-
iudicant.*

Apostolo-
rum officii-
um subli-
me.

VT magis illustret suam exemplam, quod non v-
surpauerit suam libertatem, primum commemorat
amplitudinem sui muneris, cognitionem liberta-
tis, gloriam reuelationis. Ego, inquit, *Apostolus sum te-
sti Christi*: itaque magna libertate & potestate praer-
teris in domino uti possem. Nullum enim, post me-
diatoris officium, sublimius munus est in terris, quam
officium Apostolorum: Nulli ordini hominum ma-
iorem potestatem in terris concessit Christus, quam
Apostolis: quibus tradidit claves regni caelorum, &
dedit potestatem eiciendi daemones, & sanandi omnis
generis aegrotos. *Sum etiam liber*, quasi dicat: Ego sane
intelligo doctrinam de libertate Christiana, scio me per
Christum liberatum esse, non solum a peccato, morte
Satana, ira Dei & omnibus naturalibus, sed etiam ab omni-
bus legibus Mosaicis & traditionibus humanis. Et ego
inter Apostolos omnium maxime, & doctrina & ex-
emplis, hanc doctrinam de libertate Christiana illustri.
Gloriar etiam de prerogativa possum, quod domi-
num Iesum meis oculis vidi 1. Cor. 15. v. 8. Act. 22 v.
14. Act. 23 v. 11. Act. 26. v. 13. quod nec paucibus, nec
sanctis regibus, nec Prophetis contigit: & alioquin
paucissimi mis electis contigit.

Hac prerogativa scio me multos antecellere: Et
tamen non abutor mea vel autoritate vel libertate,
sed me accommodo ad infirmorum captum. Quanto
minus abuti debent sua libertate, qui gradu longe in-
feriori positi sunt? ProvoCAT deinde Paulus ad ipsam Ec-
clesiam Corinthiensem aedificationem. Tanquam documentum
certissimum, & fidei Pauli & magni muneris &
excellentium donorum. Hanc apologiam dicit se op-
ponere iis, qui ipsum diiudicant, id est, qui perum re-
uerenter de Paulo Apostolo loquebantur. Est sane haec
omnium commodissima ratio, & refutandi calum-
niam obredationes, & demonstrandi suam fidem
& munus: Nimirum exhibere Ecclesiam recte emendatam
nostro ministerio, & probe constitutam: Sic enim ipsi
opus nostrum, dicit de nostro labore testimonium.
Ecclesia constituta a Mose, Samuele, Dauide, Iosaphat,
Hiskia, Hieremia, Nehemia testimonium dicit, qua fi-
de isti laboraverunt in Ecclesia, & qua Deus per istos ho-
mines sit operatus. *Hac mea est apologia* inquit Paulus,
quasi dicat: Non multum contendam cum meis calu-
mniatoribus: Ipsa Ecclesia ministerio meo aedificata,
de me vivum dicit testimonium. Atque ita perstrin-
git pseudoapostolos, quod multum sibi, quo I multi
sibi tribuant, valde gloriantur, libertatem intempe-
ste ostentent: Et tamen exiguum producant fructum
in Ecclesia.

Calumnias
refutandi
ratio opti-
ma.

4. *An non habemus potestatem edendi &
bibendi?*

5. *An non habemus potestatem circum-
ducendi sororem uxorem, quem ad-
modum & reliqui Apostoli, & fratres
domini & Cephas?*

6. *An tantum ego & Barnabas potestate
non habemus, non laborandi (man-
bus?)*

Exemplis aliorum Apostolorum docet se instructum
esse insigni libertate vescendi quolibet cibo & potu,
circumducendi coniugem, & ex ministerio Euangelii
vicitandi. Cum autem his omnibus non utatur, ut
optimo iure posset, liquido demonstrat se pluris face-
re salutem infirmorum, & Ecclesiae Christi aedificatio-
nem, quam suae libertatis usum. Atque ita suo insigni
exemplo docet, cum periclitatur infirmorum consci-
entia, debere nos potius de nostro iure libertatis cede-

re, quam cum scandalo fratrum ius nostrum urgere:
Praesertim cum nihil decedit gloriae Dei, nec salus no-
stra vllum patitur impedimentum vel damnum.

Abrogata lege Mosaica, concessum est Ecclesiae, ut
quolibet cibo vescatur. *Domini enim est terra, & omnis* Pl. 24. v. 1.
plenitudo eius: Et omnis creatura Dei bona est, qua cum
gratiarum actione percipitur. 1. Tim. 4. v. 4.

Ex hoc etiam loco manifestum est, coniugium hanc Coniugii
rabile esse omnibus Heb. 13. v. 4. & nulli ordini hominum pastoribus
prohibitum. Testatur enim Paulus plerisque Apo- licitum,
stolos & in primis fratres domini, Iacobum minorem
Symeonem, & Iudam Thaddaeum, ac Petrum habuisse
se coniuges, easque in peregrinationibus & ministerio
circumduxisse. Certum est igitur doctrinam esse dae-
moniorum, quod Roma: Pontifex & Episcopi ponti-
ficii prohibent sacerdotibus legitimum coniugium.

Addit etiam se potestatem habere, non exercendi
operas Mechanicas, & tantum ex ministerio Euangelii
vicitandi *Dignus est enim operarius mercede sua.* Luc.
10. v. 7. Cum ergo Apostoli & pastores seruire cogan-
tur toti Ecclesiae difficilimo labore docendi, & admi-
nistrandi sacramenta, ipsa aequitas postulat, ut stipen-
diis Ecclesiae alantur. Sic enim & dominus noster Iesus
Christus ordinavit: Et Apostoli haud dubie poposce-
runt alimenta a suis auditoribus. ut studii & precati-
onibus vacare possent, abstinauerunt ab operis Mecha-
nicis. Paulus autem, ut tanto liquidius de more inaret
se non quaestus gratia circumferre doctrinam Euan-
gelii, sed tantum quaerere gloriam Dei & Ecclesiae a di-
ficationem, non poposuit stipendium, nec ulli ex sui
danti: Sed propriis manibus vitae necessaria sibi com-
paravit. Pauli exemplum secutus est Barnabas. Hoc
rursus exemplo docet se non usum suo iure: Sed glori-
am Dei & aedificationem Ecclesiae longe antetulisse v-
sui suae libertatis: Quem pietatis adfectum alios Ecce-
siae doctores vult imitari.

7. *Quae militat proprijs stipendijs? Quis
plantat vineam, & non comedit ex
fructibus eius? quis pascit gregem, &
non vescitur lacte gregis?*

8. *Num hac tantum humano more loquor?
Annon & lex haec dicit?*

9. *Scriptum est enim in lege Moysis. Deut.
25. v. 4. Bom trituranter non obli-
gabis os. Num cura est Deo de bobus.*

10. *Annon propter nos haec dicit: propter
nos enim scriptum est: quod, qui arat,
in spe arare debeat: Et qui trahit sub
spe, spei suae particeps esse debeat.*

Duae sunt graues causae, cur Paulus locum de tribu-
endis stipendijs & alimentis ministris Euangelii
Paulo copiosius & nervosius tractat. Prima est, ut tan-
to magis illustret suam abstinentiam in usu libertatis,
cum relinquat ea, quae optimo iure flagitare posset,
atque ita auditores suos ad imitationem sui exempli
accendat. Altera est, ut praescindat occasionem abuti-
di exemplo Pauli malis hominibus, qui ministros Eu-
angelii poscentes debitam mercedem laborum calu-
mniari & traducere solent. Hostes manifesti Euange-
lii, non solum nulla dant stipendia pijs pastoribus, sed
insuper eos persequuntur omni genere suppliciorum.

In Ecclesia autem & inter auditores verbi caelestis
multi reperiuntur, qui aut Epicurari de grege porci
sunt, aut hypocriti simulant pietatem. Hi egerime &
morosissime praebet alimenta ministris Euangelii & e-
orum liberis & familijs. Subinde vociferantur, auaros
esse pastores, non posse eos expleri: Passim subtrahunt
& deducunt de redditibus Ecclesiae attributis, & mul-
tos

tos miseros pastores & eorum familias enecant fame. Hanc ergo iniustitiam, impietatem & ingratitude[m] ut refellat Paulus, & caueat, ne quis ad istam calumni- am exemplo Pauli abutatur, aut vlli pastori denegat iustam mercedem: Prolixè & grauius hunc locum tractat de stipendijs dandis pijs pastoribus.

Stipendia ministris, Ecclesie iure sol- uuntur.

I.

Primum argumentatur ab exemplo rerum huma- rum. *Nemo proprijs militat stipendijs.* Pastor Ecclesie militat Christo & Euangelio: alatur igitur iusto stipen- dio. *Qui vineam plantat fruitur vnijs.* Pastor ergo plā- tans vineam domini, habeat ex labore suo alimenta. *Pastor ouium lacte fruitur,* & certam habet mercedem: Spiritualis ergo pastor, qui gregi & clero domini præ- est, omnino alendus & sustentandus est cum tota sua familia.

II.

Secundo argumentatur a testimonio Dei. Ipsa in- quit sacra scriptura, quæ omnium actionum nostrarū norma esse debet, præcipit, vt boni trituranti non o- bligerentur: Significans laboranti iustam mercedem esse concedendam. Quod dicit, *num boues cura sunt Deo?* Non negat providentiam Dei vniuersalem, qua Deus singulis creaturis prospicit. Nota sunt enim dic- ta. Psalm. 147. v. 9 *Qui dat escam omni carni, qui dat iumentis escam ipsorum & pullis coruorum inuocantibus eum.* Item, *intuimini volucres cæli: Quia non serunt neq; metunt neq; conuehant in horrea: Et pater vester cæle- stis alit illas,* Matth. 6. v. 26. Sed monet istam legem non esse bonum causa tantum scriptam, sed magis propter nos, vt inde disceremus, laborantem ministrū alimentato & iusta mercede non esse defraudandū. Si bouem triturantem de segete nutrirī vult Deus. Ergo Dei voluntas multo magis est, vt agricola sub spe aret & laborum fructum percipiat: Vtque messorēs & tri- turatores frugum fiant participes. Sic & ministros Eu- angelii, qui seruiunt Ecclesie verbo, & interea rem familiarem negligere coguntur, æquissimum est ali- & necessarius stipendijs sustentari.

11. *Si nos vobis spiritualia bona seminauimus, an magnum est, quod carnalia vestra messuerimus?*
 12. *Sic ceteri potestatis erga vos participes sunt cur non magis nos? Sed non vser- pauimus hanc potestatem: Sed omnia sufferimus, ne quod offendiculum de- mus Euangelio Christi.*

III.

Tertium argumentum est a comparatione maiorū. In infinitum præstantiora sunt Spiritualia, scilicet verbum Dei, agnitio veri Dei, notitia mediatoris, con- solatio contra mortem, peccatum, Satanam, distri- butio sacramentorum, absolutio a peccatis, doctrina quomodo quis peruenire possit ad vitam æternam, & totum regnum Christi, quam carnalia, & terrena bo- na, vt sunt hospitium, cibus, potus, vestes, pecunia, hu- lus vitæ necessaria. Cum igitur nos Apostoli vobis spiritualia bona impertiamus, ipsa æquitas iuber, vt vicissim nobis communicetis huius vitæ necessaria. Grauius est hoc argumentum, quod omnes pii serio expendere debent, & sese ad gratitudinem erga pastores excitare. Nullius hominis voce exponi potest, quanta sit ingratitude eius hominis, qui denegat suo pastori iustam mercedem.

Gratitudo auditorum erga pasto- res.

III.

Si ceteri participes sunt: Quartum est argumentum ab exemplo aliorum doctorū: qui & accipiant ab Ec- clesia & quidem Corinthiaca stipendia & alimenta: vnde Paulus infert se multo iustius idiacere posse eo quod sit *diuinus* & quodammodo primus conditor, qui prima fundamenta eius Ecclesie iecerit.

Redit autem hic ad suum institutum: se non vsum esse ista libertate & potestate, vt maxime potuerit: & subnectit causam finalem, quo consilio hoc fecerit,

non vt inanem gloriam aucuparetur, sed vt omnibus modis caueret, ne vllum offendiculum poneret Euā- gelio Iesu Christi. Vt omnes intelligerent Paulum nō quærere quæ sua sint, sed quæ Iesu Christi.

13. *An nescitis, quod ij, qui sacra faciunt, ex sacrificio comedunt & Qui sacrario adsistunt, partem in sacrario habent?*

Quintum hoc est argumentum, ductum ab exem- plo sacerdotum & Leuitarum, qui cum sacrificia- rent, mactarent victimam, & seruirent altari, secundū legem partem suam habebant de oblationibus. Iam noui testamenti gloria maior est & maiorem habet claritatem, quam vetus testamentum: Et pastores Ec- clesiarum, docendo populum, difficilius sustinet mu- nus, quam sacerdotes & Leuitæ mactantes victimas. Aequum est igitur vt in ministerio alantur. Diligen- tissime præcipit Deus in lege Mosæica, vt alimenta præberentur sacerdotibus & leuitis: vtlectioni scri- pturæ vacare possent. Hinc Paulus iubet nos petere doctrinam, qua pietate pastores & ministri in nouo testamento sint alendi.

14. *Sic enim & Dominus ordinauit vt hi qui Euangelion annunciant, de Euā- gelio viuant.*
 15. *Ego tamen nullo horum sum usus.*

Sextum & præcipuum est hoc argumentum ab autoritate & constitutione filii Dei domini no- stri Iesu Christi. Impius omnino est, qui audet infrin- gere aut calumniari constitutionem seu ordinationē domini nostri Iesu Christi. Ipse autem Iesus Christus, caput, redemptor & saluator Ecclesie, & author *ἡ βεβηρωμένης* ministerii, tulit hanc legem & sic ordi- nauit. *Vt hi, qui annunciant Euangelion, ex Euangelio viuant.* Hoc est, ab Ecclesia & auditoribus, honestis stipendijs alantur, quibus se & familiam sustentate possint. Haud dubie respexit Paulus ad concionem Christi, Matth. 10. v. 10. *Dignus est operarius mercede sua.* Et Christus hanc legem & ordinationem aliquoties in suis concionibus repetiuit. Iustissimum est igitur, petere honesta & necessaria stipendia ad aliendā familiam pro labore docendi in Ecclesia.

Ego tamen nullo horum usus sum: inquit Repetit su- um institutum: quod nimirum abstinerit ab vfu li- bertatis, cum multa æquissimo iure petere, facere, v- turpare potuisset, vt hoc suo exemplo inuiter Corin- thios ad imitationem, vt scilicet libenter cedant de suo iure propter Ecclesie ædificationem.

Non autem hæc scripsi, vt sic fiat mecum. Mortem enim malum, quam pati, vt quis gloria- tionem meam inanem readat.

16. *Etenim si Euangelium annunciem, non est quod gloriar. Necessitas enim mihi incumbit. Va autem mihi si non Euangelizem.*
 17. *Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: si inuitus, dispensatio mihi con- credita est.*

Occupatio est, qua occurrit tacite suspitioni Corin- thiorum. Quia enim Paulus adeo prolixè & mul- tis allatis grauius argumentis docuit æquissimo iure seruientibus Euangelio deberi alimenta & stipen- dia, suspicari poterant Corinthii Paulum oblique petstrinxisse Corinthios, quod erga ipsum minus gra- ti essent,

ti essent, & quod sub aliorum persona poscat ab eis stipendium. Ut ergo hanc sinistram suspensionem auerterat, excipit Paulus, se hoc consilio hæc non scripsisse: Sed potius aliorum ministrorum & totius Ecclesie causa: ne pastores & ministri prætextu exempli Pauli defraudentur debita mercede & stipendiis, & ne auditores Euangelii sese ingratos præbeant aut difficiles erga præcones verbi. Ac ut omnem tollat suspensionem, commemorat quanti faciat hanc gloriationem, quod gratis prædicet Euangelium. *Satis esset memoriam pati ut infringeret mea gloriantio.* Quali dicat: hanc gloriantionem, quod sine stipendio & gratuito annuncio Euangelion, plus facio quam hanc meam vitam. Videt enim Paulus copiosam sibi mercedem in cælis esse repositam, qua hæc ipsius fidelitas pensabitur. Si inquit, *Euangelizem non est quod gloriem, necessitas mihi incumbit Et va mihi si non Euangelizem.* Hic necessitatem sui muneris exponit: Quod diuino mandato ipsi sit iniunctum & tenere impositum ut doctrinam Euangelii sonet in mundo. Haud dubie respicit ad historiam suæ conuersionis ubi Christus de cælo eum est allocutus. Act. 9. vers. 15. Et diserte ad Ananiam dixit: *Hic mihi est vas electum, ut portet nomen meum coram gentibus, regibus & filiis Israel.* Et raptus in tertium cælum haud dubie mandatum seuerum prædicandi Euangelion accepit. *Ideo dicit sibi incumbere necessitatem, & va sibi nisi prædicet:* Hoc est, grauissimæ pœnæ ipsi essent expectandæ si prædicationem omitteret. Ex hoc loco manifestum est, sanam esse formam verborum, cum dicitur, Bona opera diuinitus mandata sunt necessaria. Necessè est ut obtemperemus Deo; seutra enim Dei mandata nequam sunt vel negligenda, vel in dubio ponenda. Sed illa appendix Maioristica, ad salutem esse necessaria, impia & falsa est. Sola enim gratia Dei, solum meritum Iesu Christi, & sola fides necessaria est ad salutem. Necessaria autem sunt bona opera ratione mandati diuini, & sunt necessaria ad illustrandam Dei gloriam in terris, & ad reificationem nostræ fidei.

Bona opera necessaria sunt.

Sed non recte dicitur sunt ad salutem necessaria. Necessaria sunt ratione mandati.

Si volens, inquit, facio, mercedem habeo: Omnes piorum labores in fide susceptos, copiosa mercede repperit filius Dei: In primis vero docentibus Euangelion *repperit in cælis immarecessibilem gloria coronam.* 2. Timoth. 4. v. 8. Daniel inquit, *qui alios erudiunt ad iustitiam, tanquam sol fulgebunt in firmamento cæli.* Caput, 12. v. 3. *Si inuitus facio, dispensatio mihi concedita est.* Etiam si non essem prompto animo ad docendum Euangelium, ut sæpe caro oblectatur spiritu, & auersatur, odia, exilia, pericula, quæ semper ut comites in diuidui sequuntur Euangelii prædicationem. Tamen non possem omittere vocationem: Dispensatio, id est, ministerium prædicandi Euangelion mihi concreditum & commissum est. Idcirco siue prompto siue inuito id præstem animo, omnino oportet me parere Dei mandato, & impositæ vocationi.

18. *Qua igitur est merces mea? Ut dum prædico Euangelion gratuitum & sine sumptu efficiam Euangelion Christi: Ne abutar potestate mea in Euangelio.*

Ipsa Euangelii prædicatio mandata fuit Paulo diuinitus: Ut autem gratis & sine stipendio prædicaret, non fuit ei mandatū. De hac igitur fidelitate & promptitudine sua gloriatur. Et hanc ipsam gloriantionem vocat suam mercedem & præmium, quasi dicat: Mercedem a vobis non posco. Insignæ præmium mihi est, quod mihi licet gloriari contra falsos doctores & calumniatores, quod Ecclesia propter Euangelion nullos in me sumptus fecerit, & quod gratis laborauerim in ministerio. Repetit deinde causam finalem huius consilii sui, nimirum, ne abuteretur sua potestate in

Euangelio, ne vilo modo cursum Euangelii impediret, aut vili homini offendiculum poneret.

19. *Liber enim cum sim ab omnibus, omnibus meipsum in seruitutem tradidi: Quo plures lucrifaciam.*

20. *Iudaïs factus sum tanquam Iudæus ut Iudæos lucrer. His qui sub lege sunt, tanquam sub lege essem, ut eos qui sub lege sunt lucrer.*

Hic tandem redit Apostolus ad principale scopum huius capituli. Suum enim exemplum toti proponit Ecclesie, quod cum in Iesu Christo sit liberimus, iudicet sibi omnia munda esse, nulli homini sit deuinctus in conscientia sua, Apostolico Spiritu intelligat doctrinam de libertate Christiana, nullus legibus Mosaicis, nullis hominum traditionibus sit adstrictus: Tamen quasi in seruitutem sese redegerit, ut eo plures Christo lucrifaceret, quod suum exemplū toti Ecclesie proponit imitandum. Quia vero Libertini, & Epicuræi alieni ab alacritate confessionis hoc Pauli testimonio scelerate abuti solent, quasi doceat hic Paulus cum omnium sectarum hominibus colludere & ad omnia scelera conuincere, omnino necesse est refutari falsam & impiam dicti Paulini interpretationem, & sanam Spiritus sancti monstrari sententiam. Pri-

Libertino rum opinio.

Libertas Christiana in quibus consistat.

imum in conspectu sit integra doctrina de libertate Christiana, quæ non est barbarica licentia peccandi, aut quiduis faciendi, & nullis legibus neque diuinis neque humanis parendi. Hanc ferociam & petulantiam per furorem mundus nominat libertatem, cum sit omnium fecidissima seruitus. Qui enim suas tantum sequitur impuras cupiditates, miserimum est mancipium Satanae & peccati, quod tandem sponte iuit in æternum exitium. Quemadmodum dominus docet. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Ioan. 8. vers. 34. Vera autem libertas Christiana est excellens illa felicitas & gloria quod per dominum nostrum Iesum Christum liberati sumus a peccato, ab ira Dei, a maledictione legis, a morte, & a tyrannide Satanae, quoque donati sumus Spiritu sancto qui nouam lucem, iustitiam, & vitam in nobis accendit, & amissas vires restituit ut Spiritu spontaneo et libero Deo seruire possimus iuxta ipsius verbum, tum quod nulla lex Mosaica, nec vllæ traditiones hominum, quod ad religionem, conscientiam nostram coram Deo consistingere potest, sed quod *omnia sunt munda mundis.* Tit. 1. v. 15. & quod *omnis creatura Dei bona sit, ad usurpandum cum gratiarum actione.* 1. Tim. 4. v. 4. De hac libertate spirituali loquitur Christus Ioan. 8. v. 36. *Si vos filii liberi eritis, et Paul. Gal. 3. v. 1. In libertate ergo in quam Christus vos vocauit stete.* 1. Cor. 7. v. 20. *Magno precio redempti estis, nolite fieri serui hominum, et Ict. 52. v. 3. Gratis venundati estis, gratis redimimini:* Ac docendi causa recte ponuntur quatuor gradus libertatis.

Primus gradus est liberatio a peccato, ab ira Dei, a maledictione legis, a peccato, a morte, a tyrannide Diaboli, et tota seruitute infernali: Et contra, imputatio iustitiæ filii Dei et reconciliatio cum æterno patre. Hæc libertas maius bonum est quam multis mundis imperare, & omnium rerum copia abundare. Hanc libertatem passim inculcat scriptura ut Rom. 6. vers. 14. *Non estis sub lege sed sub gratia.* Item, Rom. 8. v. 2. *Lex Spiritus vita in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis.*

Secundus gradus est donatio Spiritus sancti & ipsa renouatio virium, quas noua vi & libertate instruit Spiritus sanctus, ut non amplius ex legis coactione repugnante natura, sed prompto & spontaneo Spiritu agnoscamus, inuocemus, metuamus & diligamus DEVM. De hoc gradu Paulus loquitur ad Rom. 8. v. 15. *Non enim accepistis Spiritum seruitutis rursum ad timorem,*

Gradus libertatis Christianæ. 1. Gradus.

2. Gradus.

in morem, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater, & 2. Corinth. 3. v. 17. Vbi Spiritus est ibi est libertas. Nos vero omnes redi ad faciem gloriæ Domini specularis in eandem imaginem transfertamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu.

Gradus.

Tertius gradus, est liberatio a legibus Mosaicis forensibus, & ceremonialibus. Postquam enim exhibitus est Messias, & militia Hierusalem completa: Totæ lex Moïsi abrogata est neq; amplius obstringit natos ex semine Abraham. De hac libertate Paulus loquitur Coloss. 2. v. 16. Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut vicibus dierum festorum aut Sabbatis, qua sunt umbra futurorum: Corpus autem hoc totum quod Christi est, ad spirituale eius regnum pertinet.

Gradus.

Quartus gradus est, quod nullæ traditiones hominum, quo ad religionem, conscientiam nostram coram Deo obstringere possunt. De hoc gradu Paulus loquitur Coloss. 2. v. 20. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tanquam viuentes in mundo decretis tenueritis? No tetigeris, ne gustaueris, ne attraxeris, qua omnia ipso usu consumuntur & pereunt, ut pote præcepta & doctrinæ hominum. Cum ergo Romæ pontifex distinctione ciborum, prohibitione coniugij, obligatione votorum, operibus satisfactionum conscientias hominum adstringere & grauare conatur, tumpendi sunt isti funes, & libertas Christiana repetenda memoria, quod omnia mundis sint munda. Tit. 1. v. 15. Omnes hos gradus libertatis simul complectitur Paulus cum inquit, liber sum ab omnibus: Nequaquam autem loquitur de licentia peccandi: Hæc enim imprimis pugnat cum libertate a peccato, & promptitudine Spiritus seruiendi Deo. Nec loquitur de immunitate ab oneribus civilibus. Ut seditioni rustici contendebant, hominem Christianum esse liberum. Ideo principibus non esse pendenda tributa & vectigalia: Nec præstandam esse obedientiam. Hæc enim civilis obedientia pertinet ad secundum gradum libertatis. Vnde Paulus inquit. Rom. 13. v. 7. Cui honorem, honorem, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Atque ita Paulus hoc loco dicit, tradidisse sese in seruitutem omnibus: Id est, omnium se imbecillitati sese accommodasse & inferuisse prompto & spontaneo Spiritu querendo salutem proximi. Iudæis inquit, factus sum tanquam Iudæus. Hoc est: Et si per Christum liber sum ab omnibus ceremoniis Mosaicis, & hac libertate frui possem, nihil curans distinctionem animalium mundorum & immundorum, dierum festorum, circumcissione & similia: Tamen ne infirmos Iudæos, qui nondum habebant enim intellectum libertatis quem ego habeo, offenderem, abstiniui, & ita me gessi, ac si Mosaicis legibus adhuc essem obstrictus, & Iudaico more viuerem. Sub lege, Iudæos vocat, qui et si initia doctrinæ Euangelij perceperant & amplexi erant, tamen doctrinam de libertate Christiana nondum intelligebant, & statuebant legum Mosaicarum obseruationem prorsus necessariam esse, & sine hac iustitiam coram Deo nemini constare posse. His ad tempus seruiuit Paulus, simul legem obseruans, ac si adhuc sub lege esset, & doctrinam de libertate non intelligeret.

21. His qui sunt sine lege tanquam sine lege: Cum non sim sine lege Deo: Sed in lege Christo, ut eos qui sunt sine lege lucrer.

22. Factus sum infirmis, tanquam infirmus ut infirmos lucrer. Omnibus omnia factus sum ut omnibus modis aliquos saluos faciam.

23. Hoc autem facio propter Euangelium, ut eius particeps stam.

UT Iudæis infirmis ad fidem conuersis sese accommodauit, ita & gentibus quæ erant sine lege Mosaicæ, sese accommodauit, ut aliquos saluos faceret. Esti natione Iudæus erat Paulus ceremoniis Mosaicis enutritus, non tamen morose vixit Paulus apud gentes patrios mores, sed accommodauit se infirmitati gentium, & ita vixit cum eis ac si nulla lege Mosaicæ teneretur, sciebat enim totam politiam Mosaicam iam abrogatam esse. Apoc. hoc non significat iniustum, sed qui lege non tenetur, & loquitur de legibus ceremonialibus & forensibus. Exceptio quæ interponitur (non existens sine lege Deo, sed in lege Christo.) Inserta est ad refutandos Antinomos, ne quis existimet Paulum totam legem sustulisse, & vna cum gentibus contra Dei legem sceleribus se contaminasse, quasi nullam curaret legem. Deo, inquit, id est, coram Deo in conscientia non fui sine lege, non spreui iudicium Dei, non laxavi frenam cupiditatis, non vixi in sceleribus. Sed in lege Christo fui: Hoc est per Christum redemptus & Spiritu donatus sancte & pie viuo iuxta legem, & Christo probo fidem & obedientiam meam. Quod ergo dicit: Omnia se factam esse omnibus: Non est intelligendum de omissione necessariæ confessionis, & prædicationis Euangelij, aut aliorum necessariorum officiorum: de hoc enim genere Paulus dicit, dat in adiahaphoris. Credidi propter quod locutus sum: Psal. 116. v. 1. Et Va mibi nisi Euangelizauero, Sup. v. 16. neq; de commissione manifestorū scelerum. Nam de his Paulus expresse dicit, Gal. 3. v. 21. qui talia faciunt regnum Dei non possunt debent. De iis autem quæ nec mandata, neq; prohibita sunt diuinitus, sed sunt ad hæc, id est, indifferencia, dicit se omnibus omnia factum esse, id est, se omnimodum capui sese accommodasse, ut aliquos saluos lucrificaret Christo & ad Deum conueneret.

Diligenter ergo discernantur actiones, aliæ sunt Actionum mādare expresso Dei verbo, in his nō licet nobis nostro differentia, arbitrio dispensare. Regula enim immota est: Deut. Aliæ man- 12. v. 32. Quod ego præcipio tibi hoc tantum facies, nihil data sunt. addes, neq; detrahes, non declinabis neq; ad dexteram neque ad sinistram. Aliæ sunt prohibita lege diuina quæ Aliæ pro- omnes necessario sunt cauendæ & in nullius gratiam, hibita. admittendæ. Regula enim immota est: Anima qua fecerit abominationes istas eradicabitur. Leuit. 18. v. 29. Item, Maledictus qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius Deut. 27. v. 26.

Tertium genus actionum adia phora seu res medi- Aliæ indif- as complectitur, quæ nec sunt mandata nec sunt pro- ferentes, hibita: in his docet nos omnibus omnia fieri, ita ut de nostro iure sponte cedamus, infirmitati aliorum nos accommodemus, imbecillitates feramus, & hoc vnum semper spectemus ut Christo multos lucrificamus.

Propter Euangelium, inquit Paulus, hoc facio ut eius sum particeps. Hoc est, ut quam latissime illud spargam & ne abusu libertatis, excidam communionem Euangelij, quæ omnium summa est felicitas.

24. An ignoratis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus brauium, id est, præmium accipit. Sic currite ut obtineatis (palmam.)

25. Omnis qui certat, omnia sustinet: illi quidem igitur, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptibilem.

Admonitionem de usu libertatis transfert ad generalem adhortationem de præstanda diligentia & serio studio veræ pietatis, ne vel errore impingentes, vel cupiditate præuenti, vel in certamine deficientes spe nostra frustremur: & similitudinibus pingit pietatis certamen. Qui in stadio currunt, non omnes

omnes accipiunt brauium, sed vnus qui ceteros vicit. Ita multi accedunt ad Euangelion, ingrediuntur certamen pietatis, sed vel aberrant in medio cursu, vel impediuntur, vel franguntur. Assi præclare correbat initio, sed concidit in ipso cursu, nec obtinuit brauium vitæ æternæ. Sic Ierobeam, Saül, Amaza, Vzia, Iosias. Sic Arius, Nestorius, Samosatenus, Pelagius aberrarunt a scopo, quia errores pro veritate sunt amplexi. Monet ergo Paulus, vt sic curramus, vt brauium obtineamus. Hoc est, quod Christus dicit: *quis persequarur me vsq; ad finem, saluus erit.* Matth. 10. v. 22. Manendum est ergo in verbo, in fide, in pietate, in patientia, in diligentia, in constantia.

Omni qui certat omnia tolerat: & continet se. Id est, quidquid intelligit sibi impedimento fore, quo minus palmam obtinere possit, hoc cauet: Non indulget luxui, somno, torpori, sed excitato est animo, & plagas etiam perferit, tantum vt coronam, quæ tamen corruptibilis est, obtineat. Quanto magis nos in hoc spirituali stadio & palæstra omnia sustinere, perferre & tolerare debemus, cum sciamus coronam immortalesse, nimirum gloriam & lætitiâ celestem & æternam nobis esse propositam. Hæc comparatio grauissimam continet castigationem nostri temporis & ignauitæ, quod tantis propositis præmiis in regno Christi adeo sumus negligentes. Similis est Christi concio Lucæ 16. v. 8. *Filius huius sæculi prudentiores sunt filiis lucis in sua generatione.*

26. *Ego igitur sic curro, tanquam non cæco impetu: Sic pugilam certamen exerceo vt qui non verberem aërem.*

27. *Sed tui dum facio corpus meum & in seruitiem illud redigo, ne dum aliis prædico, ipse sim reprobus.*

In hoc toto capite exemplum suum proposuit Ecclesiæ, primum in specie quomodo sit vtendum libertate: deinde in genere, quomodo propter Christi gloriam & Ecclesiæ ædificationem omnia sint sustinenda. Nunc commemoratione suorum exercitiorum concludit caput, & hortatur singulos, vt ipsius sinceritatem, prudentiam, pietatem, abstinentiam, tolerantiam, tolerantiam & zelum imitentur.

Ego, inquit: *Sic curro tanquam non incerto impetu,* non cæco studio. Incertum & cæcum impetum nominat Paulus cura quis non solida iacet fidei suæ fundamenta, non prospicit certum finem suorum laborum & certaminum, non intelligit media legitima, nec apud se constituit omnia sustinere, vt æternam obtinet salutem. Plurimi tales sunt in Ecclesia qui doctrinam Ecclesiæ amplectuntur, labores ministerij suscipiunt, grauib; periculis sese subiciunt, & magnas sustinent ærumnas, cum tamen nec fundamenta doctrinæ serio inquirant, nec vitæ æternæ scopum recte intueantur, nec medijs vtantur legitimis: Atq; ita sæpe frustra & sine fructu durissima patientur.

Aðλλος currebant Baalitar: non enim intelligebant doctrinæ fundamenta, non iungebant se Ecclesiæ, non audiebant Prophetas, sed in cultu idolorum seruebant: Et tantum commoda ventris quærebant.

Pharisæi. *Aðλλος* currebant Pharisæi, quibus Paulus dat testimonium quod habuerint zelum Dei, sed nõ secundum scientiam, seruebant enim studio religionis, sed non intelligebant scopum scripture, erant fascinati erroribus, ignorabant Messie beneficia, & omnia frustra sustinebant. Sic omnes hæretici *Aðλλος*, id est, cæco impetu feruntur, non intuentes finem certum, nõ fundati solida doctrina, non vtentes legitimis medijs.

Meletius. *Meletius* vir magnus fuit, & multa passus propter Euangelium, *Aðλλος* tamen cucurrit, quia pertinaciæ suæ & morositati plus tribuit, quam sanæ doctrinæ Euangelij: dum lapsus negat pœnitentiam.

Auliani magna patientia sustinuerunt pericula & ærumnas propter confessionem: & tamen cucurrerunt *Aðλλος*, dum nimia pertinacia defenderunt pascha Iudæorum ritu esse obseruandum, & sine causa turbauerunt Ecclesiam.

Aetius magnus vir fuit, & constanter confessus est veritatem Euangelij, & refutauit Arrianos: Sed dum per errorem, pertinaciter defendit delirium Nouatianorum, *Aðλλος* currit, nec certo fundamento innititur, nec metam prospicit, nec media prudenter eligit. Manifeste scelerati non currunt *Aðλλος*, peccant enim contra conscientiam, vt Arius, Nestorius, Macedonius, Pelagius, Aetius, Montarius, pontifices Romani, Rex monasteriensis, Ioannes leidenensis. Hi sciunt se oppugnare veritatem. Sed eos taxat hic Paulus qui adiungunt se Ecclesiæ, & zelum aliquem ostendunt, & tamen non quærunt veritatem. non nituntur solido fundamento, nõ omnia dirigunt ad gloriam Dei & salutem Ecclesiæ. Hi subito aliquo

catu facile deiiciuntur a suo proposito pietatis. Monet ergo Paulus hoc suo exemplo, vt qui pietatem sectantur dent operam, ne ferantur cæco impetu, vt Anabaptiste, aut fanatici homines, aut vulgus imperitum: Sed vt inquirant fundamenta solida suæ doctrine, habeant propositam certam metam, videlicet gloriam Dei, ædificationem Ecclesiæ, & propriam salutem: Videant etiam vt legitimam media, & viam monstratam in verbo Dei, in timore Dei eligant, ne in incertum currant, aut verberent aërem. Est enim tristissimum, hominẽ suscipere magnos labores, & sustinere ærumnas, & miserias, & tamen verberari aërem, hoc est, nec

sibi nec aliis prodesse. *Origenes* labores sustinuit durissimos, & miserias multas, & tamen aërem verberauit.

Nam nec sibi nec aliis profuit, sed multo magis obfuit Ecclesiæ. *Pelagius* austeram duxit vitam, & multa est perpeffus, sed aërem verberauit. Nec sibi nec Ecclesiæ profuit, sed magis obfuit. Tales plurimi semper sunt

in Ecclesia, vt nunc *Illyricus* qui Manichæismum reuocat ab inferis. Plurima quidem & laborauit & perpeffus est, sed quia errorem pertinaciter defendit, aërem verberat omni suo certamine. Monet ergo Paulus vt ita certemus, ne aberremus. Hoc fiet si fundamenta doctrinæ solide percipiemus, semper pœnitentiary

agemus, omnia in timore Dei suscipiemus, omnes errores vitabimus, & adidue in omni conatu Deum inuocabimus. Ardens suum studium, & adidue pietatis certamina significat Paulus, cum inquit *se castigauit corpus suum: v̄ πώπειτα* significant tumores vibices ortas in facie ex plaga. Et significat Paulus se magno studio reprimere, si enare & coercere carnis adfectus, ne dum alios vocat ad pœnitentiam, ipse sese dedat securitati, aut laqueis Satanae implicetur: Quales multi sunt in ministerio, qui cum aliorum vitia strenueta-

xent, & viam salutis recte monstrant, ipsi tamen securitati indulgeat & vitam æternam non adipiscuntur. Non autem loquitur hic Apostolus de hypocrysi Encratitarum, aut exercitijs Monachorum, vel Eremitarum vel fanaticorum hominum: sed de necessaria re-

pressionem adfectuum carnis.

Loci doctrinæ.

I. Primus est de libertate Christiana & de legitimo eius vsu, qui regi debet dilectione proximi & ad gloriam diuini nominis, ad illustrationem Euangelij, & ædificationem Ecclesiæ.

II. Insigne testimonium de resurrectione Iesu Christi, siquidem Paulus dominum Iesum post ascensionem in caelum vidit.

III. De efficacia ministerij Euangelici, quod docentium labor non abeat absq; fructu. Sed per eum colligatur Deo sancta Ecclesia.

IV. Quæ sit omnium optima ratio refutandi aduersarios, nimirum vt eos remittamus ad Ecclesiam Dei

In incertū
currunt
Baalitar.

Pharisæi.

Hæretici.

Meletius.

Audiani.

Accsius.

Certus cur-
sus.

Origenes.

Pelagius.

Illyricus.

Dei nostro labore & ministerio collectam & confirmatam.

V. De coniugio sacerdotum seu ministrorum Evangelij, quod Apostoli Petrus, & fratres dominicali fuerint coniuges, unde manifestum est legem pontificum Rom. de coelibatu sacerdotum esse doctrinam Demoniorum.

VI. In hoc capite quasi sedes es doctrina, quod ministri Ecclesiae & eorum familiae honestis stipendijs ab Ecclesia nutrir & foueri debeant: Prolixè enim hunc locum tractat Apostolus, & multis grauissimis argumentis docet alimenta & huius vitæ necessaria omnino debere fideliter docentibus & seruientibus Ecclesiae. Ac imprimis notari dignissimum est, quod inquit *de minimis nostrum Iesum Christum sic ordinauit, ut hi qui seruiunt Euangelio, de Euangelio uiuant.*

VII. Quod bona opera sunt necessaria: Paulus enim inquit, *necessitas mihi incumbit scilicet obediendi mandato Dei.* Et tamen fieri debent libertates spiritus, & motu spontaneo.

VIII. De horribili pena eorum qui propter hominum odio aut persecutiones abiciunt docendi Evangelion labores. *Vt mihi,* inquit Paulus, *nisi Euangelizauero.*

IX. De tertio legis vlu in renatis, siquidem Paulus testatur *se non fuisse sine lege Deo:* Sed magno studio iuxta legem vixisse.

X. De assiduis exercitijs piorum, quibus adfectus carnis reprimere, & ardens pietatis studium, & zelum secundum scientiam excitare & augere debent.

XI. De æternis præmijs labrum & terraminuar, quæ sustinentur in ministerio & rota vita.

XII. Quod doctores Ecclesiae illustri exemplo pietatis præluere debeant gregi domini. Nam vt vere dixit *Lactantius, Qui præcipiunt, nec faciunt, abest ab illis fides.*

CAPVT X.

EXposita doctrina de vitando abusu libertatis, & quæ sit vera libertas Christiana, quod nimirum *omnia sint munda mundis,* Tit. 1. v. 15. ne quis hanc saluberrimam & consolationis plenissimam doctrinam sinistre acciperet, & ad executionem Idolatriæ, vel aliarum impietatum ea abuteretur, occurrit Paulus falsis interpretationibus suæ doctrinae, & quia multi nauis, & lapsus erant in Ecclesia Corinthiaca, concionatur Paulus de necessitate bonorum operum iuxta decalogum, propositis exemplis quibus in veteri testamento Deus iram suam aduersus inobedientes testatus est. Atque huc imprimis respicit Apostolus in hoc capite, Ne Corinthij propter titulum Ecclesie, gloriam ministerij, & vsum sacramentorum superbiant & sese dedant securitati carnali, sed in perpetuo timore domini viuant & pietatem serio exerceant: siquidem titulus Ecclesie & ministerium Mosi & præsentia Christi, & vsum sacramentorum & miraculorum nihil iuuat sacros & impios Israelitas, quo minus ira Dei ipsos obruetet: semper itaq; timendum esse Deum & vitandam securitatem, & petendum vt in fide confirmemur. Miscet autem hoc loco more Apostolico insignem consolationem, quod Deus non deserat suos, nec obiciat grauior es tentationes quam ferre possimus, ne pij plurimorum lapsus inuertes plane frangantur animo & abiciant fidei exercitium. Deinde peculiari studio monet, vt caueant idolatriam & ab idolis discedant, cum impijs idolorum sacrificijs nihil habeant commercij. Vult enim Deus Ecclesiam suam sanctam esse a cultoribus idolorum. Tandem quatenus liceat Christiano ad gentiliu amicorum conuiuia accedere, & quomodo infirmorum conscientia in tali casu parcendum sit, docet. Postremo monet, vt omnia ad Dei gloriam & emolumentum Ecclesie referamus.

1. *Nolum autem vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub iuherant, & omnes per mare transierunt.*

2. *Et omnes in Mosen Baptizati sunt in nube & in mari.*

3. *Et omnes eandem escam spirituales comedeant.*

4. *Et omnes potum spirituales bibebant. Bibebant enim de spirituali, quæ eos comitabatur, Petra. Petra vero fuit Christus.*

Adhortaturus Corinthios, vt sibi caueat a carnali securitate, & stulta presumptione propter titulum Ecclesie, ponit eis ob oculos exemplum Ecclesie in veteri testamento valde illustre, nimirum Israelitas, quos Moyses duxit, ex Aegypto per desertum. Ac primum ipsorum gloriam, deinde lapsus, tertio penas exponit: Vt hoc exemplo illustri admoniti Corinthij discant timere Dominum. *Patres nostri,* inquit, *sub nube omnes erant:* Id est, Magna & excellens fuit gloria populi Israel, quem Moyses duxit ex Aegypto. Adsidue enim videbant præsentiam Dei, qui interdum in columna nubis, noctu columna ignis & præcedebat & tegebat, & illuminabat castra Israelitarum. Nihil simile legitur in tota mundi historia, quod Deus ita singulis diebus præsentiam suam sit testatus: atq; in hoc exercitu fecit. Repetenda hic est historia quæ extat Exo. 14. & Num. 9. Est autem huiusmodi Pauli argumentatio Etli ingens fuit gloria populi Israel quem Moyses eduxit ex Aegypto, adeo vt quotidie Deum habuerint præsentem, & columna nubis quæ Deus præsentiam suam testabatur, protegebantur, hæc tamen gloria non saluauit eos, nec fecit eos immunes a penis, sed nihilominus, cum secrete peccarent, & iram Dei prouocarent, grauissime eos puniuit Deus, & plurimos abiecit. Ita etli nunc & vestra gloria magna sit, quod sitis Ecclesia Dei, quod libertati estis ab idolis gentium, donati estis viuibili effusione Spiritus sancti: Loquimini varij linguis, habetis ministerium Euangelij, & vsum Sacramentorum, quibus Christus suam testatur præsentiam, non tamen hinc securitatem vobis promittere debetis, quasi pena non possint vos attingere, etiam si vos contaminaueritis secleribus: Sed omnino certo statuere debetis, sicut Deus non peperit isti populo, quem tanta gloria ornauerat, nec vocis securis & impenitentibus propter titulum parsurum esse. Hic est scopus argumentationis Pauli. Quod dicit *omnes sub nube, & per mare in Mosen baptizatos esse,* significat istam Ecclesiam ministerio Mosi collectam, et in ea ingentia miracula per Mosen edita esse, ita vt Ecclesia certa fuerit de voluntate Dei, de religione et cultu, et de diuinis benefactionibus. Quia vero hæc tanta gloria et tantis Dei beneficijs ad securitatem abutebantur, non tulerunt hoc impune, sed graues dederunt penas, vnde exemplum timere possumus, quo modo nobis cessorum sit si securi in tantis Dei beneficijs fuerimus. Omnino admonendus hic est pius lector de insigni corruptela huius loci Paulini quæ Caluini petulantè Ecclesie De obruere conatus est.

Quia enim Paulus dicit *omnes Israelitas eandem escam spirituales manducaisse,* Caluinus hoc line enarrat, ac si Paulus Ecclesiam veteris testamenti cum Ecclesia noui testamenti conserret: Et diceret, *Israelitas eandem escam spirituales comedis in deserto, quæ nos comedis in sacra cæna domini.* Et hinc amplius colligere conatur nos in nouo testamento et in cæna domini non aliter manducate carnem Christi, quam eam patres in deserto manducarunt, nimirum per fidem. Verum hæc manifesta et petulans est deprauatio textus Paulini.

Paulus

Calantius

Summa ca.

Christum

Gloria

Argumentum Pauli

Caluini corruptela

Paulus enim non confert Israelitas in deserto no-
biscum, sed inter se: non dicit Israelitas eandem escam
spiritualem comedisse quam nos edimus, loquitur enim
de manducatione Manna, quod nos nunquam
vidimus, nedum gustauimus. Insignis igitur & mani-
festa impostura est, quia τὸ αὐτὸ ἄρτον non respicit
Ecclesiam noui testamenti, sed tantum eos omnes
quos Moyses ex Aegypto eduxit. Hi licet omnes comederint
Manna & panem angelorum, tamen impietatem & scelera
non tulerunt impune, ut si dicas, omnes qui fuerunt
in arca Noe in diluuiio, sunt seruati, & tamen non omnes
placuerunt Deo.

Manna dicitur esca spiritualis.

Quia non communi naturae ordine datus. Ambros.

Deinde quod Paulus nominat escam spiritualem, non loquitur de manducatione corporis Christi spirituali quae fit per fidem, sed de manducatione Manna, quae fuit corporalis esca nutriens corpora Israelitarum: Idecirco autem Paulus nominat Manna escam spiritualem, & aquam fluentem e Petra potum spiritualem, quod eibus ille & potus non fuerit communi lege naturae datus, sed miraculose de caelo, & per virtutem Christi qui praesens regebat istum exercitum. De hac expositione Caluini monere potuisset Ambrosius, qui hunc modum verba Pauli planissime exponit: Manna & aquam quae fluxit de petra, haec dicit spiritualia: Quia non mundi lege parata sunt, sed Dei virtute sine elementorum commixtione, ad tempus creata, habentia in se figuram futuri mysterij, quod nunc sumimus in commemoratorem Christi domini. Diserte dicit Ambrosius ideo dici a Paulo spiritualia, quia non sint mundi lege creata: Hinc ergo de praesentia vel absentia corporis Iesu Christi in sacra coena nullum argumentum sumi potest.

Christus spiritualis Petra.

Commen- varius librorum Moisi.

Christo aeternus Deus

Bibebant, inquit, ex spirituali, comitante eos petra: Petra autem erat Christus. Ut illustret ingentem gloriam populi Israelitici, causam ostendit efficientem miraculoli cibi potus. Iesus Christus inquit aeternus & omnipotens Deus, perpetuus custos suae Ecclesiae, vere spiritualis petra, quae immotum fundamentum est totius domus Dei, quae est Ecclesia, semper comitabitur istum exercitum, regebat & tuebatur eum, immensis beneficiis adiciebat, & excellenti gloria ornabat eum: Quae Israelitae grato animo debuissent accipere & tanto maiore studio colere pietatem: Verum abusi sunt tot innumeris beneficiis ad carnalem securitatem: Itaque sunt puniti. Hic locus insignis est admodum: Est enim vice enarrationis in quatuor libris Moisi, Paulus enim Apostolico spiritu testatur. Moisen de Iesu Christo loqui, quae in Exodo & libris sequentibus refert Dominum Iehoua fuisse in isto populo praesentem, mandata dedisse per Moisen, duxisse populum, edidisse miracula, ostendisse suam gloriam, repressisse & tandem deleuisse hostes, puniuisse secures, & rebelles: promulgasse legem, instituisse sacerdotium, & totam istam condidisse politiam. Plurima igitur testimonia, & argumenta suppeditat nobis Paulus, quod Iesus Christus pro nobis crucifixus & resuscitatus sit aeternus & omnipotens Deus.

3. Verum plerique ipsorum non placuerunt Deo: prostrati enim sunt in deserto.

4. Haec autem figura nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes rerum malarum quemadmodum & illi concupuerunt.

Exemplis populi Israelitici nunc docet, nihil inuare externam gloriam Ecclesiae nisi ex animo seceris pietatem. Historia cuius hic meminit extat Num. 11. Vbi populus flagrauit desiderio edendi carnes, & Iesus Christus dedit quidem carnes: sed dum caro adhuc inter dentes versaretur, exarsit ira domini & percussit populum clade admodum magna. Nos ergo in Ecclesia caugere debemus, ne cupiditatibus nostris indulgeamus:

ne & nos grauem Dei iram prouocemus, & magnas poenas nobis accersamus.

7. Neque idolatrae sitis, sicuti quidam illorum, quemadmodum scriptum est: Sedit populus ut ederet & biberet, & surrexerunt ad ludendum.

Alio exemplo populi Israel nos hortatur ut vitemus Idolatriam: ne incurramus in Dei indignationem & graueri puniamur. Vno die enim 3000. Israelitarum interfecta sunt. Historia extat Exod. 32.

8. Neque scortemur, quemadmodum quidam illorum scortati sunt, & ceciderunt una die 23000. hominum.

Haec historia extat Numeri. 25. Et hoc exemplo seuerere monet Paulus, ut Christiani vitent libidines & omnes prohibitas commixtiones.

9. Nec tentemus Christum quemadmodum quidam illorum tentarunt, & a serpentibus extincti sunt.

Quod dicit Christum non esse tentandum, quemadmodum Israelitae Christum tentarunt, collo-
men nobis praebet in totum Moisen. Apostolico enim Spiritu monet, quidquid Moyses de Iehoua qui comitatus est castra Israelitarum, & ingentia miracula in populo edidit, scribit, hoc de domino nostro Iesu Christo perpetuo custode Ecclesiae intelligendum esse. Tentare Christum, est discedere a doctrina Christi, scire res extra vocationem, non credere miracula Christo editis, posere miracula a Christo, pro libidine & curiositate, Et tentare res magnas & periculosas ex praesumptione & sine mandato Dei, & sine fide in Christum. Historia extat Exo. 17. v. 7. Est ne dominus in medio vestri? inquit. Quia voce palam testati sunt se nec ministerio Moisi, nec tot diuinis miraculis fidem adhibuisse.

Christus Ecclesiae v. T. semper adfuit.

Tentare Christum.

10. Nec murmurate, sicut quidam illorum murmurauerunt, & interempti sunt a vastatore.

Saepeissime murmurauerunt Israelitae contra Dominum, ut Exod. 16 Num. 11. Numeri. 14. & alias. Sed quia hic vastatoris meminit, non est dubium quin respiciat ad historiam Numeri. 16. Vbi Moyses refert quomodo hiatus terrae absorpsit Core & Datan, factionem seditiosorum: & postero die populus murmurauit contra Moisen, quasi is populum Dei deleuerit. Et ira Dei excaudit & misit ignem de caelo, qui deuorauit in exercitu 14700. Israelitas. Obseruandum est hoc in loco, quod qui murmurant contra fideles pastores & ministros, contra filium Dei Iesum Christum murmurent, & iplo murmure suam impatientiam, diffidentiam & odium aduersus Christum demonstrant, & poenas graues sibi accersant.

Murmuratio aduersus pastores vergit in Christum.

11. Haec autem omnia figurae contigerunt illis: scripta vero sunt propter admonitionem nostri in quos termini aeterni inciderunt.

12. Quia propter qui stare videtur, videat nec cadat.

Accommodat nunc exempla veteris Ecclesiae, ad Corinthios & singulos Christianos. Ista omnia enumerunt Israelitis in deserto, & essent typt: Id est, exemplaria irae Dei aduersus securos & impios omni tempore Ecclesiae. Illud enim tempus educationis populi ex Aegypto fuit admodum illustre: Quod si ergo Deus abn pe-

non peperit isti populo tam glorioso & tot miraculis ornato, sed puniuit eos seuerissime: colligi facile potest Deum nemini paritum esse propter externum titulum & gloriam Ecclesie. Nos ergo saepe repetere debemus totius Ecclesie & mundi historias: & consideratione exemplorum irae Dei nos ad timorem Dei & pietatem accendere. Non peperit Deus Hierosolymis florentissimae urbi, quae vna erat sedes doctrinae, & domicilium Dei in terris apud homines: sed horribiliter eam vastauit propter contemptum verbi & necem filij: Non peperit Deus florentissimis regnis & nationibus: Non Asiae, non Graeciae, non Aegypto, non Africae, non peperit Antiochiae, non Epheso, non Corintho, non Constantinopoli, non Romae. Nemo ergo blandiatur sibi in securitate, vel contemptu verbi Dei, quasi Deus illi sit paritum, propter titulum Ecclesiae vel officij dignitatem: sed hoc potius statuatur, quo maioribus donis a Deo est adfectus, quo honestiorem locum in Ecclesia obtinet, hoc grauiores poenas est daturus, si securitate & impietate prouocauerit iram Dei.

Quod dicit *scipos fuisse, quae illis enenerunt*, docet ea quae acciderunt populo veteris testamenti multa nobis adumbrare, & figurate significare quod nobis in similibus casibus sit expectandum. Ac monet vt semper intueamur totius Ecclesiae historiam. Vsum etiam totius sacrae scripturae ostendit, *omnia*, inquit, *nostra causa scripta sunt*, vt exempla irae Dei nos admonerent, & in nobis iterum pietatem, timorem & dilectionem Dei excitarent.

Vfus sacrae scripturae.

Finem mundi non procul abesse.

In quibus *saeculorum incidit*: haec particula monet finem mundi non procul abesse: Ac quia Christus exhibitus est & omnes promissiones impletae, & abolita politia Moisaica, Euangelium ministerio Apostolorum in totum orbem sparsum, & gentes in societatem Ecclesiae cooptatae sunt, non est quod expectemus vel restitutionem politiae Moisaicae, vel nouum statum Ecclesiae aut noua sacramenta, aut noua vaticinia, sed omnino finem mundi, qui est praesentibus & laetum Iesu Christi aduentum de caelo in nubibus certa fiducia & spe expectare debemus, non enim perpetuo durabit mundus, vt philosophi nugati sunt: sed caelum & terra peribunt igni, & quidem vltimus ille mundi dies non procul abest. Domine Iesu Christe vnigenite fili Dei, sedens ad dexteram aeterni patris illumina, confirma & rege nos Spiritu tuo sancto, vt in vera agnitione tui, & fiducia tuorum meritorum constanter persistamus, & gloriosum tuum de caelis aduentum ingenti laetitia cordis excipiamus, & tecum in omni aeternitate viuamus, Amen.

Qui stat videat ne cadat: Haec summa est totius adhortationis. Non superbiendum esse propter dona, non praesumendum propter titulum Ecclesiae, non secure viuendum esse, sed perpetuo in timore Dei viuendum, & oratione & diligentia cauendum ne a Satana euertamur. Magni viri lapsi sunt. Aarō, Gideon, Saul, David, Absolon, Assa, Ieas, Iudas: quorum multi perierunt. Et nos humani aliquid pati possumus. Non ergo superbiamus sed assidue oremus dominum vt bonus Spiritus eius deducat nos in viam rectam Psal. 143. v. 10.

13. *Tentatio vos non adprehendit nisi humana, fidelis autem est Deus qui non sinet vos tentari, supra vires: Sed faciet vt tentatio eum sortiatur exitum, vt ferre possitis.*

Vtrinque muniendi sunt pii: Et ne labantur in securitate carnalem elati fiducia donorum: Et ne mergantur in desperationem, dum intuentur & suam ingentem imbecillitatem, & seuerissimam Dei iram. Postquam ergo Paulus recitatis multis exemplis irae diuiniae a securitate & praesumptione Corinthios de-

terrui, ne imbecilliores & timidiores, intuentes grauios lapsus populis Iudaicis, & seuerissima exempla irae diuiniae & simul expendentem ingentem suam imbecillitatem abiciant animum, & de salute adspicenda desperent, erigit eos insigni consolatione. Modo serio & sine hypocrisis sectentur pietatem, & expectant salutem, Deum non defuturum ipsis suo auxilio, nec passurum vt tentationum magnitudine opprimantur. *Tantum humana tentatio vos adprehendit*, id est, Et si Deus haecenus exercuit vestram fidem tentationibus: Tamen eas ita temperat & moderatur, vt sufferre & auxilio Spiritus sancti superare possitis, modo Spiritu, fide & inuocatione luctari velitis contra carnis adfectus. *Tentatio humana est*, quae a propria carne imunda & corrupta proficiscitur, & quae genus humanum exercere solet. Et significat Apostolus esse alias grauios tentationes, Diabolicas, quae prorsus evertunt homines & ita implicant, vt redire non possint ad Deum: Diabolica fuit tentatio, quod *Saul* omnem fiduciam in Deum abiiecit, tantum suae gloriae metu- it, & tandem a Satana opem petiuit. Sic Diabolica fuit tentatio *Achitophelis*, & *Iuda*, qui desperantes de venia apud Deum seipsum strangularunt. Diabolica fuit tentatio quod *Nestorius* noui dogmatis fuit auctor, nec potuit reduci ad saniorē mentem. Diabolica fuit tentatio, quod *Franciscus Spera* abnegauit veritatem, & deinde nullam admisit consolationem, sed clamauit se coram aeterno patre a filio accusari. Item, Quod *Latomus* falsus est se agnitam veritatem contra conscientiam oppugnasse, atq; ideo se damnatum esse nec posse consequi veniam. Haec est horribilis potentia Satanae quae dementat reprobos, vt non possint redire ad poenitentiam, ac permittit Deus eiusmodi exempla, vt discat Ecclesia metuere insidias & potentiam Satanae.

Solarium contra desperationem

Tentatio humana. Opponitur Diabolica.

Humanarum tentationes leniores.

Aliarum tentationes leniores sunt, quas humanarum vocat Apostolus: videlicet cum homines vel ex propria carnis imbecillitate labuntur in peccata contra conscientiam, vel etiam a Satana incauti impelluntur in peccata, aut persecutionibus vexantur propter veritatem. In his lapsibus, vel etiam persecutionibus, dum animus non est confirmatus Epicureo contemptu Dei, nec odio Dei & furore Satanae inflammatus, spes est redeundi ad salutarem poenitentiam, praesertim cum invocamur per verbum Dei. Nulla sane est tam leuis, vel exigua tentatio quin possit nos deicere de gradu fidei, & in aeternum exitium praecipitare, si tantum nostris viribus nitamur, sed quoniam Spiritu sancto ducimur ad poenitentiam, erigimur & confirmamur auxilio Dei, vincere possumus tentationes.

Sunt sane innumerae tentationes quae exercent Ecclesiam, aliae sunt spirituales, aliae corporales. Spirituales sunt, cum dubitamus de Deo, de prouidentia, nummus in numero electorum, de voluntate Dei erga nos tentamur, cum labuntur pii in peccata contra conscientiam, cum dubitant de perseuerantia, cum metuunt legis maledictionem: Cum terrores conscientiae ad duos sentiunt, & metuunt aeternam abiectionem. Aliae sunt corporales cum solliciti sunt pii de victu, de hospitio, de defensione: Cum sustinent exilia, miseriae, arumnas, morbos, carceres, propter veritatis professionem. Cuiuscunque autem generis sint tentationes, sciendum est certum auxilium nobis promissum esse, si quis in peccatum contra conscientiam prolapsus est, promittit Deus veniam. *Vino ego nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* Ezech. 33. v. 11. Et Christus inquit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis ego reficiam vos* Matth. 11. v. 28. Si terret nos ingens nostra infirmitas & immanis potentia Satanae, erigere nos debet promissio Christi: Ioan. 10. v. 28. *Nemo rapiet oues meas de manu mea: si de victu, & rebus ad hanc vitam necessariis tentamur, in promptu est dictum: Non in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod procedit ex ore Dei.* Matth. 4. v. 4. In summa nulla est tam saeva tentatio, quin in ea ver-

Tentatio spiritualis.

Corporales

Solatio in omnibus tentationibus.

bum Dei suppeditet nobis consolationes efficacissimas. Atque hoc loco promissio insignis quae in omni tentatione offert nobis auxilium, diligenter observanda & imis pectoribus est infigenda, *fidelis est Deus erga omnes & singulos, qui non sinit nos tentari supra vires, sed talem largitur exitum tentationis, ut a moderatur eam, ut nos sufferre possimus.*

14. *Quapropter dilecti mei, fugite idolatriam:*

15. *Tanquam prudentibus loquor: Iudicate vos quod dico.*

Idolatriam fugiendam manet.

Initio huius capituli hortatus est Corinthios, ut admoniti exemplo veteris Ecclesiae cauerent varia seclera, nec prouocarent iram Dei & poenas sibi attraherent: Quia vero difficile erat adfectos per totam vitam idolatriae, ab ea abdicere, peculiari studio repetit preceptum de fugienda idolatria & de eo prolixè concionatur monstratis causis, quae nos ad fugiendam idolatriam praemonere debent, & tota Apostoli concio ad primum praecipuum decalogi pertinet. Est enim idolatria peccata contra primum praecipuum, quo fingitur aliquod numen praeter verum Deum patrem domini nostri Iesu Christi, & vel in creaturam Dei, vel in figmentum hominum collocatur fiducia, & honores qui soli Deo debentur, fictitio numini tribuuntur.

Idolatria quid.

Prudentia vera tantum in Ecclesia.

Hilarius.

Prudentes appellat Paulus ciues Ecclesiae: Vera enim prudentia tantum est in Ecclesia Christi: In qua Spiritus sanctus illuminat hominum mentes, & lucet verbum Dei fons omnis sapientiae. Grauer & pie dixit Hilarius de Trini. lib. 5. *Nihil in se habet sapientia impietas: Et, Dei timor qui est initium sapientiae, ubi deest, aufert secum omne exordium prudentiae.*

Inquisitio in doctrina omnibus commendata.

Apostolus Paulus defert iudicium de sua doctrina Ecclesiae: Licet ergo toti Ecclesiae Christi, & singulis auditoribus tam laicis ut vocant, quam clericis, tam idiotis, quam summis Episcopis inquirere in doctrinam suorum pastorum, & de controuersis ferre sententiam. Quemadmodum & Christus docet, *Cautè vobis a falsis Prophetis.* Matth. 7. v. 15.

16. *Calix benedictionis, cui benedicimus, annon est communicatio sanguinis Christi? & panis quem frangimus, numquid est communicatio corporis Christi?*

17. *Siquidem unus panis, unum Corpus multi sumus. Omnes enim de uno pane participamus.*

Argumentum fugiendam esse idolatriam.

Primum hoc est argumentum sumptum a contrariis, quo docet fugiendam esse idolatriam. Qui particeps est corporis & sanguinis Christi, nihil commune habere debet cum Idolis. Christiani fiunt particeps corporis & sanguinis Iesu Christi: Ergo cum Idolis nihil commune habere debent. *Nulla enim communicatio est Christi & Belial:* 2. Cor. 6. v. 15. locus hic valde insignis est, siquidem perspicue explicat controuersiam de praesentia corporis Christi in sacra coena, & validissime munit veram sententiam contra praestigia Calvinistarum, qui Pauli verba flagitiose deprauant. *Calvinus* contendit inesse figuram his verbis Pauli, & sic enarrat. Panis est communicatio corporis Christi, id est, symbolum communicationis corporis Christi. Alii sic deprauant. Panis est id quo fit societas cum Christo. *Bullingerus* sic enarrat, ut dicat corpus Christi, hic allegorice significare Ecclesiam: Atque aliter contorquet verba Pauli, omnes vero Calvinistae hoc agunt, ut corpus & sanguinem Iesu Christi e Sacra coena proturbent & exterminent. Nobis ergo tanto magis laborandum est, ut Thesaurum hunc preciosissimum tueamur, & veritatem doctrinae Apostolicae retineamus.

Doctrina de coena contra calvinianos confirmatur. Caluini explicatio. Bullingerus.

Quod ergo ad voces attinet, certum est *κοινωνία* significare non societatem, sed communicationem & participationem, quod tandem etiam Calvinus conuictus rei euidencia concessit. Paulus enim vocabulum *κοινωνία* per vocem *μελοχὴν* exponit. Et *Theophyl:* Dicit *κοινωνία* aliquid excellentius significare, quam *μελοχὴν*, summam nimirum unionem cum Christo.

Communicatio suam hic unionem vocat. Theophyl.

Vocabulum (corpus) non significat hoc loco Ecclesiam, quae per allegoriam corpus Christi dicitur, sed significat ipsam substantiam corporis Iesu Christi, quae pro nobis in cruce pependit, & ex mortuis resurrexit. Negari enim non potest Paulum hic de Eucharistia, & de corpore & sanguine Iesu Christi agere, dicit enim *calix benedictionis, cui benedicimus.* Et inepta & violenta est *Bullingeri* interpretatio, cum dicit corpus Christi hic significare Ecclesiam. Cum enim dicat Paulus *calicem esse communicationem sanguinis Christi*, hoc necesse est, non de Ecclesiae, sed sanguinis Christi vera participatione intelligi. Verba igitur Apostoli proprie sine figuris accipienda sunt.

Corpus substantiam humanam natura Christi vocat.

Bullinger.

Ac quia controuertitur, num Paulus de spirituali communicatione, consociatione, & initione sancto-rum in Christo, an vero de corporali, participatione, loquatur: Item, num ex his verbis pateat, quod corpus Iesu Christi in sacra coena vere sit praesens, edatur & percipiatur ab indignis & dignis simul, nec ne, ipsa verba Spiritus sancti ponderemus, examinemus, & perpendamus.

De qua communicatione Paulus agat.

Primum ergo attendat pius & veritatis studiosus lector, quis sit scopus disputationis Paulinae, & quid docere conetur Apostolus. Adhortatur Paulus Corinthios, ut fugiant idolatriam, & Ethnica sacrificia, utque Corinthios ad obtemperantiam persuadeat, argumentum ducit ex doctrina de coena domini: Qui particeps sunt corporis & sanguinis Iesu Christi, hi non debent fieri particeps Daemonum. Vos Corinthij in visu coenae domini estis particeps corporis & sanguinis Iesu Christi. Ergo fugere debetis omne consortium idolorum: Et abstinere a sacrificiis Ethnicis: hanc esse Pauli argumentationem, cum verba ipsa, tum sequentia argumenta, & tota orationis series docet.

Scopus Pauli.

Argumentum.

Ex hac autem argumentatione liquet, Paulum non figurate, sed proprie locutum esse. Si enim hoc sensisset Paulus, panem Eucharistiae tantum esse signum communicationis corporis Christi, parum fecisset hoc argumentum, ad deterrendos Corinthios a sacrificiis idolorum. Nec spirituales participationem corporis Christi intelligit Paulus, cum dicit: *panis est communicatio corporis Christi:* quia non agit hic tantum de fidelibus & poenitentibus, qui piis motibus cordis ad sacram synaxim accedunt, sed etiam impenitentes, & secures Corinthios alloquitur, qui se idolatria & consortio sacrificiorum Ethnicorum contaminabant. Cum ergo testetur, etiam eos qui securi sunt, & verae fidei expertes, communicare corpori & sanguini Iesu Christi, quoties vescuntur pane & vino benedictio, manifestum est: Paulum non de spirituali & salutari participatione corporis & sanguinis Iesu Christi hic agere: quam pij, in quibus vera existit poenitentia, & lucet fides, & qui abstinere ab Idolatria & aliis peccatis vastantibus conscientiam, tantum percipiunt: sed de corporali, quae communis est tam indignis quam dignis.

Proprie loquitur.

Non agit de spirituali communicatione.

Sed de corporali.

Secundo, homini sano & cordato dubium esse non potest nec debet, quin Paulus Apostolus texens argumentum ex institutione coenae dominicae respexerit ad verba Iesu Christi eaq; ponderauerit, & ex his uerbi fonte hauserit suam argumentationem. Unde certo patet, oportere eandem esse mentem verborum Pauli: *panis cui benedicimus est ne communicatio corporis Iesu Christi:* quae est verborum Christi, *Hoc est corpus meum.* Matth. 26 v. 26. Manifestum est autem ex declaratione Christi, huc esse sensum verborum Christi,

Argumentum sumit ex verbis institutionis coenae.

D.

Hoc

Hoc est corpus meum: Id est, panis Eucharistiæ est verum corpus Iesu Christi, quia addit Christus: *quod pro vobis traditur*. Luc. 22. v. 19. Panis non est symbolum vel signum corporis: Nam signum corporis non est pro nobis datū in mortem, sed ipsum corpus Christi, quod in cruce pependit. Ergo & verborum Pauli sensum necesse est eundem esse. Videlicet *panis cui benedicimus, est communicatio corporis Iesu Christi*: Hoc est, est ipsum corpus Iesu Christi, cuius omnes fiunt participes, qui sacra synaxi utuntur. Hæc nulla sophistica everti possunt. Qui vero contendunt, Paulum figurate locutum esse: quod panis sit signum communicationis corporis Christi, hinc a postulo Paulo manifestam faciunt iniuriam, & verba Spiritus sancti violenter contorquent, & ipsa etiam verba institutionis cænæ evertunt. Si enim panis Eucharistiæ est tantum signum communicationis corporis Christi, sequeretur, & verba cænæ sic oportere accipi: videlicet, panem Eucharistiæ esse signum corporis: & signum corporis pro nostris peccatis in mortem esse traditum. Quis vero non videt quanta impietate illa dicerentur? Abiq; omni igitur figura Paulus proprie locutus est, *panis cui benedicimus, est communicatio corporis Iesu Christi*, id est, panis benedictionis est ipsum corpus Iesu Christi, cuius omnes fiunt participes, qui de hoc pane edunt.

Tertio, distincte pronuntiat Paulus *calicem benedictionis esse communicationem sanguinis*: panem benedictionis esse communicationem corporis Iesu Christi: Docet ergo Apostolus, in calice ipsum sanguinem Christi, in pane ipsum corpus Christi nobis communicari. Ad ipsam enim institutionem Christi respexit Apostolus figurate bibere sanguinem Christi, & edere carnem eius, vnum & idem est, nimirum per eandem fieri participem beneficiorum Christi: Verum Paulus communicationem sanguinis tribuit hic calici benedictionis, communicationem corporis panis Eucharistiæ tribuit. Ergo non loquitur de spirituali communicatione.

Quarto, si Paulus voluisset significare spiritualem participationem, potius dixisset Spiritum, aut fidem, aut ipsam viuificationem esse communicationem corporis & sanguinis Christi: fides enim est medium, quo adplicatur singulis Christus, & Spiritu viuunt in nobis Christus: sed Paulus dicit calicem esse communicationem sanguinis, & panem benedictionis esse communicationem corporis. Ergo necesse est eum de corporali communicatione corporis & sanguinis Iesu Christi loqui, quam omnes, qui de hoc pane edunt, & ex hoc calice bibunt, percipiunt, tam indigni & securi, quam poenitentes, & cum fiducia in Deum ad sacram cœnam accedentes:

Quinto, probatio, quam attexit Apostolus testatur, hanc esse mentem Pauli: licenim probat, quod panis sit communicatio corporis Christi: Quia vnum est panis, & vnum corpus multi sumus: omnes enim ex vno pane participamus. Ex eo, quod in sacra cœna ex vno pane omnes participamus, probat Apostolus Paulus, panem benedictionis esse communicationem corporis Iesu Christi: Hæc ratio Pauli non conlisteret, si mens Pauli esset, quod panis esset signum communicationis corporis Christi, & tantum de spirituali participatione locutus esset Apostolus.

Non enim ex eo sequitur, quia ex vno pane participamus, fieri nos omnes participes beneficiorum, meritum, Spiritus & efficaciam Christi: multi enim per hypocrisin accedunt, ad synaxin, & iudicium sibi sumunt, tantum abest, ut fiant participes beneficiorum & Spiritus Christi, Necesse est igitur hanc esse mentem verborum Pauli, quod ipso pane communicetur omnibus corpus Christi, dignis ad salutem, indignis ad iudicium.

Ergo melior expositio verborum Pauli dari non potest, quam per verba Iesu Christi: *Calix benedictionis est communicatio sanguinis Iesu Christi*, id est, Vinum benedictionis est ipse sanguis Iesu Christi, in remissionem nostrorum peccatorum effusus, & omnes, qui ex

hoc calice bibunt digni & indigni, participes fiunt sanguinis Iesu Christi: Et panis Eucharistiæ est communicatio corporis Iesu Christi, id est, Panis benedictus est ipsum corpus Iesu Christi, quod pro nobis est traditum & omnes qui manducant hunc panem Eucharistiæ, fiunt participes corporis Iesu Christi, tam indigni quam digni.

Hanc ergo sanam & natiuam verborum Pauli sententiam tueamur, contra Calvinistarum præstigias. Quod vrgent aduersarij vocem Pauli, *vnum Corpus multi sumus*, in eo nihil iuuantur. Corpus enim vocat Paulus vnam congregationem, vnum cœterum, vnam societatem, ut ciues vnius ciuitatis sunt quasi vnum corpus: sic qui cōgregantur in Ecclesia ad participandum de Eucharistia, sunt vnum corpus, vna congregatio. Ex eo autem quod totus cœtus communicat, de vno pane colligit, Eucharistiam esse participationem corporis Christi. Necesse est igitur ipsum corpus Christi vere distribui in cœna, non tantū dignis, sed & indignis, siquidē & indigni de vno pane participant.

18. *Videte Israel secundum carnem, numquid qui comedunt sacrificia participes fiunt altaris:*

Declaratio est argumenti prioris a simili: quando Israelite offerunt, & deinde comedunt sacrificia: Singuli fiunt participes oblationis. Sic etiam Christiani, quando offerunt panem & vinum, & comedunt & bibunt corpus & sanguinem Christi, omnes fiunt participes corporis & sanguinis Christi. Hoc argumentum & declarat & confirmat superius monstratā sententiam. Si enim indigni nihil participarent de corpore & sanguine Christi, sicuti Calvinistarum habet delirium, intempestiue adduxisset Paulus hoc argumentum sumptum a sacrificiis Israelitarum, præsertim cum de participatione corporis Christi loqueretur.

19. *Quid igitur dico: Quod idolon aliquid sit: Aut quod idolis sacrificatum aliquid sit.*

20. *Imo hoc dico, quod quæ gentes sacrificant, Diabolus, & non Deo sacrificant.*

21. *Nolo autem vos participes fieri Dæmoniorum.*

Ostendit Paulus quid vrgeat in suo argumento sumpto a cœna domini & participatione corporis Christi: Nimirum ut Corinthij abstineant a sacrificiis idolorum, ne participes fiant Diabolorum: *Idola quidem, inquit, nihil sunt, neq; sacrificantur idolis quidquam est*: Hæc per se nec iuuare nec lædere nos possent, sed quia quæ offeruntur idolis, Diabolis offeruntur, qui impellunt homines ad cultus idolorū, idcirco abstinendum est, ne communicent homines Dæmonibus. Hic iam vociferantur Calvinistæ, ecce an non communicatio cum Dæmonibus est spiritualis? Ergo & communicatio corporis Christi, quæ illi opponitur, est spiritualis? Respondeo, Paulus non loquitur de spirituali societate cum Diabolis, sed de externa & corporali participatione: Quod videlicet qui ex Christianis accedebant ad sacrificia idolorum, etsi animo abhorerent a societate Dæmonum, tamen vescendo Idolothytis corporaliter communicaret Dæmonibus: quia cibos Dæmonibus scilicet in cultu oblati vscerentur, & sic quodam modo testarentur, quod societatem cum Dæmonibus haberent, & horribiliter sese contaminarent. Prohibet ergo Paulus non solum internam & spiritualem societatem cum Diabolis, sed etiam externam & corporalem communicationem cum Diabolis, quæ fiebat participatione cibi, qui erat oblati Diabolis. Violenter itaq; contorquent hunc textum Calvinistæ

In calice sanguinem in pane corpus Christi communicari.

Non agit de communicatione Spirituali.

Participatio panis est participatio corporis Christi.

Explicatio Christi.

Per vnum corpus congregationem vocat.

Simile

Scopus Pauli.

Caluinianorum instantia.

Responsio.

Communicatio cum Dæmonibus.

uinistæ contra mentem Pauli: Qui docet, in cœna participationem veri corporis Christi fieri: In sacrificiis idolorum homines communicare Diabolis. Ideoque prorsus fugienda esse omnia idola.

Non potestis calicem domini hibern, & calicem Daemoniorum: Non potestis participes fieri mensæ domini, & mensæ Daemoniorum:

22. *An vero ad indignationem prouocabimus nos dominum? Num fortiores eos sumus?*

Argumen- tum Pauli. Hic quasi maiorem ponit sui argumenti. Christiani non possunt simul & mensæ domini & mensæ Diabolorum fieri participes: Sed in sacra cœna fiunt Christiani participes corporis Christi: In sacrificiis idolorum homines communicant Diabolis. Ergo Christiani ab idolorum sacrificiis prorsus abstinere debent. Huc tendit Apostolus Paulus. Si obiciat quis Caluinista. Si Paulus de corporali participatione corporis Christi locutus est, quæ communis est dignis & indignis, potest quis simul & de corpore domini participare & mensæ Daemonum fieri participes: Sed Paulus negat hoc fieri posse: Ergo & spirituali participatio- ne est locutus. Respondendum est, Paulum hoc velle: Non posse id fieri cum salute animæ, Non potestis simul esse participes mensæ domini, & mensæ Diabolorum cum salute vestra salute.

Obiectio Caluina. Nam qui indigne edit corpus domini, reus sit corporis Christi: Et qui mensæ Daemonum participat, contaminat se fecunda idolatriæ. Cauendum est igitur, ne iram Dei prouocemus Atque ita ostendit Paulus etiam in hac sententia, quod de corporali participatione corporis Christi & corporali participatione sanguinis Christi sit locutus, quæ dignis & indignis est communis. Monet enim & tenet Corinthios, ne corpus domini ad iudicium edant Si tantum de spirituali communicatione locutus fuisset: nihil opus fuisset eos terrene participatione corporis Christi iræ Dei prouocarent: Nam spirituali participatione corporis & sanguinis Christi nemo abuitur. Ideo inquit, *An vero ad indignationem prouocabimus dominum?* quasi dicat: Cauete ne ad iram prouocetis dominum nostrum Iesum Christum, dum ferociter sine pœnitentiâ serua acceditis ad Eucharistiâ, participantes de corpore ipsius & tamen secuti inanis accedentes nihilominus ad sacrificia idolorum. *An potiores illo sumus?* hoc est, an securi sperabimus nos euasuros pœnâ tanti sceleris? an nescitis Dominum esse omnipotentem qui leui memento, grauissimo potest nos adficere supplicio. Metuamus ergo eius iram, abstinemus ab omni cultu idolorum, ad cœnam vero domini semper cum serua pœnitentiâ accedamus.

De cõmuni- catione dignis & indignis communi- agit. Nam qui indigne edit corpus domini, reus sit corporis Christi: Et qui mensæ Daemonum participat, contaminat se fecunda idolatriæ. Cauendum est igitur, ne iram Dei prouocemus Atque ita ostendit Paulus etiam in hac sententia, quod de corporali participatione corporis Christi & corporali participatione sanguinis Christi sit locutus, quæ dignis & indignis est communis. Monet enim & tenet Corinthios, ne corpus domini ad iudicium edant Si tantum de spirituali communicatione locutus fuisset: nihil opus fuisset eos terrene participatione corporis Christi iræ Dei prouocarent: Nam spirituali participatione corporis & sanguinis Christi nemo abuitur. Ideo inquit, *An vero ad indignationem prouocabimus dominum?* quasi dicat: Cauete ne ad iram prouocetis dominum nostrum Iesum Christum, dum ferociter sine pœnitentiâ serua acceditis ad Eucharistiâ, participantes de corpore ipsius & tamen secuti inanis accedentes nihilominus ad sacrificia idolorum. *An potiores illo sumus?* hoc est, an securi sperabimus nos euasuros pœnâ tanti sceleris? an nescitis Dominum esse omnipotentem qui leui memento, grauissimo potest nos adficere supplicio. Metuamus ergo eius iram, abstinemus ab omni cultu idolorum, ad cœnam vero domini semper cum serua pœnitentiâ accedamus.

23. *Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt: Omnia mihi licent: sed non omnia adificant.*

24. *Nemo querat quod suum est, sed vnusquisq; quod est alterius.*

Respondet instantiæ. R visus hic diluit obiectionem eorum, qui doctrinam de libertate Christiana nõ recte perceperant, & pijs sententijs ad prætextum suæ impietatis & collusionis abutebantur: quos & supra cap. 6. represserat. Audiuerant Corinthij, *Mundis omnia esse munda:* Tit. 1. v. 15. Et *Domini esse terrâ:* Psal. 4. v. 1. Ergo licere Christianis omnia: Hinc colligebant licere etiam ipsis interesse sacris idolorum. Refellit ergo Apostolus hanc finistram opinionem, & docet longe aliam esse sententiâ doctrinæ & libertate Christiana. Ac primo sciendum est, hoc dicto non includi opera expresso Dei verbo prohibita. Nequaquam licet pijs colere idola, peiorare, falsa dogmata spargere, seditiones mouere, scortari, furari, mentiri: *qui talia faciunt,* inquit Paulus, *sunt extra regnum Dei non possidebunt.* 1. Cor. 6. v. 8. Sed de rebus denique medijs & adiaphonis intelligendum est dictum: quod nimirum *nihil sit immundum mundæ corde:* Tit. 1. v. 15 quod Christiani non sint adstricti ad leges ceremoniales Mosi, nec ad statuta vel decreta Episcoporum. Donati enim sunt Christiani libertate in Christo Iesu: Et *Domini est terra & omnia plenitudo eius.* Psal. 24. v. 1. Ergo licet pijs singulis rebus uti cum gratiarum actione. Non sumus adstricti ad certum genus ciborum, neq; ad certos dies festos, neq; ad certam formam politæ, neq; ad certum genus vestimentorum, neq; ad certas ceremonias: sed omnia licent pijs, scilicet in his reb. medijs. Nam si quis ferociter peccet contra decalogum, iam non est pius, sed impius contemptor Dei: cum omnia sunt immunda, tam mens, quam cõscientia Tit. 1. v. 15. Deinde, etsi Christiano in rebus medijs omnia licent Conscientia enim eius per fidem in verbo libera est ab omnibus: tamen hac libertate in nullius fraudem vel detrimentum abuti debet. Nõ enim tantum nostri, sed etiam Ecclesiæ & proximi rationem habere debemus. Quare si intemptiuus vsus libertatis impediturus videtur ædificationem Ecclesiæ, & paritufus scandalum proximo potius de meo iure cedere debeo, & abstinere ab vsu libertatis. Liber erat Paulus, & potuisset omittere Timothei circumcissionem: Sed quia censet expedire Ecclesiæ ut circumcidatur, ne Iudei ab eo abhorreant, circumcidit eum. Liber erat Paulus, & salarium petere potuit ab Ecclesijs, quas erudiebat: Abstinit tamen, quia videbat hoc facere ad Ecclesiæ ædificationem. Ita non tantum pijs videre debent, quod ipsis bona conscientia liceat per se: sed etiam quid expediat, quid ædificet Ecclesiam, quid erudiat & confirmet fratrem in veritate. *Nemo querat, quæ sua sunt:* hoc est, nemo ad seclibus & cupiditatibus suis indulgeat, sed singuli querant, quæ sunt alterius: iuxta præceptum, *Diliges proximum tuum, secuti te ipsum.* Matth. 22. v. 39.

Libertas non ad ea quæ verbo mandata

tari, furari, mentiri: *qui talia faciunt,* inquit Paulus, *sunt extra regnum Dei non possidebunt.* 1. Cor. 6. v. 8. Sed de rebus denique medijs & adiaphonis intelligendum est dictum: quod nimirum *nihil sit immundum mundæ corde:* Tit. 1. v. 15 quod Christiani non sint adstricti ad leges ceremoniales Mosi, nec ad statuta vel decreta Episcoporum. Donati enim sunt Christiani libertate in Christo Iesu: Et *Domini est terra & omnia plenitudo eius.* Psal. 24. v. 1. Ergo licet pijs singulis rebus uti cum gratiarum actione. Non sumus adstricti ad certum genus ciborum, neq; ad certos dies festos, neq; ad certam formam politæ, neq; ad certum genus vestimentorum, neq; ad certas ceremonias: sed omnia licent pijs, scilicet in his reb. medijs. Nam si quis ferociter peccet contra decalogum, iam non est pius, sed impius contemptor Dei: cum omnia sunt immunda, tam mens, quam cõscientia Tit. 1. v. 15. Deinde, etsi Christiano in rebus medijs omnia licent Conscientia enim eius per fidem in verbo libera est ab omnibus: tamen hac libertate in nullius fraudem vel detrimentum abuti debet. Nõ enim tantum nostri, sed etiam Ecclesiæ & proximi rationem habere debemus. Quare si intemptiuus vsus libertatis impediturus videtur ædificationem Ecclesiæ, & paritufus scandalum proximo potius de meo iure cedere debeo, & abstinere ab vsu libertatis. Liber erat Paulus, & potuisset omittere Timothei circumcissionem: Sed quia censet expedire Ecclesiæ ut circumcidatur, ne Iudei ab eo abhorreant, circumcidit eum. Liber erat Paulus, & salarium petere potuit ab Ecclesijs, quas erudiebat: Abstinit tamen, quia videbat hoc facere ad Ecclesiæ ædificationem. Ita non tantum pijs videre debent, quod ipsis bona conscientia liceat per se: sed etiam quid expediat, quid ædificet Ecclesiam, quid erudiat & confirmet fratrem in veritate. *Nemo querat, quæ sua sunt:* hoc est, nemo ad seclibus & cupiditatibus suis indulgeat, sed singuli querant, quæ sunt alterius: iuxta præceptum, *Diliges proximum tuum, secuti te ipsum.* Matth. 22. v. 39.

25. *Omne quod in macello venditur, comedite, nihil diiudicantes, propter conscientiam:*

26. *Domini enim est terra & omnis plenitudo eius.*

Seuere prohibuit Paulus, ne Christiani ad sacrificia idolorum accederent, & ne Idolothytis vescerentur: ne fierent participes dæmoniorum. Tam fieri poterat, ut caro sacrificata Idolis in templis, postea fere- tur in macellum, & illic publice venderetur. Sic enim Satan sua idolomania cuperet omnes angulos totius mundi opplere, suis sordibus ut omnes contaminet. Hic ergo dubitare poterant imbecilles, quid faciendum esset. Si elus ciborum, qui Idolis & dæmoniis sacrificati sunt, adeo contaminat hominem, ut faciat eum participem dæmoniorum: Et constare nobis non potest, an carnes vel panes, qui in macello venduntur, Idolis fuerint sacrificati, ergo nihil ciborum tuto emere & comedere poterimus? Paulus respondet: *Imo, omne quod venditur in macello comedite,* sine disputatione vel inquisitione, siue sit sacrificatum, siue non sacrificatum.

Creaturarum enim vsus licitus est pijs: In sacrificiis idolorum vesci non licet idolothytis: Quia societas eius illicita illa in sacrificiis adprobat idola: Et Deum adficere cõ- est vesci i- dolothyti- his, nec constat nobis de aliorum abusu & impietate, creaturæ omnes nobis Christianis sunt mundæ. *Domini enim est terra & plenitudo eius.* Probat testimonio scripturæ, ex Psal. 24. v. 1. desumpto omnes creaturas mundas esse Christianis. Impij quidem sua impietate sibi contaminant creaturas, ita ut ipsius cedant in perniciem, sed nihil hoc ad pijs: creaturæ enim nõ sunt Diaboli, neq; impiorum hominum: Sed sunt Domini nostri Iesu Christi, qui condidit cœlum & terrâ, & omnia quæ

quæ in eis sunt. Cum ergo omnia sint Christi: Et Deus omnia cum filio pro sua bonitate dederit mundis corde, hoc est, si de in Christum credentibus, nihil potest esse immundum aut noxium, si cum gratiarum actione percipiatur. Idolum res est contaminatissima: Sed si ex aureo idolo confletur moneta, Christiano licebit ea, ut pecunia munda, uti. Quam copiosam doctrinam contineat hæc versiculus, ostendimus in explanatione, Psalm 24.

27. Si quis autem infidelium inuitauerit vos, & vultis accedere, omne quod vobis adponitur edite, nihil disputantes propter conscientiam.

28. Si quis vero dixerit vobis, hoc est idolothyton, ne edatis, propter enim qui indicauit, & propter conscientiam. Domini enim est terra & plenitudo eius.

R Visus alium proponit casum de quo erudit Corinthios, si quis infidelium cognatus vel amicus inuitauerit vos ad cenam & prandium: Et placet vobis interesse conuiuio amicorum, non prohibeo: Licet enim cibum capere etiam cum palam impius qui non sunt pars Ecclesie Et in conuiuio nihil opus est inquietate quæ sint idolis sacrificata, quæ non sunt Conuiuium est res externa & civilis nec pertinet ad culum idolorum. Itaque vescaris omni genere ciborum, qui apponuntur vobis. Domini enim est terra & plenitudo eius. Psalm 24. v. 1. Omnia sunt iesu Christi: Et nos huius omnipotentis domini heredes sumus: Licet ergo nobis uti & irui rebus domini nostri. Quod si vero Christianus aliquis intertuerit conuiuio, illic indicauerit hoc vel illud esse idolothyton, tunc ne comedas de eo, ut eius parcas conscientiam. Posset enim offendi tuo exemplo, & cum ille nondum percepit doctrinam de libertate Christiana conscientia dubitante posset tuum imitari exemplum, & vesci idolothyto, cum graui vulnere conscientie. Nam quæ immundum esse, et est immundum. Rom. 14. v. 14. Ita quam tibi liceret vesci idolothyto in conuiuio, sine omni inquisitione & diuinatione: tamen ne infirmi Christiani, qui indicant hoc vel illud esse idolothyto, conscientiam vulnere, abstinendum est tibi. Ita Paulus præclare docet, quando opus sit contentione nominis diuini, contra idolorum cultus: Et quam late pateat libertas, in quam nos filius Dei collocauit: Et quomodo utendum sit libertate.

29. Conscientiam dico non propriam sed alterius: Cure enim libertas mea iudicatur, ab alterius conscientia &

30. Si autem per gratiam particeps sis, quare blasphemor in eo, pro quo ego gratias ago.

Quia dixerat, propter conscientiam abstinendum esse ab esu indicati idolothyti, ne piti hoc sic acciperent, ac si nostræ conscientie aliorum indicatione scurpulus iniici possit: Addit expositionem, se loqui alterius conscientia, cui sit parcendum: Et addit necessariam doctrinam, quod nostra conscientia non debeat pendere ab aliorum iudicio. Abstinere inquit, debes ab idolothyto, non propter tuam conscientiam, que libera est in domino, cuius est nota terra. Sed propter conscientiam alterius, ne ea, qua infirma est, exemplo scandalizetur. Cur inquit, libertas mea ab alterius conscientia iudicatur? Quali dicat. Conscientia & libertas nostra non debet pendere a iudicio alterius conscientie: Sed a verbo Dei, quod ostendit nobis libertatem in Christo. Alterius conscientie iudicium

meam conscientiam, nec vulnerare, nec sanare potest. Mihi satis est, me agnoscere Christi beneficium, & habere certum verbum, quidquid alii de me iudicauerint.

Si inquit, ego per gratiam participo: Aliud addit argumentum, non se debere damnari ab infirmo, quod libertate sua sit usus, & fruatur beneficiis Dei. Per gratiam inquit participo. Hoc est, ego intelligo Dei beneficium, & scio nobis per gratiam Dei dari omnis generis cibos: Atque ego etiam velcor cum gratiarum actione profecta ex fide. Itaque infirmus, qui videt me vescentem sine iudicatione & inquisitione, non debet iudicare, nec damnare meam conscientiam.

31. Sine igitur editis, siue bibitis, siue quid factis, omnia ad gloriam DEI facite.

32. Ne sitis offendiculo, neque Iudæis, neque Græcis, neque Ecclesie Dei.

33. Quemadmodum & ego, (hoc ago) ut omnibus in omnibus gratificer: non quaerens meum commodum, sed quod vobis prodesse possit, ut saluentur.

Conclusio est totius tractatus de vsu libertatis, quæ doctrinam tribus capitibus exposuit. Hæc summa est inquit omnium, ut non tantum in cibo & potu, sed in omni actione & conatu vitæ, omnia dirigatis ad gloriam Dei, & utilitatem proximi: ne quis tuo commodo studeat: neque vli homini scandalum præbeat, sed semper spectet Ecclesie iesu Christi ædificationem. Amplissimum sane & utilissimum præceptum: Et norma certissima, iuxtaquam in omni actione sese probare potest conscientia. Casus enim innumeri, & infiniti sunt, & fieri non potest, ut de singulis casibus definitæ tradantur sententiæ. Hæc igitur regula traditur totius vitæ, & actionum. Omnia ad gloriam Dei facienda esse, & ad utilitatem Ecclesie & proximi. Verbum DEI docet, quid cedat ad gloriam Dei: Sic etiam verbum Dei & ratio docent, quid conducatur proximo. Non igitur difficile est vere pio etiam in obscuro casu scire, quid factu opus sit: absit tantum omnis hypocrisis: & scio etiam iuuocetur Christus, ut nos suo Spiritu regat.

regula omnium actionum,

Loci doctrinae.

1. Quod titulus Ecclesie, externa societas cum filiis Dei, & externus vsus sacramentorum, & beneficiorum Dei, nec constituat filios Dei, neque faciat nos immunes a peccatis, quæ verbum Dei minatur, contra legem Dei peccantibus.
2. Quod semper in Ecclesia iesu Christi mali, ut hypocrita & Epicurei, sint admixta bonis & sanctis.
3. De miraculis diuinis, quibus confirmata est doctrina Moysis.
4. De æterna diuinitate iesu Christi, & perpetua eius presentia in Ecclesia Paulus interpretatur Moysen in Exodo & sequentibus libris, & testatur iesum Christum esse illum dominum Iehoua, qui locutus sit cum Moise, qui texerit & defenderit populum Israel, & stupenda miracula per Moysen ediderit. Ergo iesus Christus est æternus & omnipotens Deus, qui perpetuo adest Ecclesie.
5. De seueritate Dei, qua solet animaduertere in idolatras.
6. De Iustitia DEI, qua solet punire scortatores.
7. Quod non sit tentandus Deus: siquidem multi & excellentes viri qui tentarunt Deum, ex impatentia, & murmurarunt contra eum, grauissime a Deo puniti & abiecti sunt.
8. Vniuersam sacram scripturam ad nostrum vsum esse

Conscientia nostra non pendet ab alterius iudicio.

esse accommodandum: nam exempla iustitiæ Dei nos hortantur, ut vitemus peccata: Exempla misericordie Dei fidem & spem in nobis exuscitare debent.

9. Omnibus piis cauendam esse præsumptionem, & confidentiam animi, & semper in timore Dei petendum auxilium, ut Spiritu sancto in fide confirmemur. Nam multi magni viri, qui bene cœperunt, turpiter lapsi sunt, & gratia Dei exciderunt.

10. Ingens consolatio, quod Deus non sinat nos terri super vires, sed vires præbeat per Spiritum sanctum, ut eas suffere possimus.

11. Quod Ecclesia Iesu Christi habeat ius & potestatem iudicandi, de doctrinis omnium docentium in Ecclesia. Siquidem ipse Apostolus subiicit suam doctrinam iudicio Ecclesiæ.

12. Quod in sacrosancta Iesu Christi cœna vere & substantialiter præsens sit verum & substantiale corpus, & verus & substantialis sanguis domini nostri Iesu Christi: qui non solum a dignis, & vere piis, ad confirmationem fidei, sed etiam ab indignis, hypocritis & impiis, ut Iuda, cum accendunt ad mensam domini, ore percipiatur ad iudicium.

13. Quomodo libertate Christiana sit utendum nimirum ita, ut semper gloriæ Dei, ædificationi Ecclesiæ, & utilitati proximi potius studeamus, quam nostro commodo.

20. Quod conscientiæ nostræ libertas non pendeat ab alterius iudicio, sed a verbo Dei, quod nobis Christi beneficia patet facit.

CAPUT XI.

Summa
Cap.
Partes duæ.

I.

VT tota Epistola, ita & hoc caput, cum doctrinam, tum reprehensiones, continet. Sunt autem duæ præcipuæ partes capituli: *Priore* parte laudat Corinthios, quod doctrinam & ritum a Paulo illis commendatos studiose imitentur, & retineant: & hortatur ut in eo studio pergant: Taxat autem quod peccent in externa disciplina, eo quod permittant feminis orare nudo capite in cœtu fidelium: Viri vero orent capite tecto. Docet ergo eos quid congruat honestati, & quid ipsa natura doceat.

II.

Alterâ pars capituli est concio de cœna dominica, & eius administratione. Hic reprehendit primum abusum in Ecclesia Corinthiaca: quod confuse, sine timore Dei, & bene poti Eucharistiam acciperent: Deinde trahit institutionem cœnæ dominicæ, & hortatur ut singuli sese explorent, priusquam ad sacram cœnam accedant: ne ad iudicium corporis domini edant: monet etiam ob hanc securitatē multos in Ecclesia morbis castigari: & tandem hortatur totam Ecclesiam ad feriam poenitentiam,

1. *Imitatores mei estote, quemadmodum & ego Christi:*

2. *Laudo autem vos fratres, quod omnia mea memoria tenetis, & quemadmodum tradidi vobis, traditiones observatis.*

IN octavo, nono, & decimo capitibus sæpe proposuit suum exemplum Apostolus Paulus doctoribus, & Ecclesiæ Corinthiacæ, ex quo scire possent quomodo uti debeant Christiana libertate. Ne autem dubitare possent, num in omnibus placerent Deo imitando Paulum, ad Christum ipsum deducit ipsos. Cum me imitamini inquit, non me tantum, sed ipsum Christum imitamini, quem ego semper in conspectu habeo, ut ad ipsius exemplum omnia mea consilia, & actiones dirigam. Christus non quæsiuit sua commoda, sed tantum gloriæ Dei, & salutem Ecclesiæ studuit: Sic & nos decet huc referre omnia nostra consilia & cona-

tus. Commendat deinde Ecclesiam, quod probe meminerit doctrinæ, & ritum, quos tradidit eis Apostolus Paulus. Etsi .n. irrepsent vitia & abusus in Ecclesia: Non tamen abiecerant doctrinæ Apostolicæ professionem, nec mutabant ferociter Pauli instituta. Quæ ergo recta erant commendat, ut in iis pergant: Quæ emendatione opus habebant, taxat & emendat: Atque ita ostendit, se non ex odio vel cupiditate vindictæ, sed amore paterno, & Apostolico Spiritu tam seuera oratione castigasse Corinthios. Pollicetur etiam sibi hæc commendatione Corinthios fore in cæteris dociles.

Quod Paulus dicit Corinthios tenere traditiones & instituta, hoc pontificii transferunt ad suum signum, quo duas statuunt partes verbi Dei, nimirum doctrinam scriptam, & traditionem non scriptam: Ac Deinde contendunt non minore religione ad traditiones non scriptas, nos obligatos esse, atque ad doctrinam, in scriptis Prophetarum & Apostolorum comprehensam. Hoc si illis concederetur, tum sane admodum essent & liberales & audaces in statuendis traditionibus Apostolicis. Nulla enim tam scæda idolomania apud pontificis, nulla tam futilis & inepta cæceremonia, nullus tam teter sacramentorum abusus, nullum tam blasphemum dogma, nullus denique tam impius cultus est qui non tegatur hoc velamine: Esse nimirum traditionem Apostolicam, licet hoc nullius hominis testimonio probari possit: sciendum est igitur, Paulum nequaquam hoc veile quod incerte traditiones maiorum verbo Dei sint æquandæ. Imo alibi monet, ut Paulinæ traditiones hominum caueamus. Colos. 2. vers. 22. *Secundum traditionem hominum* ne illa vobis imponat. Sed de traditionibus loquitur, quas vel coram, vel per Epistolas certo a Paulo acceperant.

Primum ergo cum de traditionibus agitur, videndum est, num expresse in scriptis Apostolorum continentur. Hoc enim si tibi deprehensum est, sine omni ambiguitate acquiescendum est Apostolicæ traditioni: nimirum enim mandatum Dei est, cui omnes homines parere tenentur: *Hunc audite*. Matth. 17. v. 5. *Itē, qui nos audit, me audit*. Luc. 10. v. 16.

Deinde, si non exprimat in scriptis Apostolicis, videndum est, num ea pugnet cum verbo Dei. Hoc enim si doceri potest, nihil est certius, quam traditionem non esse profectam ab Apostolis. Nefas enim est cogitare, quod Apostoli instituerint ritus cum expresso Dei verbo pugnant. Quorum igitur patrū testimonia proferantur in medium, ubi traditio discrepat a scriptis Prophetarum & Apostolorum, sine omni hæsitacione reiicienda & tollenda est. Sacra enim scriptura norma est rectissima & certissima totius religionis, omnium articulorum fidei, omnium controuersiarum rituum & cultuum: Et pie ac grauitè à Cypriano dictum est: *Adulterum est, impium est, sacrilegum est, quodcūq; humano furore instituitur, ut diuina violetur dispositio*. lib. 1. Epist. 8.

Tertio si qua traditi sub titulo Apostolicæ auctoritatis prædicetur, neque ea expresse continetur in scriptis Apostolicis: Neque etiam pugnat cum expresso Dei verbo, tum certo statuere possumus eam inter fidei articulos non esse numerandam, neque etiam ad salutem necessariam esse. Omnes enim fidei articuli, & quidquid ad salutem necessarium est cognitu, diserte & plene in sacra scriptura veteris & noui testamenti est expositum. Traditio igitur, quæ Apostolicis scriptis non continetur, neque cum iis pugnat, inter Adiaaphora, seu res medias recensenda est. Nec vero statim amplectenda est traditio, quæ venditur titulo Apostolicæ institutionis: Sed certa & firma testimonia antiquitatis & probatorum authorum inquitanda sunt. Deinde videndum est, num ritibus Adiaaphoris adstringantur errores cum expresso Dei verbo pugnant: Quod cum deprehendimus, sine dubitatione eas reiicere debemus, iuxta præceptum Pauli. *Siquis aliud Euangelion docuerit, sit anathema*. Gal. 1. v. 8. Hoc

traditiones
quas intel-
ligat.
traditiones
pontificio-
rum.

Paulinæ
traditiones

traditiones
verbo scri-
ptæ con-
tentæ.

traditiones
non discre-
pent a ver-
bo.

Cypria.

traditio
quæ nec
verbo pro-
ponitur
nec probi-
betur: non
est articu-
lus fidei.

Sub titulo
traditionis
multa ven-
ditantur
falsæ.

Siquis aliud Euangelion docuerit, sit anathema. Gal. 1. v. 8. Hoc

Hoc ergo loco Paulus de iis traditionibus loquitur, quas scriptis Epistolis toti Ecclesiae commendavit, quae ad fidem & mores pertinent.

3. *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est: Caput autem mulieris vir: Caput Christi Deus.*

4. *Omnis vir orans seu Propheas habens aliquid in capite, probro adficit caput suum.*

5. *Omnis vero mulier orans aut Propheas non velato capite, dehonestat caput suum. Nam id perinde est, ac si raso esset.*

6. *Etenim si non velatur mulier, etiam tondeatur. Quod si turpe est mulieris tonderi aut radi, veletur.*

Veri simile est, mulieris Corinthiacas, ut in opulenta & lasciviae plena vrbe, nimis licenter se gessisse in publico coetu sanctorum, & quaedam nudo capite orasse in publico congressu. Hunc lascivum morem taxat, & corrigit Apostolus, & docet mulieres debere velato capite orare: viros autem aperto capite. Et huius sui praeccepti addit rationes.

Prima est, quia Christus sit caput viri: vir autem sit caput mulieris. Ergo vir nudo capite libertatem suam & dominium profiteri debet, quod possidet in Christo: Mulier tegmine profiteri debet, quod sit sub marito. Est quidem Christus caput totius Ecclesiae, tam mulierum sanctarum, quam virorum tenentium, & omnibus suis membris praebet vitam & Spiritum. Et in Christo Iesu neque est miles, neque famulus. Gal. 3. vers. 28. *mas non habet prerogativam praemuliere, ut potius salvetur.* Verum hic Paulus loquitur de peculiari ordine, quo Deus instituit, ut viri gerant docendi ministerium, & obtineant principatum, & auctoritate praesint coniugibus. *Deus inquit est caput Christi.* Christus enim in carne principatum, & munus summi pontificis a patre aeterno accepit, atque ideo omnia refert Christus ad gloriam patris aeterni. *Doctrina inquit quam auditis, non est mea, sed eius qui misit me.* Joan. 7. v. 16. *Christus est caput viri:* hoc est, Christus commendavit viro ministerium: constituit eum principem in familia, & hac gloria eum ornavit, ut in ministerio & gubernatione repraesentet Christum dominum, omnia igitur ad gloriam Christi referre debet: & capite aperto profiteri, quod sit liber in Christo. *Vir est caput mulieris:* hoc est, mulier & est a viro & gloriam & honorem a marito habet: vxor enim coruicat radiis mariti: velato igitur capite profiteri debet, quod sit sub mariti potestate, & quod verecundiam, & reverentiam debeat marito.

Natio a luce Naturae.

Secundam rationem sumit Paulus a sensu communi, & luce naturae: Ipsa ratio naturalis admonet, turpe esse, si radatur vel tondeatur femina quia ipsa natura ornavit mulieris coma, & foedum aspectu est si conspiciatur mulier raso vel tonso capite: *Si capite nudo consisti mulierem, perinde est, ac si tondeatur vel radatur.* Ergo ipsa natura docet, quid sit decorum & honestum. Mulier ergo cum orat in publico coetu, velet caput suum, & verecunde agnoscat, se sub potestate mariti esse.

7. *Vir quidem non debet velare caput: imago & gloria Dei existent. Mulier autem gloria viri.*

8. *Non enim vir est ex muliere, sed mulier ex viro.*

9. *Neque conditus est vir propter mulierem,*

sed mulier propter virum.

10. *Qua propter debet potestatem, id est, velamen habere in capite, propter angelos.*

Hoc argumentum est, quod supra posuit, de excellentia & eminentia mariti in coniugio, ita ordinavit Deus, ut quancquam uterque sexus ad imaginem & gloriam Dei sit conditus tamē vir principatum obtineat in familia, & tanquam rex quidam sit domi suae, qui vires Dei & Christi agat in familia. Decet ergo virum ut dominum in familia sua detecto capite Christum dominum repraesentare. Nam *imago & gloria est Dei.* Hoc est munere & officio & principatu suo super familiam suam, refert Christum, & est ornamentum Dei, qui condidit eum & constituit eum dominum. Non hic dicitur de imagine spirituali, ad quam mas & femina est conditus, quae per Spiritum sanctum, tam in foemina quam in mare restituitur: sed de ordine sexus, & gloria ministerii, & potestate Ecclesiastica. *Mulier est gloria viri:* id est, insigne ornamentum & corona est viri: magna enim gloria est viri, quod talem vitae sociam adiunxit ei Deus. Salomon Proverb. 12. v. 4. *de muliere sedula* pronunciat, quod sit *corona mariti:* sed hic Spiritus sanctus de toto sexu pronunciat, & ad historiam creationis respicit. Ethnici scriptores plerique in primis Eurypides, magna contumelia hunc sexum adficiunt: sed contumeliosi sunt in Deum auctorem sexus, & ingrati in parentes, ex quibus ortum duxerunt. Spiritus sanctus vero in sacra scriptura variis encomiis opera Dei ornare solet. Duobus deinde argumentis probat Apostolus viri eminentiam, id est. Quia mulier ex viro sit de sumpta. *Sumpsit*, inquit scriptura, *Deus costam e latere Adae, & fabricavit mulierem.* Et Adā inquit *Hoc nunc est os ex ossibus meis, & caro de carne mea, propterea virago vocabitur.* Gen. 2. v. 22. Alterum est, quia *mulier propter virum est condita, & non vir propter mulierem.* Cum enim non iuveniretur adiutorium, quod coram Adam esset, dixit Deus, *non esse bonum homini esse soli faciam ei adiutorium, quod coram eo sit.* ibid. v. 18. Ordine igitur prior est vir, & eminentia superior. Ergo mulier tegumento significare debet, quod sit sub potestate viri. Addit deinde Apostolus rationem tertiam, cur mulieres populo, vel velamine tegere caput debeant in publico coetu, nimirum propter angelos, qui cum sint ad sidui custodes piorum, & in primis delectentur publicis congressibus, in quibus praedicatur Dei verbum, & Deus vera invocatione & gratiarum actione colitur, vehementer offenduntur mulierum lasciviae & foeda consuetudine, a qua ipsa natura abhorret.

11. *Ceterum neque vir absque muliere neque mulier absque viro in domino.*

12. *Quemadmodum enim mulier ex viro: Ita & vir per mulierem: Omnia autem ex Deo.*

Paulus hinc addit suae sententiae, quo sensu haec accipi velit, ne quis Apostoli sententia abutatur. Quasi dicat: Non haec eo dico ut viri superbe contemnant vxores, aut sese efferant, aut se prerogativam habere existiment in adipiscenda salute: Sed tantum ut decens & conveniens ordo disciplinae, & potestatis Ecclesiasticae observetur. Extra hunc gradum tam mulieres quam viri & creaturae sunt Dei, & ad promissionem de vitae aeternae hereditate pertinent. *Alioquin inquit, neque vir absque muliere, neque mulier absque viro in domino.* Id est, neuter sexus absque altero existere, & gignere posset. Itaque mutuam inter se benevolentiam & amorem exhibere debet. Vir pie cogitet se ex muliere natum esse & Dei ordinatione sibi adiutorium conditum esse: Ideoque huic sexui exhibeat honorem, mulier pie cogitet se ex viro & propter virum conditam esse, &

Image non intelligitur hic Spiritu-
alis.

Mulierum
laus.

Eurypides

Vir caput
est vxoris.

Angeli in-
ter sunt sa-
cris con-
gressibus.

Mariti stu-
dium erga
vxorem.

Dei

Nedum
capit do-
minii iu-
diciam.
Velamen-
sum subie-
ctionis.

Vxoriser- Dei ordinatione marito subiecta : Quare prompto
go maritū. animo sese ei subiiciat & reuerentiam præstet. Addit
Apostolus *in domino* : Qua particula significat hanc
prudentiam & moderatorem & virtutum tantum
ab iis præstari, qui sunt membra Iesu Christi, & ducū-
tur Spiritu sancto. Nam viri impii, si vxoribus carere
possunt contumelia adficiunt sexum. Si carere ñ que-
unt, tyranni sunt coniugum, & necessitati naturæ iras-
cuntur : Vnde *Ethnici* dixerunt, *Vxor est necessarium
malum*. Vicissim mulieres, si non sint piæ, aut ordine
turbato viris dominari volunt, aut iniurioso animo pa-
rent maritis : Quia voluntatem domini non agnos-
cunt. Monet ergo Paulus pios coniuges, vt in timore
domini ad authorem generis humani, qui masculum
& foeminam condidit, respiciant, & eius voluntati &
ordinationi sese subiiciant.

13. *Inter vos ipsos iudicate, num de eorum
sit, vt mulier non velata oret Deum.*

14. *Annon & ipsa natura docet vos, quod
vir, si comam nutriat, seipsum probro
adficiat.*

15. *Mulier autem si comam nutriat, est
illi honori : Quia coma pro velamine
data est ei.*

Euangeli- Repetit argumentum, quod sumpta iudicio na-
um non turæ. Ipsa natura docet distinguendum esse sexum,
tollit legē & comam esse & velamen & ornementum mulierum.
naturæ. Non ergo repugnetis naturæ. Doctrina enim Euange-
lii non extinguit aut delet reliquias naturalis iudicii,
sed potius lumen naturæ obscuratum restituit & rur-
sus accendit. Et addit nouum cælestis huius, quod
toti rationi tuit incognitum.

16. *Cæterum, si quis videtur contentiosus
esse, nos huiusmodi consuetudinem nõ
habemus, neq; Ecclesie Dei.*

NE Corinthii Græca consuetudine opponant sua
sophismata & argutas disputationes, perinde ac si
de Philosophicis rebus rixarentur, abruptit Paulus
disputationem, & monet a contentione abstinendum
esse. Mihi inquit nec ocium est, neque mea consuetu-
do fert vt rixer cum hominibus contentiosis. Neque
Ecclesie Dei hanc consuetudinem habent, vt more
contentiosorum hominum sine fine litigent, sed Ec-
clesia cum audit vel clara sacre scripturæ testimonia,
vel graues & pias rationes placide acquiescit, neq; am-
pius vel doctoribus vel sibi ipsi facit negotium. Ita
volo, vt omissis contentionibus in hac pia & graui
sententia acquiescatis.

SECUNDA PARS HUIUS CAPITIS.

17. *Hoc autem præcipiens non laudo, quod
non in melius, sed deterius conueni-
tis.*

18. *Primum enim conuenientibus vobis
in Ecclesia, audio esse dissidia: Et ex par-
te credo.*

19. *Oportet enim sectas in vobis esse, vt
qui probati sunt manifesti fiant inter
vos.*

2. Pars. cap. **De abusu** **ecclæ.** **I**n hac secunda parte capituli rursus alium abusum,
qui irreperat in Ecclesia Corinthiaca taxat &
emendat Apostolus. Cœnam enim dominicam con-

uerterant aliqui in prophanas comestiones & com-
potationes & inter sese dissidia fouebant, & diuiores
deliciabantur in Ecclesia, & pudefaciebant pauperes,
atque ita ad iudicium plerique accipiebant corpus &
Languinem Christi. Grauius igitur taxat Apostolus
hunc ab usum, hortatur Ecclesiam ad veram pœnitentiam
& timorem domini: Et repetendo institutionem
& doctrinam cœnæ dominicæ, restituit verum & sa-
lutarem eius usum.

Quod fatetur Apostolus in Ecclesia Corinthiaca, Matth. 13.
quæ ab Apostolis fundata erat, esse dissidia, congruit vers. 25.
hoc cum parabola dominica de hoste, qui noctu dor-
mientibus hominibus, serit zizania in agro domini.
Quare contra hunc hostem & vigilandum & orandum
est.

Et Apostoli testimonio & parabola Christi resu-
tantur *Donatista*, qui eiusmodi fingunt & requirunt
Ecclesiam, in qua mali non sint admixti bonis nec vl-
la existant dissidia. Cum Christus dilerte dicat, *finite
vtraq; crescere vsq; ad messem, tempora missis mandabit
Deus angelis suis, vt colligant zizania, & coniciant ea
in ignem, qui non extinguetur.* Matth. 13. v. 30.

Dictum Pauli. *Oportet esse hæreses*, non est ita intel-
ligendum, quod Dei voluntas, seu fatum sit causa hæ-
resium seu sectarum : Semper enim in conspectu ha-
benda est sententia. *Non Deus volens iniquitatem euas.*
Psalm. 5. v. 5. Item : *Hæc sunt quæ oas, sicut dominus.*
Zach. 8. v. 17. Sed quod in hac corrupta in hominum
natura, & durante tyrannide Satanæ in mundo fieri
aliter non possit, quam vt exoriantur hæreses & sectæ.
Satan enim ardens horribili odio Christi & salutaris
veritatis indefesso studio instigat & accendit leuia, in-
quieta & ambitiosa ingenia, vt serant falsa dogmata,
& nonarum sectarum authores sint: Vt Christum co-
tumelia adficiat, vulnera infligit Ecclesie, & multo-
rum hominum salutem impediatur.

Nec omnes, qui se adiungunt Ecclesie confessionem
doctrinæ, serio agunt pœnitentiam, nec assidue in
Spiritu & veritate inuocant Deum, sed multi viuunt
secrete, sunt mancipia inanis gloriæ, aut student ven-
tri, & hypocriti simulant religionem. Hæ causæ, cum
existant, nimirum odium & furor Satanæ aduersus
veritatem, & leuitas, & ambitio & impietas multorum
hominum, fieri aliter in mundo potest, quin exoriantur
sectæ & hæreses. Nec tamen conatur Satanæ succe-
dit : Nec enim veritas opprimitur hæresibus, neque
Ecclesia funditus deletur: Quod vnice querit Satanæ.
Quia Deus hoc malo vt nouit ad suam gloriam & v-
tilitatem Ecclesie: per ipsas enim hæreses probati & in-
ignere pietate firmi sunt conspicui, dum se fortitet
falsis dogmatibus opponunt, & constanter in veritate
persistunt: Hæreses etiam ex ortæ præbent occasionem
ardentius implorandi auxilium Spiritus sancti, vt diu-
cat nos in omnem veritatem, & vt reprimat horren-
das blasphemias fanaticorum : Sunt etiam occasio
maior studio scrutandi scripturas, inquirendi verita-
tem, & attentius perpendendi singula testimonia Spi-
ritus sancti.

Huic vberem fructum admiranda gubernatione
& sapientissima dispositione Dei, qui etiam pessimis
vti potest ad suam gloriam, percipit Ecclesia hæresi-
bus. Nihilominus & Deus abominatur hereses & gra-
uissimis suppliciiis punit eas: Et Ecclesia ex animo de-
testatur eas, vt opera fædissima Satanæ. Quando ergo
pii animaduertunt exoriri in Ecclesia sectas ne turben-
tur, quasi pereundum sit Ecclesie, nec propter zizania
deserant Ecclesiam, sed ipsi dent operam, vt sint triti-
cum, & tanto ardentius & discant veritatem, & orent
dominum.

20. *Conuenientibus ergo vobis in unum,
non est dominicam cœnam edere.*

21. *Vnusquisq; enim propriam cœnam su-*

mit

mit edendo: Et alius quide me jurit, alius vero est ebrius.

22. Annon domos habetis ad edendum & bibendum? Num Ecclesiam Dei contemnitis? Et pudescitis eos, qui non habent (cibum?) Quid vobis dicam? Laudabo vos in hoc? non laudo.

Hic iam propius accedit ad abusum cenae domini, quem taxare constituit. Quia Corinthii magna securitate celebrabant cenam domini, haud dubie non vnum aut duo tantum, sed multa concurrerunt peccata.

Abusus cenae apud Corinth.

Graue scelus fuit, quod cenam domini, in qua distribuebatur corpus & sanguis Iesu Christi, conuertebant in comestiones & potationes. Graue peccatum erat, quod pauperes defraudabant in cena publica: Graue peccatum fuit, quod contemnerent Ecclesiam Iesu Christi & pauperiores pudesceret. Haud dubie etiam ipsam doctrinam corrumpebant aliqui: Nam qui sese in cena intebriarunt, si non crediderunt panem benedictum esse verum corpus Iesu Christi: Et vinum esse verum sanguinem ipsius. Hos ergo graues & enormes abusus in doctrina & disciplina Ecclesiastica taxat Apostolus, & docet reuerenter, sobrie & in timore Dei accedendum esse ad sacram synaxin: Et hanc cenam Dominicam accurate distinguendam esse ab aliis conuiuiis. In primitiua Ecclesia consuetudo fuit vt quoties conuenirent pii, ditiores munera secum adferrent, panem, vinum, & alia ciborum genera, & postquam concionem audiuerant & Psalmos cantauerant, conuiuium instruebant ad reficiendos pauperes, deinde & cena domini distribuebatur, hunc morem veteris Ecclesiae Tertullia: in Apologetico describit. Corinthii autem corrupserunt hanc consuetudinem: Pauperibus enim neglectis & a se remotis, conuiuia celebrarunt, & coram Ecclesia potarunt, immemores & fraternae dilectionis & verae penitentiae. Graui igitur reprehensione dignus fuit iste abusus cenae domini.

Consuetudo Ecclesie primitiuae.

Tertull.

Ratio emendandi abusus.

Optima autem ratio est emendandi errores & abusus & prauos mores Ecclesiae, quae sit per repetitionem & explicationem doctrinae a Christo traditae, & per sermone adhortationem ad penitentiam. Fundamentum enim Ecclesiae est sana & incorrupta, doctrina de Iesu Christo. Paulus igitur repetit & explicat hic doctrinam de cena domini: & deinde hortatur Corinthios ad sermone penitentiam. Vt ergo Pauli concionem plenius intelligamus, & singula eius dicta attentius expendamus, totum articulum de cena domini, quantum dominus per Spiritum suum dabit, ordine explicabo, per haec capita in quibus agam.

- I. De appellationibus S. cenae.
- II. De auctore.
- III. De Definitione cenae.
- III. Vera praesentia corporis & sanguinis Christi in cena demonstrabitur argumentis sumptis,
 - 1. A Testimonio & declaratione Christi.
 - 2. A proprietate. N. Testamenti.
 - 3. A Testimonio Pauli.
 - 4. A manducatione indignorum.
- V. Resumbuntur abiectioes & argumenta caluianorum 15. deductarum a proprietate corporis naturalis, vbi simul decem praerogatiuae humanae naturae Christi explicantur, tum ex ascensu Christi in caelum: ex 16. Cap. Iohan. 28. Cap. Matth. ex Analogia Sacramentorum V. Testamenti: a natura promissionis gratiae: ex ratione communionis spiritalis lausque aliis.
- VI. Fines quinque ob quos infinita est cena recedebuntur.
- VII. De probatione sui & salutari preparatione.
- VIII. Qui ad cenam admittendi qui arcedi sunt.

- IX. Cause propter quos saepe usurpanda est cena explicabuntur.
- X. Qui fructus salutarem cenae usum sequi debeant.
- XI. De Pontificiorum vario abusu & prophanatione cenae.

DE COENA DOMINI.

CAPVT I.

De appellationibus.

Cum cena domini variis adpellationibus in Ecclesia nominetur, obseruandum est, quas appellationes ipse Spiritus sanctus usurpauerit, & quae in veteri Ecclesia vsitatae fuerint, & vnde nati sint.

I. Spiritus sanctus 1. Cor. 11. v. 20. vocat cenam Dominicam *ἡ ἐπισημωμένη κεναι*, quia sit ab ipso Domino Iesu Christo instituta, & in ea ipse Dominus Iesus Christus sit vere praesens & suum Corpus & sanguinem distribuat: quae accurate ab omnibus aliis cenis distinguenda est. Sic & *τράπεζαν κυρίου* nominat Paulus, 1. Cor. 10. v. 21. vt quae non sit communis mensa ad reficiendum Corpus: Sed quam ipse Dominus Iesus Christus instruxit ad fouendam animae nostrae salutem.

Cena Domini.

Mensa Domini.

II. Discipuli deinde Apostolorum vocarunt *εὐχαριστίας* gratiarum actionem: quia Euangelistae dicunt, Christus *εὐχαριστίας* fregit: Id est, Christus gratias agendo consecrauit hunc Panem & Vinum: Et nos in vsu cenae Deo gratias agere debemus pro redemptione Ecclesiae, quae per mortem filii Dei facta est. Sic *Irenaeus* inquit: Eucharistia constat duabus rebus terrena & caelesti. lib. 5. Et *Tertullia*: de Coro. militis. Eucharistiae Sacramentum & in tempore victus & omnibus mandatum a Domino, etiam ante Lucanis caetibus, nec de aliorum manu quam praesidentum sumimus.

Eucharistia Matth. 26, vers. 27.

Irenaeus.

Tertull.

III. Sic & synaxin a congregatione fidelium vocarunt. Nam & Paulus inquit: *conuenientibus vobis Christus*. to. 5. in acta Apost. Homil. 18. Na & preces propter te perpetuae fiunt, & laudes & Synaxes, & oblatio per singulos dies dominicos. Et *Epiphanius* dicit, Ecclesias ab Apostolis hanc habere consuetudinem, vt Synaxes celebrent feria quarta, sexta, & die dominico, pag. 456. *συνάξεις δὲ ὀπιτελούμεναι ταχθεῖσαι εἰσὶν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τετράδι, καὶ περὶ σαββάτων καὶ κυριακῆ.*

Synaxis.

Chrysostr.

Epiphanius Liturgia.

IV. Quarto graecis vsitatum fuit administrationem cenae domini adpellare *λειτουργίαν* sumpta occasione ex loco Act. 13. vers. 2. *λειτουργούντων ἀνθρώπων τῷ κυρίῳ.* Ministrantibus ipsis Domino & ieiunantibus. Vbi Lucas de toto ministerio loquitur: Dum Ecclesia & preces faceret, & verbum audiret, & cena Domini teretur, & ieiunaret. Vox enim *λειτουργία*, non significat sacrificium, sed publicum ministerium, quo sensu a Paulo vsurpatur. Corinth. 9. v. 12. Transulerunt igitur etiam ad publicam cenae domini administrationem. *Ignatius* Epistola 2. *λειτουργούντας ἀπὸ λειτουργίαν καθάρων καὶ ἀμωμων.* Item: Canon: 28. Apostol. *Siquis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, iniuste depositus propter manifesta scelera, ausus fuerit ministerium accipere antea sibi commendatum, hic prorsus excindatur ab Ecclesia.* Non ergo proprie cenam domini significat *λειτουργία*, sed totam administrationem cenae domini: Nimirum publicum munus docendi, preces, gratiarum actionem & distributionem cenae.

Ignatius.

Quinto, veteres & *ἀγάπην* nominarunt nimirum propter officia dilectionis: Quia ditiores dona conferbant,

Αγάπη.

Tertull.

rebant, quibus pauperum indopiam subleuabant. Vade Tertullianus in Apologetico inquit. Cœna nostra de nomine rationem suam ostendit. Vocatur ἀγία id, quod dilectio penes grecos est: Quantisumq; sumptibus constat, lucrum est pietatis nomine facere sumptuum: Si quidem inopes quoq; isto refrigerio iuuamus. Hæc ergo appellatio non tantum cœnam domini complectitur, sed officia caritatis, quæ simul in administratione cœnæ præstabantur.

Oblatio & Sacrificium

Sexto Græci sæpe προσφορὰν, θυσίαν adpellant cœnam domini, quod Latini imitati, nominarunt oblationem & sacrificium. Causæ autem sunt huius adpellationis: Prima, quod diuites offerebant panes, & vinum, & alia, quibus cibabantur & iuuabantur pauperes: Altera, quod Deo offerebantur sacrificia Eucharistica, gratiarum actio, inuocatio, prædicatio nominis diuini, confessio, & officia fraternæ dilectionis, loco sacrificiorum typicorum. Non igitur ipsa cœna proprie, sed officia pietatis, quæ in vtu cœnæ præstabantur a pijs, sic vocabantur. Can: Apost. 8. Siquis Episcopus προσφορὰς γυνομένης non communicauerit, causam exponat. Sic & Irenæus dicit: lib. 4. Ca: 32. Christus calicem confessus suum esse sanguinem noui testamenti, nouam docuit oblationem. Quia vero pontificii hanc appellacionem ita deprauant, vt fingant cœnam domini esse ἱλαστῆριον sacrificium, in quo Corpus & sanguis Iesu Christi Deo offerantur pro remissione peccatorum, sciri necesse est, non fuisse hanc patrum mentem, sed eos de Eucharistico sacrificio intellexisse, & locutos esse, non de offerendo corpore & sanguine Christi, sed de operibus piorum, videlicet de inuocatione, gratiarum actione, confessione & similibus officijs, quæ Paulus λογικὴν λατρείαν: Petrus θυσίαν πνευματικὴν appellant. Sic Irenæus clare dicit. In cœnâ Iohannes in Apocalypsi dicit esse orationes sanctorum.

Irenæus.

Cōmunio Basilus. Nazian.

Dionysius.

Missæ.

Septimo: Aliqui scriptores κοινῶν, ἢ φέικτα μυστήρια appellant, vt Basilus, in orat: De Baptismate. Item μυσταγωγίαν ἢ ἱεροθεσίαν vt Nazianzenus. Τελέτην θεῖαν συνάξιον. Item, Τελέτην τελέτων vt Dionysius. Τελέτην ἀπορήτων vt Synesius, Mystericam benedictionem vt Cyrillus. Ἀβχην conuiuium, vt Dionysius. Sed hæc appellaciones ita generales sunt, vt etiam alijs ritibus & cæremonijs sacris conuenire possint. Octauo. Latini Missam appellarunt, de cuius vocabuli origine, cum variæ sint coniecturæ potius quam interpretaciones, tum omnium simplicissima est, quod nomen hoc natum sit ex dimissione populi peractis sacris: Si quidem minister dicere solitus est. Ite missa est: Quemadmodum & in græca Ecclesia vltarum fuit dicere. Τοῖς λαοῖς ἀπέμειν ἔσω. Id est, quisque iam ad propria dimittitur. Nulla adpellatio longius recedit ab adpellatione, qua Spiritus sanctus est vsus, quam vocabulum Missæ. Ac quia pontificii idolatriæ hæc appellacione intelligunt blasphemiam oblationem corporis & sanguinis Iesu Christi pro viuis & mortuis, prodesse profus aboleri hanc profanam vocem in Ecclesia repurgata, quæ cœnâ idolatrico & blasphemio pontificiorum sacrificio missæ nihil commune habet. Aut si quis hac voce omnino vti velit is simul ostendat se non loqui de idolatrico cultu missæ Papisticæ. Optandum etiam esset veteres ipsam cœnam domini, nec oblationem, nec sacrificiam adpellasse, ita errori de oblatione corporis Christi in cœna ad placandam iram Dei non fuisset data occasio.

Cæteræ adpellaciones veteris Ecclesiæ, licet sint generaliores, tamen pie vsurpari possunt, præsertim si declarationes congruentes cum verbo Dei addantur, & consentientes confessioni piæ antiquitatis. Omnium autem tutissimum erit retinere in Ecclesia adpel-

lationem, quam Spiritus sanctus huic sacramento in-

didit.

CAPVT II.

De auctore sacrosanctæ cœnæ.

ETH omnibus in Ecclesia notissimum sit non alium Apostolum vel Prophetam, sed ipsum vnigenitum & omnipotentem filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, qui est redemptor & custos vnicus suæ Ecclesiæ, ac nunc sedet ad dextram æterni patris, esse auctorem huius sacrosanctæ cœnæ: eamq; mandari omnibus vsurpandam: tamen multæ & graues causæ sunt, cur necesse sit, subinde reperi hoc membrum doctrinæ & singulis inculcari. Tutissimum enim & fortissimum fidei naturæ fundamentum est, quod omnipotens & æternus Deus, cuius immensa est sapientia & qui est ipsissima veritas, ea tradidit, quæ rationi incredibilia & impossibilia videntur. Neque validius omnia tela & sophismata fanaticorum hominum impugnantium varijs modis sanam doctrinam de cœna domini, reprimi & retundi possunt, quam si auctoritatem diuinam Iesu Christi, qui sacram cœnam instituit, eis opponamus. Horribili quidem audacia & impudentia Satan faretur in suis decretis, quibus sædauit, & lacerauit cœnam domini, Iesum Christum filium Dei esse auctorem huius cœnæ, se tamen nihilominus, & vt ipse loquitur, hoc tamen non obstante, definire & statuere contrarium, & alteram partem videlicet vsum calicis plebi eripere. Verum omnes homines, in quibus vel scintilla est sancti iudicii, & timoris domini cohorrescere coguntur, cum audiunt Satanam in suo conciliabulo Constantiensi ausum fuisse tantæ auctoritati contradicere. Nihil enim efficacius est ad permouendos animos ad piam sententiam, & crebrum vsum sacrosanctæ cœnæ, atque inculcatio tanti authoris, qui est conditor & conseruator omnium creaturarum in mundo. Semper igitur in conspectu sit, quod grauissimo verborum pondere inculcat Paulus v. 23. Ego inquit, a Domino accepi, quod & tradi di vobis. Nā Iesus Christus in ea nocte, in qua traditus est accepit Panem, &c. Quod ergo dominus mandauit & instituit, bonus seruus non mutet. Nature enim repugnat seruum mutare legem domini sui. Et grauissima Cypriani vox merito hic locum habet. Impium, erroneum, sacrilegum est, quidquid humano furore instituitur, vt diuina violetur dispositio. Deinde aduersus omnes præstigias eorum, qui veritatem verborum cœnæ in dubium vocare conantur, sic nos muniamus, vt cogitemus horrendum scelus esse, dubitare de certitudine verborum vnigeniti filii Dei, qui est ipsissima veritas & immensæ sapientiæ Deus.

Cur de auctore dicendum.

Pontificii.

Concilium Constantiense.

Cyprian.

Circumstantiæ consideranda hoc loco.

CAPVT III.

Definitio cœnæ domini.

Cœna domini est sacra actio ab ipso filio Dei domino nostro Iesu Christo, in nouo testamento in ea nocte,

nocte, in qua traditus est, instituta, in qua sub pane & vino benedictis vere exhibet verum & substantiale Corpus suum manducandum, & verum sanguinem suum bibendum, nobis omnibus, qui iuxta ipsius institutionem hae sacrae coena utimur, in testimonium & pignus, quod Corpus suum pro nobis tradiderit, & sanguinem suum in remissionem nostrorum peccatorum effuderit, quodque in nobis habitare & ad vitam aeternam nos sustentare velit & ut omnia regni sui beneficia nobis singulis adplicet & salutem in nobis operetur.

Quod coena domini sit actio, testatur Paulus cum inquit, *Quotiescumq; hoc feceritis, mortem domini annuntiabitis* v. 26. Sacra, ultima est, quia a filio Dei instituta est, & in ea distribuitur sanctissimum corpus, & sanguis domini doctri Iesu Christi, & per eam operatur Deus in nobis salutem confirmans fidem, & erigens nos consolatione: Actionem hanc institutam esse a filio Dei domino nostro Iesu Christo, in ultima coena, Evangelica & Paulus testatur. *In ea nocte*, inquit Paulus, *in qua traditus est* v. 23. Quod in hac actione sub pane & vino benedicto, verum & substantiale corpus & verus sanguis Iesu Christi detur vescentibus, praecipua est questio, quae nunc in hoc doctrinae membro controuertitur in Ecclesia. Ideo suo loco & sana confessio hac de re exponetur & solidis argumentis confirmabitur. Hic satis est doceri hoc verbis Christi: *vers. 24. Accipite, edite, hoc est corpus meum.* Item, *bibite ex hoc omnes, hic calix est nouum testamentum in meo sanguine.* sub pane & vino distribui corpus & sanguinem Iesu Christi vescentibus, idcirco additur, ne quis fingat transubstantiationem, quasi panis in substantiam corporis Christi, & vinum consecratum in substantiam sanguinis Christi mutaretur, vel transelementaretur, ut scholastici delirant.

Paulus post consecrationem nominat panem: *Quotiescumq; comederitis hunc panem, mortem domini annuntiabitis* v. 26. Non fit igitur annihilatio substantiae panis manentibus tantum accendentibus: sed ipsa quoque substantia panis manet: simul autem exhibet nobis in & cum pane verum suum corpus manducandum, & in & cum vino sanguinem suum bibendum. Nec aliud volumus, eum dici sub pane distribui corpus domini, quam quod Christus dicit panem benedictum esse corpus Christi, & omnes, qui manducant benedictum panem, participes aeri corporis Iesu Christi. Paulus enim hunc panem benedictum dicit esse communicationem, hoc est, participationem corporis Iesu Christi, siquidem vnus sit panis, & de vno pane omnes participemus.

In hunc finem sacram hanc coenam institutam esse, ut sit testimonium & pignus, quod Christus corpus suum pro nobis tradiderit & sanguinem in remissionem nostrorum peccatorum effuderit, ex ipsis verbis Christi patet. *Hic est sanguis noui Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Hoc facite, *quotiescumq; feceritis in me commemorationem*, Et licet Paulus dicit de circumcisione *Rō 4. v. 11.* fuisse eam datam Abrahae in sigillum iustitiae fidei, & Petrus Baptisma adpellat *τὸ σφραγισμα* 1. Pet. 3. v. 21. stipulationem bonae conscientiae coram Deo: ita recte de Sacramento & corporis & sanguinis dicitur quod sit pignus siue sigillum, quo obsignatur fides adprehendens remissionem peccatorum impetratam nobis passione & morte Iesu Christi. Quod vero per hanc sacram coenam singulis credentibus adplicet Christus regni sui beneficia ad salutem in eis operetur, decent verbi institutionis. *Accipite*, inquit, *comedite*: Quare voce singulas personas ad mensam domini accedentes alloquitur, & iubet singulos sibi adplicare hoc immentum beneficium, quod morte sua aeterni patris iram placuit & iustitiam & vitam aeternam nobis meruit. Quod etiam per sacram coenam salutem operetur, aliat & confirmet fidem, augeat consolationem, impertiat vitam, donet Spiritum sanctum, & faciat nos membra sui

corporis, ex dicto Pauli manifestum est. *Euangelion est potentia Dei ad salutem omni credenti.* Rom. 1. v. 16. Sacra coena domini magna pars est Euangelii: siquidem ostendit passionem & mortem Christi, & offert promissionem de gratuita remissione peccatorum. Ita singulae partes de iustitiae supra positae nituntur expreso Dei verbo. Ac prorsus congruit haec nostra definitio cum descriptione Lutheri in Catechismo, quae sic habet: *Sacramentum altaris est verum corpus & verus sanguis homini nostri Iesu Christi sub pane & vino, nobis Christianis ad manducandum & bibendum, ab ipso Christo institutum.* Nos tantum finem & effectum in definitione adiecimus.

Sacrae coenae pars est Euangelii.

Lutheri definitio.

CAPVT IV.

De vera praesentia corporis & sanguinis Iesu Christi in coena Domini.

ET si tanta est verborum Christi perspicuitas, ut dolendum sit, vilo vnquam tempore hac de re in Ecclesia dubitatum esse: Num vero corpus Iesu Christi in sacra coena distribueretur. Tamen cum hoc nostro seculo certamen grauissimum motum sit in Ecclesia, & multorum conscientiae de hac controuersia anxie inquirant veritatem, necesse est in Ecclesiam hac de re erudiri, & controuersiam perspicue explicari: Idque cum a multis haecenus pio studio & mano cum fructu factum sit, & nostri etiam libelli de hac parte doctrinae publice extant: Tum subinde repeteret & inuolueret veritatem oportet, ut iuuentus in ea confirmetur, & praestigiae fanaticorum reuellantur. Sic ergo pia mens statuat iuxta perspicua Iesu Christi verba, quod in coena domini, quae in terris iuxta filii Dei institutionem administratur, vere & substantialiter adsit, distribuatur & manducetur verum & substantiale corpus Iesu Christi, quod in cruce pro nobis pependit: Et quod vere & substantialiter adsit, distribuatur & ore sumatur verus & substantialis sanguis Iesu Christi, qui ex vulneribus ipsius effluxit & in remissionem nostrorum peccatorum est effusus. Nam Christus diserte dicit *Accipite, Comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: Et hic est sanguis meus, qui pro vobis in remissionem peccatorum effunditur.* Et si igitur acie humani ingenii comprehendere non possumus, quomodo panis corpus Christi, & vinum sit sanguis Christi: nec intelligere possumus, quomodo Christus corpus suum nobis det manducandum: tamen cum sciatus eum veracem & omnipotentem esse, hanc reuerentiam & obedientiam ei debemus, ut non dubitemus nos in sacra coena verum Christi corpus iuxta ipsius verbum manducare & ipsius bibere & sanguinem. Absit procul calumnia & dycophantia, quae studiosos veritatis minime decet: Et quibus Satan hoc agit ut obscuret veritatem: sententiam nostram plane & perspicue ostendimus.

I. Non fingimus transubstantionem, *ἢ μεταβολῆς τῶ ἀρτου εἰς τὸ σῶμα χριστοῦ*: Id est, mutationem panis in corpus Christi: ita ut tantum accidentia panis, sapor, color, magnitudo & similia remaneant, abolita substantia. Scimus & fateamur, hoc figmentum scholasticorum nullum habere testimonium in sacra scriptura: sed a fanaticis hominibus sine omni fundamento sacrae scripturae excogitatum esse. Non dicit Christus hunc panem in corpus meum transmutato: sed *hoc est corpus meum.* Et Paulus dicit. Panis est communicatio corporis Christi: Ergo panem distribuit Christus & simul hoc medio exhibet nobis corpus suum manducandum. Et Paulus saepissime ipsam Eucharistiam nominat panem. *Qui ederit panem hunc indigne, veus est corporis Christi. Probet homo seipsum & sic de hoc pane edat.* v. 27. 28. Manet igitur substantia panis, quae suas etiam proprietates retinet. Et simul cum pane datur nobis corpus Christi ore manducandum, arcano,

Verum corpus & sanguis vere praesens in coena est. Luc. 22. v. 19. & 20.

Modus praesentiae im perscrutabilis.

Transubstantionatur.

Coena est actio. Sacra.

Contra transubstantiationis commentum.

Sub pane.

Finis coenae.

Quod sit medium applicationis.

Quod sit medium efficaciter operans.

coelesti & nobis inscrutabili modo. Deus enim maiora & admirabilia praeferre potest, quam nos intelligimus.

Excusant aliqui vocem μεταβολης, quae apud scriptores reperitur, quasi ea non sit accipienda de pontificia transubstantiatione, sed de eiusmodi mutatione, qua communis usus panis mutatus sit in sacrum usum, ut sit Symposium corporis Christi. Verum eum pontificii hanc vocem non aliter intelligant, quam de annihilatione substantiae, transubstantiatione & transubstantiatione, ut ipsi loquantur, utius & melius est vocem μεταβολης in hac doctrina explodi ex Ecclesia. Atque ita palam coram Deo testor, me prorsus abhorere a Papistico errore de transubstantiatione panis in corpus, & vini in sanguinem Christi, & prorsus reuicere & damnare *canonem Tridentinum* 2. Sess. 3. de Eucharistia. Contra vero fateor in sacra coena domini manere substantiam panis & vini. Ac nitor testimonio Apostoli Pauli, quae supra citavi.

Tridentinus canon.

Consubstantiatio negatur.

Localis inclusio seu impanatio negatur. Lutherus.

Modus ignotus.

Personalis unio panis & corporis negatur.

Modus praedicandi inusitatus est.

Caluinianorum calumnia. Adoratio panis negatur.

2. Neq; vos imaginamur ullam consubstantiationem, quasi duae substantiae inter se mixtae essent: fate-mur enim nos ignorare modum praesentiae corporis Christi: Panis physico modo adest: Sed corpus Iesu Christi aeterno & coelesti modo. Ergo consubstantiatio duarum diuersissimarum rerum, terrenae, & coelestis esse non potest. Infinita est Dei potentia nullis circumscripta limitibus, quam nostris sensibus peruestigare non possumus. Non ergo dubitamus, quin cum & in pane possit nobis exhibere & vere exhibeat suum corpus cum ille dixerit *accipite, edite, hoc est corpus meum.*

3. Mera etiam calumnia est, quod coena domini hostes Caluinistae obiciunt nostris Ecclesiis localem inclusionem corporis in pane, & ut ipsi vocant imputationem. Et Lutherus sanctae memoriae & nos Lutheri doctrinam sequentes, saepe testati sumus nequaquam nos talem statuere praesentiam, quae corpus domini localiter includat in panem. Modum enim praesentiae nos ignorare ingenue profiteamur, hoc solum vrgentes verissima esse Iesu Christi corpus. Cum pia antiquitate humiliter dicimus *ipsius est nosce, nostrum est credere.*

4. Sic etiam nunquam finimus unionem personalem panis & corporis Christi: fanaticorum haec sunt virulentae calumniae, quae vobis nunquam in mentem venerunt. Tantum humanam Christi carnem *αβυσσος* hypostaticis unitam esse fatemur & agnoscimus hanc esse omnium arctissimam unionem, qua Deus se creaturae coniunxit: Ne beatis quidem hominibus vel angelis tam arcte se coniungit filius Dei, ut vna cum ipsis fiat persona: quis igitur a deo deliret, ut imaginaretur panem & corpus Christi vni in coena domini personali unionem? Cum nostrae patris Theologia admonent phrasin esse inusitatam, sicuti & aliae plures sunt inusitatae, ut *verbum caro factum est* Ioan. 1: v. 14. Deus est homo, columba vna Ioanne fuit Spiritus sanctus non hoc volunt, quod eadem sit ratio unionis: Nequaquam: sed sicuti phrasae ille supra posita, neque ad regulas congrunt artium, nec sunt figuratae: Sed sunt phrasae Theologiae diuinitus patefactae, sicuti & res sunt diuinae, quae captum humani ingenii excedunt: sic & haec phrasis, panis benedictionis est corpus Iesu Christi, nec usitata, nec figurata est, sed prorsus noua, Theologica, diuinitus patefacta, utpote de mysterio loquens prorsus ignoto humanae rationi. Hinc colligi potest, quam sit impudens Caluinistarum calumnia, qui nostros Theologos insimulant, quasi fingerent personali unionem vni panem & corpus Christi.

5. Eiusdem artis est, quod obiciunt nostris Ecclesiis *ερωτασειαν*. Nos enim non docemus panem coenae esse inuocandum, sic manducandum, sicuti Christus instituit. Iesum Christum Deum & hominem, & in dextera Dei & in sacra coena & in Baptismo & vbiq; & semper inuocandum esse fatemur, sed panem benedictum non inuocamus, panis enim non est Deus, sed

est & manet creatura. Medium est, quo filius Dei exhibet & distribuit nobis suum corpus manducandum. Si quis obiciat panem esse corpus Christi: Sed corpus Christi esse adorandum. Ergo & panem benedictum esse adorandum, huic respondemus. Cum diuersae sint praedicationes in argumento, regularis & inusitata, nulla est connexio propositionum. Panis non ita est corpus Christi, ut sit idem, quod corpus domini, nec sit vna persona cum corpore domini. Sed est communicatio: hoc est, medium, quo Christus impertit nobis manducandum suum corpus. Non igitur necesse est mox tribui panem omnes proprietates, quae tribuuntur corpori Christi: Corpus Christi pro nobis est effectivum, sed panis non: Corpus Christi natum est ex Maria virgine, Sed panis non: corpus Christi sedet a dextera patris, Sed id de pane adfirmare, religio vera: corpus Christi cum Logo, cui vnicum est adorandum est. Sed panis non adoratur a pijs & sacra scripturam intelligentibus. Cum omni reuerentia & modestia accendendum est ad sacram coenam, in qua ipse aeternus filius Dei est praesens & suum corpus sanctissimum nobis distribuit: sed creaturam distinctam a persona filii Dei inuocare nefas est: Tota trinitas in actione baptismi est praesens: Et tamen aquam baptismi nemo nisi idolatra adorat: Cum omnes pii in Spiritu adorent patrem & filium, & Spiritum sanctum in Baptismo.

Obiectio- nis solutio.

Nō omnes proprietates corporis tribuendae sunt pani.

Relicimus etiam figmentum pontificiorum de durabili mansione corporis Christi in pane extra usum a Christo institutum. Christus enim dedit corpus suum manducandum in pane, & sanguinem suum in vino bibendum, non voluit adorari, circumferri, reponi, includi. Quando ergo panis benedictus non manducatur iuxta filii Dei institutionem, non est corpus domini. Et horribilis Idolatria est, quando pontificii panem consecratum circumferunt, vel ostentant vel reponunt tanquam corpus Christi, & iubent adorari. Vera enim est regula recte intellecta. *Nihil habet rationem Sacramenti extra usum a Christo institutum.*

Negatur durabilis mansio in pane extra usum.

Pontificiorum idolatria. Regula.

7. A Capernaitica quoque manducatione nos abhorere testamur. Non enim sentimus carnem Christi in partes scindi, aut modo corporali dari in cibum: Sed fatemur modum nobis esse incognitum, coelestem, arcanum, Spiritualem & soli Christo notum: panem conterimus dentibus & vescimur eo ut cibo naturali: Sed corpus Iesu Christi vere praesens coelestis est esca, animam nostram sustentans in vitam aeternam. Hanc ergo escam coelestem coelesti & nobis in cognoto modo manducamus, sine omni comminutione corporis Christi: Non corpus Christi in hac coena alteratur, sed nos potius alterat, ut efficiamur membra capitis Christi. Cum non ignorent Caluinistae nos prorsus alienos esse a prophanis Capernaitarum imaginationibus & tamen non cessent eiusmodi figmenta nostrae admittere confessioni, non est quod dubitent se aliquando de istis calumniis graues rationes Deo reddituros esse.

Capernaitica negatur manducatio.

Caluinistarum calumnia.

8. Neq; nos adserimus vbiuitatem corporis Christi, qualem Caluinistae pro sua mentiendi libidine commiscuntur: Quod nimirum corpus Christi sit in omni ligno, lapide, gramine, & singulis creaturis. Quid opus est hic peregrinis opinionibus in declaranda doctrina de coena domini? De coena Domini est quaestio, quid sit panis benedictus, & vinum benedictum, & num vere adsit in hac coena verum & substantiale corpus, & verus sanguis domini nostri Iesu Christi.

Vbiuitas Corporis Christi negatur.

A prodigijs opinionibus de infinita extensione humanae naturae Christi, quam imaginantur Caluinistae, prorsus abhorremus. At non dubitamus, Verum corpus Iesu Christi passim vere esse praesens, vbiq; coena domini administratur: ac hic nihil opus est fingere extensionem aut vbiuitatem. IESVS Christus pro sua omnipotentia supra naturae leges, & supra omnem captum humani ingenii efficere potest,

Extensio corporis negatur.

potest, ut verum suum corpus in omnib. locis, in quibus carna Domini administratur, & ubicumq; pij congregati sunt, vere sit præsens. Corpus Christi & in caelis ad dexteram Dei & in terris præsens esse potest iuxta expressum Dei verbum. Atq; ita in sacra cœna domini presentemur iuxta verba Christi, panem benedictum esse verum corpus Christi, & vinum benedictum esse veram sanguinem Christi: quod corpus & qui sanguis non tantum fide, spiritualiter a pijs & verbo Dei credentibus, sed ab omnibus, qui ad mentem domini accedunt, tam ab hypocritis & fide carentibus, quam a pijs & fidelibus ore corporaliter seu reakter percipitur: hoc discrimine, quod indigni & hypocritæ sumant sibi ad iudicium corpus domini: Pij vero & promissionem Evangelij vera fide amplectentes, ad salutis suæ confirmationem vitæ augmentum, & oblationem hereditatis æternæ: Atq; huius piæ & veræ confessionis non hæc immota habemus fundamenta, & infallibilia argumenta.

I. ARGUMENTVM.

A testimonio & declaratione Iesu Christi.

Vera sententia huius articuli.

Quæstio An verba cœna proprie accipienda an per tropum explicanda.

Arbitrarius Christus.

Quale corpus intelligatur.

Oecolamp. & Caluini interpretatio.

Controversia est de sensu horum verborum (*Hoc est corpus meum*) an simpliciter accipienda sint, ut volunt, quod panis benedictus sit verum & substantiale corpus domini nostri Iesu Christi: an vero figurate, quod panis sit symbolum absentis corporis Christi. Quis vero erit nobis in toto orbe terrarum certior & magis fide dignus interpres, quam vnigenitus filius Dei dominus noster Iesus Christus: qui est æterna veritas, Ioan. 14. v. 6. Et in quo omnes thesauri scientiæ reconditi sunt: in quo habitat plenitudo diuinitatis: Coloss. 2 v. 3. cap. 1. v. 19. qui est aut hor sacrosanctæ cœnæ: qui sua verba omnium optime intellexit, & totius Ecclesiæ & doctor & gubernator, & redemptor & custos est: Huic tantæ maiestati nõ solum homines, sed & angeli cedere coguntur, & omnes pij promptissime cedunt.

Audiamus ergo quomodo Iesus Christus dirimat controuersiam: Non enim nude sine omni interpretatione posuit hæc sua verba. *Accipite, hoc est corpus meum*: Sed vt antequam Caluinistarum & omnium fanaticorum hominum corruptelas & mendacia, adiecit mox declarationem: *Hoc est corpus meum* (inquit) Luc. 22. v. 19. *quod pro vobis traditur*. Si iam ipse filius Dei in terris versaretur inter homines, Et nobis nunc liceret ipsum coram interrogare, vt olim licuit Apostolis, quid amplius responderet nobis quam panem benedictum esse suum corpus, quod pro nobis tradiderit: & hæc impetrata declaratione, quid sano iudicio præditus homo, & mens umens dominum amplius desideraret: Omnes recte instituti in Catechesi intelligunt, quod corpus pro nobis sit traditum, videlicet non symbolum corporis, non figura, non mysticam corpus videlicet Ecclesia. Sed verum & substantiale corpus Christi, quod natum est ex maria virgine, & quod in cruce pependit pro nostris peccatis. Hoc nemo nisi vniuersæ religionis hostis inuicari potest. Quæ ergo dubitatio adhuc de sensu verborum Christi relinquatur: Christus inquit de pane benedicto, *hoc est corpus meum*, & addit quale sit hoc corpus, videlicet verum, quod pro nobis traditum est. Cur ergo Caluinistæ hostes cœnæ domini iurati non adhibent fidem omnipotentis Dei: Caluini & aliorum fanaticorum hominum interpretatio & figmentum de figurata locutione ex diametro pugnat cum declaratione filij Dei auctoris sacrosanctæ cœnæ. Si enim iuxta *Oecolampadium* vel *Caluinum* dicas, Panis est symbolum corporis: an vlla ratione atteri potest Christi declaratio: panis est signum vel symbolum corporis Christi, quod symbolum pro nobis in mortem est traditum: Quis sine grandi sacrilegio dicere potest tantum signum vel symbolum & non verum corpus Iesu Christi pro nostris pec-

catis in mortem esse traditum: Si vocabulum (Corpus) in verbis cœna tantum significat symbolum, vel signum absentis corporis, ergo ne symbolum vel signum tantum pro nobis traditum esse credemus: Vides lector, quod Caluinistæ clarissimæ & apertissimæ veritati Iesu Christi ferociter contradicant: Sic & vocabulo (sanguinis) perspicuam addidit filius Dei declarationem. Hic est sanguis meus, non figuratus aut allegoricus, Luc. 22. v. 20. *Sed qui pro vobis in remissionem peccatorum effunditur*. Nemo tam rudis est in Ecclesia, quin sciat non alium sanguinem pro nostris peccatis effusum esse, quam verum & substantialem, qui effluxit e vulneribus Iesu Christi. Cum ergo Christus de vino benedicto testetur, quod sit ille sanguis, qui pro nobis effusus est, an non horribilis audacia est ita deprauare & contorquere filij Dei verba, quod vocabulum sanguinis in verbis cœnæ Domini tantum symbolum vel signum absentis sanguinis significet:

Etiam si angelus de cœlo adfirmaret in cœna domini non verum corpus, nec verum sanguinem nobis distribui, sed tantum symbolum seu signum absentis corporis, nostrum esset, ei non haberi fidem, sed constanter acquiescere apertissime declarationi Iesu Christi vnigeniti & omnipotentis filij Dei, qui omnibus angelis in cœlo nobis est certior.

Nihil solidi adserunt Caluinistæ contra hoc validissimum argumentum. Nam quod dicunt, si panis est corpus Christi: Ergo panis pro nobis est crucifixus. Et si oratio relativa ad corpus est referenda, tum etiam ad panem: Et sic sequetur, panem esse pro nobis traditum: futile estugium est. Non enim necesse est propter hæc sacramentalem vniõnem, omnia tribuere panis, quæ corpori Christi tribuuntur. Non enim vinum vel natura, vel persona, vel perpetua connexion: sed tantum sacramento, hoc est, vt panis sit medium, quo detur nobis corpus Iesu Christi in Sacra cœna. Quid panis sua natura esset, videbant Apostoli. Sed quia Christus mysterium reuelat panem esse corpus suum, addit declarationem, ne ipsi metaphoram vel allegoriam imaginarentur, esse illud corpus, quod pro nobis tradat in mortem. Aliud deinde estugium est, quod Caluinistæ dicunt verba illa, *quod pro vobis traditur*, tantum de fructu passionis loqui, & non de substantia cœnæ Domini, sed quam impudens sit hæc uellatio pijs animis facile intelligit.

Primum enim de ipsa substantia cœnæ domini agunt ista verba. Relatiua enim oratio est, quæ refertur ad præcedentem vocem corpus, & exponit quod corpus sit iste panis, nimirum illud corpus, quod pro nobis est traditum. Deinde etiam verba illa de fructu passionis Christi loquuntur, quod nimirum Iesus Christus pro nostris peccatis corpus suum in mortem tradiderit, morte sua iram Dei placauerit, & iustitiã ac vitam nobis meruerit. Monent etiam quod ipsa manducatio corporis Christi in cœna Domini fidem nostram, qua statuimus Deum nobis placatum esse, alere & confirmare debeat. Et doctrina alias & consolatio amplissima & in exhausta, continetur in verbis paucissimis, *quod pro vobis traditur*. At negare quod præter doctrinam de fructu non etiam de substantia cœnæ domini loquantur & clarissime demonstrant, quod verum & substantiale corpus Iesu Christi in sacra cœna nobis detur, manifesta impietatis est. Vtraque igitur manu, imo toto pectore retineant & tueantur pij animi hæc clarissimam filij Dei declarationem, quæ sole meridiano clarior est, neq; patientur eã a Caluinistis vel obscurari, vel femoueri, vel alio torqueri. Sed simpliciter urgeant & autoritate filij Dei sublimem, & verborum cœnæ perspicuitatẽ. Si obiciant Caluinistæ plenã absurditatis esse hæc sententiã, respondemus non esse mirum, si mysteria diuinitus patefacta videantur rationi absurda. Doctrina Christi de regeneratione hominis, Nicodemo videbatur absurdissima: & tamen verissima erat. Omnipotens filius Dei diuina mysteria rectius intelligit, quã cæca ratio humana. Ab illo igitur discamus veritatem:

Corpus nõ ponitur pro signo corporis.

Qualis sit sanguis.

Obiectio solutio.

Panis & corpus nõ sunt vnum natura persona vel connexion: sed sacramento.

Effugium Caluinianorum vanum.

Non tantum de fructu sed & substantiam Christum,

Rationis iudicium non attendendum.

tatem: & sciamus eum recte, & concinne loqui posse, nec audeat quisquam omnipotentis Dei linguam corrigere.

Summam huius argumenti sic paucis complectimur.

Omniū certissima est interpretatio Iesu Christi Filij Dei.

Sed Iesus Christus sic interpretatur verba cœnæ (hoc est corpus meum) quod (corpus) ūgnificet non symbolum, sed essentielle corpus Christi, nimirum, quod pro nobis in mortem est traditum.

Ergo in verbis cœnæ vocabulum (corpus) nō symbolum significat, sed verum & essentielle corpus Christi, quod pro nobis in mortem est traditum.

Item.

COrpus quod pro nobis in mortem est traditum, est verum & essentielle corpus Christi.

Christus declarans verba cœnæ (hoc est corpus meum) testatur panem id corpus esse, quod pro nobis est traditum.

Ergo iuxta certissimam filij Dei interpretationem panis benedictus est verum & substantiale corpus Iesu Christi.

Item.

Non alius sanguinis effusus est in remissionem nostrorum peccatorum, quam verus & substantialis sanguis Iesu Christi.

Iesus Christus declarans verba cœnæ, testatur vinum benedictum esse cum sanguinem, qui in remissionem nostrorum peccatorum est effusus.

Ergo vinum benedictum in sacra cœna est verus & substantialis sanguis Iesu Christi.

II. ARGUMENTVM.

A proprietate noui testamenti.

Diligentiſſime nobis expendenda sunt verba Christi, quod vinum benedictum in sacra cœna adpellat sanguinem noui Testamenti, & nouum Testamentum in suo sanguine. v. 25.

Nihil enim certius est, quam quod discrimen ponere voluerit inter sanguinem veteris testamenti & noui testamenti. Nam vt Epistola ad hebræos Cap. 9. ex 24. Cap. Exodi. probat, fuit & laequis veteris testamenti, nimirum, sanguis Holocausti, quo populus adspargebatur, dicente Mose: *En sanguis foederis, quod pepigit dominus vobiscum: Exod. 24. v. 8.*

Ab hoc sanguine veteris testamenti, hunc sanguinem, quem nobis distribuit in sacra cœna, distinguere voluit. Ideo Matthæus & Marcus dicunt hac forma Christum vtrum esse. *Hic est meus sanguis noui Testamenti.* Lucas & Paulus referunt Christum dixisse. *Hic calix est nouum testamentum in meo sanguine.* Singulæ voces ostendunt mentem Christi, Nam cum dicit, *hic est meus sanguis*, ostendit se nō loqui de sanguine Holocaustorum, vel veteris testamenti, qui tantum erat figura & Typus sanguinis Christi, sed de suo proprio & substantiali sanguine, quem effusus erat pro mundi vita. Verum maioris certitudinis & declarationis gratia addidit. *Hic est meus sanguis noui testamenti*, vt sine omni dubitatione constaret ipsum loqui de suo naturali & substantiali sanguine. Omnibus enim, qui prima iudicamenta veræ religionis tenent, notissimum est sanguinem noui testamenti, nullum esse alium, quam verum & essentielle sanguinem domini nostri Iesu Christi, quo parata est salus mundo. Super hoc enim sanguine pepigit nobiscum Deus nouum foedus, & nouum fecit testamentum, quod gratus velit nobis remittere peccata & vitam donare æternam. Hoc etiam sanguine confirmatum est nouum testamentum. Vnde scriptura omnia beneficia noui testa-

Sanguis V. Testamenti.

Sanguis N. Testamenti.

menti huic præcioso sanguini tribuit. 1. Ioan. 1. v. 7. *Sanguis Iesu Christi mundat nos ab omni peccato.* Coloss. 1. v. 14. *per quem filium habemus redemptionem per ipsius sanguinem, nimirum remissionem peccatorum.* Heb. 9. v. 14. *Quanto magis sanguis Iesu Christi, qui per Spiritum æternum obtulit seipsum irreprehensibilem Deo, purificabit conscientias vestras, a mortuis operibus, vt seruiatis Deo viuenti.* Ac propterea noui testamenti mediator est. Item, ibid. v. 12. *Christus non per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta æterna redemptione inuenta.* Heb. 13. v. 20. *Deus pacis, qui reducit nos ex mortuis ad pastorem ovinum magnum in sanguine testamenti æterni dominum nostrum Iesum, faciat vos idoneos & promptos ad omne opus bonum.* Diserte hic dicitur noui & æterni testamenti sanguinem non esse alium, quam verum sanguinem Iesu Christi, qui ex vulneribus & latere Iesu Christi effluxit, & pro nostris peccatis Deo satisfacit. Cum ergo Christus filius Dei testetur vinum benedictum, quod in sacra cœna distribuit, esse suum sanguinem noui testamenti: quis amplius dubitare potest, vinum benedictum esse verum, naturalem & substantialem sanguinem Iesu Christi. Pius animus merito cohorrescit, audiens petulantiam & temeritatem humani ingenij, quod audet tam perspicua Christi verba in dubium vocare.

Primum Christus inquit *Hic est meus sanguis*: hoc nobis satis esse debuisset, vt tantum de vero & substantiali sanguine Iesu Christi intelligeremus.

Secundo addit, *Hic est sanguis meus noui testamenti*: hic omnem auferit dubitationem, & ostendit non posse aliter intelligi sua verba, quam de suo sanguine, quo genus humanum redemit.

Tertio adhuc clariorem addit declarationem. *Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis in remissionem peccatorum effunditur.* Hic sane tanta perspicuitate verba sua expoluit Christus, vt line grauiſſimo peccato non possit in animum admitti dubitatio, an Christus in sacra cœna vere exhibeat nobis verum & substantialem suum sanguinem. Huc iam accedit, quod Luca & Paulo referentibus Christus dixit. *Hic calix est nouum testamentum in meo sanguine.* Nam & hæc forma verborum demonstrat præsentiam veri sanguinis Christi in sacra cœna. si enim verus Christi sanguis non distribueretur in sacra cœna *calix benedictionis*, nulla ratione dici posset nouum testamentum. Typus enim vel symbolum, vel signum non est nouum testamentum, sed figuræ omnes ad vetus testamentum pertinent. Cum ergo Christus calicem benedictionis nominet nouum testamentum, & causam huius adpellationis addat (*in meo sanguine*) quasi dicat, ideo adpello calicem benedictionis nouum testamentum, quod contineat meum sanguinem, quo stabilitur nouum testamentum, necesse est non solum vinum, tanquam absentis sanguinis signum, sed etiam verum & substantialem sanguinem in calice distribui.

Quod cauillantur hic Calvinistæ non esse vnum & idem sanguinem noui testamenti & ipsum nouum testamentum: fateor quidem distingui posse. Nam nouum testamentum est ipsa promissio Dei, qua se nobis obstringit ad remittendum peccata. Sanguis vero noui testamenti est ipse naturalis Sanguis, qui ex vulneribus Iesu Christi effluxit. Hoc autem loco, quia Christus addit, *nouum testamentum in meo Sanguine*, prorsus idem est sensus.

Quia enim sanguis Christi meretur nobis remissionem peccatorum, simul ipsum nouum testamentum, id est, remissionem peccatorum complectitur, vnde & Christus mox subiicit, *qui pro vobis in remissionem peccatorum effunditur.* Hic & promissionem Evangelij & sanguinem Christi audi. Sic cum *calix* dicitur *nouum testamentum in sanguine Christi*: Ipsa promissio Evangelij de gratuita remissione peccatorum nobis in sacra cœna ostenditur, sicuti expresse promissio ponitur, & simul ipse sanguis Iesu Christi offertur nobis.

Quod

Obiectio-
nis solutio.

Dea.
Cinglius.

Quod *Beza & Cinglius* hic cauillantur sanguinem Christi eatenus confirmare nouum Testamentum, quatenus est effusus, & putidum & impium est. Non tantum illo momento, quo effusus est sanguis Christi, fuit sanguis noui Testamenti, sed inde usque patefacta: prae promissionis, usque in aeternum. *Sanguis Christi est sanguis noui Testamenti*. hoc enim meritum effusionis sanguinis, & mortis Christi perpetuo durat & valet. Multis seculis ante incarnationem filij Dei Propheta Zacharias cap. 9. v. 17. nominat Christi sanguinem, sanguinem noui foederis seu noui Testamenti: *Th.* inquit, *in sanguine foederis eduxes vinulos tuos de Uen.* in quo non est aqua. Ut nebulas effundant huic argumentum Caluinitae valde iudant, ut demonstrent substantia vnum esse tam vetus quam nouum testamentum, quia vtrumque idem sit in Christo, & offerat remissionem peccatorum & aeterna bona. Ita ut quoquo modo sua obtineant figmenta, non verentur manifeste scripturae contradicere. Non tantum veteres Ecclesiastici scriptores, & in primis *Augustinus* docent, duo esse diuersa testamenta, quae tota iubilantia inter se dissideant, sed etiam Spiritus sanctus, cuius doctrinam in dubium vocare nefas est, diserte adfirmat duo esse, eaque diuersa testamenta. *Ieremias* proluxa concione docet nouum testamentum prorsus, & tota specie differre a vetere. *Non secundum foedus quod pepigi cum patribus vestris, foedus inibo vobiscum, sed nouum foedus feriam vobiscum*: Et author Epistolae ad Hebraeos multis docet, nouum Testamentum super melioribus promissionibus conditum esse. Et Apostolus Paulus apertissime dicit. *Haec sunt duo Testamenta*, Galat. 4. v. 24. Huc tam manifeste veritati & tam sublimi auctoritati contradicere magnae impietatis & detestandae petulantiae est. Manet itaque immotum nostrum argumentum, nimirum, quod in calice benedictionis distribuatur verus & substantialis sanguis Iesu Christi filij Dei, siquidem Christus vinum benedictum appellat suum sanguinem noui Testamenti. Attendat etiam studiosus & pius lector, quam accurate Spiritus sanctus omnes rimas sophisticandi, & tropos comminiscendi obstruxerit; si quis enim in voce (sanguinis) collocare figuram vel Metaphoram vel Metonymiam vitatur, non permittit vos nouum Testamentum. Symbolum enim seu signum sanguinis Christi non est nouum testamentum. Rursus si quis in voce testamenti ponere figuram tentaerit, non permittit hoc vos sanguinis. Non enim dici potest, calix est figura noui testamenti in sanguine Christi. Quis enim sine contumelia Christi adfirmaret sanguinem Christi esse figuram noui testamenti. Firmissime igitur munuit Spiritus sanctus sanam sententiam de praesentia corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in sacra coena, ita ut nulla sophistica conuelli queat. Summam huius nostrae argumentationis sic breuiter colligimus.

Non est alius sanguis noui testamenti, quam verus, naturalis & essentialis sanguis Iesu Christi:

At Christus fatetur vinum benedictum esse sanguinem suum noui testamenti.

Ergo teste grauissimo filio Dei, vinum benedictum in coena domini, est verus & substantialis sanguis domini nostri Iesu Christi.

III. ARGUMENTVM.

A testimonio Apostoli Pauli.

Firmissima & planissima sunt haec argumenta, quae ex ipsis verbis Iesu Christi, quibus sacrosanctam coenam instituit, desumpsimus. Sed non minus firmum & planum est, quod nobis suppeditat Apostoli Pauli testimonium & declaratio. 1. Corinth. 10. v. 16. eum inquit. *Calix benedictionis, quem benedicimus, an non est communicatio sanguinis Christi? Et panis quem frangimus, an non est communicatio corporis Christi? Pri-*

mum quod ad vocem *κοινωνιας*, Id est, communicationis attinet. Etsi Zuingliani diu pugnarunt, eam tantum communem, vel societatem significare: tamen tandem rei perspicuitate & veritate conuictus Caluinitus & eius asseclae lateri coguntur, Vocem (communicationem) in hoc Pauli loco significare participationem. Ipse enim Paulus sese dilerte exponit: *Omnes enim, inquit, ex uno pane participamus, uel ex uno.* Ergo Paulo vnum & idem est *κοινωνειν*, Id est, communicare & *uελεγεσθαι*, id est, participare. Hoc vero adhuc controuertitur, num Paulus de communicatione seu participatione Spirituali, quae fit per fidem, an vero de sacramentali, hoc est, corporali, quae fit ore corporis loquatur. Et quo sensu duxerit. *Panem benedictum esse participationem corporis Christi*. Iam si quis attendat ad totam sententiam orationis Paulinae, is facile deprehendet, Paulum non loqui de Spirituali communicatione corporis Christi, quae fit sola fide in Christum: sed de sacramentali hoc est corporali, quae digni & indigni ore communicant corpori & sanguini Iesu Christi.

Id enim scopus Paulinae argumentationis ostendit. Paulus deterrere vult Corinthios ab idolatria & communione Ethnicorum sacrificiorum: Idque facit argumento sumpto a communicatione corporis Christi in sacra coena.

Nemo, inquit, potest simul cum fructu participare corpori & sanguini Christi, & communicare mensae Idolorum: Sed Christiani in Eucharistia communicant corpori & sanguini Christi: Ergo Christiani ab idolothytis abstinere & omnia sacrificia Ethnicorum & omnem Idolothytiam fugere debent. Aut sacrificia Idolorum fugienda sunt vobis, Aut a mensa domini & participatione corporis Christi prorsus abstinendum: Ne praeter alia grauissima peccata reos vos faciat corporis & sanguinis Christi: Cum ergo Paulus deterrere conetur securos, & impenitentes a participatione corporis Christi, certum est eum non loqui de Spirituali & salutari communicatione. Hec enim nemini obesse potest. Et qui hanc usurpabant in fide, non indigebant illa seuera castigatione Pauli. In quibus enim vera lucebat fides, illi haud dubie fugiebant Idola. De corporali igitur seu Sacramentali perceptione corporis Christi loquitur, quae admoneri vult Christianos, ut ab Idolothytis abstineant, ne fiant rei corporis Christi.

Deinde cum dicat *panis est communicatio corporis Christi*, satis aperte docet, quod de sacramentali vel corporali participatione loquatur: si enim Spiritualem communicationem intelligi voluisset, potius fidem, vel spiritum nominasset. Fide enim spiritualiter manducantus carnem Christi, & Spiritus facit nos membra corporis Christi. Paulus vero nec fidem nec Spiritum nominat, sed dicit, *Panem benedictum esse communicationem corporis Christi*: De quo parte benedicto non solum pii & fideles, sed etiam multi indigni & hypocritae participant. Manifestum est igitur eum loqui de corporali participatione corporis Christi, quae dignis & indignis communis est & fit sumptione panis. Si enim non omnes, qui de pane isto edunt participes fierent corporis Christi, sed tantum penitentiam agentes, & saluifica fide praediti, certe panis non posset dici communicatio corporis Christi. Multi enim qui panem sumerent, ut hypocritae, non fierent participes corporis Christi. Euidens est haec ratiocinatio. Non tantum agentes penitentiam, sed etiam hypocritae & indigni edunt in coena panem benedictum: Sed hypocritae & indigni non communicant corpori Christi spiritualiter. Ergo panis non est spiritualis communicatio corporis Christi, sed sacramentalis, id est, corporalis, in qua verum corpus Christi praesens est & ore accipitur. Ex probatione etiam, quae Paulus adducit mensa Apostoli elucet, sic n. ostendit, panem esse communicationem corporis Christi. 1. Cor. 10. v. 17. *Quia unus est panis, & unum corpus multi sumus in Eccl. & omnes ex uno pane participamus.*

Communi-
nicatio si-
gnificatio
participati-
onem.

Paulus non
spiritualem
intelligit
communi-
onem.

Spiritualis
communi-
onem in
obest.

Spiritualis
communi-
catio est fi-
dei non pa-
nis.

Spiritualis
communi-
catio non
est com-
munis di-
gnis & in-
dignis.

Sollogis-
mus.

Participatio panis est participatio corporis Christi.

Simile.

Caluinistarum depravatio.

Panis non est mediū spiritualis communicationis.

Vox communicationis non sustentat Trapum.

Obiectionis solutio.

Si ex eo quod omnes ex vno pane benedicto participamus, sequitur iuxta Apostoli argumentationem, panem benedictum esse communicationem corporis Christi, necesse est omnes quotquot vtuntur cœna domini participes fieri corporis Christi: Si vero omnes quotquot ad mensam domini accedunt participes fiunt corporis Christi: Ergo necesse est Paulum non intelligere spirituales communicationem. Nam eius plane expertes sunt indigni, infideles & hypocritæ: Sed sacramentalem seu corporalem. Quod panis benedictus sit verum & substantiale corpus Iesu Christi, quod ore corporis manducant omnes, qui sacra cœna domini vtuntur. Exemplum etiam, quod sumit a sacrificiis Iudaicis, eandem sententiam ostendit Qui enim participes erant altaris, & simul de eodem sacrificio vescabantur, non omnes pariter fideles erant: Sed hoc habebant commune, quod eiusdem sacrificij omnes fiebant participes, sic & hi qui ad mensam domini accedunt, hoc commune habent, quod edunt corpus & bibunt sanguinem domini nostri Iesu Christi, licet fide non omnes sint præditi, nec spirituales cum Christo communionem habeant. Satis ergo euidenter demonstratimus Paulum, cum dicit, *Panis est communicatio corporis Christi*, de sacramentali hoc est corporali communicatione seu participatione corporis Christi loqui, & plane idem velle quod Christus. *Hoc est meum corpus*, nimirum panis est verum & substantiale corpus Christi, & quotquot de hoc pane edunt, hi communicant corpori Iesu Christi. Eodem sensu etiam dicit *calicem esse communicationem sanguinis Iesu Christi*: Hoc est, esse ipsum verum sanguinem Iesu Christi qui communicatur omnibus bibentibus ex hoc calice, Verba Pauli planissima: *Panis est communicatio corporis Christi*, sic contorquent Caluinistæ, Panis est id, quo fit societas cum corpore Christi: Ac deinde de societatem interpretantur spirituales, qua sumus membra corporis Christi. Quis vero non videt hanc violentam expositionem verborum Pauli non consistere? Panis enim non est id, quo efficiuntur membra corporis Christi: Multi enim participant de pane, qui non fiunt membra Christi, nec viuificantur Spiritu ipsius. Et scriptura docet per fidem nos inseri corpori Christi, & per Spiritum sanctum. Quomodo ergo panis est id, quo fit spiritualis societas cum corpore Christi? Nec Paul. loquitur de corpore Christi mystico seu allegorico, hoc est, de Ecclesia, sed de substantiali suo corpore. Et cur magis placet vocabulum societatis, quam participationis & communicationis, quod multo citè clarius? Potius ergo per Christi verba, ex quibus Paulus suam phrasin desumpsit interpretatur Paulum. *Panis est communicatio corporis Christi*, id est, panis est verum & substantiale corpus Iesu Christi, quod omnibus in sacra cœna vescentibus communicatur. Alij figuram fingunt in voce (*κοινωνία*) communicationis, quasi mens Pauli esset. Panis est signum vel solum communicationis corporis Christi. Hic non immerito primum miramur atque etiam detestamur leuitatem & petulantiam Caluinistarum, qui alias in voce corporis, alias in voce Testamenti, alias in voce *κοινωνίας* statuunt tuos tropos. Atque ita certum locum non habent, in quo figant pedem. Tanta lubricitas certum est indicium incertæ & fluctuantis conscientiæ. Deinde qualis nam illa est sententia, panis est solum communicationis corporis Christi? Panis corpus, & vinum sanguinem aliquomodo representare per Metaphoram potest, sed panis non est signum vel solum spiritualis manducationis seu participationis corporis Christi. Si hoc, quod Caluinistæ fingunt, voluisset dicere Paulus, non panem, sed manducationem panis externam nominare debuisset. Animaduertunt ergo pij contortas & violentas esse Caluinistarum expositiones, siquidem peregrinas & monstrosas sententias Paulo adfingunt. Quod Caluinistæ obiiciunt verba Pauli: *Non potestis*

bibere calicem domini, & calicem demoniorum: non potestis mensa domini fieri participes & mensa demoniorum: Supr. cap. 10. v. 21. & hæc inferre conantur indignos non participes fieri corporis Christi, atque inde etiam amplius colligunt, Paulum loqui de spirituali communicatione, facile refellitur. Paulus enim non negat indignos, hypocritas & securos, qui cum Christiani esse vellent, idolatria sese polluebant, participes fieri corporis Christi: Id enim Cap. 11. diserte testatur, ubi adfirmat eos fieri reos corporis & sanguinis Christi ipso esu, quod non discernant, nec diiudicent corpus domini. Sed hoc docet & monet non posse quemquam communicare mensæ demoniorum, & simul cum fructu & salute participem fieri corporis & sanguinis Christi: Itaque vel ab idolothytis, & omni communicatione idolorum aut a mensa domini eos vult abstinere, ne grauissimam Dei iram scelere teterrimo, nimirum, contempnu corporis in sese prouocent. Vnde subiicit: *Nunquid prouocabimus Dominum, num fortiores ipso sumus?* ibid. v. 22. qua incipatione reprehendit temeritatem eorum, qui spretis Apostolorum admonitionibus, audacter ad cœnam domini accedebant, & nihilominus intererant sacrificiis idolorum & demoniorum. Si nihil fuisset periculi, neque iniuria facta fuisset corpori Christi, a securis illis & idolatris, non tanta seueritate illos repulisset ab usu cœnæ domini, qui se adhuc idolis contaminabant. Constat ergo Paulum adserere, quod panis benedictus in sacra cœna sit verum & essenziale corpus Iesu Christi. Constat Paulum de communicatione corporali loqui, cum dicit, panem benedictionis esse communicationem corporis Christi. Constat Paulum testari, quod omnes, quotquot de hoc pane manducant, participes fiant corporis & sanguinis Iesu Christi, siue sint digni, hoc est, fideles, & Spiritu Dei præditi: Siue sint indigni, hypocritæ, securi & expertes fidei. Argumentationem Pauli sic paucis complectimur:

Id quod est participatio seu communicatio corporis Christi, cum eo necesse est vere exhiberi corpus Christi.

Sed panis benedictionis est communicatio corporis Christi.

Ergo cum pane benedicto vere exhibetur corpus Iesu Christi.

Item.

Id quod est participatio corporis Iesu Christi, id est, verum & essenziale corpus Christi:

Sed panis benedictus est participatio corporis Christi:

Ergo panis benedictus est verum & essenziale corpus Christi.

Item.

Omnes, qui manducant id, quod est participatio corporis Christi, eos necesse est fieri participes corporis Christi.

Sed multi hypocritæ & indigni manducant panem benedictum, qui teste Paulo, est communicatio corporis Christi.

Ergo multi hypocritæ participes fiunt corporis Christi.

Item.

Nulla res dici potest participatio corporis Christi, nisi quæ sumpta & usurpata iuxta Christi mandatum, corporis ipsius facit nos participes.

Panis benedictus, teste Paulo, est participatio corporis Christi.

Ergo panis benedictus, sumptus iuxta Christi institutionem, facit nos vescentes in cœna participes corporis ipsius.

IV. AR.

IV. ARGUMENTVM.

A manducatione Indignorum.

Quod si tantum spiritualiter manducaremus carnem Christi per fidem, ut Caluinista contendunt, & in sacra cena tantum vim & efficaciam absentis corporis Christi perciperemus, & panis benedictus tantum esset symbolum corporis Christi, in celum euecti & procul a nobis positi, omnino necesse esset ita tuere indignos, securos, hypocritas & saluifica fide carentes, nequaquam fieri participes corporis & sanguinis domini. Indigni enim & a fide alieni, nequaquam percipiunt vim & efficaciam corporis Christi: Non liberantur a peccato, non viuificantur Spiritu Christi, sed manent in morte & herent sub ira Dei, exclusi ab omni communicatione beneficiorum Christi: *Qui non credit in filium, vitam non videbit, sed ira Dei manet super ipsum.* Ioan. 3. v. 36. Paulus vero perspicue docet, non solum fideles, sed & indignos & securos fieri participes corporis Christi in sacra cena domini: Seuera enim sententia adfirmat Apostolus Paulus eos, qui indigne de hoc pane edunt, reos fieri corporis Christi. Indigne de hoc pane edere dicit eos, qui se non probant, hoc est, qui sine poenitentia, sine vera contritione & fide temere & audacter ad mensam domini accurrunt: Hos dicit reos fieri corporis & sanguinis Christi. Hic vero reatus grauissimus non contrahitur, nisi cum iniuria infertur corpori & sanguini Christi: iam si abest corpus & sanguis Christi, & tantum panem & vinum manducant & bibunt indigni, quomodo fiunt rei corporis & sanguinis Iesu Christi? Fruuolus est, quod Caluinista dicunt. Qui imaginem vel mandatum imperatoris contumelia adficiat, in ipsum imperatorem contumeliosus esse habetur. Sic qui symbolum corporis Christi abutitur, in ipsum Christum dicitur esse contumeliosus. Non enim hoc tantum dicit Apostolus, quod indigne manducans, ipsum Christum quodammodo iniuria adfecerit, sed quod reus factus sit corporis & sanguinis Christi. Ille autem alicuius rei reus peragitur, qui ipsam rem contumeliose seu iniuriarum factiuit. Et quidem hunc reatum ipso esu contrahi ab indignis testatur Paulus: *Judicium, inquit, sibi edit & bibit, non diiudicans corpus domini.* Qui indigne edendo panem & indigne bibendo vinum benedictum, reus fit corporis Christi, & iudicium sibi edit & bibit, ipsum necesse est non solum panem & vinum, sed ipsum corpus & sanguinem Christi edendo & bibendo iniuria & contumelia adficere. Quod Apostolus clarissima voce indicat, *non diiudicans corpus domini*, quasi dicat, eo quod non discernit corpus & sanguinem Christi in sacra cena a communi cibo & potu, habet panem & vinum benedictum, ac si non essent corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi, reus fit corporis & sanguinis domini, & pro uocat aduersus se Dei iudicium & iram. Cui Paulus tam atroci sententia grauaret conscientiam eorum, qui indigne ad mensam domini accedunt, si non adesset vere corpus & sanguis Iesu Christi in cena Domini? Quomodo discerni poterit corpus Christi in cena domini, ab aliis cibis, quibus corporalem vitam sustentamus, cum non adsit, sed longissime a terra absit, in caelo remotissimo? Non dicit Apostolus rem sacram a prophana, non dicit symbolum aut signum corporis a communi pane discernendum esse: Sed corpus domini ab alio cibo discernendum esse. Manifestum est igitur indignos etiam in sacra cena edere corpus Iesu Christi, licet ad iudicium.

Hoc vero demonstrato, quod indigne edunt corpus Domini, & bibunt eius sanguinem in sacra cena: quemadmodum ex testimoniis Pauli euicimus: euidentissime colligitur, in cena domini non tantum spiritualiter per fidem manducari carnem Christi: Sed etiam corporaliter, ore corporeo sumi cum pane corpus domini, & panem benedictum esse verum & substantiale corpus domini. Indigni enim & hypocritae non

manducant carnem Christi spiritualiter per fidem: prorsus enim destituuntur fide & expertes sunt Spiritus Christi: Nec percipiunt vim & efficaciam corporis Christi, quin potius iudicium sibi edunt, exclusi ab omnibus beneficiis regni Christi: Et tamen manducant corpus Christi, & bibunt eius sanguinem indigne, teste Paulo, necesse est igitur, non tantum spiritualiter efficaciam corporis Christi in sacra cena distribui, sed etiam verum & substantiale corpus Christi, in sacra cena adesse, & cum pane benedicto dari omnibus, qui sacra cena videntur.

Huius argumenti tanta est firmitas & euidencia, ut nulla sophistica labefactari, nullis cauillis obscurari possit. Aliquoties incursum in hoc argumentum facerunt Caluinista, sed statim splendore veritatis repressi, resiliunt. Effugia primum quaerunt in voce (indigne). Contendunt Paulum non loqui de hypocritis & fide saluifica carentibus: Sed de infirmis & negligenter ad cenam domini accedentibus: Qui non prorsus ab omni fide sunt alieni, sed tamen non satis se probant, non satis reuerenter ad percipiendum corpus domini accedunt. Hos dicunt reos fieri corporis domini, & iudicium sibi edere. Hic iam cogitet pius & Deum timens animus, quid Satan querat per eiusmodi violentam deprauationem verborum Pauli. Si Paulus illos vocat indignos, qui infirma vel exigua fide sunt praediti, & qui minus reuerenter accedunt ad mensam Domini, an non omnium piorum animis scrupulus perniciosissimus iniectus erit? An non ex saluberrima medicina merum animae venenum efficiunt?

Quis nostrum est, quantum luce & robore fide sit praeditus, qui non sentiat in lucta sua imbecillitatem? quis nostrum glorari audeat se satis reuerenter ad sumendum corpus Iesu Christi accedere? Quis nostrum non deplorat & suam imbecillitatem & indignitatem? iam si infirmi indigne edunt de isto pane: Ergo omnibus nobis statuendum erit, quoties ad mensam domini accedimus, nos reos fieri corporis & sanguinis Iesu Christi: cohoresco toto pectore, quoties virulentam istam cauillationem cogito. Ergo omnes edimus nobis iudicium, etiam nos, qui serio agimus poenitentiam, dolemus Deum nostris peccatis offensum esse, atque etiam vere credimus in filium Dei mediatorem & amplectimur Euangelion: fateri enim nos oportet mentem in nobis esse infirmitatem fidei: Et iuxta Caluini interpretationem, infirmi indigne edunt de pane benedicto: Hoc scilicet est consolari infirmorum conscientias. An tibi culpa leuis videtur, reum fieri corporis & sanguinis Iesu Christi? An non praestaret prorsus abstinere ab Eucharistiae usu, quam grauissimo reatu obstringere conscientiam, etiamsi non prorsus careas fide? Et quis vnquam certos nos reddet cum fructu & in salutem nos vti cena domini. Cum scire non possumus, an satis firma fide praediti simus, & num digne accedamus ad mensam domini: Siquidem semper nos fateri oportet fidem languidiorum esse, quam debebat esse, & multiplici infirmitate circumdatos nos esse. Quo ergo tendat ista Caluini cauillatio de indignis, cordato lectori obicium non est. Fructum enim omnem, quem ex usurpatione Eucharistiae percipere debebamus, nimirum, ut confirmaretur & auerteretur nostra languida fides plane aufert, & summe necessariam consolationem incertam nobis reddit. Detestemur igitur toto pectore perniciosam istam verborum Pauli deprauationem. Indignos vocat Paulus impenitentes, securos, qui se non explorant, nec fide incerta amplectuntur promissionem gratiae, sed manent in peccatis contra conscientiam, & nihilominus per hypocrisim accedunt ad mensam domini. Paulus enim opponit inter se eos qui indigne de hoc pane edunt: & eos, qui se explorant. Dicit enim, *Si quis indigne de hoc pane edit, sic reus corporis Iesu Christi. Probet autem se ipsum homo, & sic de hoc pane edat.* Eum, qui se explorauerit nimirum vera poenitentia, qui ex animo dolet se peccatis offensus esse Deum, & serio adsentit Euangelio, non dicit

Spiritualis manducatione non competit indignis.

Indigni participant corpus.

Effugium Caluinianorum frivolum.

Reus quomodo indignus fiat corporis Christi.

Effugia Caluin. Indignos esse infirmos.

Fructum cenae tollunt Calu.

Indigni qui sint.

Indigni opponuntur iis qui se probant.

Apostolus reum fieri corporis Christi, Sed cum fiducia iubet eum accedere mensam domini, siue parua, siue magna fide sit praeditus. Indignos ergo intelligit hypocritas & securos, qui sunt expertes motuum poenitentiae, & tamen ad mensam domini accedunt.

Eteri distinctio indignorum vana.

Nouam indignorum distinctionem fabricauit Eberus antea ignotam Ecclesiae. Alios nimirum indignos esse hypocritas, incredulos, securos, impenitentes, qui corpus Christi in sacra caena manducant, ad iudicium: alios vero indignos esse *atheos*, i. e. mere profanos, Eccebolos, profus impios, Epicureos, qui totam religionem, vel ignorent, vel profus contemnant: Hos dicit non accipere corpus domini, etiam si verba Christi ad eos sonent. *Accipite, comedite, hoc est corpus meum*, quia non sint membra Ecclesiae. Hec distinctio & noua, & periculosa, & verbis Pauli contraria est. Paulus enim discrete pronunciat de omnibus indigne manducantibus, quod rei fiant corporis & sanguinis Iesu Christi, & quod sibi iudicium edant, eo quod non discernant corpus domini. Iam ipso Ebero teste, Apostolus non tulisset tam atrocem sententiam de indigne manducantibus, nisi sensisset indignos edere ipsum corpus, & bibere sanguinem Iesu Christi. Ergo cum de atheis, Eccebolis, & Epicureis, plane impii Eucharistia utentibus dici non possit, quod non fiant rei corporis & sanguinis Christi, & quod sibi non edant, nec bibant iudicium, necesse est fateri quod tam athei, Ecceboli, & plane Epicurei edant corpus & bibant sanguinem Christi, atque hypocritae, securi & infideles Christiani.

Aut demonstrandum erit, quod illi qui minus peccant, nimirum securitate & impenitentia rei fiant corporis Christi, dum Eucharistia utuntur: Qui vero grauius peccant & profus sunt athei, derisores religionis & manifesti hostes Dei, non fiunt rei corporis & sanguinis Christi, nec edant nec bibant sibi iudicium, etiam si ad sacram caenam inter alios Christianos accedant. Et cum auctore Paulo Apostolo indigni hoc ipso edant & bibant sibi iudicium, quod non discernunt corpus domini, scire velim quomodo athei, Ecceboli mere profani & contemptores omnis pietatis magis discernant corpus domini, quam securi, impenitentes, hypocritae? Et quo tandem fundamento, scripturae nititur haec indignorum distinctio? Certe Spiritus sanctus omnes pronunciat hostes Dei, irae diuinae obnoxios, & mortis aeternae tyrannidi subiectos, quotquot non serio agunt poenitentiam, nec credunt Euangelio. *Qui non credit in filium, vitam non videbit, sed ira Dei manet super ipsum*, Ioan. 3. v. 36. *Qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius*, Rom. 8. v. 9. Siue sit hypocrita, siue securus, siue Idolatra, siue atheos, siue Eccebolus, & mere profanus.

Alia quidem peccata aliis sunt grauiora. Verum omnes, qui a veris poenitentiae motibus alieni sunt, vnius generis sunt peccatores, nimirum mortalibus peccatis obstricti, remoti a beneficiis regni Christi. Reuicimus igitur atque explodimus nouam istam & falsam indignorum distinctionem, & dicimus cum Paulo: omnes, qui sine vera poenitentia ad mensam domini accedunt, edere corpus & bibere sanguinem Christi sine salutari fructu ad iudicium.

Petulanter admodum sinit Caluinus, corpus domini in sacra caena offerri quidem hypocritis, securis & indignis, sed repelli & reici ab impiis ipsa securitate & dissidentia. Hoc sane est Apostolo Paulo in faciem contradicere. Is enim discrete dicit, *Indigne edens & bibens, iudicium sibi edit & bibit, eo quod non discernit corpus domini*. Si ipso esu iudicium sibi accersit impius, & ipso esu non discernit corpus domini. Ergo non repellit sua dissidentia, sed ore suo accipit corpus domini. Sacramenta enim non pendent a dignitate vel indignitate sumentium, sed a veritate verborum Iesu Christi. In vocabulo (*iudicij*) quaerunt etiam Caluinistae sophismatum rimas, per quas elabantur. Interpretantur enim de peccatis corporalibus & castigatione tem-

porali, non de ira Dei & condemnatione aeterna. Sed frustra & hoc quaeritur effugium. Nam ex Pauli tota

concione manifestum est, eum minari iram Dei, praesentes & aeternas poenas, indigne sumentibus. Qui sine exploratione ad mensam domini accedunt, securi & impenitentes sunt. Impenitentes vero non tantum temporales merentur castigationes, sed etiam iudicium & mortem aeternam. Et quia Spiritu Dei rei peraguntur corporis & sanguinis Iesu Christi, hi certe partem in regno Christi non habent, sed damnationi aeternae sunt obnoxii. Ad quos enim consolatio Pauli pertinet: *Nulla est condemnatio his, qui in Christo Iesu sunt*. Rom. 8. v. 1. Item, Christi: *Qui credit in filium, non iudicatur*, Ioh. 3. v. 18. nequaquam tristi hoc fulmine terrendi sunt, quod rei fiant corporis & sanguinis Christi. Quod ergo Paulus dicit, indigne sumentes Eucharistiam, edere & bibere sibi iudicium, non tantum de temporali castigatione, sed de grauissima Dei ira, & aeterna damnatione, nisi securus, hypocrita & atheos vera poenitentia ad Deum redierit, & fide veniam delictorum impetrauerit, intelligendum est. Firmum ergo est nostrum argumentum de manducatione impiorum sumptum, nimirum, quia Paulus testatur indignos, id est, securos, hypocritas, atheos, Eccebolos & plane impios, cum ad mensam domini accedunt, edere corpus domini, & bibere eius sanguinem, euidentissimum esse, quod in sacra caena verum corpus & verus sanguis Iesu Christi, vere adsint, & quod panis benedictus sit verum & substantiale corpus, & vinum benedictum sit verus & substantialis sanguis Iesu Christi, quem digni & indigni pariter ore accipiunt, illi in salutem, hi in iudicium. Argumentationem nostram syllogismis comprehendemus.

Qui in sacra caena reus fit corporis & sanguinis Iesu Christi, cum necesse est, in ipsa caena praesenti corpori & sanguini Iesu Christi inferre iniuriam.

Sed indigne sumentes panem & vinum benedictum, rei fiant corporis & sanguinis Iesu Christi.

Ergo indigne sumentes panem & vinum benedictum, in sacra caena praesenti corpori & sanguini Iesu Christi contumeliam & iniuriam inferunt.

Alius.

Qui in sacra caena domini edit & bibit sibi iudicium, eo quod non discernit corpus domini, vere manducat corpus domini.

Sed indigne edens panem benedictum, iudicium sibi edit, eo quod non discernit corpus domini.

Ergo indigne edens panem benedictum, vere manducat corpus domini.

Alius.

Quod in sacra caena, ipsa manducatione & vsu discernendum est a communi cibo, id adsit necesse est.

Sed corpus Iesu Christi, in sacra caena ipsa manducatione discernendum est a communi cibo.

Ergo ut adsit vere corpus Iesu Christi in sacra caena, necesse est.

Alius.

Qui ipsa manducatione non discernit corpus Iesu Christi ab aliis cibis, is haud dubie manducat corpus domini, ut alium cibum.

Sed hypocritae & securi ipsa manducatione Eucharistiae non discernunt corpus domini.

Ergo hypocritae & securi manducant corpus domini, ut alium cibum.

Alius.

Panis benedictus idcirco dicitur participatio corporis domini, quod omnes, quotquot manducant istum panem, participes fiant corporis domini.

Sed

Caluini commentum. Indignos non edere corpus Christi.

Indicium non vocat corporalis

Sed multi hypocritæ, athei, Epicurei, Eceboli, plane impij & profani manducant panem benedictum in sacra cœna.

Ergo multi hypocritæ athei, securi, impenitentes, Epicurei, Eceboli & plane impij, participes fiunt corporis & sanguinis Christi.

Hæc sunt nostræ sententiæ & confessionis de præsentia corporis & sanguinis Iesu Christi, in sacra cœna fundamenta, quæ non desumpimus ex humanæ rationis argumentationibus aut speculationibus, neque etiam petiuitus ea ex procul acceritis, aut violenter contortis scripturæ testimoniis, neque ea nituntur auctoritate hominum eruditorum & clarorum in Ecclesia: sed ex ipsa sede doctrinæ de cœna domini huc allata sunt. Tantum verba Iesu Christi planissima, interpretationem Christi clarissimam, testimonia Pauli lucidissima vrisimus. Et ex ipso textu Spiritus sancti, in quo erudit Ecclesiam de cœna domini, demonstrauimus hanc verissimam esse mentem Spiritus sancti, quod vere & substantialiter adsit in sacra cœna corpus & sanguis Iesu Christi: & quod panis benedictus sit verum & substantiale corpus Iesu Christi, & vinum benedictum sit verus & substantialis sanguis Iesu Christi, quod corpus & quem sanguinem Christi dignedunt & bibunt in salutem & confirmationem fidei: indigni vero edunt & bibunt in iudicium. Ergo filium Dei Dominum nostram Iesum Christum, mediatorem, & redemptorem nostrum, & authorem sacro sanctæ cœnæ rogamus toto pectore, vt per Spiritum sanctum fidem nobis adaugeat, & in hac certa, perspicua, & solida veritatis confessione clementer nos confirmet, Amica.

CAPVT V.

Refutatio obiectionum, quibus Calvinistæ oppugnant præsentiam corporis Iesu Christi.

Prima & potissima cura piæ mentis esse debet, vt sanam & perspicuam sententiam de singulis religionis controuersis ex verbo Dei hauriat, eamque in dubijs verbi diuini testimonijs probe munit: Quam deinde constanter tueri debet, qualescunque etiam obiciantur cauillationes: fidei enim sincere proprium est, varios sustinere insultus Satanz, raudandi, rationis, & tamen a verbo Dei claro non dimoueri.

Alterâ deinde cura piæ mentis esse debet, vt sedulo inquirat, quomodo aduersariorum cauillationes perspicue dilui, & falsitas earum monstrari possit. Multum enim in fide confirmamur, cum deprehendimus antagonistarum opiniones, nullo certo fundamento inniti. Et in ipsa serua veritatis inquisitione, subinde maius lumen accendit Spiritus sanctus.

Postquam igitur piam & sanam doctrinam, de præsentia corporis & sanguinis Iesu Christi, perspicuis & infallibilibus sacre scripturæ demonstrationibus probauimus atque muniuimus: Accedemus nunc ad refutationem sophismatum, quibus Calvinistæ & eorum ad seclæ nostram confessionem labefactare conantur. Etsi enim omnes cauillationes, quæ a Zvinglio, Caluino & omnibus eiusdem farinae hominibus adteri solent, perspicue, neruose, & valide sine refutatæ, adeo, vt impudentia Calvinistarum, qui eiusmodi proteritas nãnas in Ecclesiam reducere audent, odio digna sit tamen, quia Satan non desinit pusillos Christi istis sophismatibus turbare, & veritatem Ecclesiæ obfuscare, necesse est nos repetere refutationes nostras, & perspicuam veritatem præstigijs & sophismatib. opponere.

I. Obiectio Calvinistarum.

A proprietate corporis naturalis.

Impossibile est, vt verum & naturale corpus humanum, simul & semel sit in diuersis, vel plurib. locis.

Ac Christus sedens ad dexteram patris, habet verum & naturale corpus, constans carne, sanguine & ossibus.

Ergo impossibile est, vt verum & naturale corpus Iesu Christi in omnibus locis, in quibus sacra cœna administratur in terris, vere & substantialiter sit præsens.

Respondeo.

Primum ad maiorem. Cum in hoc argumẽto quæritur, non quid homini vel creaturæ, sed quid vniuerso & omnipotenti filio Dei Iesu Christo sit possibile, nõ solum falsa, sed etiam im pia, sacrilega, & blasphemata est maior propositio. Fides enim nostra sic habet: *Apud Deum omnia sunt possibilis*, Matt. 19. v. 26. & Luc. 18. v. 27. *Et quod apud homines est impossibile, hoc possibile est apud Deum: Et nihil est impossibile apud Deum.* Vnde & primus articulus fidei nostræ, fundamentum nostræ religionis, sic dicit. *Credo in Deum omnipotentem creatorem celi & terra.* Huic immoto fundamento fidei nostræ cum impia sententia in argumẽto contradicat, ab omnibus pijs explodi, & pro blasphemia haberi debet. Nihil adhuc dico de proprietatibus aut prerogatiuis humanæ naturæ Iesu Christi: hæc de re suo loco, iuuante Deo, agam. Maior argumenti omnipotentiam Dei vocat in dubium: num Deus facere possit, vt verum & naturale corpus humanum, simul & semel sit in diuersis, & pluribus locis. Hic diserte affirmo, Eum, qui negat Deum id præstare posse, nihil ab homine Ethnico differre, vt qui præcipuum fundamentum totius religionis Christianæ & omnis pietatis euertit.

Quæ enim vel mica veræ religionis residua erit, si statuemus ea, quæ legibus nature repugnare videntur, ne Deo quidem esse possibilis? Quæ potest esse spes nostra, non solum contra mortem & infernum, qui videntur nobis inuicti hostes, sed in vlla necessitate? vbi secundæ causæ nos deserunt, si nõ credemus apud Deum omnia esse possibilis? An quitquam nostrum vel incarnationẽ filij, vel resurrectionem mortuorum certo credere poterit, euerso hoc axioma. Quod apud Deum omnia sunt possibilis? Attendant ergo piæ mentes, quid Satana per Calvinistas querat, nimirum, totius religionis & fidei extirpationem.

Paulo verecundiores inter Calvinistas, statim hieresiliant, & queruntur transponi hie statum disputationis. Non enim de omnipotentia Dei, sed de voluntate eius esse quætionem. His respondeo: sit tantum de voluntate & non de omnipotentia eius est quæstio, cur ergo a vobis tale contextitur argumẽtum? Certe nexus argumẽti esse debet. Quod fieri non possit, (& vt aliqui loquuntur ex Calvinistis) Ne Deus quidem facere possit, vt vnum & naturale corpus sit in diuersis & multis locis. Annon hoc est derogare omnipotentia Dei? quam si conceditis, saltem sermone simulato: Ergo explodite vestram argumentationem. Maiore enim propositione euersa, quæ est *ὅτι ὅλα* argumẽti, totum concidit. Alij vero impudentiores, vt Beza & Petrus Martyr, non dubitant palam suum Ethnicismum profiteri: sine omni enim verecundia scribunt, & loquuntur in Ecclesia, vniuersalem illam propositionem, quæ adfirmat, apud Deum omnia esse possibilis, restringendam esse. Hoc sane est filio Dei Iesu Christo in os contradicere. Et huiusmodi blasphemiam ab illis proficiscuntur, qui se, antistetes Ecclesiæ profitentur.

Ad speciem deinde descendunt *Beza & Martyr*, & clarius verbis ponunt, *ne Deo quidem possibile esse efficere, vt vnum corpus habeat veri corporis rationem, & tamen sit in diuersis & plurib. locis.* Et huc alia adducunt, quæ a Deo fieri non possunt: vt quod *Hieronymus* non sine blasphemia dixit. Deus cum omnia possit, tamen virginem post ruinam suscitare non potest. Item *Triangulus* non potest fieri quadrangulus. Et vt declinant aliquomodo inuidiam blasphemiam, prætexunt hæc non esse signa imbecillitatis, sed potius omnipotentis.

Maior falsa est.

Deus non est alligatus legibus nature.

Non de voluntate sed omnipotentia Dei agi.

Martyr Beza.

Hieronymi blasphemiam.

sentia. Annon igitur manifestum est, Calvinistas non de voluntate Dei, sed de ipsius omnipotentia disputare? Repetimus igitur nostram confessionem, & dicimus blasphemiam esse maiorem propositionem. Deus enim cum omnia possit, non solum possibile, sed & facile illi est efficere, ut cum ipse vult vnum corpus sit in diuersis & pluribus locis, & nihilominus retineat veri corporis rationem. Nec vero tantum possibile est Deo, efficere, ut Christi gloriosum corpus sit in diuersis locis: Verum etiam si volet efficere, potest ut Pauli, Eliae vel alterius hominis corpus, simul & semel sit in diuersis & pluribus locis. Qui enim verbo suo caelum & terram ex nihilo condidit, & leges totius naturae instituit, an ei quidquam esset impossibile? Constante igitur sine omni restrictione retinemus Axioma. Omnia esse possibilia apud Deum: Et prorsus nullum verbum apud Deum esse impossibile. Blasphemiam sententiam Hieronymi, quod Deus virginem post lapsum restituere non possit, nihil moramur: Plus fidei habemus Isaiæ: Qui promittit fore, ut etiam si peccata nostra fuerint ut coccinum, tamen niue candidiores reddamur. Certe Rahab, Bersabea, Magdalena, quae post lapsum poenitentiam egerunt, & in mediatorem crediderunt, multis virginibus mundiores erunt in futuro seculo. Et quae fatalis necessitas impediret Deum, quominus triangulum ex quadrangulo facere posset, si vellet?

Mentiri
Deus cur
non possit.

Impietatem igitur suam Ethnicam produunt Calvinistae, cum talia in medium adferunt exempla. Peccare vel mentiri non potest Deus, quia voluntatem suam in verbo suo sic exposuit, quod irascatur peccato & mendacio.

Nusquam autem exposuit Deus, quod nolit efficere, ut vnum corpus sit in diuersis locis. Blasphemia est igitur dicere, quod ne Deus quidem efficere possit, ut vnum corpus sit in diuersis locis.

Cum ergo maior in argumento non subsistat, corripit sponte totum figmentum cauillationis.

Non est quod clamitent Calvinistae, ineptam nos texere consequentiam. Deus potest hoc vel illud facere: Ergo facit. Nos enim nequaquam sic argumentamur. Effugia sunt ista vsitata Calvinistis. Hoc solum hic demonstramus, Deo non esse impossibile, efficere, ut vnum corpus sit in diuersis & pluribus locis. Quod, cum hic obtinemus, satis est nobis: tum enim concidit prorsus obiectio Calvinistarum, qua nostram confessionem impugnant, ab impossibilitate. Quod Dei voluntas sit, ut corpus Christi in caena sacra, vbicumque illa in terris administratur, vere sit praesens, non ex Dei omnipotentia, sed expressio Dei verbo, quod supra in confirmationem nostrae sententiae perspicue, & sine omni obscuritate monstrauimus, probamus. Itaque calunnia est, quod obiciunt Calvinistae nos a Dei potentia ad voluntatem eius argumentari: Perinde ac si quis sic colligeret, potuisset Deus hominem condere volatilem: Ergo talem condidit. Imo vero nos sigillatim & Dei voluntatem, & eius potentiam ex ipsius verbo demonstramus.

Non argu-
mentamur
a potentia
ad volun-
tatem.

Voluntas eius manifesta est ex verbis institutionis caenae: omnipotentia eius constat ex creatione omnium rerum & testimonio Christi. *Apud Deum omnia sunt possibilia.* Matth. 19. v. 26. Si quis plene ponat maiorem propositionem, is mox deprehendet eius falsitatem & impietatem: sic enim ponenda erat. Impossibile est apud Deum, ut vnum corpus naturale & finitum, simul & semel sit in pluribus locis. Quis vero pius animus non statim exhorreat & excretur impietatem eius propositionis?

In hoc argumento disputari etiam solet, de proprietatibus & prerogatiuis humanae naturae Iesu Christi. Verum, quia euersa maiore propositione, quae debebat esse *σύνεργον* argumenti, tota argumenti structura corruit, & euanescit, non miscebo hanc disputationem. Nihil enim opus est longiore sermone, postquam prostratum & conculcatum est sophisma. Palam

& ingeue concedimus minorem, eamque adferimus atque defendimus contra Eutichianos. Dicimus Iesum Christum filium Dei sedentem ad dexteram aeterni patris, habere verum naturale & finitum corpus, quod constat carne, sanguine, ossibus, & retinet omnes suas proprietates essentielles. At hinc non sequitur, quod corpus eius non possit esse praesens in sacra caena, vbicumque illa in terris administratur: Immo enim regula est, nullam admittens restrictionem. Quod *apud Deum omnia sunt possibilia.* Matth. 19. v. 26. Quare cum omnipotens filius Dei dixit. Hic panis benedictus est meum corpus: Certo credere debemus, quod naturale corpus Iesu Christi, vere sit praesens, vbicumque caena sacra iuxta Christi institutionem celebratur.

II. Obiectio.

A proprietate corporis naturalis.

Essentialis proprietates est veri & naturalis corporis humani, in vno tantum & non in multis locis esse simul & semel.

Iesus Christus sedens ad dexteram aeterni patris, habet verum & naturale corpus.

Ergo essentialis proprietates est corporis Christi, iam ad dextram Dei sedentis, in vno tantum loco esse & non in multis.

Respondeo:

MAIOR non est vera. Nam esse in loco, non est essentialis proprietates humani corporis, sed accidentalis. Non est enim de ipsa substantia corporis. Essentialis seu substantiales proprietates corporis humani sunt, esse finitum, esse conditum, habere carnem, sanguinem, ossa, membra, caput, epas, venas. At in loco vel tempore esse, non est de essentia corporis. Secundo, Esse in loco, est quidem proprietates corporis humani, secundum elementa & infirmitates huius mundi: Quis vero impediens aut prohibebit Deum, ne si vellet eximat aliquod corpus huius mundi legibus & elementis? Corporis humani proprietates est, comburi in igne, mergi in aqua, cibo per multos dies subtracto mori: Et tamen diuina virtus fecit, ut trium sociorum Danielis corpora in fornace ardente non comburentur: ut Petrus corpore suo ambularet in mari: ut Moses & Elias sine cibo 40. dies viuerent. Distingendum est igitur inter naturae huius leges, & omnipotentiam Dei, quae nullis limitibus circumscripta, nec ad vllas naturae leges alligata est.

Negatur
Maior.
Esse in loco
non est de
essentia
corporis

Esti igitur huius mundi leges postulant, ut vnum corpus sit vno aliquo loco, haec tamen mundi leges verbum Dei infringere non possunt, quod adfirmat corpus Iesu Christi passim adesse, vbicumque sacra caena domini iuxta Christi institutionem administratur. Qui legibus naturae subiiciunt Deum, illos necesse est inficiari omnia miraculosa facta Dei, de quibus testatur sacra scriptura: neque hi vllam possunt sperare salutem contra peccatum & mortem: Semper igitur in conspectu sit certissimum fidei nostrae fundamentum. *Apud Deum omnia sunt possibilia.* Quando ergo Deus pronunciat ac reuelat aliquid, vniuersae naturae leges eius omnipotentiae cedere coguntur.

III. Obiectio.

A proprietate carnis.

CARO Iesu Christi nostrae carni per omnia est similis absque peccato: Heb. 2. v. 17.

At nostra caro non potest esse in multis locis, sed tantum est in vno loco.

Ergo & caro Christi tantum est in vno loco, nec potest esse vbicumque caena administratur.

Respondeo.

IN hoc argumento aliquid dicendum nobis est, de proprietatibus & prerogatiuis humanae naturae Iesu Christi, idque adiuuante Spiritu Dei.

Primum

Christi ca-
ro vere no-
bis est si-
milis.
Duae natu-
rae in Chri-
sto.

Carnem
Christus nō
deposuit.

1.

2.

3.

Multa cor-
pore suo
Christus
fecit quae
corporibus
nostris non
conueniūt.

Essentia
corpus
Christi no-
stris est si-
mile virtu-
te dissimi-
lis.

Primum perspicue & constanter profitemur Iesum Christum adsumpsisse veram & naturalem carnem humanam per omnia nobis similem absque peccato: *Habitu inuentus est ut homo, forma serui accepta.* Phil. 2. v. 7. Fatemur etiam in Iesu Christo duas naturas, diuinitatem, quae ab aeterno est, & humanam, quae ex virgine Maria nata est, non confusas neque permixtas, sed vnione hypostatica vnitas esse, seruata cuiusque naturae essentiali proprietate. Fatemur etiam Christum tempore humiliationis, omnes infirmitates humanae carnis suscepisse absque peccato. Praeterea adfirmamus Christum sedentem ad dexteram aeterni patris retinere in omnia aeternitate veram humanam carnem, cum suis essentialibus proprietatibus, quibus ab essentia diuina discernitur. Haec certa sunt ex testimonio: Phil. 2. Ph. 3. Heb. 2. Luc. 24. *Videte & palpate. v. 39. Nam Spiritus carnis & ossa non habet:* per omnia igitur similis est caro Christi nostrae carni, quod ab substantiae veritate, & essentialibus proprietatibus attinet. Hic vero iam quaeritur, an non Christus etiam tempore humiliationis citra carnis suae abolitionem, ea praestare potuerit corpore suo, quae excederent omnes naturae leges. Deinde quaeritur, an non sublimes praerogatiuas habuerit humana natura CHRISTI praeter omnium hominum carnem, & propter vnionem personalem cum diuina natura λόγος: Et propter exaltationem eius in regno & sessionem eius ad dexteram Dei. Praeterea quaeritur, an non corpus Christi, postquam transiit ex hoc mundo ad patrem in vitam alteram, elementa & infirmitates huius saeculi deposuerit citra abolitionem humanae carnis. Haec ubi iuxta Dei verbum explicata fuerint liquido constabit sophisma aduersariorum, nihil habere virium ad impugnandam nostram confessionem, de vera praesentia corporis & sanguinis Iesu Christi in sacra coena.

Ad primam ergo quaestionem quod attinet, manifeste testatur Euangelica historia, Christum etiam tempore humiliationis multa fecisse corpore suo, citra eius abolitionem, quae nostris corporibus imitari non possumus, & excedunt huius mundi non solum, leges sed & captum: Tactu sanauit aegrotos: Voce suscitauit mortuos: 40 diebus & noctibus ieiunauit: Pedibus ambulauit in mari: Virginitate matris illaesa natus est in mundum. Et si igitur, quod ad substantiam naturae attinet, videlicet, animae & corporis, carnis, sanguinis, ossium, &c. Nostrae carni est similis: Tamen nostra natura, quod ad virtutes proprietates & praerogatiuas, non est similis per omnia carni CHRISTI: Quare cum sacra scriptura aliquid adseuerat de carne Christi, non debemus ex nostra carne iudicium facere, num fieri id potuerit, nec ne: Sed verbo Dei omnipotentis & veracis in omni simplicitate & obedientia adseriri.

Adhaec propter sublimem & ineffabilem vnionem hypostaticam carnis Christi, cum λόγος aeterno Deo, multas excellentes praerogatiuas possidet caro Christi, quae reliquorum hominum corporibus sine idolatria & sacrilegio tribui nec possunt nec debent. Fatemur quidem aperte nos sublime & arcanum mysterium incarnationis filii Dei, seu vnionis personalis duarum naturarum in Christo in hac vita neque exhaustum, neque penitus perspicere posse. Neque nos ex vnione personali colligimus, aut exaequationem vtriusque naturae, aut alterius abolitionem, vel in alteram naturam transmutationem, vel commixtionem, imo iuxta verbum Dei credimus, vtramque naturam manere & retinere proprietates suas essentielles in omni aeternitate sine omni confusione aut diuisione. Λόγος est & manet Deus aeternus, humana natura est, & manet creatura in aeternum. Quas vero praerogatiuas, virtutes, & eminentias tribuit Spiritus sanctus humanae naturae Iesu Christi, propter vnionem hypostaticam, eas nemo sine sacrilegio & blasphemia illae naturae Christi derogare potest. Non quidem licet nobis nostro arbitrio fingere, vel attribueret carni Christi proprietates aut gloriam. Sed intra verbi diuini cancellos mandandum nobis est, & hoc so-

lum & credendum & adseuerandum, quod expressa vox diuini de carne Christi testatur.

De praerogatiuis humanae naturae Iesu Christi.

PRIMA ergo gloria & praerogatiua carnis Iesu Christi est, quod vniuersam Dei iram totius mundi peccatis accersam & sustinuit, & superauit, & placauit: Quod nulli homini, atque adeo nulli creaturae erat possibile. Dauid inquit, *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit.* Psal. 130. v. 3. Vniuersum genus humanum succumberet, si Deus totam suam iram in illud effunderet. Vnde inquit, *Non accendam totum aeternum iram meam. Quia Deus ego sum, & non homo.* Christus vero carne sua totam patris iram sustinuit. Eamque sua obedientia sedauit. Sudauit quidem sanguinem in hoc agone, & in summas angustias redactus fuit, non tamen succubuit huic oneri, sed victor gloriosus adparuit. Hanc vero virtutem & gloriam non habuit ex sese, cum enim creatura esset, non potuisset, si sola fuisset, totam iram Dei sustinere. Habet autem eam ex vnione personali cum λόγος omnipotente, qui cum sibi propriam fecerit hanc carnem, hoc immensum robur ei praebuit, ut ardentissimam patris iram & totam legis maledictionem superare ac vincere posset. Non enim putandum est solam naturam diuinam sustinuisse & placasse iram aeterni patris. Sed tota persona Christi, Deus & homo secundum vtramque naturam subiit hoc onus, & contulit in nos hoc immensum beneficium, Non potuisset autem humana natura id praestare, nisi a λόγος in personae vnitate adsumpta, & diuino robore instructa fuisset. Hic Paulus inquit 2. Cor. 5. v. 19. *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputans ipsis peccata ipsorum.* Et Ephel. 2. v. 16. *Ut reconciliaret utrosque in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in ipso.* Roman. 5. v. 10. *Si enim, cum hostes essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij sui, multo magis nunc reconciliati, saluabimur vita ipsius.*

Haec testimonia Spiritus sancti diserte testantur, quod reconciliatio nostra cum Deo, non tantum per diuinam naturam Christi, sed etiam per carnem Christi sit facta. Ac diligenter obseruandum est, quod Apostolus loquens de gloria & beneficio reconciliationis, non tantum loquitur in concreto, hoc est, per vocabula, quae totam personam significant, sed etiam in abstracto, hoc est, per vocabula, quae vniam naturam, videlicet, carnem humanam significant. Dicit enim *Christum in corpore suo reconciliasse mundum Deo.* Excellet igitur caro Christi omnium hominum carnem, eminentissima hac praerogatiua.

II. Secunda gloria praerogatiua carnis Christi est, quod deleat, abluat & auferat peccata ex nostra natura, & tribuat atque etiam efficiat in nobis iustitiam. Diuinitatem plane opus est, auferre & delere peccata, & reddere atque accendere iustitiam spiritualem atque aeternam. *Ego, Ego sum, inquit, Iehoua, Iel. 43. v. 25. Qui deleo peccata & iniquitates vestras tanquam nubem.* Propter me propter me faciam ne blasphemem. Non ergo potuisset natura humana vel sola vel ex sese id efficere.

Quia vero diuinam naturam vnita est, hanc vim & gloriam accepit, ut & peccata abluat, & iustitiam tribuat. Non enim sola diuina natura auferat peccata, & accendit iustitiam: sed etiam naturae humanae hoc ingens beneficium acceptum ferre debemus. Sacra scriptura enim Spiritus sancti ore prolata hanc gloriam tribuit carni & sanguini Iesu Christi. 1. Ioh. 1. v. 7. *Sanguis Iesu Christi mundat nos ab omni peccato.* Heb. 9. v. 13. *Si enim sanguis taurorum & hircorum & cinis vaccae aspergens immundos, sanctificabat ad carnis mundiciem: quanto magis Sanguis CHRISTI, qui per Spiritum aeternum seipsum obtulit irreprensibilem DEO, mundabit conscientias vestras a mortuis operibus, ad seruendum*

I.
Sustinere iram patris pro totius mundi peccatis.

Sustinere iram Dei tribuitur corpori.

II.
Abluere peccata & conferre iustitiam. Opus hoc est diuinum.

Deo uiuenti? Et Rom. 3. v. 24. Iustificati gratia ipsius gratia, per redemptionem, qua in Iesu Christo facta est, quam proposuit propiciatorium, per fidem in sanguine ipsius. Rom. 5. v. 9. Multo igitur magis iustificati in sanguine ipsius, seruabimur per ipsum ab ira. Ephel. 1. v. 7. in quo Christo habemus redemptionem per Sanguinem ipsius, remissionem peccatorum. Hæc peripicua & clara Spiritus sancti testimonia, ostendunt carnem & sanguinem Iesu Christi hanc excellentiam & prærogatiuam habere, quod deleat & auferat peccata a nobis, mundiciem & iustitiam coram Deo. Non quidem ex sese, sed virtute quam accepit a λόγῳ, a quo in unam personam est adsumpta. Ac rursus obierunt hi pñ, quod Apostoli non solum in concreto loquuntur, Christum hominem delere peccata, & conferre iustitiam, sed etiam in abstracto, hoc est, per uocabula, quæ naturam humanam significant. Dicunt enim, Sanguis Iesu Christi mundat nos ab omni peccato. 1. Ioan. 1. v. 7. Sanguis Iesu Christi iustificat nos coram Deo. Hæc sunt locutiones non in concreto, sed in abstracto, hoc est, quæ diserte de humana Christi carne & sanguine loquuntur. Hæc ergo diuina maiestas & vis delendi peccata, & tribuendi iustitiam Spiritualem carni Iesu Christi, a λόγῳ communicata est.

Tribuitur hoc opus humanæ naturæ.

III. Aufert mortem & restituit vitam spiritualem. Opus hoc est diuinum.

Tribuitur carni.

Non tantum de merito sed applicatione agit.

Tribuitur humanæ naturæ.

Cyrillus in Syno: Ephe

Theodor.

III. Prærogatiua est, quod caro Christi auferat mortem ex nostra natura & restituat vitam Spiritualem & æternam: quæ rursus diuina est proprietas, vis & gloria. Nullius enim creaturæ tanta est vis, ut mortem in homine possit destruere, & abolere, & vitam ei restituere spiritualem & æternam. Creationis enim opus est uiuificare, ut Ioram rex Israel testatur. Num Deus ego sum, ut possim interficere & uiuificare: Et humana inquit, Deus deducit ad inferos & reuocat, mortui uisit & uiuificat. 1. Sam. 2. v. 6. At sacra scriptura Spiritus sancti diserte adfirmat Carni Christi in esse hanc vim, ut tollat mortem ex nostra natura, & largiatur atque efficiat vitam sempiternam. Sic enim Christus inquit: Ioan. 6. v. 51. Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendit: si quis edit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est, quam do pro mundi uita. Item, Amen, Amen dico uobis, nisi comederitis carnem filii hominis, & biberitis ipsius sanguinem, non habetis uitam in uobis. Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere est esus, & sanguis meus uere est potus. Quid posset hic dici planius de prærogatiua eminentissima carnis Christi? quod nimirum diuinam vim & maiestatem habeat uiuificandi homines. Non enim tantum de merito, sed etiam de efficacia, adplicatione & communicatione loquitur: Nec tantum diuinitati suæ attribuit vim uiuificandi, sed de carne sua pronunciat, quod communicet hominibus uitam æternam: neque tantum in concreto adfirmat filium hominis uiuificare alios: sed in abstracto carni suæ hanc adscribit gloriam, quod habeat vim uiuificandi: quæ gloria extra Christum nefas est ulli creaturæ adscribere. Hinc est, quod Cyrillus & tota synodus Ephesina de carne Christi pronunciat. Si quis non confitatur carnem Christi esse uiuificam, propterea, quod propria facta est uerbi, quod omnia uiuificare potest, sit anathema. Et lib. 4. Cap. 14. Quoniam igitur saluatoris caro uerbo Dei, quod naturaliter uita est coniuncta, uiuifica effecta est: quando eam comedimus, uicem uitam habemus in nobis, illi coniuncti, quæ uita effecta est.

Et Theodoretus Dialo. 2. pag. 69. Corpus Christi nominamus diuinum, uiuificum, dominicum, docentes non esse commune alicuius hominis corpus: sed Domini nostri Iesu Christi, qui est Deus & homo.

Hæc admodum illustris est prærogatiua carnis Christi, liquidem diuinæ maiestatis & potentie est, uiuificare homines mortuos, & quidem æternam communicare uitam. Nec uero tantum ita communicata est hæc gloria & maiestas homini Christo, ut tantum li-

ceat in concreto adfirmare hominem Christum præditum esse potetia uiuificandi: Sed etiam in abstracto, loquuntur & scriptura & sancti patres carnem Iesu Christi esse uiuificam.

Vnde manifestissimum est diuersa esse genera communicationis & idiomatum & maiestatis. Nam quædam idiomata sic comunicantur nature alteri, ut non liceat in abstracto, sed tantum in concreto ista esse. Ut cum recte dicatur Deus est passus, mortuus, crucifixus: Deus esuriuit: Item, Homo Christus est ab æterno, Homo Christus est Deus, Homo Christus condidit cælum & terram. Non tamen fas est dicere, Diuinitas est passus, mortua, crucifixa. Diuinitas esuriuit: Item: Humanitas Christi est ab æterno, Humanitas Christi est deitas, Humanitas Christi condidit cælum & terram. Hæc enim phrasæ ueram naturarum in Christo distinctionem confundent, & Eutychianismum reducerent. Aliud uero genus communicationis est, cum diuina natura λόγῳ, sic impartit diuinam suam vim, gloriam, maiestatem, proprietatem, carni adsumptæ, ut non solum liceat in concreto, uerum etiam in abstracto ista enunciare, ut quod λόγῳ, qui uiuificat omnia & vim uiuificandi possidet ab æterno, ita impartit carni suæ hanc vim & maiestatem, ut liceat nobis secundum sacram scripturam dicere. Caro Iesu Christi est uiuifica. Corpus Iesu Christi est uiuificum & confert mundo salutem. Horribili igitur cæcitas, impietas, & inscitia est uelle carnis Christi proprietates ex reliquorum corporum humanorum infirmitate metiri: Et carnem Christi sua spoliare gloria & maiestate, qua illam λόγῳ in personali adsumptione exornauit.

IV. Quarta prærogatiua est, quod humana Christi natura frangit & destruit totum Satanæ & inferni regnum: Quod certe nullus alioquin homo purus præstare potuisset. Est enim horribilis Satanæ potentia & quidē tanta ut scriptura uocet eum dominum, mundi & Deum huius seculi. Et ingens multitudo est immun-dorum spirituum. Atque ideo mediatorem nostrum oportebat esse Deum omnipotentem, ut superior esset Satanæ, & certam nos spem uictoriæ contra tam immanem tyrannum haberemus. Superauit autem Christus Satanam, & contriuit totum serpentis caput non solum ut Deus, uerum etiam ut homo. Nam λόγῳ omnipotens hoc ingens robur contulit carni suæ & I sumptæ a se in unitatem personæ, ut præualeat Satanæ, & destruat omnia opera eius. Vnde in prima promissione dicitur. Satan in uultu conteras caput serpentis. Gen. 3. v. 15. Quali dicat scriptura uera caro humana frangat totam Satanæ potentiam, & liberabit genus humanum. Non quidem sola, neque ex sese caro contriuit caput serpentis: Sed caro Iesu Christi personaliter unita deitati λόγῳ, & diuinum robur a λόγῳ accipiens, fuit uictor Satanæ, & destruxit eius tyrannidem. Quod etiam in promissionibus significatum est. 2. Samuel 7. v. 12. Excitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Humanam Christi carnem nominat semen Dauidis. Quod promittit firmum fore regnum huius seminis, ostendit carnem Christi uictricem fore Satanæ, & inferni & omnium hostium nostrorum. Item, Psalm. 132. v. 11. De fructu uentris tui solio tuo imponam. Ergo caro Christi licet uera sit caro, tamen obtinet prærogatiuam, quæ nullius hominis corpori in toto terrarum orbe tribui potest.

V. Quinta gloria & prærogatiua est, quod caro Iesu Christi, simul cum diuinitate effundit in credentes spiritum sanctum, & sanctificat eos. Hæc tanta gloria est, ut sine impietate non possit ea ulli creaturæ attribui. Cum enim spiritus sanctus sit æternus Deus & dominus omnium creaturarum, non mittitur, nec datur ab ulla creatura. Humana autem natura adsumpta a λόγῳ ad hanc gloriam & maiestatem euecta est, ut si-

Communica-tio di-omatium.

Communica-tio maiestatis.

III.

A. Destruere Regnum Satanæ. Opus est diuinum.

Tribuitur humanæ naturæ.

V.

Effundere spiritum sanctum & sanctificare

Est opus diuinum.

mul

Tribuitur
humanae
naturae
Christi.

in dicitur diuinitate Christi imperitari donum Spiritus sancti fidelibus. Vt enim sanguine suo mecum nobis hoc donum: Ita & facultatem & gloriam accepit Spiritum imperitandi. Christus ex morte resuscitatus addit Apostolos suos & dicit. *Accipite Spiritum sanctum.* Ioan. 20 v. 22.

Cum hoc suo habitu manante ex pectore eius sanctissimo vere dedit Spiritum sanctum, & testatum fecit, humanam suam naturam hac prerogatiua praeditam esse, imperitari Spiritum sanctum fidelibus. Unde & Petrus Actor. 2. v. 33: inquit: *Postquam dextera Dei exaltatus est & promissionem Spiritus accepit a Patre, effusa illud, quod videtis.* Quia loquitur de exaltatione Christi, certum est quod eius humanam naturam significet. Diuina n. exaltata non est, sed ab aeterno fuit in sublimi maiestate. Humana autem natura perfectio opere nostrae redemptionis descendit ad caelos, & ad dexteram aeterni patris collocata est. Hanc naturam humanam in Christo exaltatam dextera Dei, dicit Apostolus Petrus accepisse promissionem Spiritus hoc est, promissum Spiritum sanctum a patre, eumque vultu specie effudisse in Apostolos. Ac iane Christus ipse factus, Ioan. 16. v. 7. nisi iuerit ad patrem, id est, nisi sanguinem suum effuderit pro mundo, & perit ortem ad patrem transiuerit, non venturum esse Spiritum sanctum: Si vero iuerit tum se missurum eum. Docet igitur & se morte sua imperitasse nobis & meruisse Spiritum sanctum, Et humanam suam naturam hanc gloriam possidere, vt imperitari Spiritum sanctum fidelibus. Non quidem procedit Spiritus sanctus de carne vel humana Christi natura. Spiritus sanctus enim est ab aeterno omnipotens Deus: Humana vero natura Christi est & manet creatura in utero Mariae virginis condita a Spiritu S. atq; a tota Trinitate. Mittitur autem & donatur ab humana Christi natura a dextera in personae unitatem ad sumpta. Quod & Ioannes Baptista innuit: Cum inquit: *Ego baptizo vos aqua: Post me autem venit qui prior me est, is baptizabit vos igne & Spiritu sancto.* Matth. 3. v. 11.

VI. Est caput Ecclesiae.

VI. Sexta prerogatiua carnis Christi, quod est Caput totius Ecclesiae, passim per totum terrarum orbem dispersae, quae omnibus aetatibus ministerio verbi colligitur, quod fouet, sustentat, custodit, regit, conseruat, & rector singula membra & omnia in omnibus adimplet atq; efficit. Haec quoque gloria & proprietates nulli creaturae conueniunt. Nullus Apostolus Propheta toti Ecclesiae, & singulis membris *ad se potest*: Nullus etiam angelus singulis pijs opem ferre, omnia pericula depellere, in omne necessitate succurrere potest. Christi autem humanitas, quia vnica est *ad se vnione personali*, & quia constituta est caput totius Ecclesiae, omnibus membris sui corporis adest, singulos pijs fouet suo Spiritu, sustentat, regit, defendit, arcet omnia pericula, suppeditat omnia necessaria. Praesentes & in sua manu habet omnes creaturas, & implet omnia. Sic n. amplissima & dulcissima eius habet promissio: *Vbi enim duo aut tres congregati sunt in nomine meo, in medio ipsorum sum.* Matth. 18. v. 20. Matth. vlt. v. 20 *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.* Et si autem haec promissiones sunt in concreto enunciatae, liquet inquit: *Ego Christus Deus & homo ero vobiscum*: Tamen fingendum non est, quod tantam diuinitatis suae praesentiam nobis promiserit, sed totius personae, atque etiam carnis suae, licet eam externis sensibus non comprehendimus. Ac ne de carnis eius praesentia dubitemus, sacrosanctam coenam instituit, in qua cum pane dat nobis corpus suum manducandum & cum vino benedictum sanguinem suum bibendum, tanquam euidentissimum & infallibile argumentum, quod perpetuo adest suae Ecclesiae totus Christus, Deus & homo Et Paulus. Eph. 1. v. 23 & 4. v. 10. Cum testatur Christus omnia implere & de humana eius natura significanter loquitur & veram eius in tota Ecclesia praesentiam demonstrat. Sic enim inquit, *Omnia subiecit pedibus eius, & ipsum dedit caput super*

Est opus diuinum.

Tribuitur humanae naturae.

Non tantum de personae praesentia loquitur.

omnia Ecclesia quia est corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus implet. De carne Christi loqui Apostolum manifestum est: Quia dicit Deus, *exiit autem Iesus a mortuis & collocavit eum in dextera sua.* Nemo autem adeo imperitus est, vt putet diuinitate a mortuis esse resuscitatum. Addit Paulus vt gloriam caelestem Iesu Christi describat, *omnia subiecit pedibus eius.* Ergo omnes creaturae etiam humanae naturae Christi resuscitatae a mortuis sunt praesentes & subiectae. Et quia caput est totius Ecclesiae, necesse est eam praesentem adesse singulis membris. Praeterea inquit *eum omnia in omnibus adimplere*, hoc est, Christum non tantum operari in omnibus fidelibus, sed etiam in his praesentem esse ac habitare, & salutem aeternam imperitari, sic & quarto Cap. inquit: *Qui descendit, idem & ascendit, supra omnes caelos, vt omnia implet.* Paulum de natura humana a dextera ad sumpta loqui, nemo negare potest. Diuinitas enim, nec descendit, nec ascendit. Adsumat autem Apostolus hanc Christum, qui supra omnes caelos ascendit omnia adimplere. Quomodo haec fieri possent vt humana Christi natura, quae finita est, omnia impleat, nostris ingenis comprehendere non possumus: Sicut nec de diuinitate capere aut intelligere possumus, quomodo ea impleat omnia, nulla enim moles, nulla extensio hic imaginanda est. Quia vero Spiritus sanctus haec mysteria in Ecclesia per Apostolos patefecit, omnino ei aduenturi debemus.

VII. Est omnia scia. Tribuitur carni Christi.

VII. Septima prerogatiua humanae naturae Christi est, quod est omnia scia, omnia videt & nouit, & intelligit gemitus cordium nostrorum. Paulus enim expressit inquit omnes thesauros sapientiae & cognitionis in Christo reconditos esse Coloss. 2. v. 3. Non solum diuinitati *ad se*, sed Christo toti personae tribuitur, quod omnes sapientiae thesauros in ipso sunt reconditi. Et discipuli potest eadem institutionem loquentes cum domino inquirunt: *Ecco nunc aperte loqueris & prouerbum nullum dicis, nunc scimus te scire omnia, nec opus esse tibi, vt quis te interroget.* Ioan. 16. v. 29. Non solum diuinitati tribuunt hanc gloriam omniscientiae, exclusa carne Christi, sed huic Iesu Christo homini hanc gloriam dant, quod sciat omnia. Item, Ioan. 21. v. 17. Cum tertio rogatus esset Petrus, respondit. *Iesu Domine, tu omnia nosti, tu scis quod amem te* Loquitur Petrus cum Christo, quem coram videt humana carne in ducem, & a mortuis resuscitatum, & diserte adsumat huic hominem Iesum omnia scire, tam futura, quam praesentia. Neq; refellit hoc Iesus, sed ad probat piam eius confessionem. Ac cum Ecclesia carnem Christi suam uel eum *ad se* adoret & in omni necessitate inuocet, necesse est ei omniscientiam & scrutationem cordium nostrorum tribuere: alioqui inuocatio esset irrita. Frustra. n. inuocatur, qui nostros gemitus & necessitates ignorat, quas saepe ne exponere quidem possumus. Quod vero in Luca Cap. 2. v. 52. dicitur: *Iesus crescebat aetate & sapientia*, non derogat humanae Christi naturae omniscientiam. Nam Spiritus S. in eo loco ostendit, quod Christus omnes infirmitates carnis absq; peccato adsumpsit. Non statim perfectus vir natus est, sed paruulus infans: Et tamen erat Deus omnipotens Non ostendit statim diuinam suam sapientiam in infantia sed paulatim magis magisque fuit hoc lumen diuinae sapientiae in ipso, vt doceret se verum esse hominem per omnia simile nobis absq; peccato. Paulus dicit, Christum iudicaturum etiam arcana cordium cogitationes, in die aduentus sui: At certum est non solum diuinam, sed & humanam Christi naturam iudicaturam uiuos & mortuos, sicuti Christus testatur. *Pater omne iudicium filio dedit: propterea quod est filius hominis.* Ioh. 5. v. 22-27. Necesse est igitur Christum etiam secundum humanitatem introspicere omnium hominum corda, gemitus, consilia, cogitationes & desideria. Scriptura quidem in concreto loquitur, cum Christo omnium rerum scientiam tribuit: sed non obscure simul ostendit etiam in abstracto, hoc est, per uocabula, quae humanam naturam significant, hanc prerogatiuam & gloriam recte enunciare.

Secundum

Secundum humanam enim naturam iudicabit omnia hominum cogitationes & affectus : Ergo & secundum humanam naturam videt & intelligit omnia.

- VIII.** Est omnipotens.
- VIII.** Tribuitur humana Naturæ Christi.
- VIII.** Quod Christo in tempore datū de humana natura intelligendū.
- VIII.** Philipp. 2. vers. 9.
- VIII.** Cyrillus.
- VIII.** Ambros.
- VIII.** Octava prerogativa est, quod humana Christi natura unita λόγῳ accepit omnem potestatem in caelo & in terra, ac vere est omnipotens, quæ gloria & maiestas alioqui soli & omnipotenti Deo competit. Et si magna est potentia angelorum & spirituum in caelo: nullius tamen angeli infinita est potestas. At Iesus Christus secundum humanitatem, quæ verbo est unita, accepit hanc gloriam & maiestatem, ut omnia illi subiecta sint, quod sacra scriptura in multis locis testatur. Matth. ult. v. 18 inquit Christus. *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.* Omnis potestas certe immensa & infinita est potentia. Hanc non accepit in tempore secundum divinam suam essentiam: sed λόγῳ possedit eam ab omni æternitate. Siquidem eiusdem essentia & potentia est cum patre ab omni æternitate, secundum humanitatem autem non perpetuo hanc obtinuit gloriam, sed data illi est in tempore. Ac omnia quæ sacra scriptura dicit Christum in tempore accepisse, humana eius natura collata esse intelligendum est. Humana ergo natura accepit omnem potestatem. Ioannes Baptista inquit. *Pater diligit filium & omnia dedit in manus eius.* Ioan. 3. v. 35. Non tantum divinitati, sed humanae Christi naturæ omnia dedit pater. Sic & Psalm 8. v. 7. *Stuisti eum pauper indigere Deo, sed gloria & honore coronasti eum: omnia subiecisti sub pedibus eius, vitæ, boues & pecora campi.* Manifestum est Prophetam non loqui tantum de natura divina Christi, cui pater omnia subiecit: Sed etiam de carne Christi. Nam dicit Christum paulisper fuisse desertum a Deo. Hoc certe de carne Christi intelligi necesse est, mox addit. *gloria & honore coronasti eum: Et omnia subiecisti sub pedibus eius.* Ergo & humanae Christi carni omnia sunt subiecta. Certe Christus etiam iuxta humanitatem est custos & defensor suæ Ecclesiæ in omnibus locis & omnibus temporibus, & in omni periculo & necessitate: Quomodo poterit autem Christus secundum humanitatem omnia depellere pericula, ex omnibus nos eripere necessitatibus contra omnes tueri hostes, & omnia largiri bona, si non est omnipotens etiam iuxta humanitatem? Sane gubernatio, defensio, & custodia totius Ecclesiæ omnipotentiam requirit. Iesus Christus non tantum secundum divinitatem, sed etiam iuxta humanitatem iudicaturus est uniuersum mundum. Quod sane sine omni potentia fieri non potest. Qui enim non introspicit omnium hominum consilia, cogitationes, gemitus fidei veram ab hypocrisis potest discernere, nec omnes creaturas in sua habet potestate, quomodo is totum mundum & omnes animas iudicare, & iudicii sui sententiam, quæ in omni æternitate valitura est, exequi potest? Paulus dicit *Christum resuscitatum ex morte, constitutum esse super omne nomen, quod nominari potest, non solum in hoc, sed & in futuro seculo.* Quis ergo nomen & gloriam omnipotentia derogare humanae Christi naturæ audebit? Veteres Ecclesiæ scriptores ex his ipsis fontibus sacrae scripturae non dubitarunt in abstracto carni Christi tribuere omnipotentiam. Cyrillus de recta fide ad Regi: inquit: *Cum dicitur a Deo accepisse gloriam, potestatem & regnum super omnia, referendum est hoc (accepisse) ad conditiones humanitatis.* En diserte adfirmat Cyrillus in abstracto humanitatem Christi accepisse potestatem & regnum super omnia. Quis ergo negabit Christum secundum humanitatem omnipotentem esse. Sic & Ambros. lib. 5. de fide. *Secundum operationem divinitatis omnia potest ipsi sibi subicere: Secundum carnem omnia subiecta accepit, item secundum carnem igitur omnia illi subiecta traduntur.* Manifestum est igitur etiam in abstracto teste dici Christum etiam secundum humanitatem esse omnipotentem.

Lucæ: 10: Lar. 4. fol. 272. in 53. Cap. Ies. Nam humana non fuit constituta super omnia ab æterno: nunc autem constituta est super omnia propter divinam & cum divina, quæ est ab æterno super omnia constituta. De nouissimis verbis Davidis: Christus secundum humanitatem in tempore accepit potestatem super omnia.

IX. Nona, carnis Christi prerogativa est, quod ab omnibus creaturis, angelis & hominibus inuocatur vna adoratione cum λόγῳ, & exaudit omnium recte inuocantium gemitus & vota. Proprietas & gloria est soli diuinæ maiestati conueniens inuocatio & imploratio auxilio omni necessitate cum spirituali tum corporali. Testatur autem sacra scriptura, non solum diuinitatem Iesu Christi adorandam & inuocandam esse, sed etiam eius humanitatem λόγῳ unione personali unitam. Magi ex oriente venientes, infantem Iesum in præsepiti iacentem adorant: Qui a natiuitate cæcus fuerat & a Christo restituitur. Ioan. 9. Procidens adorat Iesum, cuius humanam naturam videbat & diuinitatem credebat: Neque hunc cultum reprehendit Christus idolatricum, sed ut congruentem verbo Dei adprobat. Paulus, Phil. 2. vers. 10 inquit, *Christum sumpsisse formam serui, & habitu inuentum esse ut hominem. & patri obedientiam prastitisse usque ad mortem.* Quæ verba de diuinitate Christi intelligi non possunt, sed de humana Christi natura intelligi necesse est. Addit autem Paulus. *Propterea dedit illi Deus nomen suum per omne nomen, ut in nomine Iesu flectatur omnis genitæ celestium, & supra & infra terram degentium, & omnis lingue fateatur: quod Iesus Christus sit Dominus, in gloriam Patris.* Cum dicit Apostolus ideo datum esse nomen Christo, quod obediens fuerit patri usque ad mortem, certe de humana eius natura loquitur, quæ mortua & resuscitata est. Et cum dicit datum illi esse nomen, de carne Christi loquitur. Nam λόγῳ ab æterno habuit nomen super omne nomen. Humana autem natura in tempore hanc gloriam accepit.

Flectere genu in nomine Iesu significat inuocationem. Docet ergo Paulus: omnes homines in caelo, & omnes qui vivunt in terris, omnes etiam qui sub terris sunt inuocare humanam Christi naturam. Hæc autem adoratio non sic estimanda est, ut quum purpura regis cum rege adoratur. Non enim a purpura petitur auxilium, nec purpura intelligit honorem, qui regi exhibetur. At Christiani simul a λόγῳ & ab humana Christi natura petunt auxilium & bona, cum spiritualia tum corporalia. Et humana natura intelligit sibi quoque deferri hunc diuinum honorem. Ad Heb. 1. vers. 4. *Tanto prastantior factus angelis, quanto excellentius nomen pra illis sortitus est.* Secundum carnem prastantior euasit angelis, & excellentius nomen præ angelis sortitus est: ita ut etiam secundum carnem ab angelis adoretur. Pia antiquitas non dubitauit in abstracto fateri carnem Christi esse adorandam. Ambrosius lib. 2. Cap. 12. *Itaq; per scabellum pedum terra intelligitur, per terram caro Christi, quam hodie in mysterijs adoramus, & quam Apostoli in domino Iesu, ut diximus, adorant.*

Cyrillus vero anathema dicit ei, qui negat carnem Christi adorandam esse. *Si quis dicit Domini nostri carnem ut hominis non adorandam, hunc anathematizat sancta Ecclesia.* Athanasius orat. 5. *Quomodo domini corpus non esset adorabile, cum verbum manum suam extendens sanauerit febricitantem, vocem humanam edens suscitauerit Lazarum, manibus in cruce protensus principem aeris prostrauerit.* Et in aliis multis locis Athanasius, Cyrillus, Augustinus, & alii orthodoxi scriptores, testantur carnem Iesu Christi adorandam esse: non peculiari adoratione, distincta ab adoratione λόγῳ: Sicut Nestoriusungebat, hominem Christum cum λόγῳ coadorandum esse, tanquam alterum cum altero: sed car-

IX. Inuocationis honos. Honor solius Dei.

IX. Tribuitur humanae Naturæ Christi.

IX. Genus lexiō adorationem notat. Caluiniſtarum ſententia.

Ambros.

Cyrillus.

Athanas.

Nestorius.

neat

nem Iesu Christi ut λόγος personali vnione vitam v- nica λατρεία seu inuocatione cum λόγος aeterno fi- lio Dei adorandam esse. Manifestum est igitur etiam in abstracto hanc gloriam & prerogatiuam carni Christi tribuendam esse, quod sit adoranda.

Quis ergo negare audebit proprietates, & gloriam diuinam carni Iesu Christi a λόγος collocatam esse?

X. Decima prerogatiua carnis Christi est, quod cō- sideret ad dexteram patris aeterni, & dominatur angelis & hominibus & omnibus creaturis in caelo & in terra. Non enim de diuinitate λόγος dictum est, quod ea sit collocata ad dexteram Dei: cum filius Dei, ipsa aeter- na natiuitate eiusdem essentiae & aequalis potentiae sit cum aeterno patre. Carni vero Iesu Christi hac gloria diuina concessa & data est, vt sedeat ad dexteram aeterni Dei, sicut scriptura expresse testatur. *Deus exalta- uit Iesum a mortuis, & collocauit eum in dextera sua in caelestibus super omnem principatum:* Ephel. 1. v. 20. *Christus inquit. Luc. 22. v. 69. Ex hoc nunc sedebit filius hominis ad dexteram virtutis Dei.* Esti autem in concreto huc loquitur Christus: tamen clare significat carni suae hanc concedi gloriam & diuinam maiesta- tem. Atque ideo scriptores Ecclesiastici orthodoxi non dubitant etiam in abstracto hanc prerogatiuam ad- scribere carni seu corpori Iesu Christi. Athanasius re- ferente Theodoro diferte pronunciat. *Sede a dexte- ra eius: de corpore Dominico dictum est. Si enim omnia implet Deus, in qua nam sede sedet? Corpus ergo est, cui dicit dominus: sede a dextris meis.*

Item, Chrysostomus. *Sedere ad dextram patris, carnis est imperium.* Ac tota antiquitas diferte hoc fatetur, ma- iestatem Iesu ad dexteram humanae naturae Chri- sti concessam esse.

Sedere autem ad dexteram aeterni patris, interprete Apostolo Paulo, est eadem esse in sublimem maie- statem, & supra omnem principatum, potestatem & thronum, & possidere nomen, quod est supra omne nomen, non tantum in hoc, sed etiam in futuro secu- lo, sic enim huius articuli sententiam exponit Apo- stolus Eph. 1. Cum ergo caro Iesu Christi sedentis ad dexteram aeterni patris possideat nomen & gloriam, *super omne nomen quod nominari potest, non solum in hoc, sed etiam in futuro saeculo.* Eph. 1. v. 21. Quis ergo aude- bit humanae naturae Iesu Christi derogare omniscien- tiae & omnipotentiae gloriam & nomen? Nullam e- nim maiestatem excipit Paulus, cum dicit, super om- ne nomen. Ac cum Iesum ad dexteram patris significet aequalem cum patre maiestatem, honorem, gloriam, potentiam, imperium, merito iuxta factam scriptu- ram hac omnibus tribuimus humanae Christi naturae, quae vnita λόγος peracto redemptionis nostrae opere ad dexteram Dei collocata est. Quod vero Calvinistae hostes testamenti Iesu Christi obiciunt, has preroga- tiuas seu maiestatem excedere capacitatem carnis Chri- sti, valde mirandum est eo impudentiae transuersum rari Calvinistas, vt modum capacitatis carnis Christi ex suo cerebro statuere audeant. Cur non potius ex omnipotentia & veritate Dei metiuntur capacitatem. Non enim humana natura ipsa sibi rapuit hanc maie- statem, sed omnipotens & aeternus λόγος suae carni quae verbi propria facta est pro sua immensa & boni- tate contulit. *Quis ergo consiliarius Dei fuit?* Rom. 8. v. 34. *quis virtutem & sapientiam Dei mensus est?* Ne- que vero hinc sequitur diuersarum naturarum in Iesu Christo exaequatio vel confusio. Est enim humana natura Iesu Christi ad diuinam & aequalem gloriam & maiestatem cum patre euecta est, non tamen indi- uinam conuersa aut mutata est. Manet diuersitas & inaequalitas naturarum in omni aeternitate.

Caluinista. *instantia.* *Nulla sta- tuitur exae- quatio na- turarum.*

λόγος est ab aeterno: At humana natura cepit in tempore, et origine ducit ex utero beatae virginis Ma- riae. λόγος est essentia spiritualis aeterna: At humana Christi natura est partim corporalis, partim spiritu-

alis videlicet anima, quae non est ab aeterno. Diuina Christi natura est essentia infinita: At Christi huma- na natura est finita essentia. λόγος est conditor om- nium rerum: At humana Christi natura est et manet creatura. λόγος habet vitam et gloriam in se, et omnem maiestatem diuinam ab aeterno habuit: At humana Christi natura vitam et omnem maiestatem accepit per communicationem a λόγος. Diuina Chri- sti natura sustentat humanam: humana vero a λόγος sustentatur, et in omni aeternitate subiecta erit Deo. 1. Corinth. 15. Hae inaequalitas cum maneat in omni aeternitate, eaque a nobis doceatur expresse, mira calum- nia est, quod aduersarij vociferantur, fieri naturarum in Christo exaequationem, cum humanae naturae in Christo sedenti ad dexteram patris tribuitur omni po- tentia, par maiestas et gloria. Est enim gloriae, poten- tiae et maiestatis aliquam testetur exaequationem sacra scriptura, hinc non sequitur ipsas naturas prorsus exae- quari et inter sese confundi. Putida etiam caecillatio est, quod clamitant, ipsam diuinitatem Iesu Christi obscurari si illae prerogatiuae tribuantur humanae Christi naturae. Certum est enim gloriam et maiesta- tem illam nulli creaturae soli competere, sed tantum diuinae maiestati: Nec tradit Deus gloriam suam alteri. Nam humana Christi natura non est alia a λόγος, sed vnione personali λόγος vnita est: Et quia λόγος diuinam suam gloriam et maiestatem non solum in se exeruit, nec sibi tantum conseruauit, sed etiam hu- manae suae naturae communicauit, hoc ipso tanto illu- strius patefecit et demonstrauit suam aeternam diuinitate.

Rursum vero obiciunt. At diuinae naturae essentia- les proprietates nullo modo posse communicari hu- manae naturae: omnipotentiam, omniscientiam & substantiam esse diuinae naturae essentiales propieta- tes. Ad hoc sophisma, quod aduersarij insolubile esse rentur, diferte respondeo: Phrasis illa (diuinae natu- rae essentiales proprietates) omnino euoluenda & di- stinguenda est. Quod enim Deus communicet sua bo- na & proprietates creaturis, Angelis & hominibus manifestius est, quam vt vlla probatione egeat. Com- municat Deus hominibus suam sapientiam, iustici- am, libertatem, vitam, castitatem, laetitiam, pro suo beneplacito. *Condidit Deus hominem,* inquit scriptu- ra, *ad imaginem suam.* Gen. 1. v. 26. & 3. v. 1. Hoc sane nihil aliud est, quam quod Deus suae sapientiae, iusti- tiae, lucis, vitae & laetitiae radios transfudit in animas hominum: Et hoc consilio per filium mediatorum Ie- sum Christum redempti sumus & per Spiritum san- ctum renouamur, vt sapientiae iustitiae & vitae diuinae efficiamur participes.

Et tamen omnia haec dona, iustitia, sapientia, vita, libertas, laetitia, non sunt accidentia in Deo, sed ipsa essentia diuina. Imperite igitur dicitur essentiales pro- prietates non communicari creaturis. Ipsa quidem es- sentia diuina non ita transfunditur in creaturas, vt & creaturae fiant essentia diuina: At tamen Deus com- municat suas proprietates, quas in scholis attributa vocant, creaturis ita, vt licet in Deo sint ipsa substan- tia, tamen creaturis communicata non sunt substan- tia, sed ornamenta & qualitates. Distinguendum igitur omnino est inter essentiae communicationem, quae est impossibilis, & inter proprietatum, quae rectius at- tributa, quam essentiales proprietates vocantur com- municationem. Iam cum manifestum sit, quod Deus sua bona & in creatione & in renouatione communi- carit, & etiamnum communicet hominibus. Cur in dubitationem vocaremus, an Deus sua dona, proprie- tates, & maiestatem posset carni Christi comunica- re? Sicut omniscientia, & omnipotentia in Deo non sunt quaedam accidentia, sed sunt substantia, sic & iustitia, & sapientia & vita, & laetitia in Deo sunt sub- stantia, & non accidentia. Et tamen haec dona com- municat Deus hominibus sine omni mutatione suae essentiae. Manifestum est igitur & omnipotentiam carni Chri-

Nec déro- gatur diui- nitati.

Obiectionis solutio.

Distingu- tur omnino est inter essentiae communicationem, quae est impossibilis, & inter proprietatum, quae rectius at- tributa, quam essentiales proprietates vocantur com- municationem.

ni Christi communicari posse sine naturarum confusione. A nobis quidem exhauriri non potest, quomodo bona illa in Deo quidem sunt substantia ipsa, nobis vero communicata non sunt substantia Dei: De eo autem dubium nobis esse non potest, quod Deus illa sua bona nobis communicet, quæ in ipso sunt substantia, ut sunt iustitia, sapientia, lætitia, vita. Hoc enim sacra scriptura diserte testatur. Quæ ergo Deus in verbo suo reuelavit, ea gratis pectoribus amplectamur, meditemur pie, & tutamur constanter. Quæ vero reuelata non sunt, ea non scrutemur temere. Sed cælestem cum Deo consuetudinem expectemus, in qua non in speculo ut in hac vita, sed in clara luce mysteria illa cælestia intuebitur & intelligemus.

Quod in minore dicitur omnipotentiam esse proprietatem essentialem diuinæ naturæ, & obscure, & incommode & perplexe dicitur. Veteres noluerunt dicere accidentia vel proprietates esse in Deo: Ne viderentur statuere mutabilitatem in natura diuina. Et cum dicitur omnipotentia Dei nihil aliud est, quam ipsa essentia diuina omnipotens, hoc volunt, omnipotentiam non esse quoddam accidens in Deo, vel quiddam mutabile. Et tamen ut aliquam monstrarent distinctionem, quæ cogitatione saltem comprehendendi posset, inter ipsa ipsam diuinam essentiam & bona essentia, qui creaturis communicat, ut sapientiam, iustitiam, lætitiã, vitam, vocarunt hæc attributa Dei: Sic ergo iuxta veteris Ecclesiæ consuetudinem omnipotentiam & omniscientiam potius attributa, quàm essentialia proprietates vocabimus. Ac cū manifeste constet maiorē argumenti non simpliciter cedere posse, ut demonstratū est, euanesceat prorsus sophisma.

Infirmi-
tes Chri-
stus postas-
censionem
deposuit.

Iam ad tertiam quoque quæstionē respondeo quod Iesus Christus, postquam ex hoc mundo migravit, resuscitatus ex morte, nouam & cælestem vitam est ingressus, ac deinde ad dexteram Dei est exaltatus, deposuit huius seculi elementa & infirmitates, citra carnis suæ abolitionem. Non iam esurit, sitit, fatigatur, nec cibo, nec potu eget, non necesse est corpus esse graue & durum ferri, non iam necesse est, posse conspici, tangi, impedi in vacuo, penetratione dimensionū, locorum interuallis, tempore. Hæ enim huius perituri mundi sunt infirmitates. Christus vero gloriosam nunc gestat corpus, exemptum huius mundi infirmitatibus, moles lapidea non impedit eum, quo minus egrediatur sepulchrum. Ianua clausa non obstat, quo minus accedat suos discipulos; Subito euanesceat ex oculis discipulorum, quoties vult, rursus sese conspiciendum præbet, quando & vbi vult, tandem corpore suo sursum ascendit in cælum, contra naturam corporum humanorum.

Ex his omnibus liquido patet, de prærogatiuis & maiestate carnis Christi non posse, nec debere statui ex infirmitate nostrorum corporum, quæ non sunt vna persona cum Deo, nec dum glorificata, sed adhuc huius mundi egenis elementis & multiplicibus infirmitatibus sunt subiecta.

IV. Obiectio.

Ex ascensu Christi in cælum.

Christus, Iesus corpore suo ascendit in cælum & sedet ad dexteram patris, id est venturus est iudicare viuos & motuos.

Ergo corpus Iesu Christi non est in terrâ.

Respondeo.

Et si ex proximi sophismatis solutione, refutatio huius argumenti sumi possit, tamen ut articuli fidei clarius intelligantur, & præstigiæ refellantur, quædam repetemus. Ac primum tantum abest ut articuli fidei de ascensione Christi in cælum, & sessione eius ad dexteram infringant præsentiam corporis Iesu Christi in sacra cæna, ut potius Iesu Christi omnipotentiam demonstrent, quod ea, quæ dixit & promisit facile possit præstare. Ita ut valde mirum sit, cum vniuersa

Ecclesia immensam gloriam Iesu Christi discat ex articulis de ascensione Christi in cælum, & sessione eius ad dexteram, quod Calvinistæ & Zvingliani ex iis Christi colligant infirmitatē, & illorum articulorum prætextu spolient eum & veritate & omnipotentia. Veram ergo sententiam horum articulorum fidei inquiramus: Eam vero monstrant nobis Apostolica clarissima scripta. Non fingimus allegoriã vel metaphoras in articulis fidei, sed ut sonant verba simpliciter eos intelligimus. Christus vero in cælum ascendit, & sedet ad dexteram patris æterni.

Ascensio
Christi
quid signi-
ficet.

Ascensus Christi non tantum significat disparitionem Christi ex oculis discipulorum, ut die resurrectionis in Emaus disparuit: Sed sicut Lucas in Actis ca. 2. v. 9. exposuit, *Christus videntibus ipsis in altum sublatus est, & nubes subduxit enim ex oculis eorum*. Et Angeli deinde clarius exponunt, *hic Iesus sublatus est a vobis in cælum*. ibid. v. 11. Visibiliter igitur locum mutauit, & in cælum translatus est. Sed quid? Num sedem aliquam occupauit in cælo hoc aspectabili, inter planetas, vel supra firmamentum? Paulus inquit *Christus peruasisse omnes cælos, & enolitum esse supra omnes cælos, ac supra omne nomen, quod nominari potest, cum in hoc, tum in futuro seculo*. Eph. 1. v. 22. In hoc ergo æternum cælum ascendit, quod ipse in cruce nominauit Paradisum, in quo habitat Deus æternus, & in quo viuunt angeli & homines sancti resuscitati & in cælum translati. Ascensus ergo Christi ad cælos non tantum significat physicam loci mutationem, & corporis Christi ad superiora loca translationem: Sed multo magis translationem Christi ex hoc mundo perituro ad cælestem beatitudinem, & conspectum Dei, significat exaltationem eius in regno, & glorificationem carnis Iesu Christi, sic Petrus, Act. 3. v. 21. dicit *Iesus Christus occupauit cælum usque ad tempus, quo resurruerunt emorta*. Hoc est, Dominus constitutus est cælorum Iesus Christus, ut imperet in cælo & in terra. Et Christus omnium clarissime exponit, quid sit ascendere ad cælos, nimirum relinquere hunc mundum & ascendere ad patrem. Ego, inquit Ioan. 16. v. 28. *relinquo hunc mundum & vado ad patrem*, Item, ca. 20. v. 17. *Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & Deum vestrum*. Ergo in cælis esse, est patris æterni conspectu & æterna beatitudine frui. An vero in hoc cælo æterno & spirituali loca sint circumscripta, tempora distincta, iuxta huius mundi elementa & infirmitates, id vero a nobis definiti non potest. *Apud Deum, inquit Petrus, 2. Epist. 3. v. 8. mille anni sunt tanquam vnius dies. Et qua oculus non videt, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, ea præparauit Deus his, qui diligunt eum* 1. Cor. 2. v. 9.

Non phy-
sica tantum
mutatio
loci tacta.

Quæ ergo dementia est ex doctrina physicæ, de locorum spaciis & distantia, argumentari de præsentia vel absentia gloriosi corporis Iesu Christi, quod deposuit huius mundi elementa, exaltatum est in regno, euectum est super omnes cælos, & considerat ad dexteram maiestatis Dei? Cur non potius sic colligimus, ut haud dubie omnes pij & orthodoxi colligunt, Iesus Christus non solum, quo ad diuinitatem, sed etiam quo ad humanitatem ascendit ad cælos, occupauit cælum, euectus est supra omnes cælos, exaltatus est in regno, constitutus dominus vniuersæ creaturæ angelorum & hominum. Ergo cum de pane & vino benedictionis dixit *hoc meum est corpus, hic meus est sanguis*, certissimum est tantam esse gloriam & potentiam Iesu Christi, ut possit præstare ea, quæ promisit, & verum suum corpus & verum suum sanguinem nobis in sacra cæna cum pane & vino exhibere.

Dementia
Caluinista-
rum.

Articulus quoque de sessione Iesu Christi ad dexteram æterni patris, non ita intelligendus est, ut nobis imaginemur sublimem aliquã sedem vel thronum, collocatum ad dexteram Dei, in qua filius Dei Iesus Christus trabea indutus consideat, sicuti Salomon Rex iubet matri suæ Bersabæ collocari sedem ad suam dextram: Sed sedere ad dexteram Dei, significat obtracere

et alius
et alius
et alius

obtinere principatum super vniuersam creaturam in celo & in terra, adorari ab angelis & hominibus, & æquali sapientia, potentia, gloria, imperio, honore, maiestate & iure gubernare vniuersum mundum & omnia habere in tua potestate. Hanc enim esse huius articuli vim & sententiam, in multis locis testatur Spiritus sanctus. Ipse filius Dei in ipsa passione sic exposuit hunc articulum. *Ex hoc nunc tempore erit filius Dei sedens a dextris virtutis Dei.* Luc. 22. v. 69. Sedere a dextris virtutis, quid aliud est, quam æquali virtute & robore cum Deo præditum esse? Paulus ad Eph. 1. v. 20. inquit *Deus excitauit Iesum ex mortuis & collocauit eum in dextera sua in caelestibus super omnem principatum, & virtutem & dominationem & super omnia nomen, quod nominatur, non solum in hoc, sed & in futuro seculo & omnia dedit sub pedibus eius.* 1. Pet. 3. v. 21. *Per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei ingressus caelum subiectis ipsi angelis potestatibus & virtutibus.* Hic Apostoli Paulus & Petrus exponunt dilerte, sedere ad dexteram Dei significat obtinere principatum, super angelos & homines, & super vniuersam creaturam, & omnia habere in sua manu. Hoc sane est omnipotentem esse: hoc est æquali potentia, sapientia & gloria cum Deo dominari in omnes creaturas. Sic ad Heb. 1. v. 3 *ferens omnia verbo potentia sua, per seipsum facta purgatione peccatorum suorum, consedit in dextera maiestatis in sublimi, in dextera maiestatis sedere est pari maiestate, cum Deo regnare.* Quemadmodum Lutherus & Philippus, in explicatione Psal. 110. clarissimis verbis dicunt. Sedere ad dexteram patris est pari potentia, regnare cum Deo. Et addit Philippus hanc explicationem a Paulo poni Eph. 1. & Heb. 1. Jam ergo facile videt pia mens hoc articulum de sessione, Christi ad dexteram nequaquam quæri præsentiam corporis Christi in sacra cœna. Quæ enim esset dementia sic velle argumentari? Iesus Christus æquali potentia, gloria & maiestate regnat super omnes creaturas, & omnia sunt subiecta pedibus eius, ergo licet dixerit de pane benedicto, hoc est, meum corpus, tamen non potest nobis corpus suum in sacra cœna præbere manducandum, Nemo adeo est stupidus, vt non videat optima consequentia sic colligi potius: Christus sedet ad dexteram patris, hoc est, pari potentia & maiestate regnat super angelos & homines & super vniuersam creaturam. Ergo per facile illi est præstare quod promissit, nimirum vt verum eius corpus præsens sit in sacra cœna, vbicunq; ea iuxta eius institutionem administratur.

V. Obiectio.

Christus inquit Ioan. 6. v. 63. *Caro non prodest quidquam: Spiritus est, qui viuificat.*
Ergo Christus non dat carnem suam comedendam in sacra cœna.

Respondeo.

Cum in aliis sophismatibus, quib. præsentiam corporis Iesu Christi impugnant Calvinistæ, tum vel in primis in hac obiectione produunt suam impietatem & prophanas de carne Iesu Christi cogitationes. Quis enim pius animus nõ iusta indignatione accenditur, cū audit hostes testamenti Christi etiã illud dictu Ioan. 6. audere profiteri ad tollendã præsentiam carnis Christi e cœna? Si vel mica pietatis & amoris erga Christum esset in Calvinistis: an non pudor illos deterreret, ne tam contumeliose de carne Christi loquerentur? Respondemus ergo prophanis & impiis illis disputatoribus. Christus in isto dicto non de sancta sua carne, sed de nostra peccato corrupta carne est locutus. Etsi enim quod ad substantiam corporis & animæ caro Christi eiusdem est speciei, cuius est nostra: tamen ingens est discrimen inter ipsius carnem & no-

stram. Nostra enim peccato polluta, morti obnoxia & tyrannidi Satanae subiecta est, caret spiritu & vita, non est idonea ad regnum Dei, sed destinata ad æternos cruciatus, nisi regeneretur. At caro Iesu Christi concepta est de Spiritu sancto, nata absq; peccato, repleta Spiritu sancto, vnita ab æterno filio Dei, viuifica effecta, & adorabilis angelis & hominibus, precium pro mundi vita, quæ toti Ecclesie præbet salutem. Quæ ergo impietas. quis stupor: quæ dementia est adferre carnem Iesu Christi nihil prodesse: An nulla est virtus eius carnis, quæ placat iram Dei, præstat mundo salutem, viuificat mortua nostra corpora, & meretur nobis æternam beatitudinem: An nihil prodest ea caro, quæ personali vnione ab æterno est vnita, & nunc consistet in dextera Dei: Pudeat ergo Calvinistas aliquando tantæ impietatis.

Vniuersa Ecclesia Christi appellat preciosum sanguinem Iesu Christi, vt pote quo nostra salus est parata, & corpus Iesu Christi habet Ecclesia pro thesauro omnium preciosissimo & toti mundo antefereudo. Ne fas igitur ducimus, Verba illa (*caro non prodest quidquam*) de carne Iesu Christi intelligere.

De nostra autem corrupta & peccato infecta carne verissime dixit Christus: *Caro non prodest quidquam*: hoc est, quidquid a carne proficiscitur, carnales vestrae cogitationes, carnalis vestra prudentia, & carnales vestri sensus non sunt idonei ad capescendum regnum Dei. Vos nondum estis renati, nondum illuminati Spiritu sancto: Ideo verba mea, quæ Spiritus sunt, vos non percipitis. Sed carnaliter somniamis, oportere carnem meam in frustra diuidi, & sic a vobis comedi: hæc vestrae carnales imaginationes nihil profunt, nec mortem tollunt nec vitam restitunt. Spiritus est, qui viuificat, nimirum Spiritus sanctus, quem filius Dei impertit per fidem: is accendit verum intellectum verborum Christi, illuminat mentem, & restituit vitam. Non est ergo ad carnem Iesu Christi contorquendum hoc Christi dictum.

Ac in tota Christi concione Ioannis 6. de manducatione carnis Christi, nihil agitur de cœna domini, an. non a quæ integro anno post hanc concionem est instituta: sed de fide, quæ beneficia mediæ oris adprehendenda sunt, loquitur. Et tota eius concio metaphorica est: desumpta ex concionibus Prophetarum Iesaiæ, qui regnum Christi laudissimo conuiuio: & Dauidis, qui spiritus sancti dona instructissimæ mensæ per allegoriam conferunt. *Qui edit carnem meam & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & in me manet,* Ioan. 6. v. 54. 56. Hoc est, qui vere credit promissioni Euangelij, offerenti remissionem peccatorum & vitam æternam propter meam mortem, is viuet propter me. Ita Christus & Prophetae fidem conferunt manducationi: Siquidem anxietas malæ conscientia fami non est dissimilis. Et hæc spiritualis manducatio, etiã in sacra cœna omnino vsurpari debet. At præter eã instituit filius Dei Iesus Christus peculiarem manducationem suæ carnis, ita vt in sacra cœna exhibeat nobis in pane corpus suum manducandum, & in vino sanguinem suum bibendum. De hac Sacramentali perceptione corporis & sanguinis Iesu Christi, quæ piis & hypocritis ad cœnam accedentibus communis est, cum nihil dicatur in 6. caput. Ioannis: Imputenter faciunt Calvinistæ quod dicta nihil huc pertinentia etiã cum contumelia carnis Christi, violenter ad impugnantiam præsentiam corporis Christi in sacra cœna contorquent.

VI. Obiectio.

Christus inquit, Ioannis 12. v. 8. *Pauperes semper vobiscum habetis, me autem non semper.* Item, Angeli nuntiantes resurrectionem Christi inquit, Math. 28. v. 6. *Surrexit, non est hic.* Item, Ioan. 16. v. 28. *Iterum relinquo mundum & vado ad patrem,*

Lutherus
Philippus.

Christus
non de sua
sed nostra
corrupta
carne agit.

Ergo corpus Iesu Christi non est vere præsens in cœna domini.

Respondeo.

Visibilis
præsentia.

Christus & Angeli in his dictis loquuntur de visibili, & corporali conuersatione cum Ecclesia. Postquam enim filius Dei opus nostræ redemptionis perfecit atque absoluit, resurrexit a mortuis & ascendit ad cœlos, ita reliquit mundum, ut deinceps non præbeat se oculis nostris conspiciendum & manibus atrectandum, ut ante cum suis discipulis conuersatus fuit. Ioannes inquit, *quod manus vestra contrectarunt & quod vidimus oculis nostris verbum vita annuenciatis vobis.* 1. Ioan. 1. v. 1. Item, Ioannis 1. v. 14. Et habitauit in nobis & vidimus gloriam eius, gloriam tanquam virginis a patre plenum gratia & veritate. At post resurrectionem ad Mariam inquit, Ioan. 20. v. 17. *Nolite tangere. Nondum enim ascendit ad patrem,* quasi dicat, Tu imaginaris tibi visibile & corporale conuersationem, ut ante meam passionem vobiscum visibiliter conuersatus sum; Verum alia nunc est ratio. Ascendendo ad patrem ut fides vestra exerceatur & ut totiam Ecclesiam hinc autem non sequitur, corpus & sanguinem Iesu Christi non esse in sacra cœna. Nomen enim sapientissimus & omnipotens Deus plures modos, quibus corporis & sanguinis sui præsentiam nobis exhibere possit. Ac non solum postquam resurrexit a mortuis, nouam & cœlestem vitam ingressus est, alia ratione præsens fuit Apostolis, quam ante mortem, verum etiam cum adhuc in mundo esset, variis modis se præsentem exhibere potuit pro sua immensa sapientia & omnipotentia, Luc. 24. v. 44. Ipso die resurrectionis, ad Apostolos inquit. *Hi sunt sermones, quos loquebar ad vos, cum adhuc apud vos essem.*

Alius præ
sentis mo-
dus.

Non solum vere præsens est Apostolis suo corpore & diuinitate, sed etiam exhibet corpus suum manibus contrectandum & oculis conspiciendum: Et tamen dicit, *Hæc loquebar ad vos, cum apud vos essem,* Perinde ac si nunc non sit in mundo apud Apostolos. Ita simul est apud Apostolos & conspicitur ab Apostolis, & simul non est apud Apostolos: substantia sua vere adest & conspicitur, sed non adest Apostolis ea ratione, qua antea apud eos fuit, non est amplius mortalis, non est subiectus huius mundi elementis, non eget, amplius cibo, potu, somno, quiete: Non necesse est eum conspici: Non est adstrictus huius mundi legibus, sed vitam nunc viuit beatam, nouam, spiritualem, experte mortis & omnis infirmitatis. Ergo *relinquere mundum,* significat Christo per mortem & resurrectionem deponere huius mundi conditiones & viuere cœlestem vitam. Hæc autem gloria & beatitudo Christi nihil prorsus impedit, quo minus vere adsit suæ Ecclesie Christus, & corpus suum exhibeat nobis comedendum & sanguinem suum bibendum in sacra cœna. Nam idem Christus, qui dixit: Ioan. 12. v. 8. *Pauperes semper vobiscum habebis, me autem non semper,* dixit quoque: *Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, in medio ipsorum sum.* Matthæi 18. v. 20. Item, *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi.* cap. 28. v. 20. Nec vero tantum de diuinæ naturæ præsentia, sed de tota sua persona loquitur.

Quomodo
Christus
relinquat
mundum.

Inuisibilis
præsentia.

Visibiliter igitur & corporaliter & iuxta huius mundi conditiones & leges, non est Christus nobiscum, non nouimus Christum secundum carnem. At inuisibiliter, cœlesti modo, spiritualiter, & ea ratione, quæ ipsi cognita est, vere realiter & substantialiter præsens est in Ecclesia, & vere realiter & substantialiter exhibet in pane benedicto, corpus suum manducandum & sanguinem suum in vino benedicto bibendum. Ipse enim dixit. *Comedite, hoc est corpus meum: Bibite ex hoc omnes, hic calix est nouum testamentum in meo sanguine.*

VII. Obiectio.

Ab analogia Sacramentorum.

Eadem ratio est omnium sacramentorum, tam in veteri quam in nouo testamento.

Sed veteris testamenti sacramenta tantum sunt figuræ aliarum rerum, quas significant.

Ergo & sacramentum corporis & sanguinis Iesu Christi, tantum est signum absentis corporis & sanguinis Iesu Christi.

Respondeo.

Maior argumenti simpliciter est falsa, nec potest v. lo sacre scripturæ testimonio demonstrari. Magna enim dissimilitudo & varietas est sacramentorum veteris & noui testamenti. Etli enim in causa efficiente & finali congruunt, tamen in causa materiali & formali plane discrepant. Ac primum sacramentorum veteris testamenti magna est varietas & similitudo, Nubes sub qua baptizati sunt Israelitæ. Aqua manans e petra, quam bibebant Israelitæ. Manna, quod de celo cadebat, cinis vaccæ rufæ cuius aspersione expiabantur populus, figuræ quidem erant, quæ Dei præsentiam significabant, & de promissione Israel itas admonebant: sed non erant ob signatio iustitiæ fidei licet circumcisio. Ac quid de singulis sacramentis in veteri testamento sit statuendum, id peti necesse est ex illis locis, in quibus illa diuino mandato instituantur. Quid de circumcisioe credendum sit in Ecclesia, docet non aliqua communis regula sacramentorum, sed expressum Dei verbum Gen. 17. Cap. si quid sentiendum sit de Agno paschato ex 12. Capite Exodi est petendum. Sic quomodo intelligenda sint Sacramenta noui testamenti, non potest aliunde peti, quam ex verbis institutionis. Matthæi 26. Legimus quid Christus de sua sacra cœna pronunciet. Ex his ergo verbis, *hoc est corpus meum: Et hic est sanguis meus,* statuendum est quid in sacra cœna percipiamus, non somnanda est communis aliqua regula, quæ nullo prorsus scripturæ testimonio nititur, ad quam verba Christi flectantur. Matth. 28. & Marci 16. Docet Christus, quid nos credere velit de sacramento Baptismi, quod nimirum sit *lanacrum regenerationis & ablutionis peccatorum.* Explodendum igitur est signum de communi regula, iuxta quam omnia sacramenta sunt intelligenda. Imo sacra scriptura, ne appellationem quidem sacramenti agnoscat, ita ut cœnam domini sacramentum adpellet: Quomodo ergo ex communi regula de sacramentis, quid de præsentia corporis & sanguinis Iesu Christi in sacra cœna sentiendum sit, statui potest? Augustinus, inquit, *Sacramenta esse signa earum rerum, quas significant.* Id ad omnes typos & figuræ, ad omnes denique allegorias extendi potest. Ut Abraham macians filium, est sacramentum Dei patris, qui non peperit proprio filio suo sed dedit illum pro nobis: quis vero tam rudis est in Ecclesia ut non videat ingens esse discrimen inter tales allegorias, & inter Iesu Christi testamentum, quo nobis corpus & sanguinem suum legauit?

Maiores facta
est.

Conueni-
entia sacra-
mentorum
& differen-
tia.
Sacramen-
ta V. Testam-
enti va-
ria.

Sacramen-
ta N. Testam-
enti.

August.

VIII. Obiectio.

Anatura promissionis.

Promissio gratiæ tantum loquitur de spirituali communicatione cum Christo: Et ea tantum fide percipitur.

Verba institutionis cœnæ dominicæ tantum ad promissionem gratiæ pertinent.

Ergo in cœna domini tantum est spiritualis communicatio corporis Christi, quæ tantum fide percipitur.

Respondeo.

Cordatus lector haud dubie obseruat, Calvinistas nihil Cal. non ex perspicuis verbis Iesu Christi, quibus sacram uinista ex cœnam

Verbis in-
stitutionis
profertur.

cœnam instituit, argumenta ad probandam suam opi-
pionem petere: Sed ea plane remouere conspectu:
Quia clarissima lux veritatis perstringit oculos ipse-
rum. Non autem fabricant dogmata Caluinista, que
omni sacro verbo diuini desunt, & ad hanc Le-
biam regulam deinde signata suarum opinionum de
cœna domini accommodant. Postulamus ergo a Cal-
uinistis, vt hanc regulam, nobis perspicuis scripturæ
dictis demonstrent, quod promissiones gratiæ tantum
loquantur de spirituali communicatione Christi, &
spiritualibus donis. Hoc enim cum nouum sit dogma
in Ecclesia, nulla religione obstringimur ad ad senti-
endū ei, nisi perspicuis sacre scripturæ dictis de-
monstretur.

Corporalia
et spiritua-
lia promit-
tuntur bo-
nis et ma-
lis.

Nos sane legimus in verbo Dei, non solum spiritua-
lia bona & communicatione spiritualem carnis Chri-
sti Ecclesia promitti a Deo, verum etiam multa cor-
poralia, immensa Dei misericordia offerri & dari, non
solum dignis sed & indignis. Manna eibus cœlestis, &
aqua ex durissima petra deducta, ex mera gratia Dei
contigerunt populo Israel. Et tamen fuerunt bona
corporalia. Nam quod Paulus appellat spiritualem ci-
bum & potum, hanc ob causam facit, quod miracu-
lose & diuina omnipotentia contra naturæ ordinem
cibus & potus ille sit conditus, alioquin vere corpora-
les fuerunt, que corpora nutrebat non solum fidelium
sed & infidelium. Promissio gratiæ fuit, quod Abra-
hæ nasciturus esset filius ex Sara, & quod Abraham
futurus esset hæres mundi. An vero hæc promissio
tantū compledebatur spiritualia bona & spiritualem
communicationem cum Christo? Nequaquam. Isaac
filius & tota posteritas Abraham numerosissima res
corporalis fuit: iudei veram carnem & verum sangui-
nem habuerunt. Et possessio terræ & totum regnum
Israel, & omnes opes Dauidis, Salomonis, & omnium
Iudæorum ex promissione gratuita, quæ facta est A-
brahæ, quod futurus esset hæres mundi, tanquam ex
fonte manarunt. Et quis adeo inlaniet vt dicat hæc
tantum fuisse spiritualia bona? Ipsa filij Dei Iesu Chri-
sti incarnatio, & habitatio inter homines, miracula
eius, sanationes & beneficia ex sola promissione gra-
tiæ fluxerunt, non ex lege. Et tamen negari non potest,
hæc fuisse beneficia corporalia ingentia. Quod Mes-
sias corpore se conueniendum & conuictandum ex-
hibuit, quod coram visibiliter tradidit discipulos,
quod sanauit agrotos, mundauit leprolos, & cibauit
pane & piscibus magnam hominum multitudinem.
Manifestum est ergo promissiones gratiæ, non tantum
loqui de spirituali communicatione cum Christo. Cy-
rillus non dubitat profiteri nos præter spiritualem, et-
iam corporalem habere communicationem cum car-
ne Christi, eamque ex institutione cœnæ domini de-
monstrat.

Manna fuit
corporale
bonum.

Promissio
Abrahæ.

Falsum est
tantum spi-
ritualia
promitti.

Cyrillus.

In 1. Capit. Ioan. Non negamus recta nos fide, cari-
tateque sincera Christo spiritualiter coniungi, sed nullam
nobis coniunctionem secundum carnem cum illo esse, id
profesio per negamus, id que a scripturis diuinis omnino
alienum esse dicimus. An forte esse putat ignotam nobis
mystica benedictionis virtutem esse? Quæ cum in nobis
fuit, nonne corporaliter quoque facit communicatione
carnis Christi, Christum in nobis habitare?

Et in Capit. 17. Corporaliter enim filius per benedi-
ctionem mysticam nobis vt homo vnitur, spiritualiter
autem, vt Deus sui Spiritus gratia nostrum ad nouam
vitam & diuinam naturam participationem Spiritum red-
integrans. Hic Cyrillus & spiritualis & corporalis com-
municationis Christi diserte meminit. Falsa est igitur
sententia Caluinistarum, qua fingunt tantum de bo-
nis spiritualibus loqui promissionem gratiæ.

Quod attexunt promissionem gratiæ tantum per-
cipi fide, hoc sane verissimum est: Recte enim Paulus,
Absque fide irrita est promissio. Rom. 4. Et Habacuk in-
quit. cap. 2. v. 4. Iustus sua fide viuet. Hinc vero non se-
quitur, quod veritas promissionum diuinarum ex fi-
de hominum pendat, Imo Paulus inquit, sit potius

Veritas p-
missio num

Deus verax, omnis vero homo mendax. Rom. 3. v. 4. non pendet
Hoc est, etiam si nullus hominum crederet Deo, ta-
men in omni æternitate constaret veritas promissio-
nis diuine. Per Iesaiam Prophetam promissit Deus fore,
vt virgo conciperet, & pareret filium, & vocaret no-
men eius Immanuel. Huic promissioni Ahas & ma-
gna multitudo Iudæorum non habuit fidem, an vero
propter horum diffidentiam Deus promissionem su-
am retractauit, aut aboleuit. Nequaquam. Imo vero
Iesus Christus Immanuel natus est ex Maria virgine
& homo factus est. Deus promiserat fore vt Iesus Chri-
stus ex morte resurgeret. Hoc nullus Apostolorum
credebat: Omnes enim ignorabant scripturam.
Resurrexit tamen filius Dei tertia die, secundum
scripturas. Veritas itaque promissionum diuinarum
non pendet ex hominum fide, sed ab infallibili certi-
tudine verbi diuini: fructus quidem spiritualis ex
promissione gratiæ percipi non potest, nisi per fidem
Iustus enim fide sua viuet. At ea, quæ Deus promittit
se exhibiturum, aut effecturum, ea exhibentur & con-
stant, siue credant homines, siue non credant. Ita cum
Christus adiurmet se in sacra cœna exhibere corpus
suum edendum, & sanguinem suum bibendum, vere
id præstat, siue id credant homines, siue non credant:
fructum autem spiritualem Eucharistiæ nemo perci-
pit, nisi qui fide eum præditus.

IX. Obiectio.

A ratione communicationis.

Paulus. Corinth. loquitur de tali communica-
tione, qua omnes efficiuntur vnum corpus: Sed im-
pii non sunt vnum corpus nobiscum.

Ergo non loquitur Paulus de communicatione
corporali, cuius etiam indigni, impii & hypocrita fi-
unt participes.

Respondeo.

Nego minorem. Cum enim Paulus dicit. Nos multi
vnum sumus corpus, non tantum fideles, qui sunt viuia
membra corporis Christi, complectitur, sed etiam in-
fideles, impios & hypocritas, qui trahuntur societate
externa sanctorum. Vnum corpus significat vnum
cœtum certis legibus & cœtæronis inter sese deuin-
ctum, Ecclesiam consociatam communi confessio-
ne & sacramentorum vsu. Huius Ecclesiæ, quam
Paulus corpori humano confert, sunt diuersi ciues, a-
lij boni, alij mali: alij sancti, alij non sancti: Huius in-
cietate, quæ corporis diuersa sunt membra, alia viuia, alia
mortua, quæ non percipiunt vel vitam, vel Spiritum
a capite. Eli, Phineas & Aherob, sunt membra cor-
poris, quod est Ecclesia, & funguntur sacerdotio in
populo Dei: sed quia sunt sine penitentia & fide, sunt
mortua membra. Ananias & Saphira, & Nicolaus
sunt membra corporis, quod est Ecclesia, sed quia
hypocriti simulant pietatem, et alieni sunt a motibus
penitentia & fidei, mortua sunt membra, quæ tan-
dem verbi diuini gladio recisa sunt. Si quis iam
cauilletur, at absurdum esse, si dicatur Christi corpus
habere mortua membra: expedita et plana respon-
sio est. Cum de essentiali corpore Iesu Christi loqui-
mur, nullo modo mortua membra Christo tribuen-
da sunt, Christus enim vita est totus, et in ipso vita
est, et omnia viuificat. Cum vero de allegorico seu
metaphorico corpore Christi loquimur, quod est Ec-
clesia, negari non potest huius corporis esse diuersa
membra, alia viuia, alia mortua, sicuti Christus alia si-
militudine depingens Ecclesiam, dicit alios esse bonos
pisces, alios malos. Matth. 13. Bisariam enim conside-
rari Ecclesiam in sacra scriptura manifestum est. Alias
enim describitur Ecclesia, qualis est in conspectu Dei,
qui est scrutator cordiū. Hoc modo considerata tantū
ex viuis et præciolis lapidib. constat hoc templū Dei.
Deus

Negatū
mistic.

Etiam infi-
deles sunt
vnum cum
fidelibus
for

Membra
corporis
Christi alia
viuia alia
mortua.

Alia iudicio hominum.

Non agit Paulus de spirituali tantum communione.

Deus enim tantum sanctos, & saluifica fide præditos accenset suæ electæ Ecclesiæ, cui vitam æternam daturus est. Alias vero describitur Ecclesia, quatenus sub nostrum adspæctum & iudicium cadit. Hac ratione Ecclesiam vocamus omnes, qui verbum Dei audiunt, confessione publica & vsu sacramentorum, adiungunt se cœtui Ecclesiæ. Et de hoc cœtu profitentium Euangelion dicit Paulus, quod sit *unum corpus*. Externa nimirum professione & vsu sacramentorum, tanquam vinculo inter se colligatum. Non autem agit de Spirituali communione, qua sancti & fideles simul participes fiunt vitæ & omnium beneficiorum Christi. Ex eo enim, quod omnes de vno pane participant, probat communionem. At negari non potest, quod multi hypocritæ, alieni a fide & exortes veræ pietatis, participant quidem de pane benedicto: At spirituales fructum carnis Iesu Christi nequaquam percipiunt: imo vero iudicium sibi manducant. Evidenter itaque hinc concluditur, Paulum non loqui de spirituali tantum communione corporis Christi, cum inquit. *Panis quem frangimus, an non est communicatio corporis Christi?* 1. Cor. 10. v. 26.

X. Obiectio.

Paulus de tali communione loquitur, quæ stare non potest cum communione demonum, dicit enim, *non potestis simul participare mensa domini & mensa Diabolorum* 1. Cor. 10. v. 21.

Corporalis illa seu Sacramentalis illa communicatio, quam vos adseritis, stare potest cum communione Diabolorum.

Ergo Paulus de tali corporali seu Sacramentali communicatione carnis Christi, quæ vos adseritis, non est loquutus, sed de spirituali.

Respondeo.

Quod Paulus dicit, *non potestis bibere calicem domini, & calicem Diabolorum: Non potestis participare mensa domini & mensa Diabolorum*: Sub intelligendum est, cum salutari fructu. Nam qui participant mensæ Diabolorum & idolatria sese contaminant, hi ad iudicium sumunt Eucharistiæ. Nam locietate Ethnicorum sacrificiorum ostendunt, se nondum vere credere verbo, nec ardere zelo pietatis, etiam si ad mensam domini accederent. Præcipuus scopus totius huius seueræ castigationis fuit, vt Apostolus in mentione Eucharistiæ deterreret Corinthios a locietate Ethnicorum sacrificiorum, in quibus contaminabantur idolatria. Ac vult Apostolus, vt Corinthij prius abstineant ab idolatricis sacrificiis Ethnicorum, aut non participant de mensa domini, ne grauius sibi iudicium accersant. Non ergo negat Corinthios & mensæ domini posse fieri participes, & mensæ Diabolorum: Imo quia hic abusus apud quosdam inualuerat, idcirco corripit eos: Et docet cum fructu salutari id fieri non posse. Ideo addit, *Quid? Num prouocabimus dominum? Num fortiores ipso sumus?* v. 22. Paulus etiam testatur esse quosdam, qui indigne bibant calicem domini. Ergo fatetur quosdam & calicis domini & calicis Diabolorum, in idolorum sacrificiis posse fieri participes, verum non cum fructu salutari.

XI. Obiectio.

Sacramenta extra vsu a Christo institutum non sunt sacramenta.

Sed impij prius recedunt ab vsu a Christo institutum, siquidem non confirmant nec alunt suam fidem Eucharistiæ.

Ergo impij panis benedictus non est sacramentum.

Endiculae sunt in regula de sacramentis, & præcipue in phrasi (extra vsu) Vera est regula. *Nihil habere rationem sacramenti extra vsu a Christo institutum.* Cum aqua baptismi transfertur ad magicas consecrationes fontium, herbarum, animalium, non habet rationem Baptismi: Cum campanæ baptizantur, nullo modo est Baptismus. Hic enim tota actio a Christo instituta peruertitur. Quando panis benedictus reponitur, vel circumgelatur & adoratur, vel offertur pro viuis & mortuis, non est Sacramentum, sed horribilis Coenæ Domini prophanatio, prorsus enim receditur ab vsu a Christo instituto. Ita hanc ergo sententiam vera est regula, nihil habere rationem sacramenti extra vsu a Christo institutum. At Calvinistæ & sacramentarij strophis ludunt, vsu non intelligunt ipsam actionem, quam Christus instituit, sed fidem qua quis percipit fructum Eucharistiæ & applicat sibi beneficia mediatoris. De hoc ergo vsu fidei, si regulam intelligas, falsa est. Nam sacramentorum veritas non pendet neq; a dignitate, neq; ab indignitate sumentium, sed ab infallibili certitudine verbi diuini.

XII. Obiectio.

Corpus Iesu Christi semper est plenum Spiritu sancto & est viuificum.

Sed impij non accipiunt spiritum sanctum, nec viuificantur.

Ergo nec corpus Iesu Christi accipiunt.

Respondeo.

Ad maiorem, quæ explicatione eget. Corpus Iesu Christi per se semper plenum est spiritu sancto & viuificum: Quomodo autem, quibus & quo medio & semper impertiat spiritum sanctum, & comunicet vitam, est viuificationem & salutem morte sua partam, non ex humana rationis tenebris, sed ex verbo Dei expresso discendum est. Hoc vero testatur Christum, qui est salus, iustitia, vita, sanctificatio & redemptio nostra per promissionem Euangelij, tantum iis, qui serio ad Deum conuertuntur & vera fide amplectuntur gratuitam promissionem communicare atq; impetiri sua beneficia remissionem peccatorum, iustitiam, spiritum sanctum, vitam & salutem æternam, iuxta dictum. *Hæc est voluntas eius, qui misit me, vt omnis, qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Ioan. 6. v. 39. Hic discite docet Christus quibus & per quod medium communicare velit sua bona, vitam & spiritum, nimirum, credentibus. Et monet se in credentibus velle operari ad salutem. Ac sane liberissime agit Christus, non vlla naturæ necessitate, semper ille instructus est vi & potentia viuificandi: sed non necesse est eum viuificare, cum non vult. Eos autem non vult viuificare, neque largiri eis spiritum sanctum, quos anima duerit persistere in peccatis contra conscientiam, & a fide alienos esse, quales sunt Epicurei & hypocritæ, vnde sunt dicta. *Qui non credit in filium, iam iudicatus est.* Ioan. 3. v. 18. *Itæ. Qui non credit in filium, vitam non videbit, sed ira Dei manet super ipsum.* Vt ergo Paulus de Euangelio Iesu Christi dicit. 2. Cor. 2. v. 16. *quod credentibus sit odor vitæ in vitâ: Impiis vero sit odor mortis in mortem:* non suo sed impiorum vitio. Ita & corpus Christi semper in se viuificum existens, fide præditos & verbo adficientes, & spiritu & vita donat: a fide & serua penitentia alienos morti & damnationi adiudicat. spiritus sanctus, quia vbiq; est & omnia implet, etiam in impiis est: sed præsentia vniuersali, non sanctificationis modo, seu spirituali actione Dei.

XIII. Obiectio.

Tantum fidelibus instituit sacramenta sua cœnam Iesu Christi: & tantum credentibus promittit & exhibet sua bona.

Sed

Sed impij, hypocritæ, Epicurei non sunt fideles, nec sunt discipuli, sed hostes Christi.

Ergo Christus nec impijs promittit, nec exhibet suum corpus.

Respondeo.

MAior falsa est. Dominus noster Iesus Christus sacram synaxin toti suæ Ecclesiæ, in qua sane temper sunt boni & mali, instituit, & iubet omnes, qui nomen Christo dederunt, uti sacra hac cœna. Spirituality quidem bona, quæ in promissione continentur, ut remissionem peccatorum, iustitiam, vitam, salutem, Spiritum sanctum, tantum hi accipiunt, qui promissionem vera fide sibi adplicant & in verbo acquiescunt. At alia innumera bona cum spiritualia tam corporalia, in quibus tamen iustitia & vita temporaria non consistit, etiam impijs, & hypocritis in locietate Ecclesiæ contingunt. Impij audiunt verbum Dei, audiunt Prophetarum & Apostolorum vaticinia, vident miracula Christi, quæ magna sunt gloria, multi impij in Ecclesia ornantur singulari dono vaticinandi, edendi miracula, sanandi ægros, interpretandi sacram scripturam, dono sapientiæ & eloquentiæ, impij fruuntur pace, victorijs, protectione Ecclesiæ. Et innumera sunt bona, quib. impij & hypocritæ fruuntur in locietate Ecclesiæ. Iudas proditor immenso bono fruitur: Est doctus & adidus auditor concionum Iesu Christi, oculis suis videt stupenda miracula Christi, constituitur Apostolus, ornatur magnis donis Spiritus sancti, prædicandi Euangelion, & iucendi Dæmonia. Et tamen est impius, caret fide, & non fit particeps spiritualium bonorum Christi. Bileam est impius & incantator: Et tamen insigni dono vaticinandi a Deo ornatus fuit. Celebrat scriptura excellentem sapientiam, quæ fuit in Achitophel: cum tamen is fuerit hypocrita & hostis innocentis Davidis. Achib perstitit in sua impietate & impœnitentia. Et tamen Deus patefacit ei illustrem promissionem de Messia, nascituro ex virgine. A deo non tantum pijs & fidelibus, sed etiam impijs & hypocritis innumera bona cum spiritualia tam corporalia largitur Deus: at vitam æternam & Spiritum sanctum non largitur Deus infidelibus. Sic Christus corpus & sanguinem suum etiam largitur hypocritis & indignis: Sed iustitiam & salutem non impetit illis.

Maior est falsa.
Spiritalia tantum fide percipiuntur.
Corporalia & spiritualia contingunt etiam impijs.
Iudas.
Bileam.
Achitophel.
Achab.

XV. Obiectio.

Christus inquit, Ioan. 6. v. 54. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam & in me manet & ego in eo.

Sed hypocritæ, indigni & secuti, non accipiunt vitam æternam, nec manent in Christo.

Ergo hypocritæ, secuti & indigni non manducant carnem Christi.

Respondeo.

Christus Ioannis 6. Non loquitur de cœna domini, quæ toto anno post illam concionem est instituta: Sed figurata oratione utitur & agit de spirituali corporis Christi manducatione, quæ fit fide in promissum mediatorum. De hac spirituali manducatione, si intelligas conclusionem, concedo totum argumentum. Verissimum est enim indignos, securos & hypocritas, nec spiritualiter manducare carnem Christi, nec vitam Christi fieri participes. Quod si de corporali seu sacramentali participatione corporis Christi intelligas conclusionem, cum Maior argumenti de spirituali loquitur, nemo non videt quatuor terminos esse in argumento & quod dicit solet scopas esse dissolutas. De duplici enim manducatione corporis Christi dicitur loquitur sacra scriptura.

Christus de spirituali manducatione agit.
Quatuor termini in argumento.

Vna est spiritualis seu figurata, quæ fit quotiescunque vera fide adprehendimus promissionem de Mediatore, & eius beneficia nobis in verbo oblata adplicamus. Tristissima enim fama laborat nostra conscientia, oppressa ira Dei: ea vero cibatur et receditur passione et morte Iesu Christi mediatoris. Hinc est quod Iesaias inquit. Venite ad aquas, emite & bibite sine argento, cibum, comparate & comedite: Ier. 55. v. 1. Hoc modo et patres in veteri testamento, Abraham, Isaac, Iacob, Samuel, David, Elias, comederunt carnem Christi spiritualiter, hoc est, crediderunt in Messiam, et hac fide sese sustententur contra potentiam mortis et Satanæ. De hac manducatione Christus loquitur Ioannis 6. v. 54. Qui comederit carnem meam, & biberit sanguinem meum habet vitam æternam. Et Augustinus de hac manducatione dixit Crede & manducasti.

Spiritualis manducatio.
August.

Alterâ vero est corporalis, seu sacramentalis, quam filius Dei iudeo in nouo testamento instituit, ut per eam spiritualis eius carnis Christi confirmaretur. Hæc est vera sumptio corporis & sanguinis Iesu Christi sub pane & vino benedictis, quæ manducatio fit quidem ore corporeo, sed non fit corporali vel sensibili modo. Arcano enim & cœlesti modo præbet nobis filius Dei Iesus Christus corpus suum manducandum & sanguinem suum bibendum. Quia ergo spiritualis manducatio corporis Christi, etiam fieri potuit cum nondum natum fuit: Nam spiritualiter etiam patres Noab, Abraham, Moses, David manducarunt carnem Christi: Et fide fieri potest, etiam extra cœnam, quando non percipimus Eucharistiam, & tantum fit a pijs, in quibus vera lucet fides induens Christum: Idcirco a corporali distinguitur, quæ tantum fit in sacra cœna, cum panem benedictum manducamus, & simul fidelibus & hypocritis seu Epicureis & atheis, qui inter pijs ad mensam domini indigne accedunt est communis. Atque hæc sunt præcipuæ obiectiones, quibus Calvinistæ & Zvingliani oppugnant præsentiam corporis & sanguinis Iesu Christi in sacra cœna. Quæ cum nullo sacre scripturæ fundamento nitantur, sed sint funes ex arenis connexæ, nequaquam pijs mentes ita mouere debent, ut eas a perspicuo & indubitato omnipotentis Dei verbo depellant.

Corporalis manducatio.

XIV. Obiectio.

Non est bonum panem filiorum sumere & proicere canibus.

Corpus & sanguis Iesu Christi est panis filiorum Dei.

Ergo bonum non est dare corpus Iesu Christi hypocritis & infidelibus, quos Christus canes appellat.

Respondeo.

Concedo totum argumentum. Quando noti sunt pastor vel ministro Ecclesiæ hypocritæ, Epicurei, Athei, impœnitentes, omnino arcendi sunt a cœna domini, & corpus Iesu Christi nequaquam illis distribuendum est. Mandatum enim Christi est, nolite sanctum dare canibus. Matth. 7. v. 6. Hinc verò non sequitur, cum hypocritæ, athei & Epicurei ad sacram cœnam accedunt & vel imponunt hypocritæ pastor, vel pastor metu periculi non fungitur suo officio, quod impij & indigni nihil præter panem & vinum percipiant. Ut hypocritis & dissidentibus sumentibus non mutetur Sacramentum, ita nec negligentia & impietas pastoris. A verbo & institutione filij Dei pendet veritas Sacramentorum. Peccat sane grauissime pastor distribuens corpus & sanguinem homini securo & impœnitenti, quem nouit persistere in impietate: Nihilominus verum est corpus, panis benedictus, quem percipit hypocrita & Atheos, & verus est sanguis, vinum benedictum, quod bibit in synaxi impius.

Sacramentorum veritas ab institutione pendet.

CAPVT VI.

Propter quos fines cœna domini fit instituta, & qui sint eius effectus.

Y ipsa

14. ibid. v. 3. Hæc dicta testantur, eos quæ mala conscientia laborant & retinent voluntatem & propositum peccandi destitui verâ fide. Nam fides est motus animi repugnans dolori, quem propter admissum peccatum concipimus. Is ergo qui non vero dolet de peccato, sed in eo persistit & secure pergit, fidem habere non potest. *Fides, inquit Bernhardus, solatium est, non eget ille solatio qui latatur cum malefecerit & exultat in rebus pessimis.* Prorsus igitur abiiciendum est propositum peccandi: Non sunt excusanda peccata: Nec illudendum est iudicio Dei, ita ut alia agnoscas peccata, alia defendas, sed omnia peccata quæ diuina lege acculantur, & conscientia tuæ ex verbo Dei manifesta sunt, agnoscere & abiicere debes. Usuras exercēs, odia fouens, res alienas iniuste possidens, contra conscientiam, errores pugnantes cum verbo Dei pertinaciter defendens post admonitionem, potationibus & libidinibus indulgens, citra omnem dubitationem est expers veræ contritionis & fidei sinceræ. Itaq; si talis excesserit ad Eucharistiam, edit & bibit sibi iudicium.

Nemo ergo blandiatur sibi in suis peccatis, sed quis que se examinet & probet iuxta legem Dei, num gerat conscientiam grauatam peccatis mortalibus: Quæ si animaduertit, statim abiiciat ea, & seruo de eis poenitentiam agat & cum Deo redeat in gratiam. Qualia cuncta, n. fuerint peccata nostra si seruo in vero timore Dei, & fiducia mediatoris accedimus ad Deum, impetramus condonationem, & censetur a Deo digni ad manducandum corpus & bibendum sanguinem Iesu Christi. Si peccata vestra fuerint veluti coccinum, quasi nix dealbescent Ier. 1. v. 18. Item: *Vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia.* Rom. 5. v. 20. Item: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam.* Matth. 11. v. 28. Et si vero seruo poenitentiam agentes, & fiducia adprehendentes omnia mediatoris beneficia, sentiant in se magnam restare imbecillitatem, impuros motus trepidationem fidei, multum securitatis, & dubitationum: Non tamē propterea statuere debent se indignos esse Eucharistia. Infirmos. n. dominus adsumpsit: Nec possumus omnes infirmitates in hac vita deponere. Atq; ideo instituta est hæc sacra cæna, ut nostræ infirmitati succurrat Deus, dona sua in nobis augeat & quotidie nos magis magisque sanctificet. Ut ergo digne percipiamus corpus & sanguinem Christi in sacra cæna, ad hoc sufficit si immunes a peccatis vastantibus conscientiam: Fugiamus securitatem & diffidentiam: Instructi autem simus vera non simulata fiducia, nitente Mediatoris merito & promissione.

CAPVT VIII.

Qui admittendi sint ad sacram synaxin, qui vero ab ea arcendi.

Non est in vllius hominis arbitrio positum, vt vel distribuatur vel denegetur vlli hominū corpus & sanguinem Iesu Christi. Nō. n. hominis vel Monarchæ vel Apostoli, sed omnipotentis & vnigeniti filii Dei beneficium est. Itaq; iuxta ipsius mandatum & voluntatem distribuendum est. Offert autem Christus consolationem & omnia regni sui beneficia laborantibus & sitientibus salutem. *Venite inquit ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos.* Matth. 11. v. 28. Repellit vero a se omnes securos, impænitentes & in peccata contra conscientiam ruentes. *Discedite inquit a me omnes qui operamini iniquitatem.* Matth. 7. v. 23. Iuxta hanc ergo Christi voluntatem distribuenda est cæna Domini, & totum ministerium Euangelii administrandum. Omnibus ergo qui signa ostendunt veræ poenitentia, agnoscunt se esse peccatores iuxta legem; edunt & fidei suæ confessionem quod acquiescant in promissione Euangelii, distribuendum est corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, sine omni respectu personarum. *Bibite ex hoc omnes inquit Christus.* Matth. 26. v. 27. Omnes salutem sitientes alijgat & ad se vocat Christus. *Omnes inquit Paulus vnum*

Infirma fides non reddit in dignum.

Impænitentes arcendi.

corpus sumus: & omnes de vno corpore participamus. 2. Cor. 10. v. 17. Qui sincera fidei sint præditi, qui vero simulent fidem, pastoris aut ministri Ecclesiæ non est diiudicare. Nam solus Deus est scrutator cordiū. Satis esse debet pastori, quod signa poenitentia adimaduertit & piâ audit confessione ab eo qui ad sacram synaxin est accessurus. Quos vero deprehendit impænitentes, securos & Atheos, vt qui vel errores pugnantes cum fundamento fidei pertinaciter defendunt, vel in manifestis sceleribus petulanter pergunt, vel peccata sua superbe excusant, vel ministerio Euangelii per ludibriū insultant & conuitia faciunt, eos sine omni deliberatione & dubitatione a communicatione cæna Domini arcere debet. Expressum est. n. Christi mandatū, *nolite sanctum dare canibus, & ne projicite margaritas ante porcos.* Matth. 7. v. 6. Item: *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim communicatio est Lucicum tenebris? Quam partem habet fidelis cum infidelis? Auserte malum inquit ex vobis ipsis.* 2. Cor. 6. v. 14. Item: *Ne communicetis alienis peccatis.* 1. Tim. 5. v. 22. Hæc dicta testantur pastorem grauisime delinquere contra mandatū Christi, & iuram Dei iram in se prouocare, qui sciens & volens impedit corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi homini, de cuius impoenitentia & sceleribus contra conscientiam certo illi constat. Ezech. 13. v. 18. Deus inquit. *Va vobis Prophetis qui interfecit animas, quos nec dare non debebat, & visitatis animas quibus vitam promittere non debebat, qui in errore adficiunt cor iusti mendacio, & roboratis manus impii quo minus reuertatur a via sua mala.*

CAPVT IX.

Causa quæ pios mouere debent, vt crebro vsurpent cænam Domini.

Non est res media, quæ nostro arbitrio permittitur, vt nobis impune liceat vel vti cæna Domini, vel ab ea abstinere. Quia seuerè mandauit Dominus noster Iesus Christus, vt singuli qui nomen dederunt Christo, & ab ipso salutem expectant, frequenter vsurpent cænam Domini. *Accipite inquit Quotiescunq; hoc feceritis, in meam commemorationem facite.* Hoc cap. v. 22. *Bibite ex hoc omnes.* Matth. 26. v. 27. *Quotiescunq; hoc feceritis mortem Domini annuntiabitis.* v. 26. Grauisime igitur peccant & iram Dei aduersus ipsos prouocant, qui negligunt vsu cænae Domini. Conumaciter enim sese opponunt sublimi mandato filii Dei, & superbe aspiciuntur media salutem, quibus Christus salutem in nobis operari, & dona Spiritus sancti augere vult.

Secunda causa est dignitas sacramenti, & magnitudo thesauri, qui nobis in sacra cæna offertur. Inter omnes creaturas quæ sunt in celo & in terra, nihil est præstabilius, nihil preciosius quàm sanctissimū corpus & sanguis Iesu Christi, quæ corpus de S. S. in vtero virginis Mariæ cõceptum, ab æterno Deo, vnione personali copulatum, & ad dexteram æterni patris in sublimi maiestate supra omnes creaturas collocatum est. Hoc corpore & sanguine Christi, parata est mundo salus: In hoc corpore habitat plenitudo diuinitatis. Cū ergo filius Dei in sacra cæna largitur nobis suum corpus suum sanguinem, maius & præstabilius bonum nobis largitur quàm si caelum & terram nobis donaret. Et quidem ad manducandum & bibendum largitur nobis, vt ipse in nobis habitet, impertiat nobis vitam, faciat nos templa Spiritus sancti, & ætissime cum Deo copulet. Atq; hoc ingenti pignore testatum nobis faciat, omnia nostra peccata nobis condonata, patrem æternum nobis reconciliatum & omnia regni sui beneficia nobis obsignata esse. Itaq; decebat nos ingenti desiderio hunc immensum thesaurum expetere, oblatū promptissimo animo suscipere, & crebro vsurpare.

Tertia causa est infens nostra imbecillitas & inuitabilis necessitas. Vnigenitus Dei filius Iesus Christus vniuerso mundo peperit salutem effusione sui sanguinis:

1. Mandatum Dei.

2. Dignitas Sacramenti.

guinis: placuit iram patris, sustulit legis maledictionem: fregit Satanæ & mortis imperium: & promeruit nobis regnum cælorum: Atq; hæc bona liberalissime offert nobis in verbo: Et etiam iureiurando diuina maiestas stabilis. Verum adeo angusta & ad fugam pronasunt nostra pectora, vt ne quidem Deo iuranti satis firmam fidem adhibeamus. Subinde recurrunt dubitationes de Dei erga nos voluntates: subinde languosimus in tentationibus. Et leui momenti humanorum euentuum de gradu fidei deuenimur. Nec desinit Satanæ nobis struere insidias vt eripiat nobis scutum fidei. Hæc ergo salutari medicina animæ, nimirum corpore & sanguine Iesu Christi, omnino indigemus vt muniantur nostra infirma pectora, & roboretur nostra fides, vt varios Satanæ insultus excipere, & hostem superare possimus.

4. Fructus ampliss

Quarta. Nec tantum vna est huius immensi boni utilitas, sed multiplices sunt. Primum magna est utilitas, quod ad fert securam remissionem peccatorum. Qui enim sanguinem Christi fide percipit, accipit certam remissionem peccatorum: *Sanguis enim Iesu Christi abluit nos ab omni peccato.* Deinde obliquit nobis promissione gratiæ & reddit tranquillam conscientiam. Tertio adplicat nobis singulis omnia beneficia mediatoris: Quarto Christus corpore suo nos viuificat & sanctificat: & auget in nobis dona sua spiritualia, agnitionem Dei, timorem, fiduciam, lætiam, patientiam, desiderium vitæ æternæ, constantiam, zelum, & similia. Quinto arduissime coniungit nos cum Christo: Siquidem in nobis habitare & nos in ipso. Sexto munit nos contra omnes insidias & tela Satanæ. Septimo ostendit nobis certam spem resurrectionis nostrorum corporum. Hæc multiplices utilitates nos accendere debent, vt crebro & ardenti desiderio vsurpemus cœnam domini.

5. Confessio fidei.

Quinto causa, vt edamus publice nostram confessionem, cuius Ecclesia ciues sumus: Vtq; nostro exemplo alios ad frequentium vsum cœnæ domini inuitemus.

6. Pœna cõtempus.

Sexta. Vt vitemus pœnas grauissimas, quas Deus immittere solet his, qui cœnæ domini vsu superbe & contumaciter contemnant. Minatur enim Deus supplicia grauissima contemptoribus sacrosancti ministerii & sacramentorum. *Quia scientiam repulisti* (inquit in Ol. cap. 4. v. 6.) *& ego repellam te.* Item: *Quis elamabat, En nemo audiebat, ridebo & ego in calamitate vestra.* Pro. 1. v. 24. Item: *Immittet Deus famem non panis, sed audiendi verbi Dei. Immittet Deus efficaciam erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non credunt veritati.* Theil. 1. v. 11. Et plena est sacra scriptura talium comminationum, quæ contemptoribus ministerii & sacramentorum horribilem Dei iram denunciant. Ac plurima exempla iræ Dei quotidie fere sunt ante oculos. Contemptores. n. cœnæ domini puniuntur cæcitate & amentia, traduntur in reprobum sensum, vt subinde cumulent peccata, obduratur cor illorum impeniteas, & tandem cum in agone mortis expetunt consolationem per cœnam domini, subito obruuntur iudicio Dei, vt nec pœnitentiam agere, nec saluberrima medicina cœnæ domini frui possint.

CAPVT X.

Qui fructus sequi debeant salutarem sumptionem cœnæ Domini.

Cum ideo instituerit filius Dei sacrosanctam sumptionem cœnæ, vt per eam fidem in nobis confirmet & augeat, Spiritum suum & vitam nobis impertiat, nosq; sanctificatos Deo arduissime coniungat, omnino vanda est opera vt veris fructibus fidei & Spiritus testemur atq; demonstremus, efficacem in nobis fuisse caelestem & spiritualem hanc medicinam.

7. Fructus Gratiarum actio.

Primum ergo salutarem Eucharistiæ vsurpationem sequi debet læta gratiarum actio, quo immensam Dei misericordiam & bonitatem quantis pessimis viribus celebremus & coram mundo palam faciamus, quam ingentia bona pater æternus per mortem sui vnigeni-

ti filii in nos contulerit: ex quantis miseris nos liberauerit, & ad quantam beatitudinem gratuito nos transtulerit. Subinde excitanda est mens ad veram lætitiã in Deo, tam clementi & beneficio. Ad si diuina inuocatione & imploratione auxilli diuini testari debemus, nihil nobis carius esse in toto orbe: Spiritualibus illis beneficiis, quæ nobis filius Dei sua morte peperit & sacra sua cœna nobis obliquit. Singulis diebus & momentis in memoriam nobis reuocare debemus, quanto pignore Deus fidem nostram obliquit, quali vinculo se nobis obliquit, vt ita gloriemur, foueamus & excitemus fidem. Crescere etiam in nobis debet, vera Dei dilectio & timor, vt omnia ad ipsius gloriam referamus, qui tam immensa dona in nos indignos contulit & cum filio suo vnigenito omnia nob. dedit.

2. Fructus confessio alacris.

Deinde alacris & constans nominis diuini confessio in nobis lucere debet. Postquam. n. corpore & sanguine suo nos confirmauit, & pater æternus nos in gratiam receperit, & hæredes vitæ æternæ & omnium cælestium bonorum constituerit: æquissimum est, vt hunc benefactorem summum omnibus rebus huius vitæ, omnibusq; creaturis in cælo & in terra præferamus: ac posthabitis omnibus periculis & aduersitatibus vindicemus coram mundo gloriam Iesu Christi, & veritati æternæ demus testimonium, iuxta dictum. *Credidi propter quod locutus sum, Et. 12. v. 1.* Item: *per ipsum igitur offeramus hostiam laudis semper Deo, hoc est. fructum laborum consistentium nomini eius,* Heb. 13. v. 15. Qui bibit sanguinem Iesu Christi, quem ille pro peccatis abstris effudit, is prompto animo esse debet ad eundem suum sanguinem pro gloria Iesu Christi & ipsius veritate, cum ad hoc a Deo vocatur.

3. Fructus Reuerentia erga ministerium.

Tertio, reuerentia & amor in nobis accendi debet erga sacrosanctum ministerium Euangelii, & vsu sacramentorum. Quia beneficio ministerii Euangelii tantorum bonorum efficiamur participes, reuerenter id habere debemus, ardenti pectore Deo gratias agere pro luci tui verbi, & legitimo sacramentorum vsu, adsi diuine inuocare, vt hæc tanta dona nobis conferuet, Etiam crebro cœnæ domini vsu in nobis exercere pietatem, palam testari, quod plurimi hunc thesaurum faciamus, & alios ad veram pietatem inuitare. Quantam etiam in nobis est & laboribus, & studiis & facultatibus ministerii Euang. cõseruatione adiuuare.

4. Fructus Vera dilectio.

Quarto, vera & non simulata proximi dilectio sequi debet vsu Eucharistiæ. Ideo. n. cibamur corpore & sanguine Christi, vt S. S. in nobis operetur & omnis generis virtutes accendat. Ab omni luore, inuidia, odio, inimicitia, & ira alienus est spiritus S. Conglutinat autem pectora non simulato vinculo amoris mutui. *Deus dilectio est,* inquit Ioannes. 1. Epist. 4. v. 16. *Qui manet in dilectione, manet in Deo.* Et Christus inquit, *in hoc cognoscetur quod discipuli mei sitis, si vos inuicem dilexeritis.* Et ipsa sacra cœna tædus est mutue coniunctionis & amoris fraterni, siquidem, *in hoc cibamur & potamur, vt omnes vniamur in vno corpore, quemadmodum de vno pane omnes participamus, & ex vno calice bibimus omnes.* 1. Cor. 10. v. 17.

5. Fructus Sanctificatio corporis.

Quinto, Cauere debemus ne corpora nostra vlla ignominia vel contumelia adficiamus. Itaq; remulæ. nam, & omnis generis libidines prohibitas, quibus corpora hominum dehonestantur & horribilius Dei ira pronocatur, omni studio fugere debemus: Pœnam enim domini corpora nostra facta sunt templa Iesu Christi & Spiritus sancti. Ideo sobrie, temperanter, pudice & caste viuendum est: Ne contaminatione nostrorum corporum Spiritum sanctum in nobis contristemus & Iesum Christum a nobis abigamus.

6. Fructus Labiorum.

Sexto, os & labia nostra vt quæ corpore & sanguine Iesu Christi sunt sanctificata, custodire debemus, ne falsa doctrina, aut blasphemia, aut mendacio, aut calumniis aut spurcicie sermonis, polluantur. Et in summa iustitiæ & veritati & omnibus virtutibus & officiis, quæ a nobis in decalago flagitantur, pia mens serio studere debet: Et pietate sua erga Deum & homines demonstrare,

demonstrare, quod in vera fide ad mensam domini accesserit, & cum fructu salutari corpus & sanguinem domini perciperit.

CAPVT XI.

Qui sint præcipui abusus & profanationes cœnæ Domini apud Pontificios

N Vila voce satis deplorari & exponi potest audacia & immanis petulantia, qua Romanus Antichristus profanauit sacrosanctam cœnam Domini. Nec dubium est quin orbis graues det pœnas, propter horribilem contumeliam, quæ in papatu sacrosanctæ cœnæ domini infertur, Fundamentum quodammodo totius regni Antichristi constituit Satanas profanationem cœnæ domini, nunc vero tantum quatuor horrendos abusus notabo.

Profana
tio cœnæ
fundamen
tum patris.
Mutilatio
cœnæ.

I. Primus est, quod contra expressam Christi institutionem mutilarunt cœnam domini & tantum sacerdotibus & clericis concedunt corpus & sanguinem Christi distribui: Laicis vero eripiunt sanguinem Iesu Christi: Hoc sacrilegium pugnat cum expressa institutione Iesu Christi & cum ipsius mandato, *Bibite ex hoc omnes.* Matth. 26. v. 27. Nihil igitur dubitandum est hanc sacrilegam mutationem Sacramenti, quam blasphemam synodus Tridentina mordicus retinet, ab ipso Satana profectam esse.

Transfor
matio in
Sacrificiū.

II. Secunda profanatio est, quod cœnam domini transformarunt in sacrificium, & fingunt se offerre in missa Deo patri corpus & sanguinem Iesu Christi pro peccatis generis humani, pro uiuis & mortuis. Hæc horribilis & detestanda blasphemia non solum pugnat cum institutione filii Dei Iesu Christi, verum etiam cum vniuersa sacra scriptura: Et extrema contumelia adficit Iesum Christum: Qui sacram suam cœnam, non hoc fine instituit ut suum corpus tanquam victima denuo offerretur Deo pro peccatis mundi, sed ut a nobis manducaretur in confirmationem nostræ fidei. Quid aliud faciunt blasphemii sacrificuli cum adserunt se offerre Deo patri corpus Iesu Christi, quam quod Iesum Christum nunc cum gloria sedentem ad dexteram æterni patris rursus quantum in se est crucifigunt, onerant totius mundi peccatis, & statuunt maledictum coram Deo. Hoc enim significat esse victimam pro peccatis. Quæ ergo tetrior blasphemia posset ad Satana excogitari? Sacra scriptura de *ἱλαστικῶν* sacrificio inquit, quod semel oblatum sit, & vnica oblatione æternam redemptionem inuenit. Heb. 9. v. 12. per proprium autem sanguinem, semel ingressus est in sancta æterna redemptione inuenta. Ibid. v. 26. Item: nunc autem semel in fine seculorum, ad abolitionem peccati per proprium sacrificium adparuit. Heb. 10. v. 14. Item: *Vnicam oblationem consummauit in perpetuum qui sanctificantur.*

Blasphemia ponti
ficiorum.

Hæc perspicua testimonia docent sufficere ad placandam iram Dei, & abolenda peccata mundi semel oblatum esse Iesum Christum agnum Dei, quod in cruce factum est Satanae ergo inuentum est, quod finxit corpus & sanguinem Iesu Christi in missa offerenda esse pro peccatis mundi, pro uiuis & mortuis. Horribilis etiam & detestanda blasphemia est, quod fingunt opus illud, quod sacrificulus offert panem & vinum mereri remissionem peccatorum, & placare iram Dei, ac non minoris esse meriti & efficacitæ, atque eruentum sacrificium filii Dei, quod in arca crucis peractum est. Prope modum sunt infinitæ profanationes cœnæ domini apud pontificios, quæ ex idolotrico sacrificio missæ oriuntur. Fingunt enim se oblatione corporis & sanguinis Christi mereri & impetrare non tantum spiritualia bona, verum etiam corporalia, victoriam in bello, felicitatem in venatione, successum in mercatura, liberationem ex orbis repressione tempestatū, fertilitatem agrorum & similia. Omnes igitur pii sacrificium missæ, quod fit apud pontificios, ut extremam idolatriam & blasphemiam fugere debent.

III. Tertia profanatio est, quod fingunt trans-

substantiationem panis in corpus & vini in sanguinem Christi, manentibus tantum accidentibus panis & vini. Hunc errorem supra refutauimus: Est ostendimus eum pugnare cum testimonio Pauli. Qui etiam post consecrationem Eucharistiam nominat panem.

Transsub
stantiatio.

IV. Quarta profanatio est, quod pontificii ex pane consecrato idolum fabricant, siquidem teponunt, circumferunt in pompis, & iubent adorari. Quæ idolotria pugnat cum institutione filii Dei, qui nobis panem benedictum ad manducandum & vinum benedictum ad bibendum dedit, non autem iussit adorari. Panis enim non est Deus: Sed est & manet creatura, Et est medium per quod Christus exhibet nobis corpus suum manducandum. De adoratione immota & planissima est regula. *Dominiuum Deum tuum adorabis & illi soli seruias.* Deut. 6. v. 13. Tibi ergo nunc Iesu Christe fili Dei redemptor & saluator totius Ecclesiæ toto pectore gratias ago, pro hoc ingenti beneficio, quod Spiritu tuo sancto Sacrosanctam tuam cœnam in Ecclesia conseruasti, & veram de ea sententiam contra omnium hæreticorum prestigias defendisti, & nos Spiritu tuo sancto in agnitione veritatis custodiisti. Verò gemitu te precamur ut Zuinglianorum & Caluinistarum fanaticos errores reprimas, & Epicureorum furoris blasphemias coerceas, & sanctum nomen tuum vindices: Nos vero, qui tibi laudem veritatis & omnipotentis tribuimus & a te solo pendemus, clementer protegas, Spiritu tuo sancto illumines, in salutari veritate confirmes, in omnibus periculis consoles, & pro tua bonitate immensa facias, ut per fidem vitæ æternæ hæreditatem adipiscamur, & æternum patrem, te & Spiritum sanctum ad omnem perpetuitatem laudibus celebremus, Amen.

23. *Ego enim a Domino, accepi quod & tradidi vobis. Nam Dominus Iesus, in ea nocte, in qua traditus est, accepit panem.*

24. *Et cum gratias egisset, fregit & dixit, Accipite, edite: hoc est corpus meum, quod pro vobis fit. Nunciat, Hoc facite in meam recordationem.*

25. *Similiter & calicem, postquam cœnasset, dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescung, biberitis in meam recordationem.*

A Postolus Paulus hic refert, quomodo cœna domini a filio Dei Iesu Christo sit instituta. Optima. n. est & errorum refutatio & abusus qui in Eccle. interpretunt, emendatio, cum recurritur ad primam institutionem & monstratur author ipse filius Dei.

Primum autem diligenter hic obseruandum est, quod Apostolus Paulus testatur se non ab alio Apostolo, qui vltima cœnæ interfuerunt, nec ab Evangelistis hunc ritum didicisse, sed ab ipso domino nostro Iesu Christo accepisse. Raptus. n. fuit Paulus in tertium cælum, & oculis suis vidit Dominum Iesum ex morte resuscitatum, ut aliquoties testatur. Ergo huic descriptioni cœnæ domini non minore fidē adhibere debemus, quam si ipse filius Dei Iesus Christus nobis hanc formam tradidisset. Ac ut nullam admittamus dubitationem de veritate verborum cœnæ, & ut ad crebram sacræ cœnæ usurpationem nos excitemus, semper ad hunc authorem plenum maiestatis Iesum Christum respicere debemus. Christus post resurrectionem ex morte & ascensionem in cælum trades Paulo formam sacræ cœnæ, eadē forma verborum vtitur, quam & Evangelistæ usurparunt. Non igitur licet homini fingere interpretationes phumani ingenii capere: Sed ipsa forma verborum Christi retinenda est, quæ panis benedictus in sacra cœna sit corpus Iesu Christi. Nec aliter ipsa cœna ministranda est, quæ ipse filius Dei instituit, & Paulus Apostolus tenuit.

Secundo

Secundo quid nobis in sacra cena distribuatur, expresse docent verba Christi, nimirum non tantum panis & vinum, sed verum & essentielle corpus & sanguis Iesu Christi. Christus enim non pronunciat nuda *Hoc est corpus meum*; sed addit declarationem & interpretationem. *Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur*, vel ut Evangelistae referunt, *quod pro vobis traditur* Item: *hic est Sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum*, sed non est aliud corpus pro nobis fractum & in mortem traditum, nisi essenziale corpus Iesu Christi: nec est alius Sanguis effusus in remissionem nostrorum peccatorum quam naturalis sanguis Iesu Christi, qui fluxit ex venis & latere Christi. Ergo omni ansa dubitandi penitus sublata, panis benedictus in cena Domini est essenziale corpus Iesu Christi quod in cruce pependit: & vinum benedictum est essentialis Sanguis Iesu Christi.

vestris peccatis effudisse sanguinem, utque hoc pignore obfirmem vobis amplissimam hanc consolationem & singulis eam adplicem. Ut enim generalis promissio Evangelii omnibus offert remissionem peccatorum & vitam aeternam propter mediatoriam. Ita cena Domini singulis ad mensam Domini accedentibus adplicat & obfirmat beneficia regni Christi. Tibi manducanti offert Christus suum corpus, quod pro te tradidit in mortem. Tibi bibenti ex calice Domini largitur Christus suum sanguinem, quem in remissionem tuorum peccatorum effudit. Immensa ergo utilitas est Eucharistiae, & singuli pii creberrime mensa Domini uti debent.

Frangere quid sit.

Phrasis Pauli. *Quod pro vobis frangitur* ad ipsum corpus Christi refertur congruit enim cum phrasi Lucae, *quod pro vobis traditur*. Pro nostris enim peccatis corpus Christi cruce tractum in & traditum & crucifixum est. Et cum de calice addatur, *hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum*: certum est, Christum eodem modo declarare voluisse de quo corpore loqueretur. Et cum dicit *pro vobis frangitur*, causam mortis suae exponit: quod pro peccatis nostris, & propter salutem nostram tradat corpus suum in mortem. Haec ergo propria & nativa significatio retinenda est. Cum Paulus dicit *ἄρτον ὁ κλάμεν*: panis quem frangimus. de distributione panis & corporis Christi in cena loquitur. Si quis vocem (*frangitur*) de distributione corporis in cena vult intelligi, non pugno, modo veritas corporis Christi in cena praesentis non negetur. Quod Carolstadtus, & alii fanatici homines sic argumentati sunt. Tamen in cena Domini non frangitur nec crucifigitur corpus Christi: ergo nec panis est verum corpus Christi, & stolidum & ineptum est. Christus enim declarat, de quo corpore loquatur, non mystico, sed proprio suo, quod tum tempore sacrificii obtulit pro nobis in mortem. De calice etiam quaedam diversitas est in verbis Evangelistarum & Pauli, tamen prorsus eadem emergit sententia. Mattheus & Marcus inquit. *Hic est sanguis novi testamenti, qui pro vobis in remissionem peccatorum effunditur*. Paulus & Lucas dicunt. *Hic calix est novum testamentum in meo sanguine*, sententia est. Vinum benedictum in calice esse verum sanguinem Iesu Christi, quod stabilitum est novum testamentum, & qui in remissionem nostrorum peccatorum est effusus. Est ergo validissima haec demonstratio. Non est alius sanguis huius testamenti, quam verus & naturalis sanguis Iesu Christi. Sed filius Dei testatur vinum benedictum in sacra cena esse sanguinem suum novi testamenti. Ergo vinum benedictum in sacra cena est verus & essentialis sanguis Iesu Christi.

Carolstadtii argumentum.

Collatio eum Evangelistis.

Fructus eorum.

Finis.

Tertio, universus fructus passionis & mortis Iesu Christi traditur in his verbis. *Quod pro vobis frangitur*. Item: *qui pro vobis in remissionem peccatorum effunditur*. His enim verbis testatur filius Dei Iesus Christus Dominus noster, quod propter nostram salutem subierit mortem, vestra morte & sanguinis effusione pro nostris solueret peccatis, placaret iram Dei, aboleret legis male dictionem, & novam vitam & iustitiam nobis compararet. Omnis ergo salus nostra consistit in sanguine Iesu Christi. Nam *livore eius sanati sumus*. Esa. 53. v. 5. *Et ipse est agnus Dei, qui tollit peccata mundi*. Ioan. 1. v. 29.

Quarto docet verba Christi, quod sine instituerit hanc suam sublimem cenam, nimirum ut memoriam passionis & mortis suae in nobis perpetuam conservaret, fidem nostram confirmaret, & sui regni beneficia nobis singulis adplicaret. Idcirco addit: *Hoc facite in mei recordationem*, quasi dicat, ideo instituo hanc cenam, ideo distribuo vobis meum corpus & meum sanguinem, ut ubi de redigam vobis in memoriam, me pro

26. Quotiescumque enim ederitis hunc panem, & calicem hunc biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.

Postquam exposuit Paulus, quibus verbis dominus noster Iesus Christus sacram suam cenam instituerit, addit praecipuum quod saepe in Ecclesia iteranda sit haec cena, & ab omnibus piis crebro usurpanda.

Quotiescumque, inquit *hunc panem ederitis*. Non ergo tantum cum suis Apostolis hoc egit Christus, verum etiam vulnos imitari, & corpus ipsius sub pane benedictio manducare: & sanguinem eius sub vino benedictio bibere. Corinthios enim & totam Ecclesiam hic alloquitur. Nec est adiaphoron quiddam uti cena domini vel abstinere: Sed Deus per Apostolum seculis mandat, ut saepe hac cena utamur. Peccant igitur graviter in Deum, qui raro ad mensam domini accedunt. Obseruet hic etiam lector, quod in primitiva Ecclesia tam laicis, quam sacerdotibus distributus sit sanguis Iesu Christi, cena domini sine mutilatione sit administrata. Paulus enim scribit toti Ecclesiae Corinthiaca, & iubet ut singuli crebro & corpus domini edant, & de calice domini bibant. Detestandi igitur sunt sacrilegi, pontifices Romani, quod sanguinem Christi eripuerunt populo. Praeterea iubet Apostolus Paulus, ut in ipso cenae usu mortem domini annuncemus. Cenae administrationem non vult esse mutum spectaculum, quod alto silentio peragatur: Sed publica confessio sonare debet Iesu Christo crucifixo & resuscitato: Ut hac publica voce & colligatur Ecclesia & excitetur & confirmetur nostra fides.

Donec veniat) Primum docet quamdiu duraturus sit hic ritus in Ecclesia: Nimirum usque ad adventum filii Dei in nubibus, ad extremum usque diem, quo Deus Ecclesiam suam aeterna gloria est ornaturus. Non ergo alia Ecclesiae forma, non alia Sacramenta sunt expectanda in hoc mundo. Deinde dulcem promissionem continent haec verba, nunquam interitaram Ecclesiam in hoc mundo, quantumvis ea oppugnetur a tyrannis & haeticis, sed perpetuo fore in terris aliquem caetum, qui vera fiducia colat mediatorem & usu cenae domini alar & stabiliat suam fidem iuxta promissionem. *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* Matth. 28. v. 20. Articulum quoque fidei hic tradit de glorioso adventu Iesu Christi in nubibus ad universale iudicium totius mundi: Quem gloriosum adventum & latum diem nunc praesentibus esse cum ex multis indicis pateat, tum inde etiam recte colligitur, quod his postremis temporibus doctrina de cena domini gravissime ab haeticis Sacramentariis oppugnetur, & hic Epicureus error magni lumit in multis regnis in crementa.

27. Quamobrem qui manducat panem hunc, & bibit calicem domini indigne, reus est corporis & sanguinis Domini.

Quia animadvertit Apostolus Paulus, Corinthios magna securitate accedere ad mensam domini,

Praeceptum de frequenti usu cenae.

Usus calicis omnibus Corinthiis communis.

Cena non sit spectaculum mutuum.

Duratio Sacramenti.

Conservatio Ecclesiae.

Adventus Christi gloriosus.

mini, perinde ac si ad vilitas epulas accederent, non solum repetit institutionem cenae, verum etiam grauissimam addit comminationem, & monet eos, qui secure & sine motibus poenitentiae ad mensam domini accedunt, fieri reos corporis & sanguinis Iesu Christi, quae cum si culpa grauissima, quam Deus atroci supplicio punire solet, ad uigilandum est singulis, ut in timore domini & vera fide participant de corpore & sanguine Iesu Christi. Hic diserte refellit Paulus figmentum pontificiorum de transubstantiatione, vel annihilatione, vel transubstantiatione panis in corpus Dei. Panem enim benedictum nominat panem. Verè n. manet substantia panis. Et tamè est corpus, Christi verè quia est mediū per quod Christus corpus suum praebet nobis manducandum. *Indigne edere panem benedictum, non est tantum minus reu. tenter accipere panem domini: Sed est secure, sine vera contritione, sine fiducia acquiescente mediatore, & cum peccatis conscientiam vastantibus manducare panem Eucharistiae & bibere populum domini, perinde ac si communis esset cibus & potus, atq; ita corpus domini a communi pane nō discernere.* Iudas proditor indigne sumpsit corpus domini. Digne autem sumunt, qui seriam adferunt poenitentiam & veram fidem adhibent verbis Christi. Reum esse corporis & sanguinis Iesu Christi est culpam sustinere iniuria & contumelia adfecti corporis Christi. Qui indigne & secure edit panem Eucharistiae, is, inquit Paulus, culpam sustinet iudicio Dei, quod contumeliose macerit & iniuria adfecerit ipsam corpus Iesu Christi, sicuti Iudaei colaphis cadentes faciem Iesu Christi, atroci contumelia sanctissimum eius corpus adfecerunt. Hic ergo rursus euentissime demonstratur vera praesentia corporis Iesu Christi in Sacra cena. Nemo enim reus sit corporis & sanguinis Christi, nisi qui corpus & sanguinem Christi adficit iniuria, cum ergo Paulus testetur indigne manducantes hunc panem & de hoc calice bibentes reos fieri corporis & sanguinis Iesu Christi, necesse est eos iniuria adficere corpus & sanguinem Christi, idque ipso esu & potu. Vnde & Paulo post dicit v. 29. *Qui edit & bibit indigne, iudicium sibi edit & bibit.* Si corpus Iesu Christi in cena praesens non esset, indigne iumentes panem Eucharistiae, nec contumelia adferrent ipso esu ipsum Christi corpus, nec tam tristerata sese abstringerent.

32. *Propter autem seipsum homo & sic de hoc pane edat, & de hoc calice bibat.*

Quia indigna & secuta sumptio meretur grauissimam Dei iram, & poenas atroces, ideo diligenter hortatur Corinthios, ut in timore Dei ad mensam domini accedant, & sese prius probent. Haec autem probatio quam Apostolus flagitat, sit per seriam poenitentiam, cum homo primum agnoscat sua peccata, metuit iram Dei, dolet se offendisse Deum, serio detestatur idolatriam, errores, scelera & omnis generis peccata, quae accusantur in verbo Dei: Atque ita carnalem securitatem excutit. Deinde vero erigit sese vera fide atq; fiducia in mediatorem Iesum Christum, adprehendit promissionem gratiae, & statuit se propter Christum mediatorem esse reconciliatum Deo & esse haereditatem vitae. Qui hoc poenitentiae motus veram contritionem & fidem non simulatam in se deprehendat, is certò statueret & debet & potest, quod digne percipiat corpus & sanguinem Iesu Christi. Non quidem per se dignus est homo percipendi corpus & sanguinem Iesu Christi, quantumvis fide sit praeditus, sed omnis dignitas prouenit ei ex immani misericordia, qui in filio suo dignos nos altitauit caelestium & spiritualium bonorum. Et ipse filius Dei ut caetera omnia, ita & corpus & sanguinem suum gratis ex mera sua liberalitate & bonitate offert & donat nobis manducandum & bibendum. Danda igitur est opera, ut veram fide ad synaxin adferamus. Vtq; abiciamus omnia peccata vastantia conscientiam, & repugnemus prauis carnis adfectibus. Qui enim in-

dulget adfectibus carnis, laxat frena cupiditatis & pergit in sceleribus contra conscientiam, is & vera fide caret, & si ira sine probatione sui ipsius ad mensam domini accedit, indigne sumit corpus Christi & fit reus corporis & sanguinis Christi. Vnde & Paulus repetit & clarius exponit priorem comminationem.

29. *Qui enim indigne edit & bibit, iudicium sibi edit & bibit: Dum non discernit corpus domini.*

Diximus supra quid sit indigne edere & bibere, nimirum carnalem securitatem & corimpnitem adterre ad usum cenae domini, esse sine contritione & vera fiducia in mediatorem, talis inquit, edit & bibit sibi iudicium. Ne quis suspicetur securum istum hominem tantum impnitem & diffidentia adficere Christum contumelia, diserte testatur Paulus reatum istum corporis Christi contrahi ipso esu. *Edit & bibit sibi iudicium.* Necesse est igitur vere praesens esse corpus & sanguinem Christi in pane & vino, & utrumq; sumi etiam ab indignis, hoc est, atheis, Epicureis & hypocritis. Paulus vero etiam addit causam culpae & reatus. *Dum non discernit corpus domini.* Propter hanc causam tantum reatum contrahit sibi indigne manducans, quod panem benedictum, qui est corpus domini, habet pro communi pane, non discernit corpus domini sanctum a reliquis cibus. Ex quo rursus patet indignos manducare corpus domini ad iudicium, quomodo enim in cena sacra corpus domini discerni posset ab aliis cibus, si non esset vere praesens? Nec panis benedictus esset verum Christi Corpus. Firmo igitur ad sensu teneamus hanc Pauli sententiam, quod etiam indigne manducantes panem benedictum, edant corpus Iesu Christi, sed ad iudicium et rei fiant corporis Christi. Idcirco omnem diligentiam adhibeamus ut nos ipsos probemus, et veros poenitentiae motus ad sacram synaxin adferamus.

30. *Propterea multi inter vos sunt infirmi & agroti, & bona pars dormit.*

31. *Si enim nos ipsos iudicaremus, non iudicaremur.*

32. *Cum autem iudicamur, a domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.*

Gravitatem peccati & culpae magnitudinem, quam committunt securitate sua & indigna sumptione, demonstrat frequentia poenarum, quas Deus propterea infligit. Quia vos Corinthii, inquit Paulus, non serio agitis poenitentiam, sed viuitis secure & profanaris cenam Domini, ideo Deus varios morbos vobis imittit, & duriter castigat, ut vos ad seriam poenitentiam reuocet. Multorum vita fuit praesens, eo quod securitate iram Dei prouocauerunt. *Si enim nos iudicaremus, non iudicaremur a domino:* Hoc est, Si serio ex pauesceremus iram Dei, serio ageremus poenitentiam, excuteremus securitatem, & in vero timore Dei & fiducia mediatoris peteremus poenarum mitigationem, & diuinam benedictionem haud dubie & longiore & beatiore vitam nobis largiretur Deus, & magis temperaret suam iram. Agentibus enim poenitentiam non solum condonat peccata, & imputat iustitiam, verum etiam lenit temporales castigationes, & multis modis benefacit. Manassae agenti poenitentiam mitigat Deus poenam & liberat eum ex carcere.

Nisi uis agentibus poenitentiam parcat Deus & mutat suam sententiam de delenda uibe. Erat Deus Dauidem, qui vera poenitentia ad Deum redierat, duriter ad huc castigat exilio & variis calamitatibus, tamen multo melius egit cum ipso, quam si in impietate sua illa persistisset. Hortatur ergo hic Paulus omnes Christianos

Refutatur transubstantiatio.

Indigne edere quid.

Digne manducare. Reatus qualis.

Probatio qualis.

reatus est contrahitur.

reatus est

reatus est

reatus est

reatus est

reatus est

reatus est

reatus est

reatus est

Christi ædificationem sit utendum. Corinthii enim postquam doctrinam Apostolorum sunt amplexi, & in nomine Iesu Christi baptizati, per impositionem manuum Apostolorum Spiritus sancti visibili effusione ornati sunt & excellentibus donis spiritualibus instructi: ita ut & variis linguis loquerentur, vaticinia ederent, sacram scripturam explicarent, & miracula ederent. His vero donis quidam ex Corinthiis se efferebant in primis pseudoapostoli, notitiam linguarum conabantur ostentare in congressibus; eloquentia quærebant auram popularem, superbire incipiebant in donis, & alios præ se contemnere, & summos gradus in ministerio adfectabant ut super alios eminent: perinde ac si Spiritus sanctus gloriæ inanis campum instituisse, & dona sua dedisset ad permendos & contemnendos alios. Hunc ergo grandem errorem & tetrum abusum donorum Spiritus, grauius hoc loco taxat Apostolus Paulus. Et docet longe alio consilio ea conferri a Deo piis, nimirum, ut seruiant gloriæ Dei, ædificent atque ornent Ecclesiam, & singulis in Ecclesia profint. Superbiam, æmulationem, contemptum inferiorum, inuidiam procul oportere abesse a piis hominibus, qui ciues sunt in regno Christi.

Hortatur ad modestiam 4. rationibus.

1.

2.

3.

4.

Superbia doctorum causa turbaram. Samos. Arrius.

Nestorius.

Ioan. Anti.

Vtq; a suis Corinthiis obtineat pietatem & modestiam in vsurpatione donorum, quatuor grauiissimis rationibus utitur. Primum reuocat illis in memoriã, quales fuerint ante conuersionem & illuminationem, quod tum omni cognitione Dei destituti fuerint, & foeda idolatria se contaminauerint. Ideo nunc cristas sumere non debent. Secundo ostendit autorem donorum, nimirum non liberum nostrum arbitrium, non ingenii nostri acumen aut præstantiam naturæ: Sed æternum Deum patrem, Iesum Christum, & Spiritum sanctum. Acquum est igitur ut donis a Deo profectis ad gloriam utamur. Tertio docet nos Christianos vnius corporis membra esse, unde doceat nos nulla certare æmulatione, nulla laborare inuidia inuicem, sed potius communem sed totius corporis salutem promouere, commodum atq; decus commune adiuuare. Quarto exponit, quos gradus & quæ discrimina cum officiorum tum donorum posuit Deus in Ecclesia, quod alio loco Apostolos, alio Prophetas, alio doctores in Ecclesia posuerit. Vnumquemque igitur suo loco & dono debere contentum esse & id operam dare, ut suam stationem ornent & fidem suam Deo & Ecclesiæ probent. Huc admodum necessaria est doctrina & commonefactio. Sæpe enim turbauit Ecclesiam Christi, superbia doctorum, qui se propter dona prætulerunt aliis. Item æmulatio, inuidia, adfectatio altioris gradus in ministerio. *Samosatenus* dum donis facultatibus & ingenii superbit, & reliquos contemnit, graue vulnus infixit Ecclesiæ. *Arrius* adfectat Episcopatum Alexandrinum: & alterum sibi præteriri videt, fingit nouum genus doctrinæ ut inlaret. *Nestorius* fretus sua loquacitate, erroris patrocinium suscipit, & scelerate scindit Ecclesiam. *Ioannes Antiochenus* inuidet donis Cyrilli Alexandrini Episcopi, cui nec eruditione, nec pietate, nec zelo, nec *φιλοπονία*, nec constantia par erat: deformat ergo ipsum apud Imperatores & synodum Ephesinam. Atque omnibus temporibus hæ pestes grauiissime adfixerunt Ecclesiam, sæpe igitur hæc Apostoli commonefactio repetenda est.

1. De spiritualibus autem fratres, nolo vos ignorare.
2. Scitis quod quando gentes eratis, ad muta idola currebatis pro ut ducebamini.
3. Propterea notum vobis facio, quod nemo eorum, qui in Spiritu Dei loquitur, dicit Iesum anathema. Es nemo potest

dicere dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto.

Præceptum Pauli est, ne Corinthii vel quispiam in Ecclesia superbiat suis donis, aut iis abutatur ad æmulationem, inuidiam, contentiones, quæ vergunt ad destructionem Ecclesiæ, sed potius ut singuli dona sua conferant ad illustrationem gloriæ Christi & ædificationem Ecclesiæ. Primum argumentum sumit a colatione cœcitatatis, ignorantie, & miserimæ conditionis Corinthiorum sub gentilismo ante conuersionem, cum præclara illa luce, agnitione, sapientia & donis, quibus conuersi ad Deum ornati sunt. Vetus enim conditio hominis, eaque, miserima merito eos modestiæ admonet. Nulla oratione exponi potest miser status gentilium & omnium hominum, qui Deum ignorat, & a regno Christi alieni sunt. In horrendis enim tenebris viuunt, horribili idolomania se contaminant, Gentes febrim, pallorem, Bellonam, Priapum, Boream, feles & crocodilos, pro nominibus adorant. Fœdissima scelera in sacris patrarunt, quibus nutina placare conati sunt, mactarunt hostias humanas. In nulla necessitate firmam habuerunt consolationem, non intellexerunt beneficia mediatoris, & tandem cum fremitu demersæ sunt in æternum exitium. Sic in patatu quoque Deum verum ignorabamus, & erroribus dacebamur, alius Annam, alius Catharinam, alius Paulum, alius tres reges, alius panem consecratum adorabat. Et tantis tenebris cum nos eduxerit Deus ministerio verbi & per illuminationem Spiritus sancti, semper decet nos esse memores huius tanti benefici, & modestiæ & humilitate vera nostram erga Deum declarare gratitudinem. Qui enim effert se donis, ille oblitus est quætea antea fuerit. Quia vero deinceps de discrimine donorum spiritualium in Ecclesia dicturus est, primum discernit pios ab impiis, & de generali dono agit, quod in omnibus piis esse oportet. Non necesse est omnes pios similibus aut eisdem donis esse instructos: non necesse est Timotheum pari eloquentiæ & cognitione mysteriorum Dei instructum esse, cû Apostolo Paulo aut cum Propheta Esaiã. Hoc autem necesse est, ut omnes pii a Spiritu sancto illuminentur & ducantur. *Qui enim Spiritum Christum non habet, non est eius.* Romanor 8 v. 9. *Item, Quia autem filij estis, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem abba pater.* Galat. 4. v. 6. An vero quis Spiritu sancto regatur, hoc euidentiſſimo argumento cognosci potest, si quis Christum Iesum diligat & nomen eius confiteatur.

Nullus inquit per Spiritum Dei loquens, dicit Iesum anathema. Ergo quicumque filio Dei Iesu Christo aut aperte aut clam maledicit, is certo statuere debet, quod a Spiritu sancto alienus sit, & a Spiritu mendacii ducatur. Christum Iesum enim semper glorificat Spiritus sanctus. Non tantum Arriani, Photiniani, sed omnes impii, qui conspurcant aut persequuntur doctrinam Christi anathema eum dicunt: Et eo ipso testantur a quo Spiritu regantur.

Et nemo inquit potest Iesum vocare dominum, nisi per Spiritum sanctum. Monet Paulus spirituale esse lucem, qua agnoscimus Iesum Christum esse æternum & omnipotentem dominum. Ratio & Philosophia nequam hoc docent, imo audacter isti doctrinæ contradicunt: Fieri ergo non potest, ut quis in Iesum Christum credat & in fide Dominum eum vocet, nisi a S. S. hac lucem perceperit, & confirmatus fuerit. Non loquitur Paulus de simulata confessione nominis Christi, qualem multi hypocritæ extra periculum edunt: de quibus Christus dicit Matth. 7. v. 21. *Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum:* Sed de confessione, quæ ex vera fide proficiscitur, & quæ Iesum ut Dominum & conditorem cœli & terræ in omni necessitate inuocat. Ac vniuscuiusq; conscientia statuere potest, num vere ex animo, an vero simulate Iesum vocet Dominum; & hinc de statuere potest

1. Argumẽ.

Gentium idolatria.

Iudicium Spiritus S.

Philosophia contradicit Theologia.

potest, num Spiritu sancto illuminetur & regatur. Nō enim hoc solum docet, quomodo de aliis iudicium facere possimus, sed imprimis erudit nos, quomodo nos ipsos explorare possimus, num sumus e numero sanctorum & civium regni Christi. Ex donis excellentibus non semper est faciendum iudicium. Non propterea alienus es a regno Christi & beneficii mediatoris, quod non tenes varias linguas, quod facundia sermonis non es par Chrysolomo, quod non resuscitas mortuos, vt Apostolus Petrus fecit. Sed si Iesum Christum vere in fide fateris Dominum & Deum omnipotentem, certum est te esse heredem vitæ æternæ, & te duci Spiritu sancto, siue magnis, siue parvis donis sis ornatus. Rursus fieri potest, vt quis præclara habeat dona variarum linguarum, eloquentiæ singularis, prudentiæ, miraculorum: & tamen anathema dicat filio Dei, sit securus, impœnitens, hypocrita, atheos, contemnat beneficia mediatoris, hunc certū est non duci Spiritu Dei, nec habere partem in regno Dei, vt *Achitophel* & dono sapientiæ & eloquentiæ clarus erat: sed impietate sua ostendit quod in Messiam non credidit *Bileam* præditus fuit dono vaticinandi: & tamen salutem non est adeptus: quia fuit impenitens. Huc ergo imprimis respiciendum est, vt quis vere Iesum Christum Dominum diligat & confiteatur, vnde statuere potest, quod Spiritu Dei regatur & sit filius Dei. Hęc Pauli sententia euertit liberi arbitrii præsumptiones: Si enim nemo in fide & vere Iesum potest vocare dominū, nisi in Spiritu sancto. Ergo nulla est vis liberi arbitrii in spiritualibus: Ergo homo ex sese ad regnum cælorum contendere non potest. Nam sine agnitione Iesu Christi nulla salus vlli homini contingere potest. Turpiter igitur errant Synergistæ & omnes liberi arbitrii patroni, qui voluntati non renatæ per Spiritum sanctum tribuunt vim vel facultatū aliquam adplicandi sese ad gratiam vel ad sentiendi vel annuendi verbo. *Iesum dicere anathema*, est vel palam male dicere Christo vt Decius, Diocletianus, Iulianus, Crescens Celsus, Lucianus, & similes fecerunt, vel falsā & blasphemā doctrinā Christum contumelia adficere. Pontifices Romani dum se Vicarios Christi appellat, & se errare posse negant, & doctrinam de mediatore Christo damnant & persequuntur, anathema dicunt Iesum. Monachi dum suis operibus confidunt in conspectu Dei, anathema dicunt Iesum Sacrificuli pontificij dum in blasphemā missā dicunt se offerre Christum pro viuīs & mortuis, anathema dicunt Iesum. Omnes etiā impij, qui manent sine penitentia, & secure contemnunt beneficia mediatoris, aut rident doctrinam Ecclesiæ, Anathema dicunt Iesum in corde, quidquid ore profiteantur, vel simulent externa vita. Contra, *Iesum vocare dominum* est non solum recte sentire de persona Iesu Christi, quod sit verus homo & æternus Deus, verum etiam eius beneficia intelligere & fide amplecti, & sp̄e in istum Dominū mundi collocare, & vniuersæ doctrinæ Iesu Christi adsentiri *Caluinista* quia verbo Iesu Christi, quib. sacram eēnam instituit, vocant in dubiū, non vocant Iesum dominū: nō enim præstant ei obedientiam fidei, *Lutherus* vero vocat Iesum Dominū: quia in omnibus suis scriptis nihil spirat, nisi Iesum Christum crucifixum & resuscitatum & sedentem ad dexteram æterni patris.

Secunda hæc est ratio, sumpta a causa efficiente donorum spiritualium, & a causa finali: Qua probat non esse superbiendum in donis, nemini esse inuidendum propter dona, nulla certamina nullas contentiones de donis mouendas esse, sed potius singulis operam dandam esse, vt donis a Deo collatis vtantur ad gloriam Dei & ædificationem Ecclesiæ. Commune donum, quod singulis ad salutem est necessarium, videlicet, agnitio Iesu Christi, & effusio Spiritus sancti, singulis pijs collatum est. Nam sine hoc dono non posset consistere homini salus, sed relinquenda dona in quibus non consistit nostra salus, sed quæ faciunt ad ædificandam & exornandam Ecclesiam, non est necesse vt sint paria in singulis. Ipsa enim diuersitas donorum testimoniū dicit de immensa sapientia Spiritus. Non enim existimandum est, vt dissimilia & diuersa sunt dona spiritualia, ita & multiplices & diuersos esse Spiritus sanctos. Sed vnus & idem est Spiritus sanctus, qui tam diuersa dona distribuit, sic etsi multa & diuersa sint officia in Ecclesia, alius enim est Apostolus, alius Propheta, alius Doctor, alius Episcopus, alius Pastor, alius Diaconus, alius Pædagogus, alius Gubernator: tamen vnus tantum est dominus, qui omnibus præest ministris & a singulis rationem gesti muneris posciturus, sic licet variæ sint operationes, seu virtutes, vt Petrus resuscitat mortuos, & verbo interficit Ananiam: Paulus sanat ægrotos, abiecit viperam ad hærentem manui, Elymam percutit cæcitate: Ionatham cum armigero totum exercitum vertit in fugam: tamen non sunt multi dij, sed vnus est Deus, qui omnia in omnibus operatur. Cum ergo omnia dona spiritualia ab vno Spiritu sancto, qui in singulis piorum cordibus habitat proficiantur, non sunt excitanda dissidia, schismata, aut contentiones illis donis, ne in autorem ingrati & contumeliosi simus, sed potius singuli sua dona ad communem totius Ecclesiæ vtilitatem conferre debent. Paulus eloquentia fuit instructus. Agabus dono vaticinandi, Apollo singulari cognitione scripturæ, Petrus dono edendi miracula. Et tamen singula hæc dona ab vno Spiritu sancto profecta erant. Ad vnum ergo finem, nimirum, ad Ecclesiæ ædificationem conferri debent.

Insigne testimoniū Apostoli Pauli, quo demonstrat discrimen personarum in diuinitate, & confirmat omnipotentiam & æternitatem cum filij Dei Iesu Christi, tum Spiritus sancti. Cum enim testetur Apostolus omnia dona spiritualia, qualiacunque sunt in omnibus sanctis, ab vno eodemque Spiritu sancto proficisci, necesse est eius esse immensam sapientiam & potentiam; nā intellectus sacræ scripturæ, lumen fidei, constantia in cruce, pax conscientiæ, robur animi, eloquentia, donum vaticinandi, facultas sanandi ægrotos, & suscitandi mortuos, sapientia gubernandi cæcus, spes & lætitia in Deo: Et similia dona non possunt ab vlla creatura effici aut dari. Et Spiritus qui in singulis piorum cordibus vbiunque locorum ea sunt, habitat & dona efficit, & regit ea, æternus atque omnipotens est, siquidem vbi que esse proprietates est diuinæ naturæ conueniens. Recte igitur Ecclesia Christi Spiritum sanctū vt æternum et omnipotentem Deum adorat: In cuius nomine Baptizata est. Sic & Iesu Christi diuinitatem demonstrat Paulus, hoc ipso, quod factetur omnia ministeria seu officia esse a Christo, & ipse est est omnium Apostolorum, Prophetarum, Euangelistarum, Episcoporum, Doctorum, Pastorum & ministeriorum Ecclesiæ Dominus. Nullius enim angeli tanta est sapientia & potentia, vt toti Ecclesiæ in vniuerso mundo præesse, omnes Apostolos, Prophetas, Pastores & ministros docere, regere & tueri, & vniuersam Ecclesiam gubernare possit. Nullus etiam angelus est dominus omnium ministeriorum. Non enim ab angelo, sed a Iesu Christo & pariter instituta sunt ministeria in Ecclesia. Vnde Paulus ad Eph. 4. v. 8. *Ascendit super omnes cælos, vt omnia impleret: Et ipse dedit alios Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores*

Ex donis non iudicandi sancti.

Impij multis ornatur donis.

Achitophel. Bileam.

Synergia.]

Anathema Iesu dicere.

Iesum vocare dominum.

Caluinista.

Lutherus.

4. *Diuisiones donorum sunt, sed idem Spiritus.*
5. *Et diuisiones ministeriorum sunt, sed idem dominus.*
6. *Et diuisiones operationum sunt, sed idem Deus, qui operatur omnia in omnibus.*
7. *Vnicuique vero datur manifestatio Spiritus, quatenus expedit.*

2. Argum.

Commune donum.

Donorum omnium autor Spiritus sancti.

Finis donorum. Discrimen personarum in Deitate.

Spiritus S. verus Deus. Christus verus Deus. Omnium Dominus.

Solatum ministrorum Ecclesie. Pastores & doctores, ut sancti instructi essent ad ministerium, ad adificationem corporis Christi: Sciant ergo Pastores & ministri, se huic domino Iesu Christo in ministerio servire: Sciant se huic domino reddituros rationem: Sciant se iuari atque defendi ab hoc domino Iesu Christo contra insultus mundi & Satanæ. Discrimen etiam monstrat personarum in diuinitate ab officiis. Pater æternus est prima persona diuinitatis, author & defensor regni Christi, qui filium nobis dedit, & Spiritum sanctum effudit, & omnes virtutes in singulis operatur. Omnia enim ab ipso sunt, Ipse condidit cælum & terram, omnia sustentat: Ipse largitur omnia dona: Et singulis rebus vires & efficaciam tribuit: Filius est secunda persona diuinitatis, Dominus omnium ministeriorum & totius Ecclesie, vt qui suo sanguine Ecclesiam redemit, & a patre constitutus est caput Ecclesie super omnia, ac omnia ministeria in Ecclesia & instituit, & gubernat & tuetur. Spiritus sanctus est tertia persona diuinitatis, que mittitur a patre & filio in corda credentium vt ea regeneret, sanctificet & variis donis spiritualiter exornet. Non ergo tantum vna est persona vel *ουσα* vt blasphemus Sabellius ab arte mone seductus delirauit: Sed tres sunt distinctæ personæ, pater, filius & Spiritus sanctus, eiusdem essentia, gloriæ & maiestatis.

Filius. Quod dicit *Deum operari omnia in omnibus*, non ad scelera impiorum contorquendum est, quasi & illa a Deo proficiscatur; semper enim in conspectu nobis esse debet immota sententia. *Non Deus volem iniquitatem tuam* Psalm. 5. v. 5. Et *Oscæ* 13. v. 9. *Perditio ex te est Israel: In me tantum salus tua*, Item *Diabolus quando mendacium loquitur, ex proprio loquitur*, Ioan. 8. v. 44. De his ergo, que iusta, recta & salutaria sunt & cum voluntate Dei congruunt, loquitur Apostolus.

Spiritus S. *Vnicuique data est manifestatio Spiritus, quotenus conuenit: Quo consilio Deus diuersa dona partiatur sanctis, exponit Paulus, nimirum, vt singula membra vsui essent Ecclesie & ornamento, non contulit vni omnia, ne reliquorum membrorum nullus esset vsus. Et Deus omnium rectissime intelligit, que dona nobis expediant, quid humeri nostri ferre possint. Quisque ergo sua mensura contentus sit, quam Deus sapientissimo consilio ei attribuit.*

Sabellius.

Operatio non est ad malum.

regem & consiliarios persuadere possit. Prudentiam adhibuit Dauid, quod non interfecit Semei conuictorem, & repressit intempestuum zelum Abisai: Sic enim commendabat se Israeli, & ostendebat se non esse cupidum vindictæ, sed se veniam dare desertoribus, Et docebat nouum quasi regnum non ab effusione sanguinis, sed potius ab ipso exemplo clementie ordiri. Prudentiam adhibuit Paulus, quod Timotheum circumcidit: Titum non circumcidit. Prudentiam adhibuit Ambrosius, quod noluit disputare cum Arianis Imperatore sumente sibi iudicis partes, qui fundamenta religionis non intelligebat, & a matre infecta hæresi pendeat. Sic prudentiæ erat quod Romæ ieiunauit Sabbatho; Mediolani non ieiunauit Sabbatho.

Ambros. prudentiæ.

Alij fides; De speciali fide hic loquitur, qua vel miracula eduntur, vel horrendæ, & ingentes tentationes superantur, vel singulatia beneficia a Deo obveniunt. Generalis enim fides qua adprehendimus promissionem Euangelij de gratuita remissione peccatorum donanda propter Mediatorem Iesum Christum omnibus & singulis datur per Spiritum sanctum, tam Benjamin vixit sua fide coram Deo, quam Abraham, vel Elias, vel Dauid. At specialis illa fides qua vel miracula eduntur, vel res magnæ geruntur, non est in omnibus. Specialis fides fuit in Dauide quod confidit Domino se fore victorem Goliath, & talem thronum adoritur, ad cuius conspectum totus exercitus Israelitarum contremiscebat. Specialis fides fuit in Eliseo resuscitante puerum extinctum, quem Gehali resuscitare non poterat. Speciali fide Iesaias impetravit a domino vt umbra solis 10. gradibus retrocederet. Et Iosua iussit solem & lunam stare in medio cæli totum diem.

Fides miraculorum.

Generalis fides.

Indifferenter vsurpat Apostolus illas particulas per Spiritum, secundum Spiritum, in Spiritu: significat enim eundem Spiritum sanctum omnium etiam diuersissimorum donorum esse authorem & largitorem.

Alij dona sanationum in eodem Spiritu: Dono sanandi ægros, Apostolos a Christo per Spiritum sanctum instructos fuisse patet ex Euangelio & actis Apostolorum. Paulus Apostolus patrem Publij laborantem febribus & dysenteria sanauit impositione manuum. Act. 28.

Donum sanationis.

Alij operationes virtutum: hoc est efficacissimæ virtutes seu virtutes, admiranda vis & potentia fuit in Apostolo Petro, qui verbo interfecit Ananiam & Saphiram: Efficax operatio fuit, quod Paulus Elymam magum verbo excæcauit. Efficax operatio fuit quod Ambrosius scribam Stilliconis excommunicationis verbo adigit in furorem.

Operatio virtutum.

Alij Prophecia: Apostolis vocabulum propheta non significat tantum prædictionem rerum futurarum: sed in genere munus docendi Euangelion & explicandi sacram scripturam, vt Cap. 14. v. 3. *Qui propheta hominibus loquitur, ad adificationem, exhortationem & consolationem.*

Prophecia.

Dupliciter igitur vocabulum Prophecia vsurpat in sacra scriptura: alias pro prædictione vt Agabus famem prædixit. Athanasius, Iuliani interitum prædixit, alias significat facultatem concionandi ad populum de Deo & vita æterna.

Alij diiudicationes Spirituum. Insigne est hoc donum diiudicandi & valde necessarium in Ecclesia: Nec tamen omnibus conceditur. Non omnium piorum est, etiamsi intelligant veritatem, habeant studium fugiendi errores, & regantur a Spiritu sancto, mox deprehendere fanaticos Spiritus, & illorum præstigijs & insidijs intelligere. Satan enim se transformat in angelum lucis. Quantum blasphemiam Arrius in Ecclesiam inuehere conaretur. Alexander & Athanasius rectius iudicabant, quam multi alij Episcopi. Cyrillus multo rectius Cyrillus iudica-

Alexand. Athanas.

- 1. Huic quidem per Spiritum datus est sermo sapientia: Alij datus est sermo cognitionis, secundum eundem Spiritum.
- 2. Alij vero fides, in eodem Spiritu: Alij dona curationum in eodem Spiritu.
- 3. Alij operationes virtutum, alij Prophecia, alij diiudicatio Spirituum, alij vero genera linguarum, alij interpretatio linguarum.

Varietas Honorum. Sermo sapientia. Varias species donorum spiritualium, quibus exornata est Ecclesia, recenset Paulus, vt ostendat, non in singulis paria dona lucere. *Sermo sapientia* est facultas docendi populum doctrinam de Deo, de creatione & lapsu generis humani, de beneficiis mediatoris, de fide, de collectione Ecclesie, de extremo iudicio & vita æterna, vt Iesaias, Ieremias, Dauid, Paulus, Petrus, Ioan. Baptistas, Athanasius, prædici fuerunt sermone sapientia, singulari facundia & dexteritate explicarunt mysteria doctrinae Christi, quibus summa sapientia continetur.

Sermo cognitionis. *Sermo cognitionis*, seu scientia est facultas exponendi consilia prudenter cogitata, vt Chusai amicus Dauidis non solum prudens est, sed etiam facundus, ita vt consilium suum commode exponere & ornare, &

Flavian.
Euseb.

iudicavit Spiritum fanaticum Nestorij, quam vel Ioannes Antiochenus vel Theodoretus. Flavianus & Eusebius Dorilei Episcopus, & duo præditi fuerunt diiudicandi fanaticum Spiritum Eutycheus.

Lutherus.

Lutherus sanctæ me: insigni dono diiudicandi Spiritus instructus fuit, mox deprehendit Carolstadij, Zwinglij, Occolampadij, Muntzeri, Schwenckeldij, Monasteriensium anabaptistarum errorem: Quod Lutherus deprehendit & sibi reuclauit Antichristum Romanum, fuit donum diiudicandi Spiritus. Quam multis Doctoribus Ecclesiæ & principibus in tota Germania imposuit fascino suo Iacobus Andree, quo ad confusionem Christi & Beial. & ipsissimum Epicureismum in Ecclesiâ inducere conabatur? Hæuit tamen Spiritus sanctus suos, qui & dolum deprehenderent, & impiæ eius machinationi resisterent & Ecclesiâ monerent. Hoc insigni dono cum maxime opus sit Ecclesiæ Christi, vt puillis Christi machinationes Satanae indicari & retundi possint, ardentem inuocandus est Deus, vt temper aliquos in Ecclesiæ exornet hoc illustri dono Spiritus sancti.

Jacobus
Andree.

Alij genera linguarum: Apostoli beneficio spiritus sancti locuti sunt variis linguis. Hieronymus in Ecclesiâ, clarus fuit cognitione Hebraicæ, græcæ et latinæ linguæ, et vtilem operam suis versionibus nauauit Ecclesiæ.

Lingua-
rum gene-
ra.

Interpreta-
tio lingua-
rum.

Alij interpretatio linguarum: Etsi aliqui non loquantur variis linguis, tamen eas norunt interpretati. Lutherus nec Hebraicæ nec Græcæ loquebatur: Et tamen Hebraicæ scripta Prophetarum, et Græcæ Apostolorum significantissime et planissime est interpretatus, et vicit proprietate versionis omnes interpretes Bibliorum, qui ante ipsum fuerunt.

Versio Bib-
licorum Lu-
therus.

11. *Hæc vero omnia operatur vnus & idem Spiritus, distribuens unicuique, sicut vult.*

Author do-
norum spi-
ritus san-
ctus.

Commemoratorum donorum, quibus exornata est Ecclesiâ Iesu Christi, auctorem, effectorem et distributorẽ nunc ostendit. Etiam si diuersa sint dona inquit: non tamen multi sunt Spiritus sancti: sed vnus et idem est Spiritus sanctus, nimirum, tertia persona diuinitatis procedens a patre et filio. Hic spiritus sanctus efficit et creat omnia illa dona tam multiplicia in Ecclesiâ, et vnusquemque exornat pro suo beneplacito. Non igitur in donis superbiendum, aut iis abutendum est, sed auctor Spiritus sanctus est agnosceudus, & donis ad illius gloriæ illustrationem & Ecclesiæ ædificationem submisisse vtendum. Luculentissimum & euidentissimum hoc est testimonium de æterna diuinitate & omnipotentia Spiritus sanctus. Nullius enim creaturæ tanta est gloria vel maiestas, vt efficere, & largiri possit omnia illa dona excellentissima, quæ lucent in vniuersa Ecclesiâ Dei. Sapientia, robur fidei, facultas edendi miracula, donum sanandi ægros, & prædicendi futura immedie ab ipso Deo profectentur. Cura ergo Paulus testetur Spiritum sanctum esse effectorem omnium donorum spiritualiũ in vniuersa Ecclesiâ, & in singulis membris necesse est esse æternum & omnipotentẽ Deum, eiusdem essentia & maiestatis cum æterno patre & filio. Docet etiam Paulus Spiritum sanctum esse Dominum talium excellentium donorum & totius Ecclesiæ, vt qui pro suo beneplacito & arbitrio distribuit singula dona in Ecclesiâ, tantam gloriã & maiestatem pro suo arbitrio ornandi & regendi singula membra Ecclesiæ vel angelo, vel homini, vel Propheta, vel Apostolo tribuere idolatria esset.

Spiritus
sanctus ve-
rus est De-
us.

22. *Quemadmodum enim corpus vnum est, & membra habet multa: omnia autem membra vnus corporis, cum*

multa sint vnum sunt corpus, sic & Christus.

13. *Nam in vno Spiritu nos omnes in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue Ierui, siue liberi. Et omnes in vnum Spiritum potati sumus.*

Tertium hoc est argumentum, quo Apostolus Paulus docet, non esse studendum æmulationibus & contentionibus in Ecclesiâ, nec superbiendum donis: Sed omni studio & conatu fouendam coniunctionem & donis a Spiritu sancto concessis ad totius Ecclesiæ salutem & ædificationem esse vtendum. Sumptum a similitudine humani corporis. Vniuersa Ecclesiâ quæ omnibus temporibus & omnibus locis ministerio Euangelij colligitur, est vnum corpus, cuius caput est Iesus Christus Deus & homo. Quotquot enim in Iesum Christum credimus, efficiamur filij Dei & membra Iesu Christi, per Baptismum inserimur corpori Christi: & per sacram cœnam vno donamur Spiritu Christi. Vt igitur vnus corporis membra pari studio communes operas conferunt ad tuendam & conseruandam totius corporis salutem, nulla hic æmulatio, nulla inuidia, nulla dissensio est. Sic & in Ecclesiâ, quod est corpus Christi mysticũ esse debet. Qui Christum induerunt ab omni æmulatione, inuidia, dissensione & contentione alienissimi esse debent, & toti in hoc incumbere, vt salutem totius corporis Ecclesiæ conseruent & tueantur.

Obseruet pius lector hoc loco testimonium de Baptismi causa finali & efficacia. Baptismi & cœnæ domini lius et efficacia conseruanda. Paulus inquit, *in vno spiritu nos omnes in vnum corpus baptizatos esse.* Ergo Baptismus in hunc finem a Deo est institutus, vt per eum efficiamur membra corporis Christi, abluamur a peccato, regeneremur per spiritum sanctum & constituamur hæredes vitæ æternæ, quemadmodum & alibi dicitur. *Quotquot in Iesum Christum baptizati estis, Iesum induistis.* Gal. 3. v. 27. Item, Rom. 6. v. 3. *An ignoratis quod quicumque in Christum baptizati sumus, in mortem eius baptizati sumus. Cum ipso igitur sepulchri sumus per Baptismum in mortem, vt quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

Non igitur tantum externum est signum Baptismus, quod citius Ecclesiæ simus, sed est medium per quod Deus operatur in nobis salutem, & spiritus sanctus regenerat nos in vitam. Eodem modo & de cœna domini pronunciat: *In vnum spiritum potati sumus*, quasi dicat, Hoc sine instituit filius Dei suam sacrosanctam cœnam, et omnib. dat vltimum suum corpus, et bibendum suum sanguinem, vt nobis spiritum suum sanctum impertiat, et hoc nexu tanquam vnus corporis membra nos sibi conglutinæt.

Non igitur tantum externum signum est cœna domini, quæ nos admoneat de passione et morte Christi, sed etiam est medium et organon, per quod filius Dei spiritum suum nobis impertit, tribuit vitam, alit et confirmat nostram fidem, et obsequat nobis hæreditatem vitæ æternæ.

14. *Etenim corpus non est vnum membrum, sed multa.*

15. *Si dixerit pes, quia non sum manus, ideo non sum de corpore, an propterea non erit ex corpore?*

16. *Et si dixerit auris, quia oculus non sum, ideo de corpore non sum, an propterea non erit de corpore?*

17. *Si totum corpus esset oculus, ubi maneret au-*

3. Argum.

Baptismus non tantũ est externa representatio. Finis cœnæ.

Cœna non est externa signum.

- ret auditus? Si totum auditus, ubi olfactus.
18. Nunc autem posuit Deus membra, v. numquodq. ipsorum in corpore, quem admodum voluit.
19. Si igitur omnia unum essent membrum, ubi corpus.
20. Nunc vero multa quidem membra, corpus vero unum.
21. Non potest autem oculus dicere manui, non indigeo te, aut rursus caput pedibus, mihi non est opus vobis.
22. Imo vero multo magis membra corporis, quae videntur esse imbecillia, sunt necessaria:
23. Et quae videntur minus honesta esse corporis, his ampliore honorem adponimus, & minus decentia nostri maiorem decorem habent.
24. Quae vero decora sunt, non indigent. Sed Deus temperavit corpus membro ignobiliori uberius honorem adponens.
25. Nescit dissidium in corpore. Sed invicem alia pro aliis membris eandem sollicitudinem gerant:
26. Et siue patiat unum membrum, compatiantur omnia membra: siue glorificetur unum membrum, congaudent omnia membra.
27. Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte.

Summa similitudinis.

Copiose & prolixè ipse Paulus singulas partes similitudinis & institutae collationis exposuit, Ideoq; longiore declaratione non est opus. Hec autem totius collationis summa est, sicut mira sapientia constituit Deus & temperavit diversâ membra in corpore humano: Sic etiam pro sua admiranda sapientia & bonitate diversis donis ornavit civem Ecclesiae, quare licet nullae sint aemulationes, nullae contentiones, nulla dissidia inter membra unius corporis: Sic & inter Christianos nullum dissidium, nulla aemulatio esse debet. Episcopus est veluti oculus Ecclesiae: Ministri verbi tanquam pedes speciosi Evangelizantium pacem. Esa 52 v. 7. Non potest Episcopus dicere se non indigere opera ministri verbi. Ac Deus inferioribus civibus suae Ecclesiae tanto confert excellentiora dona, ut omnes decori sint corpori. Ut ergo membrum pro membro est sollicitum in corpore: Et cum unum laeditur, omnia simul dolent & adficiuntur? Talis & ὁμοθυμία & inter Christianos esse debet, nemini invidere debent vel altiore gradum dignitatis, vel excellentiora dona: Sed cogitare quod Deus singulos suo loco constituerit: Et quod nemo inter pusillos Christi, tam sit abiecta sortis, qui non seruiat gloriae Dei, & fructum ferat domino. Itaque neminem despiciere debemus: Quin potius cum vni Christiano infertur iniuria, omnes dolere: Cum vni gloria & honor contingit, omnes letari debemus. Talis consensus & concordia si extiterit in omnibus membris corporis Christi, tum nullus locus futurus est contentionibus ac dissidiis.

28. Et alios quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores, deinde potestates, deinde dona curationum, auxilia, gubernationes, genera linguarum.
29. Num omnes Apostoli? Num omnes Prophetae? Num omnes Doctores?
30. Num omnes potestates? Num omnes dona curationum habent? Num omnes linguis loquuntur? Num omnes interpretes sunt? Scetamini donae potiora.

Quartum est hoc argumentum, quo probat Apostolus, non esse superbiendum donis, nec aemulatione certandum cum aliis, nec quenquam despiciendum, nec cuiquam invidendum. Quia ipse Deus non unius generis ministros & officia posuit in Ecclesia: Sed pro sua sapientia & bonitate variis officiis & donis ornauit Regnum sui filij. Nec est in vilius hominis arbitrio positum, ut vel ipse ornent se donis, vel collocet seipsum vel hoc vel illo loco. Hoc in solo arbitrio & beneplacito altissimi Dei est situm: Qui rectius intelligit, quid maxime conducatur Ecclesiae, & quem solum decet sua distribuere dona. In vera igitur humilitate & cum serua gratiarum actione, ad sapientissimum Dei consilium, & clementissimam eius voluntatem est respiciendum, & eo loco quo ipse nos collocavit, fideliter esse seruendum ad gloriae Dei illustrationem & Ecclesiae adificationem.

Ordine deinde recenset praecipua ministeria, quae Deus omnipotens in sua constituit Ecclesia, ac primo loco recenset Apostolos, eo quod hi fuerint testes constituti doctrinae, vitae, miraculorum, peregrinationum, mortis, resurrectionis & ascensionis eius in caelum. Hoc est summum in Ecclesia officium post Messiae munus, testati de persona, doctrina, miraculis, morte & resurrectione Messiae exhibiti. Summis etiam Spiritus sancti donis fuerunt exornati. Ideo primo loco illos recenset. *Apostolus* est persona immediate a Iesu Christo in nouo testamento vocata, ut sit testis doctrinae, miraculorum, mortis & resurrectionis Iesu Christi, non alligata ad certum locum, sed missa in orbem terrarum, ad praedicandum Evangelium de Iesu Christo, ornata visibili, Spiritus sancti gratia, & dono edendi miracula propria Ecclesiae in testimonium, quod non erret in doctrina.

Propheta in Veteri testamento est persona immediate vocata a Deo ad repurgandam doctrinam Ecclesiae, & propagandam promissionem de Mediatore, & ad iuuanda consilia politicae gubernationis in regno Israelitico, ornata dono praedicendi futura, & edendi miracula in testimonium, quod indubiam de Deo doctrinam adferret.

Propheta in nouo testamento est persona immediate vocata a Deo, non ad gubernationem politicam vlllo in regno, nec alligata certo loco, sed missa in orbem ad repurgandam doctrinam Ecclesiae, & illustrandum Evangelion de Iesu Christo, ornata a Spiritu sancto dono praedicendi futura.

Doct. in Eccl. est persona mediate, hoc est, per homines vocata a Deo ad propagandam doctrinam de Deo inter homines, & ad explicandam sacram scripturam & Apostolicam, non occupata vel gubernatione Ecclesiae, vel administratione Sacramentorum, sed tantum doctrinae, quam ex scriptis Prophetis & Apostolicis haurit, propagationi atq; item consolationi & exhortationi fideliter incumbens.

Δυναμεις, id est, potestates, ministros Ecclesiae hic recenset, qui singulari virtute & potestate a Deo instructi sunt pellendi daemones, puniendi hypocritas, & magna

Deus dicitur scribit officia.

Ministeria Ecclesiae. Apostolus

Propheta

Doct.

Potestas spiritualis.

demagna opera edendi in Ecclesia. Ut Paulus verbo excecavit Elymam magnum. Ambrosius Stilliconis scribam adiecit in futurum: non intelligit civilem potestatem, sed spiritualem in Ecclesia, qua certi ministri a Deo instituti fuerunt.

Auxilia.

Quid sit prae dictum esse dono sanationum notum est. *Avriam* *est*, *auxilia* seu opitulationes ad ministerium & officium diaconorum refero, qui curam agebant pauperum, usque subsidia & opitulationes praestabant. Gubernatio partim ad Episcopum, partim ad presbyteros & seniores Ecclesiae pertinet, quibus inspectio Ecclesiae, examina pastorum, vocatio ministrorum, iudicium de doctrina & vita cum decentium tum auditorum in Ecclesia est commissum. Ad Ephesios plura officia recenset. Hoc loco satis fuit Paulo monstrare diversitatem donorum & ministeriorum in Ecclesia: quae singulos admonere debet, ne sublimiora officia, vel eminentiores gradus honorum ad se ardeat, quam ad quos ab ipso Deo vocatur. Sic enim Deo sapientissimo placuit non omnes paribus donis instruere, nec omnes in pari gradu dignitatis collocare, sed alios primo, alios secundo, alios tertio loco collocare. Ergo quisque in sua statione maneat & locum suum ornet humilitate, fide, diligentia, gratiarum actione.

Gubernatio.

Loci doctrinae.

I. DE donis spiritualibus, quibus Deus exornat suam Ecclesiam, quod magna sit donorum varietas: quod omnia a Deo proficiantur, non a libero hominis arbitrio: quod singula dona sint in timore domini conferenda ad gloriae Dei illustrationem & Ecclesiae aedificationem.

II. De servitute liberi arbitrij: quod homo non renatus per Spiritum sanctum, Iesum Christum, non possit vocare dominum. Est autem fundamentum fidei & omnis pietatis agnitio Iesu Christi, quod sit Dominus noster omnipotens & aeternus. Nulla igitur est libertas arbitrij in spiritualibus: Nec ulla est synergia vel cooperatio humanae voluntatis in conversione. Dominum enim Iesum ratio humana ex se sine Spiritus sancti illuminatione agnoscere non potest. *Nemo novit filium nisi pater*, inquit Christus Matth. 11 v. 27.

III. Quod tres sint personae divinitatis Deus pater, Iesus Christus Dominus, & Spiritus sanctus. Quod haec personae divinitatis officia distinguantur. Pater est persona, a qua omnes admirandae operationes proficiuntur, ille virtutem & efficaciam suppeditat: Filius est Dominus Ecclesiae & omnia gubernat ministeria: Spiritus sanctus est effector & largitor omnium donorum.

IV. Testimonium gravissimum de aeterna divinitate Spiritus sancti: siquidem Paulus adfirmat Spiritum sanctum efficere & distribuere omnia dona, quae conspiciuntur in tota Ecclesia.

V. De causa finali & efficacia sacramentorum novi testamenti: Baptismi & coenae domini, quod non tantum sint nuda signa: sed sint media & organa, per quae Spiritus sanctus operatur salutem, & regenerat homines ad vitam aeternam.

VI. De differentia donorum & ministeriorum in Ecclesia: & de sublimi gradu dignitatis, in quo Deus collocauit in Ecclesia, Primum Apostolos, deinde Prophetas & alios ministros.

CAPVT XIII.

1. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro: Si linguis hominum loquar & angelorum, dilectionem au-

tem non habeam, factus sum as sonans & cymbalum inivens.

2. Et si habeam Prophetiam & noverim omnia mysteria, & omnem scientiam: Et si habeam omnem fidem, adeo ut montes dimoveam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

IN hoc capite hortatur Paulus Corinthios & totam Ecclesiam ad veram & sinceram dilectionem Dei & proximi. Haec enim est vera pietas. Haec fons, fons, fons & mater est omnium virtutum: Haec re- catrix est omnium donorum & officiorum: Hic uni- cus est scopus, quo omnia dirigenda sunt, nimirum, ut Deum & proximum diligamus. Hoc est vexillum regni Christi, quod vaivesi civis Ecclesiae sequi de- bent ad debellandum Satanam cum omnibus suis o- peribus: itaque dilectionem hic commendat & om- nibus donis praefert. Simul autem per collationem adiungit dona & officia illa, quae in hac vita seruiunt, aedificationi & propagationi Ecclesiae, sinem habitura esse, cum Deus fururus est omnia in omnibus.

Primum monet, nihil nobis conducere, etiam si variis linguis loquamur & eloquentia angelis simus quodammodo pates, si desit nobis vera dilectio Dei & proximi. Hec enim cum non existit in homine, cer- tum est nec fidem in eo existere, nec hominem istum esse reconciliatum Deo, nec esse donum in Spiritu sancti: etiam si dona in ipso fulgeant excellentissima. Non enim est futurus particeps regni caelorum: Imo tanto maiores poenas subiturus est, quo maiorib. do- nis a Deo fuit instructus, quae non contulit ad gloriam Dei.

As sonum quidem edit, sed vita caret: Ita hypo- crita facundus sonum edit, sed vita & Spiritu caret. Sic cognitio doctrinae et omnium mysteriorum intelle- ctus nihil juvat hominem, si sit expert dilectionis. Nu- da enim rerum sacrarum scientia non saluat homi- nem: Sed fides, qua per dilectionem est efficax. Gal. 3. sed fiducia vers. 6.

Atque dicit Paulus. *Et si omnem fidem habeam a- deo, ut montes dimoveam: Dilectionem autem non ha- beam, nihil sum.* Hoc dicto contra mentem Pauli abu- tuntur primum pontificis, qui hinc colligere coantur, non sola fide iustificari hominem, sed simul fide et dilectione: Et contendunt fidem tantum esse praepa- rationem ad iustificationem: Dilectione autem eam perfici, et sic dilectione nos coram Deo formaliter iu- stos esse. Deinde et Maioris aeternae patrocinium sui erroris hinc petunt, quasi Paulus hic voluerit dilectio- nem esse necessariam ad salutem, nec posse quen- quam iustificari et salvari sine dilectione. Item, in ipso actu iustificationis praesentiam bonorum operum esse necessariam. Haec corruptelae dicti paulini omnino re- futandae sunt. Vtrisque ergo, et pontificis et Maioris errori patrocinantibus respondemus, in scriptis Apo- stolice semper attendendum esse, quae doctrinae capi- ta explicantur: Non enim confuse omnia tradunt Apostoli, sed distinguunt accurate materias. Non iam hic agit Paulus de iustificatione hominis coram Deo: Quam doctrinam ad Rom. 3. et 4. et Galat. 3. expo- suit: *ubi diserte testatus est hominem sola fide absque o- peribus iustificari.* Hoc vero loco agit de bonis ope- ribus tenatorum et iusticatorum, nimirum de dile- ctione, quae omnium donorum moderatrix esse de- bet. Non ergo haec trahenda sunt ad articulum iusti- ficationis. Scite admodum addistinguit Augustinus in- ter iustificandum et iustificatum: *bona opera, inquit, non praecedunt iustificandam, sed sequuntur iustificatum.* Sic et nos distinguimus inter ipsam hominis iusti- ficationem: Et iudicium de homine iustificato. Cum de ipsa iustificatione agitur, non miscenda sunt bona opera. Homo enim absque operibus legis, gratis sola

Summa ea:

Dilectio Dei et pro-

ximi,

Scientia

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

non saluat

Bona opera nihil conferunt ad iustificationem.

fide iustificatur coram Deo. Hoc est, bona opera non sunt causa, nec meritum, nec necessitas iustificationis: Non sunt medium apprehendens iustificationem: Neque etiam necessaria sunt necessitate presentiae ad iustificationem: sed prorsus absq; omni conditione & necessitate bonorum operum homo iustificatur coram Deo sola fide propter meritorem Iesum Christum. Sola enim mors Iesu Christi, est unica & sufficiens causa nostrae iustificationis: Et sola fides est meritum, quo nobis applicamus beneficia mediatoris. Atque ita iustificat fides etiam cum nulla adsunt bona opera, sed homo plenus est peccatis a vertice capitis vsque ad plantam pedis: credit autem in eum qui iustificat impium. Postquam vero homo per fidem gratis iustificatus est tum omnino bona opera tanquam fructus fidem sequi debent. Impossibile est enim vt homo vere statuat, sibi remissa esse omnia peccata, & se esse heredem vitae aeternae constitutum, vt non incipiat tamen clementem diligere Deum. Impossibile est in aliquo habitare Spiritum sanctum, & tamen hominem istum manere sine omni dilectione & nouo motu, Spiritus sanctus enim ociosus non est, sed excitat in homine motus congruentes Deo. Quod si quis in fide impetrauit veniam apud Deum: Et tamen iustificatus non incipit, diligere Deum & renouari mentem, tum certissimum est eum rursus excidisse gratia, securitate extinxisse fidei scintillam, expulisse Spiritum sanctum & hominem istum in ore canem rediisse ad vomitum. De hac igitur fidei exploratione ab effectu sumenda, intelligenda sunt illa Apostolorum dicta. Si omnem fidem habeam, dilectionem autem non habeam, nihil sum. Item, Qui non diligit, manet in morte. I. Ioan. 3. v. 14. Item, fides sine operibus merita est. Iacob. 2. v. 17. Vt si dicas, homo, qui sine omni motu est, non viuit: quia vita non est absque motu, sed hinc non sequitur ad viuificandum hominem, necessario requiri motum. Accurate igitur videndum est, quando Apostoli de actu & lueta fidei in iustificatione loquuntur, vbi sola absque omni opere mediatorem apprehendit, & hoc solo nititur in conspectu Dei: Et quando loquuntur de exploratione fidei ab effectu extra iustificationem, vbi fides, nisi sit efficax per dilectionem, falsa & simulata esse deprehenditur. Vtraque ergo doctrina vrgenda & retinenda est in Ecclesia: Et quod sola fide absque operibus coram Deo gratis propter obedientiam Iesu Christi iustificetur homo: Et quod dilectio seu noua obedientia necessario sequi debeat fidem in iustificato: Et quod fides non possit esse in iustificato absque fructu bonorum operum, si cut vita non potest esse absque motu, nec Sol esse potest absque lumine. Adeo vtraque sententia est verissima. Fides sine operibus & sine omni presentia bonorum operum iustificat: Et fide sine bonis operibus nihil est, mortua est, inane somnium cordis est, sed diuerso respectu haec dicuntur. Illa enim sententia de actu fidei in iustificatione loquitur. Vbi fides est meritum applicans homini beneficia mediatoris. Haec vero posterior agit, de exploratione fidei ab effectu in iustificato. Detestandi vero sunt primam pontificij, quod fingunt dilectionem & bona opera esse partialem causam efficientem, aut etiam formalem & meritam iustificationis, aut saltem medium applicatum. Cum dilectio & noua obedientia sequatur vt fructus iustificationem.

De fidei exploratione agit Apostolus.

Simile.

Opera non sunt causa adiuuans vel formalis iustificationis.

Maioris error.

Blasphemia Maioris.

Maiorista quoque detestandi sunt, quod miscnt fidem & dilectionem in ipso actu iustificationis, & contendunt dilectionem esse necessariam ad salutem & iustificationem. Cum Paulus diserte testetur salutem & iustificationem nobis constare, sola fide absq; operibus: falsa & impia vox est fidem absque operibus, vel absque dilectione nihil esse, cum de iustificatione agitur. Impia & blasphema vox est, impossibile est hominem saluari sola fide absque operibus. Distinguat igitur ipsa hominis iustificatio, ab exploratione fidei in homine iustificato: Alij sic respondeat,

Paulum hic loqui non de fide iustificante, quae totum Alia inter. apprehendit Christum: Sed de fide particulari, quam praecatio. fidem signorum vocant, quae tantum potentiam Christi in edendis miraculis apprehendit. Idque probant hac particula: Quod Paulus dicit adeo vt montes transferam: Et verum quidem est in hypocritis quibusdam & a fide iustificante alienis existere dona quaedam, fidem edendi miracula & alia. Vt Matth. 7. v. 22. dicunt: Domine an non in nomine tuo virtutes edidimus? At quia Paulus praemisit (Etiam si omnem fidem habeam) coactius est tantum ad fidem edendi miracula hoc dictum restringere velle. Solidior est responsio, hoc dictum intelligendum esse de exploratione fidei ab effectu in iustificato. Quodque Paulus dicit: Et si omnem fidem habeam, dilectionem autem non habeam, nihil sum, sciendum est argumentationem esse ad τὸ ἀδύνατον. Id est, per impossibile, vt tanto validius omnem sophisticam, quae fingit fidem in homine lucere posse absque dilectione & vitae nouitate excludat. Fieri non potest, vt quis iustificatus, habeat omnem fidem & non etiam habeat dilectionem: Sic τῶν ἀδύνατων est, loqui linguis Angelorum: Sed ideo haec posuit hypothetice, vt omnem fidei simulationem, quae omnis dilectionis experta est, excluderet & refutaret.

3. Et si distribuero in alimenta pauperum omnes facultates meas, et si tradam corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio.

Docet Apostolus reliqua officia omnia Christiani hominis vt liberalitatem insignem in pauperes, constantiam in subeundis periculis, confessiones, & alia absque omni fructu esse, si non proficiantur ex vera dilectione, quae est fons, parens & scopus omnium virtutum & officiorum. Ratio est manifesta, quia virtutes, quae destituuntur dilectione, etiam expertes sunt fidei: Et vt tantum viribus humanis exprimuntur, non a Spiritu sancto accenduntur: Ita merae sunt simulationes non diriguntur ad gloriam Dei & utilitatem proximi: Sed tantum captant umbram gloriae coram hominibus. Non ergo placent Deo nec sunt verae virtutes, nec vllam habent apud Deum mercedem, sed pertinent ad catalogum operum, de quibus Christus dicit, Amen dico vobis, iam perceperunt mercedem suam. Matth. 6. v. 2.

4. Dilectio est longanimis, benefica. Dilectio non agit insolenter, non insidiatur, non inflatur.

5. Non agit indecenter, non querit quae sua sunt non accenditur ira, non cogitat malum.

6. Non gaudet ob iniustitiam: Congaudet autem veritati. Omnia sustinet.

7. Omnia credit, omnia sperat, omnia suffert.

8. Dilectio nunquam excidit.

Prolixam hic instituit commendationem & descriptionem verae dilectionis, vt ad eam praestantiam excitet & accendat Corinthios & omnes vere pietatis studiosos. Fundamentum enim verae virtutis est dilectio & scopus omnium praecceptorum Dei: Muneptum & vinculum est concordiae. Itaq; omnibus virtutum,

Dilectionis descriptio. fundamentum & scopus omnium virtutum,

Dilectio quid.

adibus consiliis & actionibus præluere & totius vitæ rector esse debet. Est enim dilectio vera obedientia cordis & omnium vitium hominis, accensa a Spiritu sancto, & congruens cum omnibus præceptis Dei, ius suum cuique tribuens tam Deo quam homini. Verum quidem est, excepto Iesu Christo filio Dei, nullum hominem unquam extitisse, nec esse, nec in hunc mundum venturum esse, qui talem & omnibus numeris absolutam præstitit aut præstiturus sit dilectionem.

Perfecta dilectio in nullo est.

Tota enim hominum natura peccato corrupta est, Omnes carent gloria Dei, Omnes corrupti sunt, declinaverunt & iniustias facti sunt. Plat. 14. v. 1. & 3.

Nec Abraham, nec Moses, nec Paulus talem habuerunt dilectionem, quæ fuisse legis imperio: *Lex enim spiritus est.* Rom. 7. v. 14. ut homines licet renati & iustificati sunt, ex parte sunt carnales. Ideoque bonum, quod volunt perficere, non possunt. Est autem impossibile est hominibus in hac vita integram præstare dilectionem, tamen hic scopus singulis intendus est, & legis sententia vrgenda est, ut temper nobis in conspectu sit, quid Deus flagitet a nobis, & ad quid niti debeamus.

Singuli ergo pii non solum dent operam, ut vera dilectione proximi sinceram suam fidem demonstrent, verum etiam spiritus sancti auxilium implorent, ut is inflammet nostros animos vera & non simulata dilectione. *Deus enim dilectio est, & qui manet in dilectione, in Deo manet.* 1. Ioan. 4. v. 16. Encomia dilectionis sumpsit Paulus a proprietatibus & effectibus.

Perfecta dilectionis.

I. Patientia.

Dilectio est longanimitas: Primus fructus dilectionis est patientia, quæ est virtus accensa a Spiritu sancto, qua quis patienter & moderate contumeliam vel injuriam a proximo illatam perfert, & propter Deum & pacem Ecclesiam condonat, nec se commoveri sinit ad iram vel vindictæ cupiditatem. Insigne exemplum patientiæ fuit in *Dauid*, qui cum graves & magnas habuit causas tollendi Saulem, tamen vitæ eius peperit, & iniurias atroces illi condonavit. Illius etiam exemplum patientiæ fuit in *Moyse*, quem enim Israelitæ sæpius conati sint lapidibus obruere, tamen ingenti amore hunc populum est complexus, & summas adfecit beneficiis, intercessit pro eis, & gravissimos labores gubernationis sustinuit. Sic *Samuel* gravi adfectus contumelia a populo Israel, tamen patientia vicit dolorem & intercessit pro eis apud Deum. In *Paulo* quoque magna fuit patientia: Siquidem gravissimis adfectus contumelias, & iniurias a Iudæis & gentibus non desistit tamen eis benefacere, & Thessaurum celestem illis offerre.

Dauid.

Moses.

Samuel.

Paulus.

Hæc patientia omnino opus est in Ecclesia, ac in primis ministris necessaria, est hæc virtus, eo quod mundus plenus est malitia & petulantia: Et pessime tractat fideles verbi præcones: Etiam in sanctis magna est infirmitas, alius alium vel verbo vel opere facile lædit. Has iniurias dilectio & patientia mox teget & sepelire debet, ut paci Ecclesiæ consulatur. Hieronymus fuit impatiens, vel verbulo læsus, mox concepit iratum animum & sæpe sine causa tumultuatus est: sic & Chrysostomus sæpe impatientia æstuavit, & magnas turbas in Ecclesia dedit. Ab hoc ergo vitio deterret Ecclesiam Paulus, & ostendit pugnare cum dilectione.

II. Beneficentia.

Beneficia est: Secundus fructus est beneficentia, hæc est virtus accensa a Spiritu sancto, qua quis prompto animo est ad iuvandum & succurrendum proximo, & amico & inimico, in omni necessitate omni genere officiorum, quæ a nobis proficisci possunt. Insigne exemplum beneficentiæ fuit in *Ioseph*, qui omnibus fratribus benefecit, cum conati fuerint perdere ipsum. Beneficus fuit *Obadia* minister Achab regis, qui etiam cum periculo vitæ suæ pavit & protexit Prophetas domini. Beneficus fuit *Barsillai* Gileadites, qui regem exultantem cum tota familia pavit in exilio, & omni genere officiorum cum est persecutus.

Ioseph.

Obadia.

Barsillai.

Dilectio non amulatur: Nunc etiam vitia cum dilectione pugnantia recitat, ut ea vitentur, ne ostendant se alienos esse a dilectione. *Amulatio* est adfectus cordis, quo quis dolet alium antecellere, & sibi vel æquari vel anteferri, atque ideo sublatum cum cupit. Ut *Chore* & *Dathan* invident virtuti & gloriæ *Mosi* & *Aaronis*. *Saul* invidet gloriæ *Dauidis*, & sublatum cum cupit. *Attius* invidet *Alexandro* Episcopo. *Ioannes Antiochenus* invidet *Cyrillo*. Ac latissime vagatur hæc pestis in mundo & in Ecclesia, & plurima ambitiosa ingenia impellit, ut dissidia suscitent. *Eliab* invidet virtuti & regno *Dauidis*. *Falsi Apostoli* invident auctoritati et donis *Apostoli Pauli*. Hæc ergo amulatione demonstrant, se a vera dilectione alienos esse.

Opposita dilectioni Amulatio

Dilectio non agit insolenter. *Περύσπυς* est insolenter et petulanter se gerere, quod vitium pugnat cum dilectione. Hæc enim consulit semper tranquillitati et honori proximi, ornat et iuvat proximum. At petulantia non habet rationem proximi, tantum suæ indulget cupiditati et stultitiæ. Itaque petulantia est vitium pugnant cum 4. præcepto, quo quis non habita ratione proximi, indulget suæ stultitiæ et iniuste cupiditati, et vel conuenis lædit famam proximi, vel corpori eius iniuriam infert. Petulantia prodigiosa fuit in *Iuliano Imperatore*, qui Ecclesiæ eripuit facultates, et in super insultavit ei, detestans scriptum esse in lege ipsorum: Quod pauperum sit regnum caelorum: Hoc ergo officio se promouere Christianos ad regnum caelorum.

Petulantia

Non inflatur: Tertium vitium pugnant cum dilectione, est superbia et arrogantia, qua quis inflatur contra proximum, plus tribuit sibi quam par est: præponit se aliis, et alios despicit. Detestanda superbia fuit in *Nestorio*: Qui pro concione hac stulta et impia voce est usus. *O Imperator da mihi terram purgatam ab hæreticis, & ego caelum tibi tribuo.* *Ioannes Antiochenus* arrogantia inflatur contra *Cyrillum*: Auctorigitur extitit sædi et perniciosi dissidii in synodo Ephesina. Nam inter superbos semper est contentio. Arrogantia inflatus *Carolo* stadius contra *Lutherum*, dissidium triste in Ecclesia excitavit.

Arrogantia

Nestorianarrogantia

Non agit indecenter: Homines elati superbia, nec modum nec decorum seruant: Sed et indecoris gestibus et oratione arrogante produnt suam stultitiam, et gratiam omnem amittunt, quam alioquin donis suis obtinere possent. Omne enim indicium elati et superbi animi perdit omnem gratiam, et creat sibi invidiam et odium apud Deum et apud homines. Mira autem vis est modestiæ ad conciliandam hominum benevolentiam. Indecenter se gerit *Samofatenus*, qui passim arrogantiam suam ostentat, indecenter incedit, in publico legit literas, ut ostendat se multis implicatum esse negotiis. Haud dubie in singulis particulis pungit atque perstringit Corinthios, quod huiusmodi laborarent vitiis. Non studerent patientiæ, nec beneficentiæ: arderent amulatione, indulgerent petulantia, superbia inflarentur, et indecenter sese gererent in publico. Docet igitur hæc pugnare cum dilectione, et omnes pios ab huiusmodi vitiis oportere esse alienissimos.

Indecenter agere.

Non querit qua sua sunt: Quinto pugnat cum dilectione proximi *πλεονεξία*, qua quis tantum studet rebus suis commodis, non habita ratione necessitatis proximi. Dilectionis enim veræ proprium est, diligere proximum sicut seipsum: Et quod tibi non vis fieri, non facere alteri: Dilectio non solum non studet suis commodis, sed etiam cum damno suo liberalis et benefica est in egenos. *Mauritius* imperator cum exigua pecunia 12000. Cuium Rom. redimere potuisset a truci Tyranno, nimirum laborans pleonexia, maluit eos obicere crudelitati hostis, quam tantillæ pecuniæ iacturam facere.

Sua querit

Iracundia.

Non exacerbatur: Id est, non irritatur, non exacerbat iracundia. Vbi animi exulcerati sunt, ibi subito & leui momento ad iram inflammantur. Tum enim omnia in peiorem partem rapiuntur, & quodammodo occasiones irascendi queruntur. Cum vero animi vinculo dilectionis colligati sunt, non facile datur locus iræ, sed omnia in meliorem partem accipiuntur. Monet ideo Paulus, semper ad dilectionem fratrum, tanquam ad vexillum virtutum respiciendum esse: Et hoc freno immodicos adfectus carnis cohibendos atque frenandos esse.

Suspicioni indulgere.

Non cogitat malum: Id est, non suspicatur malum, & non æstimat malum. Plurimum peccant homines falsis suspicionibus. Dum enim probe sibi cauere volunt, modum excedunt. Theodosius ob donationem pomi, Eudoxiam conjugem & Paulinum Rhetorem habet suspectos: & huic suspicioni adeo indulget, vt Paulinum curet interfici. Constantinus Magnus calumnia & suspitione impulsus, iussit interfici filium suum Crispum præstantem virum. Sic multi in Ecclesia suspicantur alios defectare ipsorum dignitatem & locum. Vtq; nimis mature caueant sibi, premunt alios. Ab hoc vicio aliena est dilectio, nihil facit ex sinistra suspitione. Altera quoq; sententia est commoda. *Dilectio non æstimat malum*: Hoc est, etiam si pius intelligit se aliquomodo damno adfectum esse: tamen id non facit tanti, vt ideo velit solueret charitatis vinculum, aut contra dilectionis officium facere: potius negligit hoc damnum & dissimulat iniuriam: quam vt vindicando ius suum, turbas excitet.

Lætare alterius incommodo.

Non gaudet ob iniustitiam: Vitium vere Diabolicum est, prorsus pugnant cum dilectione. *Ἐπιχαρίζεσθε*, cum quis instinctu Satanae, & naturæ malitia delectationem capit ex alterius vel damno vel contumelia: vt Pharisei lætantur, cum vident Christum sublatum in crucem: Semel gaudio adficitur cum videt Dauidem pulsum in exilium, & mordacibus sarcasmis illudit ei. Quia Epiphanius odit Chrysostomum, lætatur eius calamitate & exilio: vulgare vitium est in illis, qui non ducuntur Spiritu sancto. Perstringit autem hic Paulus Corinthios, quod in contentionibus & litibus quoquomodo cupiant obtinere victoriam, etiam si id fiat cum iniustitia & cum damno proximi. Hoc vero alienum est a dilectione, que mauult cadere causa, quam cum iniustitia obtinere victoriam.

Veritatis.

Congaudet autem veritati: Pius in quo luget vera dilectio, magis delectatur veritate & iustitia, quam suo commo vel honore. Quod si igitur lis illi est cum proximo de illata iniuria, vel de bonis terrenis, & controuersia obscura est, expetit saltem veritatem. Quæ si ei monstrata fuerit, libenter acquiescit, & gaudet potius veritate iudicij, quam si causam obtinisset. Ita si quis pius hallucinatus est in sententia, non pertinaciter defendit suum errorem, non quoquomodo obtinere vult suam causam, siue id fiat cum scandalo Ecclesiæ & detrimento veritatis, siue non: Sed ex animo gaudet sibi monstratam esse veritatem, magis de veritate, quam de suo honore est sollicitus. *Augustinus* ingenuè fatetur se hallucinatum fuisse in eo, quod putauerit, initium fidei in nobis esse ex nobis: Et congauidet veritati, cum admonitus dicto Pauli. 1. Cor. 4. v. 7. *Quid autem habes quod non accepisti*: intelligit & fidem esse mere donum Dei: non defendit pertinaciter suam prius conceptam opinionem, sed mauult suum profiteri lapsum: quam veritatis luce destituit.

Augustini veritatis amor.

Lutherus.

Sic *Martinus Lutherus* congauisus est veritati. Cum enim prius in ea fuisset opinione, Nulla ratione resistendum esse Magistratui, Nec foedus faciendum esse, muniendi sui causa contra Imperatorem: edoctus deinde a peritis iuris, legibus permissum esse resistere nonnunquamque: Lutherus ingenuè profitetur se nesciuisse hoc licere: & quia Euangelion non impugnet, neque aboleat politicas leges, adsentitur defensionis causa foedus iniri posse. Hæc sunt insignia exempla veritatis modestiæ & pictatis. Meo quoq; exemplo non gra-

uabor ostendere sententiam dicti Apostolici: & pia^s Heshuffi mentes ad imitationem prouocare. In examine meo veritatis Theologico, quod ante biennium in publicum edidi, amor. posueram, non esse discrimen inter remissionem culpæ, & remissionem pœnæ temporalis. Et hoc volebam, afflictiones sanctorum non dicendas esse pœnas, sed castigationes paternas. Errorem enim pontificiorum, Afflictio- quo adfirmant pœnas temporales sanctorum in hac nes piorum vita esse compensationes pro delicto, & satisfacere ali- an sint pœ- quomodo iræ Dei, respiciebam. Hic foedus error pon- nae. tificiorum cum deroget gloriæ & officio Iesu Christi, putabam afflictiones sanctorum ne pœnas quidem nominandas esse: Sed aliquot pij & eruditi pastores me hac de re admonuerunt: Diligentius igitur hanc quæstionem expendi, scripturæ testimonia de pœnis & afflictionibus piorum consideravi, & implorato Spiritus sancti auxilio animaduerti, Piorum castigati- ones recte posse pœnas dici, licet nullo modo sint, cõ- pensationes pro peccato: eo quod propter peccatum infligantur, & sunt commonefactiones ad agenda pœnitentiam, vt Adæ & Dauidis exempla docent.

Gratissimum igitur mihi est, mea a pijs pastoribus esse admonitum: & diuinitus mihi monstratam veritatem. Muto etiam & emendo totum locum in examine meo. A parte adfirmo: Esse discrimen inter remissionem culpæ & remissionem pœnæ temporalis. Potior enim apud me ratio habetur æternæ & cœlestis veritatis, gloriæ Dei, & ædificationis Ecclesiæ, quam existimationis meæ. Absit vt ego defendam vel etiam obtineam causam cum detrimento Ecclesiæ. Imò congaudeo veritati monstratæ: Neq; statuo hanc ingenuam confessionem cum ignominia coniunctam esse: vt superba & prophana ingenia iudicare solent: sed potius de salutari lucro & progressu in agnitione veritatis mihi & meis auditoribus gratulor.

Cauent ergo omnes pij detestandam pertinaciam, quæ manifestos & verbo Dei conuictos errores paliare, & excusare conatur. Pugnat enim hoc peccatum cum dilectione, siquidem stolidam pertinaciam tantum de sua existimatione sollicita est: & interea plurimum nocet Ecclesiæ falsa tuendo. Vt nunc *Matthias Flacius Illyricus* execranda pertinacia Manichæum delirium defendit. Peccatum originis esse substantiam: seu peccatum originis esse ipsam corruptam naturam: cum euidentissimis sacræ scripturæ testimoniis sic conuictus. Sed magis ille laborat de suâ existimatione, quâ de salute Ecclesiæ: Non ergo congauidet veritati, sed ostendit se a dilectione alienum esse.

Omnia sustinet.

Στεγεις, significat sustinere aliquid, sicuti columna sustinet ædificium. Sic necesse est pijs & prudentes gubernatores multa sustinere, quæ alias collapsura essent. Paulus sapiens Apostolus multas infirmitates condonat collegis, multa dissimulat: multorum animos irrita os placat & sanat: & passim vbi animaduertit ædificium Ecclesiæ ruinam minari, subiicit ille humeros. Hieronymus iracundus & impatientis magnum in Ecclesia certamen mouisset, nisi Augustinus sua moderatione et prudentia antecuerisset.

Omnia credit.

Non loquitur hic Paulus de facilitate seu futilitate credendi quiduis, sine graui testimonio: Sed insignem virtutem hic monstrat, quam generet vera dilectio, nimirum, Candorem, quo ambigua in meliorem partem interpretatur, nec indulgemus cæcis suspicionibus: sed dum certa documenta malevolentiae non habemus, confidimus proximo cum bene nobis velle. Etsi Saul hostis erat Dauidis acerbissimus, tamẽ Ionathæ filio Saulis credit Dauid: quia diligit eum, et non habet causas male de eo suspicandi. Ioas rex credit

Illyricus.

credit sacerdotibus, & fidei ipsorum committit pecuniam, quae templum erat instaurandum: non enim habebat causam sinistre de ipsis suspicandi. Ut autem insignis virtus est Candor, siue qua impossibile est collegas inter se pacem colere: ita prudentia huic virtuti est coniungenda, ne futilitate credendi nos in pericula praecipitemus: ut Ionathan frater Iudae Maccabei dum nimium credit Tryphoni, misere trucidatur. Abner dum statim fidem habet Ioab, ab eo interficitur. Et frequentissima perfidiae in mundo exempla hunc tandem pepererunt verum.

Quos arctis fides effugit tutus eris.

Ne igitur Candor in futilitatem & stultitiam credendi cuiuslibet degeneret, pia prudentia adhibenda est. Impiis & in religione a nobis dissentientibus non est habenda fides: pleni enim sunt dolis & fraudibus. Vbi magna sunt argumenta dissidentiae, cauendum est ne facile credamus. Abner interfecerat Asael fratrem Ioab. Vindicem ergo sanguinis & alius aemulum caecere debuisset. Ionathas secebat Tryphonem esse hominem impium: itaque fraudes eius caecere debuisset. Ac ubi salutem nostram in discrimen adduci videmus, aliorum incertae fidei nos committere non debemus.

Omnia sperat.

Sperare emendationem.

Dilectio subinde sperat emendationem proximi, iudeo lenius agit, non statim decurrit ad extrema. Ut parens etiam si filii deprehendat negligentiam, & petulantiam: non tamen vulr eum subleat: nec pellit eum ex aedibus: sed subinde sperat filium rediturum ad saniolem mentem. Atque hac spe lenius agit, qua delictum filii meretur. Sic Dauid tolerat vehementiam Ioab & Abisai: sperans emendationem. Theodosius Socrum machum senatorem inuicentis reum, & qui laudes Maximi tyranni decantauerat, absoluit: & tolerauit eum, sperans emendationem.

Omnia suffert.

Patientia.

Ut a patientia exorsus est commendationem dilectionis, ita in fine nunc eandem virtutem repetit: ut nos admoneat in omni officio dilectionis necessariam esse patientiam. Variarum enim & multiplices sunt omnium hominum infirmitates: multi collegae sunt morosi & difficiles: Multa quotidie accidunt praeter nostram expectationem, & contra nostram voluntatem. In his omnibus patientia praestanda est, ne impatientia turpemus communem pacem. Haec vero patientia prudenter moderanda est: Gubernator enim non debet ad omnia conuicere peccata: nec pastor auditorum suorum peccata semper dissimulare & silentio tegere debet. In primis vitia enormia & peccata notoria acriter castiganda & taxanda sunt. Et intempestiua atque perniciofa est patientia, quae ad falsa dogmata conuicet, & simpliciorum mentes erroribus suis infici, ne tranquillitas turbetur.

Patientia intempestiua.

Dilectio nunquam excidit: Aliqui sic exponunt: Dilectio nunquam frustratur, nunquam impingit, nunquam est inutilis, semper prodest proximo: caetera dona, non semper profunt: sed saepe sunt exitio habenti & aliis. Ut eloquentia saepe est exitiosa oratoribus, ut Demadi, Hypetiae, & alii. Et haec quidem sententia commoda est: Sed quae sequuntur, ostendunt Paulum hoc velle: Hoc insigne Spiritus sancti donum perpetuo, & in omnem aeternitatem duraturum: Donum sanandi, Prophetandi, docendi alios, non habebit locum in altera illa beata vita. Dilectio vero tum omnium erit & purissima & ardentissima. Huc ergo totis viribus incumbendum est, ut hoc omnium excellentissimum donum a Deo impetremus, & dilectio in nobis fulgeat quam purissima.

Dilectio perpetuo durat.

Sive sint Prophetiae abolebuntur, siue linguae, cessabunt, siue cognitio destruetur.

Perfistit adhuc in collatione dilectionis & aliorum donorum: & ostendit dilectionem potiore esse eo, quod eius usus in omnem aeternitatem duret. Caetera autem huic tantum vitae seruiant. Vaticiniorum usus nullus erit in vita aeterna: sic nec variarum linguarum cognitio, aut scientia multarum rerum illis locum habebit. *Deus enim omnia futurus est in omnibus.*

9. *Ex parte enim cognoscimus: & ex parte Prophetamus.*

10. *Cum autem venerit, quod perfectum est, hoc, quod ex parte est, abolebitur.*

11. *Cum puer essem, ut puer loquebar: ut puer sapiebam: ut puer ratiocinabar: cum autem factus sum vir, aboleui puerilia.*

Quomodo intelligi velit, quod supra dixit, *aboleui Prophetiam & linguas*, nunc exponit, nimirum, non quod omnium rerum cognitio sit peritura in vita aeterna: sed quod ea cessabunt, quae huius vitae infirmitati seruiunt. In altera enim vita, non indigebimus huius mundi elementis. *Non dicet alter alteri cognosce Dominum: Omnes enim cognoscent dominum. Ierem 31. v. 34.* Non igitur hoc vult Paulus, quod omnis cognitio & scientia sit peritura: sed quae in hoc mundo est obscura tenuis, mixta erroribus & dubitationibus, iam erit lucidissima, immunis ab omni errore & dubitatione: Cora enim intuebimur Deum: & cognosceamus Deum, sicuti cogniti sumus. Imperfectio abolebitur, non res ipsa scientiae. Quae nunc est abstractiua notitia, tunc erit intuitiua.

Ex parte nunc cognoscimus: Non loquitur de doctrinae imperfectione: quasi non omnia nobis sint patefacta, quae ad nostram pertinent salutem: sed de nostra imbecillitate & imperfectione: quia nos imperfecti sumus, & fulgorem praesentiae Dei ferre non possumus: ideo nobis opus esse Prophetiis, disciplinis, linguarum cognitione, & varia scientia. Et tamen haec omnia sunt & obscura, & tenuia, & mixta cum nostris dubitationibus. Itaque haec in altera vita abolebuntur, & coram tum sumus contemplaturi Deum patrem, filium & Spiritum sanctum: & sine omni caligine, sine omni dubitatione, sine omni errore lucidissimam sumus cognituri veritatem. In meridie & clara luce multo perfectius cognoscimus hominem, quam si eum in crepusculo intueamur.

Cum puer essem, ut puer loquebar: Exemplo suo ostendit, quomodo cessatura sit Prophetia & cognitio, nimirum, ut pueriles cessant in virili aetate cognitiones. Tum enim homo & propius considerat, & grauius cogitat, & plenius intelligit res: Sic in vita aeterna omnia erunt perfectiora. In hoc mundo licet renati simus, tamen veluti infantes balbutimus de Deo, de tribus personis, de duabus naturis in Christo, de futurae vitae gloria.

12. *Cernimus enim nunc per speculum in anigmate: tunc autem facie ad faciem: nunc enim cognosco ex parte: tunc vero cognoscam, quemadmodum & cognitus sum.*

Resus alia similitudine declarat, quod multo illustrior, firmior & vberior notitia futura sit in vita aeterna, quam in hac vita per ministerium verbi acquiramus. Omnia quidem patefecit nobis filius Dei per Euangelion, in quibus nostra consistit salus: & tanta licet nobis ministerio verbi comparare noticiam Dei, quae nobis sufficiat ad vitam aeternam consequendam. Neque hic fingendum est, vel doctrinam Apostolorum obscuritatis, vel ambiguitatis condemnari, vel

Cognitio
huius vitæ
imperfecta,

spem & cognitionem nostram incertitudinis accusari. Doctrina enim Evangelii omnium est clarissima, apertissima & firmissima: Et ex verbo Dei spem vitæ æternæ habemus certissimam. Hoc autem indicat Paulus, nos admiranda illa mysteria doctrinæ Christi non penitus peruidere in hac vita. Audimus, legimus & credimus Deum esse spiritualem & æternam essentiam, quæ ubiq; adsit & omnia impleat. Quis vero nostrum tantum mysterium cogitatione & intellectu assequi potest? Una est essentia diuina: & tres distinctæ personæ diuinitatis: hoc omnem caprum humani ingenii excedit. Testatur sacra scriptura duas naturas in Iesu Christo unitas esse: diuinam, quæ ab æterno a patre est genita, & humanam, quæ nostræ carni sit similis. Hoc sane incomprehensibile & ineffabile est mysterium, ad cuius considerationem Angeli in cæco obstupescunt. Quis nostram intelligere potest modum, quo omnes mortui in nouissimo die sint resurrecturi? quomodo animæ redituræ ad suæ quæque corpora. Articuli quidem fidei clari, perspicui & indubii sunt: sed rerum cœlestium maiestas & vbertas incomprehensibilis est nobis in hac vita. Recte igitur confert Paulus ministerium Evangelii ænigmati. Id est, sententiæ inuolutæ, quæ reconditum & arcanum sensum in se contineat. Item speculo confert, in quo nobis representetur noticia Dei & voluntatis ipsius, quæ tam hæc quidem vita serere potest, & nobis ad consequendam vitam æternam necessaria est. Verum ipsam Dei essentiam non licet nobis intueri in hac vita. *Faciem meam videre non potes.* inquit ad Moysen: *non enim videbit me homo & uiuat.* Exod. 33. v. 23. In altera vero vita videbimus Deum facie ad faciem: Id est, coram ipsam æternam essentiam intuebimur, sine omni inuolucro, & impedimento. Sic 2. Cor. 5. inquit Paulus. *Nos peregrinamur a domino: per fidem enim ambulamus, non per aspectum:* 2. Cor. 5. v. 6. & 7. Id est, in hac vita non licet nobis intueri coram ipsa diuinam essentiam: Hæc beatitudo futuræ vitæ reseruata est. Sic ergo noticia Dei, quæ existit in nobis in hac vita, comparatur cum ea, quæ in nobis fulsura est in consuetudine cœlesti, vere ænigma & speculum est: multo enim tenuior, languidior & obscurior est, quam illa futura sit. plurima nunc inuoluta latent, quæ tum in illa admiranda luce reuelabuntur. Quod ad hanc vero vitam attinget, noticia Dei, quam ex verbo comparamus, & clarissima est & ad consequendam vitam æternam sufficiens.

Cognitio
alterius vi-
tæ.

Ex parte se dicit cognoscere Paulus: Nondum enim plenam & perfectam Dei cognitionem, qualem in cœlesti consuetudine adepturi sumus, obtinuit. Nondum intuitus est ipsam Dei essentiam: Raptus quidem fuit in tertium cœlum, & audiuit verba ineffabilia: sed qualis sit Deus secundum essentiam, non contempsit. *Habitat enim Deus lucem inaccessibilem.* 1. Tim. 6. v. 16. Cum ergo hæc tam immania gloria & beatitudo reposita sit nobis in cœlo, ut coram oculis nostris ipsū Deum, sicuti est, Deum patrem, filium & Spiritum sanctum, facie ad faciem sine omni inuolucro & velamine conspiciamus, oremus dominum Iesum, ut per Spiritum suum sanctum æternæ consuetudinis eū Deo desiderium ardens in nobis accendat, & quotidie augeat.

13. *Nunc aut manet, fides, spes, charitas: tria hæc: maxima ex his charitas.*

Concludit tandem Paulus suam concionem, quæ dilectionem commendauit, & omnibus donis spiritualibus prætulit: & hoc in primis vrget, pleraque dona Spiritus tantum in hac vita locum habere: ut fidem & spem: dilectionem vero in omnem æternitatem duraturam. Quod ex hoc loco tantum tres virtutes Theologicas comminiscuntur, ineptum est: pietas, timor Dei, inuocatio, gratiarum actio, patientia, confessio nominis diuini, zelus, prædicatio verbi, sunt

Tres virtutes
Theologicas.

sane Theologicae virtutes, & differunt a fide, spe & dilectione. Paulus vero primas & præcipuas spiritualis hominis virtutes, nimirum, fidem & spem, ut quæ tantum in hac vita locum habent, cum dilectione confert, ut hæc a perpetuitate commendet, & pios ad studium eius excitet.

Fides est motus in corde accensus a Spiritu sancto, innitens certo Dei verbo, quo certa fiducia statuimus iuxta Dei promissionem omnia peccata nobis remissa, Deum nobis reconciliatum, nos vitæ æternæ hæredes constitutos esse, & nos omnia bona, quæ nobis in verbo promissa sunt, impetraturos. Sic Epistola ad Heb. Cap. 11. v. 1. *Fides est firma fiducia rerum sperandarum, & demonstratio eorum, quæ non videntur.* Hanc fidem postulat Deus a nobis in hac vita. Et hoc veluti organo largitur nobis iustitiam, Spiritum sanctum, & vitam æternam. Hæc enim bona regni Christi offert nobis in verbo: *Euangelium enim est potentia Dei ad salutem omni credenti.* Romanorum 1. v. 16. Verbo autem a se prolato, vult Deus haberi fidem: & in credenti operatur salutem, vnde Habacuk. Cap. 2. v. 4. *Iustus fide sua uiuet.* Magna igitur virtus est fides, quia a spiritu sancto accenditur: tribuit Deo laudem veritatis: opponit se omnibus argumentis ex necessitate naturæ allatis: superat mortem & peccatum: adprehendit mediatorem cum omnibus beneficiis: impetrat iustitiam apud Deum: & conscientiam adfert pacem & lætitiā. Hæc tantæ res, quæ nullius creaturæ vi effici possent, fide obtinentur. At in altera vita mansura non est, ubi nouissimus dies illuxerit, tum metam attinget fides, durabit in & finis erit certaminis fidei: Verbo enim & sacramentis non erit amplius opus: siquidem coram intuebimur Deum, & quæ hic credidimus, tum aspiciemus, & fidei præmia amplissima obtinebimus.

Fides.

Fides non
altera vita.

Spes & motus accensus a Spiritu sancto, nitens expresso Dei verbo, quo certa fiducia expectamus mitigationem ærumnarum in hac vita, & exauditionem in omni inuocatione, & tandem certam hæreditatem vitæ æternæ, vnde Paulus Rom. 8. v. 24. inquit, *Spes salui facti sumus.* Vicini plane motus sunt, fides & spes. Hoc autem differunt, quod fides est causa efficiens: spes effectus. Ex fide enim adprehendente promissionem Evangelii, & acquiescente in misericordia Dei, & intercessionem mediatoris nascitur spes, certo expectans & liberationem ex periculis & donationem vitæ æternæ. Et fides præsentia bona, ut remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo & donationem Spiritus sancti: sed spes futura bona expectat. Est igitur spes virtus excellens, ut pote accensa a Spiritu sancto, tribuens Deo laudem iustitiæ, clementiæ & veritatis: superans omnis generis tentationes, fortiter adprehendens verbum Dei, & sustentans animum summis difficultatibus & periculis. Plurimum differt hæc spes nitens verbo Deo a vanis hominum spebus seu somniis, quas ipsi sibi fingunt. Humani animi spes est adfectus, quo cor expectat & sibi pollicetur optatum bonum, sed incerto argumento. Pindarus non inepte nominat: spes hominum, somnia vigilantium. Plerumque enim plenæ sunt vanitatis. Sed spes Christianorū est motus a Spiritu sancto accensus, qui certo & infallibili nititur verbo. Itaque spes pni frustrari non potest. *Spes, inquit Paulus, non confundit.* Rom. 5. v. 5. Et Psal. 2. v. 13. *Beati omnes, qui sperant in eo.* Tantum vero in hac vita spes habet locum. Nam ut Paulus inquit, *Qua quis videt, ea non sperat.* Rom. 8. v. 24. Visuri autem sumus in altera vita ipsum Deum qualis est, & omnia bona regni Christi possessuri. Spe igitur, ubi ad istam metam ventum fuerit, non erit opus.

Differentia
Fidei &
Spei.

Differentia
Spei seu
manæ &
diuinæ.

Dilectio est ardens motus in Deo accensus a Spiritu sancto, & ortus ex fide acquiescente in mediatore, quo vere diligimus Deum super omnia, & proximum sicuti nosmetipsos. De dilectione enim loquimur, qualem lex diuina flagitat, quæ sit perfecta & omnibus

Dilectio.

omnibus numeris absoluta. Nostra quidem natura a deo corrupta & labefactata est peccato, ut non solum non præstemus integram dilectionem, sed nec quid proprie sit dilectio, satis intelligimus. Dilectio enim motum significat ardentissimum, quo homo lætatur in Deo, delectatur eo tanquam summo dono, antequam eum omnibus reaturis, & promptissimo animo præstat ei obedientiam iuxta omnia præcepta, proximum etiam diligit sicut seipsum propter Deum. Huiusmodi dilectio omnis generis virtutes, in sese complectitur, & est legis impletio. Et si autem a nemine in hac vita integre præstari possit talis dilectio, tamen meta hæc, quam lex nobis præfigit, intaenda, & totius vitæ cursus eo dirigendus est, quantum auxiliante Deo fieri potest. Nascitur autem hæc dilectio ex vera in Deum fiducia, operante eam Spiritu sancto. Postquam enim apprehendit homo, quam ingentia beneficia, impetret a Deo gratis sine omni merito, accendit Spiritus sanctus in corde ipsius mirificum amorem, quo homo delectatur tam elementis & benefico Deo.

Dilectio maior Fide & Spe.

Quod ergo hic Paulus adserit dilectionem maiorem esse fide & spe: id sane verissimum est. Siquidem Paulus præcipue respicit, quod dilectio suis officiis latissime sese extendat: & quod duret in omni æternitate. Fides & spes tantum cum Deo agunt, & nostræ salutis: at dilectio Deum inuenerit perpetuo in omnibus officiis, deinde vniuersæ salutis Ecclesiæ, nec solum in hac vita usum habet, sed ad omnem perpetuitatem sese extendit.

Dilectio non in omnibus præferatur fidei & spei.

Hæc ratiō dilectio maior est fide & spe. Non autem hæc sequitur dilectionem in omnibus præferendam esse fidei & spei. Fides enim ut est mater & causa efficiens dilectio aistita etiā & prior & potior est suo effectu. Proprium fidei est apprehendere promissionem Euangelii: Christum cum omnibus beneficiis regni sui arcissime complecti: iuctari aduersus diffidentiam: vincere peccati vim & terrores mortis: superare tyrannidem Satanæ: & impetrare a Deo reconciliationem & iustitiam: Hæc scriptura facta non tribuit dilectioni. In his igitur proprietatibus suis, & admirandis effectibus excellit fides. Valde igitur inepte colligunt Pontificii, dū ex hoc Pauli dicto. *Dilectio est maxima in his, argumēt. tantur nos dilectione potissimum coram Deo iustos esse. Sophisma sic contextunt.*

Maxima virtus potissimum iustificat.

Dilectio est maxima virtus.

Ergo potissimum iustificat.

Maior est falsa.

Respondet, maior vera esset, si ex lege esset iustitia. Quia vero nemo est in mundo, qui præstat legem, ideo nulla virtus iustificat, nec parua, nec magna, nec maxima. *Ex operibus enim legis, non iustificabitur vlla vno Roman. 3. v. 20.* In Euangelio autem admiranda hæc iustificationis nostræ rationem patefecit Deus, quod gratis sine nostris operibus & virtutibus, propter obedientiam & mortem Iesu Christi filii sui, velit nos recipere in gratiam & iustos pronunciare, iuxta dictum: *Iustificati gratis gratia ipsius per redemptionem: qua est in Christo Iesu, quem proposuit propiciatorium in sanguine ipsius per fidem. ibid. v. 24.* Hæc iustificatio non pendet ab vlla virtute vel opere hominis: sed à sola Dei misericordia & merito Iesu Christi. Nec fides nos iustificat sua dignitate vel ratione operis, sed tantum veluti organum, quod nobis ordinauit Deus, ut eo promissionem Euangelii & vniuersa beneficia mediatoris nobis adplicaremus. Maior ergo iuxta Euangelii doctrinam non consistit. Minor etiam intelligenda est de perpetuitate, ac de dilectione perfecta & integra, qualis in hac fragili & impura hominum natura non existit.

Fides non iustificat vt opus.

Minor de dilectione perfecta intelligenda.

Loci doctrinæ.

Præcipuus huius capitis locus est de dilectione. Totum enim caput est insignis commendatio

dilectionis a proprietatibus & collatione cum aliis donis spiritualibus.

2. Doctrina de necessitate bonorum operum in iustificatis. Testatur Paulus fidem, etiam si montes transferat, si sit experta dilectionis, nihil esse. Necessario igitur fidem sequitur dilectio in renatis.
3. De vera patientia, quæ est comes assidua veræ dilectionis, & in vniuersa hominum conuersatione & singulis actionibus necessaria est.
4. De beneficentia, quæ est effectus proprius dilectionis.
5. De vitanda emulatione & liuore.
6. De vitanda petulantia & insolentia.
7. De vitanda superbia, & arrogantia, & indecoro gestu.
8. De vitanda pleonexia seu auaritia.
9. De vitanda iracundia & exandescencia.
10. De vitandis suspitionibus, quæ nullo certo nituntur argumentis.
11. De vitanda *ὄργιστος ἔργα*.
12. De vitanda pertinacia: & quod veritas nostræ existimationi & comodo semper sit præferenda.
13. De candore præstando, quo ambigua in meliorem partem interpretemur.
14. De lenitate, qua speranda est emendatio eorum, qui ex infirmitate humana lapsi sunt.
15. Quod prædicatio Euangelii & totum ministerium verbi, finem sit habiturum post hæc vitam: tantum enim huius vitæ infirmitati seruit.
16. De admiranda luce & gloria, quæ in sanctis fulsura est in vita beata, quod Deum facie ad faciem sine inuolucro, sicuti est, conspecturi sumus.
17. De fide: quæ ut in hac vita imprimis est necessaria: ita abolito ministerio, in altera vita locum non habebit.
18. De spe, cuius usus similiter est tantum in hac vita.

CAPVT XIII.

Paulus adhuc erudit Corinthios de donis spiritualibus: & subinde inculcat, imprimis studendum esse dilectioni, quæ passim seruit omnibus, & semper promouet ædificationem Ecclesiæ. Deinde illa dona præcipue expetenda & exercenda esse quæ plurimum conducunt Ecclesiæ, vt est Prophetia, id est, facultas explicandi sacram scripturam, & erudiendi populum de Deo, & beneficiis mediatoris. Corinthii donum variarum linguarum admirabantur, & illud ostentabant in publicis congressibus. perinde ac si Spiritus sanctus hoc consilio Ecclesiam dono linguarum ornasset, vt pii haberent, quo coram Ecclesia vel gentibus superbire possent. Hunc igitur errorem refellit Paulus prolixè & multis argumentis. Docet donum prophetandi, hoc est, exponendi sacram scripturam, & erudiendi populum multo magis esse necessarium & conducibilem, quam donum linguarum: quanquam & hoc excellens & magnum est, si quis modo eo non ad inanem ostentationem, sed ad vtilitatem Ecclesiæ vtatur. Deinde constituit, quo ordine Prophetæ vel Doctores in Ecclesia docere debeant. Verat ne mulieribus detur potestas concionandi in publico. Tandem insigni regula concludit hunc locum: Dandam esse operam, vt in Ecclesia omnia decenter & ordine fiant.

Summa cap.

Regula.

1. *Sequitur in caritate, cum zelo expetite spiritualia, magis autem vt propheteris.*

Mm 2 Magistram

Magistrum omnium donorum spiritualium, & scopum omnium officiorum hominis pii monstravit, nimirum, dilectionem, quã omni actioni vult præluere. Atque hoc præceptum, quod semper nobis vult in conspectu esse, etiamnum repetit. Ne autem Corinthii iam negligant studium & exercitium donorum, docet quæ sint post dilectionem præstantissima & maxime necessaria dona. Non ideo prætulit dilectionem, ut reliqua haberentur contempti: sed ut cum maiore fructu Ecclesie usurparentur & exercerentur, normam, quæ adhibenda est, monstravit. Hoc necessario fundamento iacto, docet quæ dona spiritualia plurimum conducant Ecclesie, & argumentis probat Prophetiam, id est, donum explicandi sacram scripturam, & docendi populum de religione plus prodesse, & magis necessarium esse, quam donum variarum linguarum.

Quæ post dilectionem dona sint necessaria.

Prophetia donum excellentius.

2. *Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nullus enim audit: Spiritu vero loquitur mysteria.*
3. *Qui vero prophetat hominibus loquitur ad ædificationem, exhortationem & consolationem.*
4. *Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: at qui prophetat, Ecclesiam ædificat.*
5. *Volo autem omnes vos loqui linguis: magis tamen ut prophetetis. Maior enim qui prophetat, quam qui linguis loquitur, nisi interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat.*

2. Argum. Prophetia præstare dono linguarum.

Primum est hoc argumentum, quo probat multo præstantius & vtilius donum esse, Prophetiam, id est, facultatem explicandi sacram scripturam, & docendi populum de Deo, quam donum variarum linguarum, sumptum a collatione effectuum utriusque doni. Donum quod magis ædificat Ecclesiam, est præstantius. Prophetia magis ædificat Ecclesiam, quam donum linguarum: Ergo est præstantius, & magis expetendum. Semper in Ecclesia vtitatum fuit, proponere scripta Prophetica & Apostolica. Et quidem ipsos fontes consuluerunt pii. Hebraica scripta Prophetarum, & Græca scripta Apostolorum. Ac immensa sane vtilitas est huius diligentis & curæ ingrediendi & scrutandi fontes Israelis. Cognitio enim linguarum Propheticae & Apostolicæ, magnam adfert lucem doctrinis, & conscientiam reddit certissimam. At Corinthii tantum ostentationis causa in publico Hebraico vel Chaldaico idioma te vti conabantur. Itaque corrigi eos Paulus, & docet nullum esse vsum peregrinae linguæ in publico: nisi accedat interpretatio. *Qui loquitur linguis*, id est, qui in publico vtitur lingua peregrina, *non loquitur hominibus sed Deo*. Plebs enim non intelligit peregrinam linguam. Ideoque nullum fructum inde percipit. *Spiritu loquitur mysteria*, hoc est, bona quidem sunt, quæ dicit: siue hymnos dicat, siue preces recitet, siue dicta Prophetica proferat. Et si domi suæ apud se Deo talia loqueretur in Spiritu & fide suam haberent locum: sed in publico ostentare peregrinarum linguarum cognitionem, ineptum est, & nihil vtilitatis adfert Ecclesie.

Prophetare quid Paulo notet.

Qui prophetat, hominibus loquitur. Hoc est, qui vernacula & omnibus nota lingua exponit sacram scripturam, & erudit populum de Deo & vita æterna (Hoc enim Paulo hic est prophetare,) is cum insigni fructu Ecclesie loquitur: multos ille erudit: & multo-

rum seruit saluti. *Loquitur inquit ad ædificationem, exhortationem, & consolationem.*

Distincta sunt concionum genera, quibus opus est in Ecclesia. *Ædificationem* nominat Paulus institutionem in capitibus pietatis. Cum pastor erudit populum de Deo, de tribus personis diuinitatis, de duabus naturis in Iesu Christo vnione personali vnitis, de lege, de lapsu primorum parentum, de viribus humanis, de peccato: de Evangelio, de iustificatione hominis contra Deo, de officio mediatoris, de poenitentia, de bonis operibus, de Ecclesia, de vita æterna & reliquis omnibus fidei nostræ articulis: in quibus nostra consistit salus. Hæc enim omnibus Christianis, salutem æternam sperantibus, cognitu sunt necessaria: Et tantum ex prædicatione Evangelii percipiuntur. Hic ergo non tantum singula perspicue, clare, simpliciter, & nota lingua & propriis verbis sine omni ambiguitate tradenda: verum etiam testimoniis sacrae scripturae confirmanda & stabilienda sunt. Magni igitur laboris est hoc officium: sed etiam vtilitas eius est immensa. *Exhortatione* deinde eget Ecclesia: sermone enim excitanda est ad diligens studium doctrinae coelestis, ad seriam pietatem, ad inuocationem, ad gratiarum actionem, ad alacrem confessionem nominis diuini, ad poenitentiam assiduam, ad fidem, ad opera caritatis, ad studium pacis, ad patientiam, & ad omnis generis virtutes.

Ædificatio quid.

Exhortatio

Hic comminationes diuinæ proponendæ sunt, quibus Deus deterret nos a peccatis: inculcandæ sunt amplissimæ promissiones, quibus Deus inuitat homines ad obedientiam.

Consolatio præterea subinde necessaria est toti Ecclesie & singulis piis. Premitur enim Ecclesia in hac vita cruce & afflictionibus & in mundo exposita est variis periculis & iniuriis. Hic nisi sustentaretur consolatione verbi diuini, consistere in fide non posset. Suppeditat autem Dei verbum amplissimas & efficacissimas consolationes in omni tribulatione, tam corporali quam spirituali. Has igitur pastor suis auditoribus assidue proponere & perterrefactas mentes erigere debet.

Consolatio

Qui loquitur lingua, seipsum ædificat. Qui vero prophetat, Ecclesiam ædificat. Idem est, quod supra dixit. Is qui peregrino idioma vtitur, sibi seruit: quia enim intelligit idioma, seipsum erudit, in fide confirmare, consolari, & exhortari potest. At Ecclesia nullum inde fructum percipit. Idioma enim non intellecto nec erudiri, neque excitari, neque ad capiendam consolationem erigi potest.

Volo autem vos omnes loqui linguis. Ne Corinthii suspicarentur Paulum vel contemptui habere donum Spiritus sancti excellens, aut ipsis Corinthiis inuidere, votum suum exponit. Optare se ut singuli in Ecclesia instructi essent variarum linguarum cognitione: sed tamen potius se hoc optare, ut singuli dono Prophetandi seu docendi, excellerent. Maior enim est, qui prophetat: Nam Maior est necessitas & vtilitas in Ecclesia Prophetæ, quam peregrinarum linguarum cognitio, nisi interpretatio accedat.

6. *Nunc vero fratres, si venero ad vos lingua loquens, quid vobis prodero, nisi vobis locutus fuero, aut per reuelationem, aut per cognitionem, aut per Prophetiam, aut per doctrinam.*

Secundum argumentum ab Exemplo Pauli. Si ego, Paulus inquit, vellem apud vos ostentare donum variarum linguarum, si vobis Græcis concionarer vel Hebraice, vel latine, vel Hispanice, nihil vtilitatis inde percepturi essetis, nisi simul explicarem vobis singula. Intelligitis igitur ostentationem linguarum peregrina-

non est

abonit

2. Argum. Ab exemplo proprio.

in

In Ecclesia sine interpretatione absque omni fructu esse.

Quatuor hic ponit species cum fructu loquendi in Ecclesia, per reuelationem, per scientiam, per Prophetiam, per doctrinam.

Reuelatio.

Reuelatio est, cum exponitur Ecclesiae, quid nobis diuinitus reuelatum & patefactum est. Vt Paulus Act. 22. Exponit in concione reuelationem, quod dominus Iesus illi ad paruerit: Item, Act. 23. exponit reuelationem, quod Dominus Iesus cum confirmaret in castris. Apostolus Petrus, Act. 11. Exponit reuelationem quam viderit in castris. Item, 2. Petri 1. Exponit per reuelationem, quod viderit Iesu Christi gloriam in monte Thabor.

Scientia.

Scientia siue cognitio est, cum populo in obscuris & periculosis rebus monstremus recta & salutaria consilia ex verbo Dei: Cum docemus homines, quid sit spectandum in gubernatione politica, quomodo gubernator possit esse felix: Cur expectanda sit coniunx vitae socia: quomodo pii coniuges possint esse felices: quomodo vniuersa vita sit dirigenda ad normam verbi diuini. Per scientiam loquitur Paulus, 1 Cor. 7. Vbi Ecclesiae dubitanti consilia in variis casibus suppeditat. Item: ad Eph. 5 & 6. Cum erudit patres & matres familias, liberos & ministros, quod cuiusque sit officium, per scientiam loquitur Ecclesiae. Salomon in proverbii per scientiam loquitur toti Ecclesiae: Docet enim omnes homines, quomodo quisque in sua vocatione & omnibus actionibus vitae, prudenter ambulare debeat.

Prophetia.

Prophetiam hic intelligo, vt supra de explicacione Prophetiarum scriptorum. Vt Paulus ad Rom. 4. exponens dictum Moysi, Gen. 15 v. 6. *Credidit Abraham Deo & imputatum est illi ad iustitiam*, per Prophetiam loquitur Ecclesiae.

Doctrina.

Doctrina est, cum ordine capita pietatis explicantur, vt in Epistola ad Roma. primum accusat genus humanum, de peccato: deinde exponit articulum fidei summum quomodo iustificetur homo coram Deo: ostendit fidei effectus. Docet quid sit peccatum, quid gratia, quid lex: Tradit doctrinam de electione. Item de bonis operibus. Per doctrinam igitur locutus est Ecclesiae. Mens Pauli est, quacunque specie docendi vtamur in Ecclesia, operam esse dandam, vt ea lingua & genere sermonis vtamur, quod ab omnibus possit intelligi.

7. *Quin & inamina vocem reddentia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonis dederint, quomodo cognoscetur, quod vel tibia, vel cithara canitur?*

8. *Etenim si incertam vocem tuba dederit, quis preparabitur ad bellum?*

9. *Sic & vos per linguam, nisi significantem sermonem dederitis, quomodo intelligetur quod dicitur? erris enim in aere loquentes.*

3. Argum. & simili.

Tertium est hoc argumentum sumptum ab organis musicis, quo probat vsum linguae peregrinae, quae non intelligitur a populo, nihil prodesse: perspicua est similitudo. Cum tibiā vel citharā dūs confusos edit sonos, neminem delectat, nec sciri potest, quid canere instituerit. Ita lingua peregrina & ignota, nec erudit, nec ad facit mentes hominum, sed tantum est sonus, & quidem ingratus & barbarus non intelligenti. Aptissime tubae fecit mentionem. Vt enim tuba ad praelium incitat milites: Ita Verbum DEI tuba Spiritus sancti, excitat mentes piorum, vt alacriter cum

Verbum Dei tuba Spiritus S,

Satana, mundo, & carne manus conferant, & Spiritu pugnent fortiter.

10. *Tam multa, verbi gratia, genera vocum in mundo sunt, & nihil horum mutum:*

11. *Itaq; si nesciero vim vocis, ero ei, qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus.*

Quartum est hoc argumentum sumptum ab exemplo & consuetudine hominum variis linguis in mundo vventium. Si Arabs loquatur graeco vel latino homini risu sese exponet, & barbarus habebitur, rursus si Graecus graece, vel Latinus latine loquatur Arabi, ludibrio excipietur, & erunt illi barbari, eo quod ignora lingua vtantur apud hominem alterius linguae: sic & in Ecclesia existimate linguae peregrinae ostentationem sine interpretatione, sine omni fructu esse. *Nihil enim est mutum*: id est, nulla est vox cuiuscunque sit linguae, quae non habeat certam significationem apud eos, qui eius linguae sunt ignari.

4. Argum. Ab Exemplo.

12. *Sic & vos, siquidem sectatores estis Spiritum: adificationem quaerite, vt excellatis.*

EX superioribus argumentis infert conclusionem: cognitionem peregrinae linguae, sine interpretatione in Ecclesia non esse ostentandam: sed omnia esse comparanda ad adificationem Ecclesiae & ita studendum donis spiritualibus, vt instructiores simus ad erudiendos alios.

Conclusio.

Præceptum hoc imis sensibus infigendum, & semper ante oculos habendum est. Vt omnia & in primis labores ministerii dirigamus ad gloriae Dei illustrationem & adificationem Ecclesiae. Pastor sumat semper materias vtilis & necessarias: Det operam vt populum erudiat in Catechesi, fideliter tradat, assidue repetat, subinde inculcet necessarios fidei articulos, serio hortetur auditores ad poenitentiam: grauius taceat peccata & errores grassantes in Ecclesia: confirmet imbecilles: consoletur mœre tabescentes: excitet socordes: refellat sophistas: Non capret ad plausum populi: non accommodet suas conciones ad voluntatem potentum: non adferat inanes subtilitates in suggestum: non ludat iocis coram Ecclesia Iesu Christi: non studeat ambiguitatibus: sed in omnibus quaerat adificationem Ecclesiae.

Præceptum necessarium.

13. *Quapropter qui loquitur lingua, ore vt interpretetur.*

14. *Nam si orem lingua, Spiritus meus orat: sed mens mea fructu caret.*

15. *Quid igitur? orabo Spiritu: orabo autē & mente: canam Spiritu: sed canam & mente.*

16. *Alioquin si benedixeris Spiritu: is qui locum implet idiotiae, quomodo dicentur est, Amen, ad tuam gratiarum actionem? quandoquidem quid dicas nescit.*

17. *Tu quidem bene gratias agis: sed alius non adificatur.*

Quintum hoc est Argumentum sumptum ab vfu publicarum precationum: quae nisi fiant vernacula lingua nota omnibus nihil iuuant Ecclesiae adificationem.

5. Argum. Ab vfu precationum.

cationem. Si quis, inquit, instructus est dono linguarum: precetur dominum, ut & donum interpretationis accipiat: Hoc nisi impetrauerit a Deo, non ostendet donum peregrinae linguae in Ecclesia. Nam nec publice preces, quae peregrina lingua fiunt locum habent in Ecclesia. Si orem, inquit, lingua peregrina: Spiritus meus orat: Id est, in Spiritu quidem & vero motu cordis inuoco Deum: quia intelligo verba, quae loquor: & consideratione Propheticae scripturae, ex qua precationem recito, accenditur mea fides, inuocatio, & laetitia in Deo.

Sed mens mea fructu caret: Hoc est, dum sententiam & doctrinam, quae peregrina lingua continetur, & consolationem, quam ego mente ex precatione concipio, non profero per notam linguam, perit fructus, quem alii ex meo intellectu & dono spirituali percipere debent. Ut Paulus Hebraice usurpans precationem Iacob: Minor sum cunctis miserationibus tuis. Gen. 32. v. 10. Spiritu orat, & accenduntur in eo motus spirituales. Sed nisi explicauerit noto sermone, perit fructus, quem alii percipere possent, si pias suas meditationes, quas mens eius videt, lingua nota patefaceret. Itaque orabo Spiritu, inquit, apud me: sed & mente orabo, id est, in publico congressu mentem & sententiam meam, quam ego intelligo in verbis scripturae, exponam, ut & alii sciant quid ego orem, & a me discant, quomodo & quid sit a Deo petendum. Sic canam Spiritu, nimirum lingua peregrina apud me: sed & mente canam: Id est, canam lingua nota in publico, ut alii mentis meae cogitationes intelligant. A loqui quomodo idiotam dicit, Amen. Monet Apostolus etiam si minister aliquis praestet voce in precando, tamen singulos debere sua coniungere vota: Ecclesia enim vnum est corpus: Itaque singula membra ad communem salutem operas suas conferre debent. Id autem fieri nequit si lingua ignota recitetur precatio, vel gratiarum actio. Indocti enim non intelligunt quid dicatur. Vernacula igitur lingua in congressibus Ecclesiae est utendum.

Pontificiorum tyrannus.

Hanc Spiritus sancti doctrinam Romanus Antichristus horribili audacia proiecit & pedibus conculcavit. Voluit enim tantum latino idiomate baptizari infantes, cani Psal. recitari precationes, legi Evangelia, peragi cultus, & celebrari missas, & quidem apud eos populos, qui prorsus erant ignari Latinae linguae, ut apud Germanos, Gallos, Hispanos, Anglos, Polonos, Danos, &c. Metuit enim iuratus hostis veritatis Romanus pontifex, ne si verbum Dei vernacula lingua recitaretur, populus ad veram Dei & beneficiorum mediatoris noticiam perueniret, & dolos & idolomaniam Papae deprehenderet. Detestemur igitur immanem Antichristi Romani audaciam & malitiam: Et iuxta consilium Pauli demus operam, ut Ecclesiae Iesu Christi passim in cultibus vernacula lingua, quae aedificationi seruiat utantur.

18. Gratias ago Deo meo, quod magis, quam vos omnes linguis loquor.

19. Sed in Ecclesia volo quinque verba mente mea loqui, ut alios instruam, potius quam decem milia verborum lingua.

Mente loqui.
Lingua loqui.

Suum rursus exemplum proponit toti Ecclesiae, quod non cupiat ostentare donum linguarum in Ecclesia, etiam si magis instructus sit hoc dono, quam omnes, qui Corinthi erant, & donum linguarum iactabant. Verba loqui mente, est mentem suam exponere noto sermonis genere, ita ut alii mentis nostrae cogitata percipiant, & erudiantur: lingua loqui, Paulo est peregrina lingua vita apud imperitos.

20. Fratres, ne sitis pueri sensibus: sed

malitia pueri sitis: sensibus vero sitis perfecti.

Commonestationem interspergit de usu donorum: quae non pueriliter, nec inepte ostentanda, sed sapienter sint usurpanda. Ne sitis pueri sensibus, quali dicat, ne adeo deliretis, ne adeo pueriles cogitationes in animum admittatis, ut existimetis in eo consistere religionem, & Christianorum fecilitatem, si modo licet vobis sine omni fructu dona Spiritus ostentare. Etiam communis sensus intelligit, ineptum esse ostentare peregrinam linguam inter eos, qui eius ignari sunt. Vos ergo illuminati per Spiritum sanctum, plus sapere debebatis aliis hominibus, qui sunt extra Ecclesiam. Malitia sitis pueri: Id est, in rebus malis & prohibitis, estote simplices & ignari: non adfectate acumen aut solertiam in malis artibus aut dolis, sed sensibus estote perfecti. Hoc est, semper proficite in sapientia & agnitione voluntatis Dei, veram, spirituales & perfectam sapientiam, quoad eius fieri potest, comparate vobis. Perfectum hic non significat omnibus muneribus absolutum, sed quod sincerum, rectum, & solidum est: & quales reponitur ei, quod corruptum, simulatum, falsatum, quirat, & mutilum est: sapientia carnis imperfecta & adulterata est stultitia & errore: sed sapientia Spiritus est perfecta, licet in piis subinde crescat. Mens ergo Pauli est sapienter utendum esse donis spiritualibus: non ad inanem ostentationem, non ut ad plausum populi captemus, quemadmodum stolidae geates ineptire solent: sed ad illustrationem gloriae Dei & aedificationem Ecclesiae. Sic enim solida comparatur gloria, non solum in mundo, sed in omni aeternitate duratura, cum omnia ad gloriam Dei referimus. Venissima enim & amplissima est promissio: Glorificantes me, glorificabo. I. Sam. 2. v. 30.

21. In lege scriptum est, alienis linguis, & labus alienis loquar populo huic: & ne sic quidem audient me, dicit Dominus.

22. Itaque lingua signi vice sunt, non isti, qui credunt, sed incredulis: contra Prophetia non incredulis, sed credentibus.

Sextum est hoc argumentum sumptum a causa finali, & effectibus donorum, cum linguarum, tum a fine. Prophetiae. Ea quae fidelibus a Deo ordinata sunt, praestantiora sunt, quam quae sunt in signum & prodigium data infidelibus. Ad peregrinae linguae datae sunt in signum non fidelibus, sed infidelibus. Ergo praestabilibus donum est Prophetia, quae fideles aedificat quam peregrinarum linguarum donum: potius igitur Prophetiae studendum est.

Quod peregrina lingua in signum data sint infidelibus, probat Paulus testimonio Iesae Prophetae, ex Cap. 28. v. 11. Vbi Propheta primus grauius accusat caecitatem, errores, & stuporem populi Iudaici: Hallucinati sunt in vino, errarunt in sicera: Sacerdos & propheta aberrarunt: omnes mensae plenae sunt vomitu: v. 8. Id est, Populus plane defecit a veritate Dei: plenus & plane ebrius est erroribus, & superstitionibus, nunc in hanc, nunc in illam impingit idolatriam more ebriorum: Prophetae & Sacerdotes, ut Pharisei & Sadducei, mensas, quas instruere debebant, optimis ferculis verbi diuini & concionibus, de beneficiis mediatoris, quibus conscientiae miserorum refici possent, replent vomitu, impiis dogmatibus, humanis traditionibus, superstitionibus, idolomaniis, & carnificinis conscientiarum. Quem ergo docebit scientiam? ab lactatos a lacte, & a unis ab vberibus, v. 9. quasi dicat, Cum Iudaei cum suis Phariseis

Locus Esa. 28. Explicatur.

Phariseis & scribis fastidiant doctrinam Euangelii, eo, quod sint ebrii erroribus & traditionibus hominum: nec audire velint, neque Christum neque Apostolos: quo igitur vertet se Deus? Oportet ut aliqua sit Ecclesia, & Christus habeat discipulos? quos ergo docebunt Christus & Apostoli? *Ablactatos a lacte & annulos ab vberibus*, Id est, Iudæos exules, quos Deus castigante exiliis, & longo tempore auulsit ab vberibus Prophetice doctrinæ, Item, gentes, quas Deus ablactauit a lacte Euangelii, & auulsit ab vberibus ministerii: quemadmodum in die Pentecostes factum est: vbi Deus docuit scientiam Iudæos, profelytos, & gentiles, qui ex omnibus nationibus venerant Hierosolymam. Qui enim variis ærumnis castigati sunt, & sitiunt veritatem & iustitiam, hi sunt idonei ad percipiendam doctrinam.

Addit deinde aliam causam, cur Deus Iudæos percussurus sit cæcitate, & gentibus reuelaturus Euangelion, nimirum, quia non tantum ebrii sunt erroribus, sed etiam sanis excipiunt altissimi Dei veritatem, & saluberrimas Christi & Apostolorum conciones. *Præceptum ad præceptum, expectatio ad expectationem: paululum hic, paululum isthic*, v. 10. Mimeli recitat verba impiorum Iudæorum, Pharisaorum & scribarum, quasi dicerent: nihil adferunt Prophetæ, nisi vnum præceptum post aliud: subinde inculcant eadem præcepta: semper iubent expectare: & inani spe lactant hortines, iam iam venturam esse promissionem Messie: sed meræ sunt præstigie, dicere volunt. Ideo melius est, ut edamus & bibamus: & nihil curemus conciones Prophetarum: sic Iudæi illudebant Christo: cum dicebant, Quis potest eum audire: insanus est. Dæmonium habet: Minatur ergo Deus impiis & blasphemis Iudæis irrideantibus verbum Dei, his verbis, quæ citat Paulus. *Certe labiis blasphemus & lingua alia loquitur dominus ad populum istum*, v. 11. Hoc est, dominus vicissim subannabit illos blasphematores, efficiet, ut Apostoli per Spiritum sanctum peregrinis & variis linguis vtantur Hierosolymis, & prædicent in gentia Dei beneficia & opera, quo stupendo miraculo impii Iudæi magis excæbantur, & Pharisei in furorem rediguntur: gentibus vero & Iudæis conuersis, & profelytis, reuelabuntur mysteria regni Iesu Christi. Ex hac ergo comminatione Prophetæ manifestum est, donum variarum linguarum in lignum datum esse non fidelibus, sed incredulis, subannatoribus, hypocritis, & blasphemis.

Cum ergo iram suam ostendat Deus, quando nobis loquitur lingua peregrina & nobis ignota: valde ineptum & stolidum est, eo ipso velle in Ecclesia superbire, tanquam dono excellenti, quo Deus punit & excæcat incredulos & blasphemos. Ergo si quis ostendet in Ecclesia linguæ peregrinæ scientiam, quam non interpretatur, is demonstrat se inuidere Ecclesiæ lucem veritatis, & se gaudere in scitia piorum. Et hic causæ considerandæ sunt, cur donum linguarum dederit Deus Ecclesiæ.

1. Prima, ut sit testimonium præsentis DEI & Spiritus sancti in Ecclesia: DEI enim præclarum & admirandum beneficium & donum est, vno momento instruere homines variarum linguarum cognitione.
2. Secunda, ut Deus vindicaret hoc prodigio maliciam, superbiam & sarcasmos, quibus populus Iudæus illudebat Christi & Apostolorum doctrinæ: magis enim cæcitate & amentia cordis percussit eos dominus, postquam Apostoli peregrinis linguis sunt vsi.
3. Tertia, ut tanto citius doctrina Euangelii in varias gentes, quæ diuersissimis linguis vtuntur, propagari possit.
4. Quarta, ut esset testimonium, doctrinam Euangelii de beneficiis mediatoris non tantum ad popu-

lum Israel, sed etiam ad alias gentes pertinere: Hoc in loco Paulus præcipue vrgit secundam causam, quæ in concione Prophetæ Iesaias extat. *Prophetia non incredulis, sed credentibus*: Id est, donum explicandi sacræ scripturam, tantum ad Ecclesiam pertinet, & seruit ædificationi.

23. *Ergo si conuenerit Ecclesia tota simul & omnes linguis loquantur: ingrediantur autem indocti aut increduli: nonne dicent vos insanire?*

24. *Quod si omnes Prophetent, ingrediat autem incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus.*

25. *Et sic occulta cordis eius manifesta fiunt: atque ita procidens in faciem, adorabit Deum, prædicans, quod Deus uera in uobis sit.*

Septimum argumentum a testimonio & iudicio infidelium, si omnes vtamini peregrina lingua in Ecclesia, infideles dicent vos insanire: quorsum enim attinget aerem inaniter verberare, & edere sonos in publico, quos nemo intelligit? Hanc amentiam etiam ratio ridet. Cur ergo vos Corinthii, qui Spiritu Dei illuminati estis, hanc stultitiam non videtis & iudicatis?

Si vero Prophetatis omnes: Id est, si singuli vestrum instructi sint dono explicandi sacræ scripturam, & tradendi doctrinam de Deo & vita æterna, tum incredulus coarguetur & diiudicabitur ab omnibus. Hoc est, conuincetur in corde suo se in errore esse: In Ecclesia vero magnam fulgere lucem. Si incredulus aliquis accedat ad conciones & congressus piorum, & audiat hymnum vel precatorem lingua peregrina, inde non conuertitur, nec ædificatur, potius deridet barbarum sonum. At si audiat plures in concionibus explicantes doctrinam de Deo, de lege, de lapsu generis humani, de causa mortis & calamitatum, de beneficiis mediatoris, de bonis operibus, de Ecclesia, de vita æterna: audiat graniter & ex fundamentis refelli idola, taxari libidines, & scelera, vocari homines ad poenitentiam, proponi comminationes & exempla iustitiæ diuinæ, explicari amplissimas promissiones, conuincitur & redarguitur in corde suo saniores esse doctrinam in Ecclesia, quam apud Ethnicos, qui scedis libidinibus & sceleribus sese polluunt, tetra idola comminiscuntur, in horrendis tenebris errorum & blasphemiarum versantur, & tandem omni consolatione destituti, desperabundi ruunt in exitium.

Ac si Deus conuerterit incredulum suo Spiritu in concione, ut verbum Dei non abiat absque fructu, tum sponte reuelabit occultas cogitationes cordis sui, fatebitur se euidentia rei conuictum esse. Detestabitur idola, quæ hastenus coluit, admirabitur tenebras in quibus antea cum aliis Ethnicis vixit: abiiciet scelera, quibus antea se polluebat: Et procidens in faciem, adorabit Deum, qui se tam illustribus testimoniis patefecit in Ecclesia: & fatebitur Deum vere in Ecclesia præsentem esse: Gentium vero idola nihil esse: Hic ingens fructus, nimirum, refutatio idolorum, illustratio gloriæ Dei, conuersio infidelium, confirmatio fidelium nascitur ex Prophetia & explicatione sacræ scripturæ. Multo igitur conducibilius est studere dono Prophetiæ, quam peregrinarum linguarum cognitionem ostendere.

26. *Quid dicitur est fratres? quoties conuenitis,*

7. Arguitur a testimonio infidelium.

Varietas linguarum in signum incredulis data.

Cur donum linguarum Deus Ecclesiæ communicarit.

uenit, unusquisque vestrum canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet: omnia ad adificationem faciunt.

27. *Sine lingua quis loquitur, fiat per duos, aut ad summum tres: idque per vices, & unus interpretetur.*

28. *Quod si non sit interpret, taceat in Ecclesia: ceterum sibi ipsi loquatur & DEO.*

Vsum donorum monstrat. Consuetudo Ecclesiarum prima.

Conclusio est proluxa huius concionis, in qua 7. Argumentis probauit donum Prophetiae esse magis necessarium, praestantius & vtilius Ecclesiae, quam donum variarum linguarum: & nunc docet Corinthios, quo ordine & qua ratione varia dona, quibus Deus suam Ecclesiam ornauit usurpare & recte collocare debent. Ex hoc loco manifestum est, qualis fuerit consuetudo in primitiua Ecclesia. Quoties Ecclesiae conueniebat, proponebatur aliqua sententia ex scriptis Prophetis, & unus atque alter expositionem tradebant reliquae multitudinis: Si quis accedebat dono concionandi instructus, huic dabatur locus. Sic Christus, Luc. 4. v. 17. poscit librum, legit pericopen ex Iesaja, & ostendit vaticinium hoc impletum esse: sic Actor. 13. v. 15. Postquam lectum esset in Mose & Prophetis, miserunt principes Synagoga ad Paulum, numquam doctrinam vel consolationem populo proponere vellet. Haec fuit consuetudo in veteri Ecclesia. Corinthios igitur monet Paulus, vt & ipsi ordinem in suis congressibus seruent, ne confuse misceant clamores: si quis habet vel Psalmum, vel linguam, vel doctrinam, vel reuelationem: sic conferat in medium, vt aedificet Ecclesiam, non vt suum donum inepte sine fructu aliorum ostendet. Si quis loquitur lingua, fiat per duos, vel ad summum tres, & alternatim. Hoc est, si quis adferre conatur Propheticas conciones, & quidem Hebraico vt peregrino idiomate, tantum duobus vel ad summum tribus hoc permittatur, & per vices. Et unus aliquis interpretetur. Lecta sententia ex Prophetarum scriptis secundum Hebraicam veritatem, mox addatur interpretatio, vt Ecclesia aedificari possit. Quod si non adsit interpres, peregrina lingua non adferatur in medium, ex ea enim Ecclesia nullum percipit fructum, cum eam non intelligit. Ne tamen is, qui linguam peregrinam tenet, putet donum hoc esse inutile, potest ille sibi & Deo ista lingua loqui, & seipsum excitare ad inuocationem, gratiarum actionem, spem & patientiam: sed Ecclesia Dei ignota lingua sine interpretatione fatiganda non est.

29. *Propheta duo aut tres loquantur: ceteri diiudicent.*

Pergit Paulus docere, quo ordine omnia in publicis congressibus peragi debeant: & in primis ea, quae sunt ministerii verbi, constituit. Non omnes instructi sunt dono concionandi ad populum, & explicandi articulos fidei: Non ergo permittit singulis, vt doceant vel vociferentur in publico Ecclesiae congressu. *Propheta*, inquit, *duo aut tres loquantur*: Vult ab Ecclesia eligi & constitui duos aut tres Prophetas, id est, concionatores & praecones verbi. Est ergo hoc testimonium perspicuum & euident, quod Ecclesia Iesu Christi habeat potestatem, & autoritate eligendi, vocandi, & constituendi Prophetas, Pastores, Doctores, & praecones verbi, qui populum doceant de quo & vita aeterna. Non pendet haec autoritas a politico magistratu: neque solis Episcopis concessum est ius vocandi ministros Euangelii: Sed Spiritus sanctus Ecclesiam Christi hac tanta autoritate instruit. Pie quidem facit

magistratus politicus ad fidem conuersus, si populo vel ignorante vel negligente ius suum in vocandis ministris, promouet regnum Christi, & curam populi suscipit, & in Ecclesiae commodum vocat pios Pastores: sed non est putandum penes solum magistratum politicum hanc residere potestatem: & eo negligente vel persequente veritatem Euangelii, non licere Ecclesiae, Pastores vocare & illi munus docendi mandare. Hoc enim in loco Spiritus sanctus discrete tribuit hoc ius Ecclesiae, non facta vlla mentione politici Magistratus. Et cum Iesus Christus filius Dei, clauis regni caelorum tradiderit Ecclesiae suae, nemo pius dubitare potest Christum Ecclesiae suae dedisse potestatem vocandi & constituendi fideles Pastores & Episcopos.

Hinc ergo Ecclesia Christi discat ius suum in vocandis ministris: Et fideles verbi ministri petant hinc firmam consolationem, vt certi sint in conscientia se legitime & a Deo vocatos esse, quando auctoritate Ecclesiae constituti sunt verbi praecones. Magna haec consolatio est in grauissimis periculis & difficultatibus, scire quod sis in statione, in quam te ipse filius Dei per Ecclesiam suam collocauit. Hinc enim spem certam accipere potes, de praesentia, auxilio & defensione Christi. Paulus etiam hic prohibet, ne quis sine vocatione prorumpat ad docendum in publico: fulmen enim graue est: quod apud Ieremiam Cap. 23. vers. 21. extat. *Currerant & non mittebam eos*. De consensu igitur Ecclesiae constituendi sunt, duo vel tres, pro necessitate coetus, quibus munus docendi & explicandi sacram scripturam est committendum. Et vult Paulus discerni obseruari inter Prophetas, id est, Pastores & Doctores in Ecclesia & inter auditores, quos vult iudicare de Prophetarum concionibus.

Ceteri diiudicent: Non concedit Paulus Prophetis vel concionatoribus vt quauis somnia, vel figmenta opinionum, vel fabulas proferant in medium, vel licentiam scripturam pro suo arbitrio contorqueant, & ad commenta humanorum ingeniorum accommodent: sed ea vult proponi, quae non verentur subire iudicium Ecclesiae Dei, quae est sedes, & columna veritatis, & domicilium Spiritus sancti. Constituit ergo Paulus iudicium in Ecclesia: & vult singula dogmata examinari, num sint ἀνάλογα fidei. Hic imprimis obseruetur Apostolico testimonio iudicium de doctrina Pastorum, deferri toti Ecclesiae & singulis auditoribus. Interest enim omnium, vt sana & incorrupta proponatur doctrina: singulis attendendum est, ne falsa doctrina inficiantur. Vnde & Christus dicit. Matth. 7. v. 15. *Cauete vobis a pseudopropheta: Canete vobis a sermone Phariseorum*. Cap. 16. v. 6. Et Ioan. inquit in Epistola: *Probate Spiritus, utrum ex Deo sint*. 1. Ioan. 4. v. 1. Pontificia manus Antichristi horribili audacia vendicat sibi & tyrannis suis conciliis & Episcopis ius iudicandi de controuersis religionis, & omni iudicio vult esse exemptus. Haec manifesta nota est Antichristi. Paulus non vult ministros Eccl. esse ἀντιπροβύτους omni iudicio superiores, sed subiicit eos examini auditorum, & vult probari. S. & doctrinam, utrum ex Deo sint. Contendunt etiam pontificii, sicuti iudicia civilia tantum ad magistratum pertinent civilem: sic iudicium de doctrina tantum ad Episcopos & personas Ecclesiasticas pertinere: & vult principes seculares & plebem sine omni examine stare iudicio Episcoporum in causis religionis. Hanc iniquissimam & periculosissimam tyrannidem refutat hic Paulus: & tribuit singulis piis, tam laicis, quam clericis ius & potestatem iudicandi de doctrina pastorum. *Propheta duo aut tres loquantur: ceteri* (inquit) *nimirum auditores, & tota Ecclesia diiudicent*. Nam in extremo iudicio quisque pro se rediturus est rationem, num recte an seculis crediderit Euangelio Iesu Christi. *Si caecus caecum ducat, ambo cadunt in foueam*, inquit, Spiritus sanctus. Matth. 15. v. 14. Non igitur tutum est sine examine fidem habere omnibus doctoribus. *Mulsi enim sunt pseudopropheta, qui veniunt in vestimentis*

ominibus.

omnium. cap. 7. v. 15. Et Satanas potest se transformare in angelum lucis. 2. Cor. II. v. 14.

Vindictent ergo & totis viribus tueantur piæ mentes hoc ius suum, quod illis filius Dei concessit: sciant hanc magnam esse gloriam, quod licet piis iudicare de cuiusvis doctoris, vel Episcopi, vel totius concilij doctrina, concionibus & decretis: sciant etiam hoc ius sine summo periculo animarum negligi non posse. Nec est quod obiciat aliquis, imperitis non posse committi iudicium de summis rebus fidei. Ecclesia enim Iesu Christi imperita non est: piæ mentes, quæ didicerunt Catechelin, tenent articulos fidei, habent exercitia penitentiae, & inuocationis, illuminantur & ducuntur a Spiritu sancto in omnem veritatem, imperitia non sunt condemnanda: sæpe pius aliquis obscuro loco positus, melius iudicat de graui aliqua controuersia, quam magni nominis Episcopus vel celebris doctor in Ecclesia. Dona enim Spiritus sancti ad sublimia loca, vel personas celebres alligata non sunt: Et omnes p̄ articulos fidei intelligere debent. Inanes substantias ociosorum aut sanaticorum hominum contemere possunt.

Maneat ergo hoc ius singulis piis, quod licet vnicuique iudicium facere & ad regulam verbi diuini examinare omnia dogmata quouicunque Episcoporum vel conciliorum: licet & Paulus dicit, potestis omnes singulatim Prophetare, id est, sententiam de doctrina dicere: vt omnes discant, & omnes consolationem percipiant. Hæc libertas concessa piis a Christo, non euerit iudicia synodorum, nec parit confusio nem & infinitam licentiam amplectendi, quodlibet & repudiandi quod displicet. Nam & senioribus & penitentibus commisit Deus curam & custodiam incorruptæ doctrinæ: Vt Actorum 15. congregati sunt Apostoli & seniores, vt considerarent hanc causam.

Et Paulus Episcopus mandat: Attendite vobis ipsi & vniuerso gregi: Actor. 20. v. 28. scio quomodo venturus es in nos lupos, sint ergo synodorum iudicia: conueniant Episcopi & seniores homines p̄ probatæ fidei, p̄ certaminum Ecclesiæ, eruditi in sacris literis, non ignari sermonis Prophetici & Apostolici: considerent motas controuersias: expendant fundamenta dogmatis: & ostendant quid congruat cum doctrina Prophetica & Apostolica: quid ab ea dissideat. Verum hæc Synodus non sumat sibi auctoritatem prætoriam vel regiam: quasi valeat sententia eius propter locum & auctoritatem: non existimet se esse *ἐκκλησιαστικόν*, sed subiiciat suam sententiam examini piorum: & ostendat fundamenta sui decreti ex perspicuis verbi diuini testimoniis, quibus necesse est adsentiri, & quibus piæ mentes tuto acquiescere possunt. Non enim infinitam licentiam vel repudiandi, quod nostro palato displicet, vel adprobandi, quod aridet nostro ingenio, concessit Christus piis: sed certas illis posuit iudicandi metas, vbi constat doctrinam Pastoris, vel decretum concilij congruere cum scriptis Prophetici & Apostolici, & nisi perspicuis & indubis Spiritus sancti testimoniis, tum adsentiri necesse est sine omni exceptione, vel vltiore inquisitione. Hic locum habet, Qui vos audit me audit: Qui vos spernit me spernit. Luc. 10. v. 16. Item, si quis Ecclesiam audire noluerit, sit tibi velut Ethnicus. Matth. 18. v. 17. Vbi verò non demonstratur fundamentum doctrinæ vel sententiæ propositæ in scriptis Prophetici & Apostolici, non solum licet *ἐκζητῆν*, & examini subiicere controuersiam, sed etiam necessarium est. Quod si nouum dogma vel decretum concilij pugnet cum doctrina Apostolorum, mandatum habent piis: Gal. 1. v. 8. si quis aliquid Euangelion docuerit, quam ego Paulus docui, etiam si angelus fuerit de caelo, sit anathema. Hæc grauiissima & necessaria doctrina in Pauli dicto (ceteri iudicent) consideranda est.

30. Si vero alij reuelatum fuerit sedenti taceat prior.

Magna donorum diuersitas est in Ecclesia, in alio Donorum plus, in alio minus lucis est: nec statim omnia intelliguntur mysteria Spiritus: nec vni omnia dat Deus. Nec Spiritus sanctus vel loco, vel gradu, vel personæ est alligatus: libere partitur sua ecclesiæ dona, sæpe maius lumen tribuit in rebus spiritualibus alicui in infimo gradu posito, quam lupremæ dignitatis Episcopo: sæpe iuueni vel puero dat illustriorem notitiam Christi & regni eius, quam sapienti seni: Hæc igitur Spiritus sancti gratia & diuinum concilium agnoscendum, & grata mente accipiendum est, per quoscunque Deus reuelat nobis suam voluntatem. Qui altiore gradu in Ecclesia collocati sunt, non exerceant tyrannidem, non velint soli audiri, non pertinaciter defendant suas sententias, vbi quid minus commode protulerunt in medium: Si quis inferiore loco positus in Ecclesia, locum aliquem scripturæ rectius & melius intelligit per illuminationem Spiritus sancti, detur huic dicendi locus: non pudeat quantumuis celebrem doctorem Ecclesiæ, vel ab infimo Christiano, vel etiam puero discere veritatem nitentem perspicuo sacrae scripturæ testimonio. Non Paulus puduit Paulum tantam doctorem discere ab Ananiam Damasceno. Non puduit Nathan Prophetam Nathan retractare suam sententiam de ædificando templo Hierosolymitano. Non puduit Moysen mutari vaticinia a Propheta, auaro & impio Bileam: non enim a personâ ministris, sed a Spiritu sancto pendet auctoritas reuelationum & doctrinarum. Prohibet ergo hic Paulus, ne quis tyrannidem in Ecclesia exerceat: prohibet ne quis effutiat quidlibet, ac si omni iudicio esset superior: prohibet ne Dei verbum propter personæ utilitatem contemnaturus. Requirit a summis etiam Episcopis, vt sponte sua cedant etiam infimis aliquid melius, & sacrae scripturæ magis consentaneum adferentibus. Eusebius Donici Episcopus rectius sentiebat de duabus naturis in Christo, quam Abbas Eutyches: sed quia Eutyches diues & potens erat Abbas, Eusebius pauper Episcopus, Eutyches putat indignum esse sua persona, redere pauperiori: & mauult nouo dogmate vniuersam turbare Ecclesiam. Malchion moderator Scholæ Antiochenæ, & Presbyter rectius sensit de diuinitate Iesu Christi, quam Episcopus Antiochenus Paulus Samosatenus: sed Paulus inflatus superbia, putat indignum esse persona Episcopi, discere a presbytero. Potius ergo sua pertinacia vniuersam turbat Ecclesiam impio & nefario dogmate, quod ipse excogitauit: summe igitur necessarium est hoc præceptum Pauli.

31. Potestis enim singulatim omnes Prophetare, vt omnes discant, & omnes consolationem accipiant.

NE quis in Ecclesia conqueri posset sibi non dari locum dicendi, cum tamen doctrina, consolatione, vel exhortatione sit instructus: quia tantum duo vel tres Prophetæ sint constituti, excipit Paulus se neminem excludere: quemcumque ornauerit Spiritus sanctus facultate dicendi, ita vt Ecclesiam Christi possit erudire, vel de errore admonere, vel consolari, vel ad pietatem exhortari, etiamsi publicus minister verbi non sit, tamen cum necessitas & vltus postulat, locum dicendi illi tribuendum esse, saltem ne intempestiue prorumpant ad dicendum, ne interpellent in cursu orationis, sed iustum ordinem seruent: foeda enim est confusio: quæ in verbu describitur. *Νόμα δὲς; Ἀνομιῆς δὲ οὐδὲς, ὁ ὁδὲ ὁδὲ ὁδὲ*. Id est, nemo alterum audit. Cum Paulus dicit, potestis omnes Prophetare, omnes intelligit.

Singuli pii iudicare debent de doctrina.

Synodorum iudicia.

Synodorum qualis auctoritas.

Donorum diuersitas.

Moyses.

Eusebius.

Malchion.

Intelligit, qui dicendi facultate se instructos esse glori-
antur. Nam singulos pios ad dicendum non esse ido-
neos, manifestum est.

Hic vero iam grauis mouetur quaestio, si omnibus
Cur certi in Ecclesia potestas dicendi & docendi scienda est,
Ecclesiae mi quid igitur opus est certos constituere ministros? qui-
nistri ad do bus ergo minatur. Iste fuit mens Currebant & non mit-
tendum *tabam eos, Iere. 23 v. 21.*

Respondeo: Primum omnino certis Pastoribus &
ministri indiget Ecclesia Dei, qui sint doctrinae cus-
todes & praecones: qui toti toti sint occupati studio
discendi doctrinam Ecclesiae: adsiue proponant po-
pulo doctrinam de Deo, & distribuunt Sacramenta:
Non enim omnes pij huic rei vacare possunt: politici
gubernatores occupantur ciuilibus negotiis: paterfa-
miliae in educanda sobole & curanda re familiari est
occupatus. Triste fulmen, *Currebant & non mittebam*

*eos, eos ferit, qui sine vocatione vel vi vel fraude inua-
dunt ministeria, qui que falsam adferunt doctrinam,
sub titulo verbi diuini suorum cordium somnia, &
figmenta proferunt, mentiuntur reuelationes coele-
stes, non seruiunt Christo sed suae cupiditati. Hos non
misit Deus, sed illi sponte sua curant. Sic Thomas
Muntzerus, Nicolaus Pelargus Cygneus, Ioannes I. ei-
den Rex Monasteriensis, Dauid Georgius, & similes
Anabaptista cucurrerunt sponte, non missi a Deo.*

Ante decennium Heidelbergae Belga quidam erat Iu-
stus Vellus Medicinae Doctor, hic Propheta haberi
volebat cum Origenis deliria circumferret, & conten-
deret hominem in hac vita posse esse sine peccato: In
publico etiam docere conabatur: cum ille articulos
fidei non didicisset. Hic non erat missus: & tamen
curiebat. Regula itaq; teneatur: 1. Pet. 4. v. 15. *Ne sitis
αλλοτριος προφητιας: Hoc studete, ut propria agatis.* Et
Christus inquit: *Ego a me ipso non ueni.* Ioan. 7. v. 28.
Nemo propria audacia, vel confidentia ingenij inua-
dat publicum docendi munus, sed quisq; expectet vo-
cationem.

Non autem pugnat cum hac regula sententia Pau-
li, qua singulis in Ecclesia concedit locum dicendi: De
certis enim casibus loquitur. Cum alicui priuato quid
diuinitus sit reuelatum, cum quis in inferiore loco se-
dens rectius intelligit locum aliquem scripturae, quam
Pastor: cum incidunt controuersiae, & Ecclesiae quoq;
sententia est audienda: cum edenda est confessio:
Cum ministri Ecclesiae & pastores ad plaudunt falsae
sententiae. In his & similibus casibus singulis pijs me-
rito datur locus dicendi, & succurrendi laboranti ve-
ritati: grauius dictum est.

Κοινὴ γὰρ χρεία: κοινὸν δὲ τὸ ἔργον ἐστὶν
αὐτῶν. Hoc est.

Quod omnes tangit, ab omnibus debet adprobari.
Atq; ite insignem hic monstrat Paulus consolatio-
nem illis, qui cum in publico ministerio non sunt, ta-
men vel scripto vel voce coguntur erudire Ecclesiam.
Paulus enim hic singulis pijs concedit locum dicen-
di, & erudiendi Ecclesiam, cum vltus postulat. *Potestis
sigillatim omnes Prophetae:* Ergo si quis certus desti-
tuatur idoneis ministris, etiam priuato intelligenti
Quando priuatis do articulos fidei, & instructo facultate dicendi, licet do-
cere liceat. cere alios. Ergo si error spargatur in Ecclesia; etiam
priuato & non vocato ad ministerium licet vel scri-
pto vel voce refutare errorem, monstrare veritatem
in verbo, monere Ecclesiam & edere suam confessio-
nem. Ergo & priuato seu laico, licet in synodo dicere
sententiam, & refellere Episcopos errantes. Et simpli-
ci laico sacram scripturam adferenti plus est creden-
dum, quam vniversali concilio sine scripturae funda-
mentis decreta condenti. Cum hoc dicto Pauli con-
gruit sententia ad Coloss. 3. v. 16. *Sermo Christi habitet
inter vos abunde cum omni sapientia, & docete & com-
mouefacite vos mutuo.* Hic Paulus singulis pijs conce-
dit facultatem docendi proximum de religione & ex-

hortandi ad pietatem, ita tamen vt ordo seruetur, ne
turbetur ministerium, non seratur falsa doctrina, non
excitentur turbae, non alantur factiones, non abdu-
cantur homines a ministerio publico. Patribus fami-
liis etiam iniungit Deus, vt liberos & familiam eru-
diant in pietate, vt Psalmus 77. v. 5. *Statuit testimonia
in Iacob, & legem posuit in Israel, & praecepit patribus no-
stris, vt notam faciant ea filiis suis.* Et Paulus inquit
Ephel. 6. v. 4. *Educate filios in disciplina & doctrina do-
mini.* Hec autem ratio instituendi liberos nequaquam
eos a publico ministerio abducere, sed multo magis
ad frequentandas publicas conciones excitare debet.

Vt omnes discant, & vt omnes consolationem accipiant:
Ostendit quo sine concedat singulis dicendi lo-
cum, & quid is respicere debeat, qui sententiam suam
exponere cupit in publico: non adfectanda est ina-
nis ostentatio, non turbanda est publica tranquillitas:
non conuellenda sunt recte constituta dogmata: non
studendum subtilitatibus, quarum nullus est vltus:
non mouenda sunt certamina de rebus non necessa-
riis: sed huc instituenda & dirigenda est oratio vt o-
mnes discant & omnes consolationem accipiant: ne-
mo relinquendus est in errore, vel dubitatione: ne-
mo defraudandus est necessaria consolatione: siue E-
piscopus, siue Pastor, siue idiota, indiget institutione,
commonestatione, consolatione, singuli iuuent, or-
nent, promoueant Ecclesiam pro viribus, & eo dono,
quod a Deo acceperunt. O ter quaterq; beatam Eccle-
siam, si tam Episcopi & Pastores, quam auditores huic
saluberrimo Pauli praeccepto parent.

- 32. *Et Spiritus Prophetarum Prophetis
subiiciuntur.*
- 33. *Deus enim non est (author) confusio-
nis, sed pacis, sicuti in omnibus Eccle-
siis sanctorum.*

Præoccupatio est. Ne enim posset quis pretendere, Occupatio.
non posse se continere, quin proferat in medium
quam habet doctrinam vel reuelationem, anteuerit
Paulus, & docet fanaticorum hominum impetus esse,
cum quis tacere non potest, & intempetstiuie ad dicen-
dum prorumpit. *Spiritus Prophetarum subiecti sunt
Prophetis.* Id est, Ministri, qui Spiritu Dei aguntur, non
excedunt sua potestate, non desistunt esse sui compo-
tes, non sunt similes fanaticis, qui agitantur furori-
bus, ita vt se continere a clamoribus non possint:
quemadmodum Ethnici furores suorum vatium de-
scribunt.

Non est talis ratio Prophetatum in Ecclesia: Vbi
Propheta & sana mente sunt praediti, & cum magna
moderatione & grauitate edunt altissimi Dei oracu-
la. Cum ergo lingunt homines se adeo impelli a spi-
ritu, vt tacere non possint, & intempetstiuis clamosi-
bus ordinem in Ecclesia Dei turbant, id esse indicium
monet Paulus, fanatici spiritus. Alij sic exponunt hec
Pauli verba, *Spiritus Prophetarum subiecti sunt Prophe-
tis,* id est, veri & salutare Prophetae non grauantur sua
dona & dogmata collegio Prophetarum & docenti-
um, subicere examinanda iuxta analogiam fidei. V-
traq; sententia est commoda.

Rationem addit Paulus: *Quia Deus non sit author
confusionis.* Non ergo replet Prophetas suos furoribus,
vt impurus Spiritus facit: non iubet suos turbare
pacem & ordinem in Ecclesia: non probat tyranni-
dem eorum, qui omni iudicio superiores esse vo-
lunt: non delectatur pertinacia eorum, qui conui-
cti rei veritate a sua concepta opinione discedere no-
lunt. Deus est author pacis & concordiae: Illi ergo
Spiritus, qui sine causa turbant pacem, qui tumultu-
antur in Ecclesia sine necessitate, qui confundunt or-
dinem, non sunt a Deo. Alia ratio est cum ipsa salus
Ecclesiam

De certis
casibus lo-
quitur A-
postolus.

Quando
priuatis do

in lingua
obstant
scilicet

liberum
subiectum

Alia inter-
pretatio.

Ecclesia imponit nobis necessitatem certandi pro veritate. Cum enim animaduertimus bellum inferri veritati, admodum intempertiuum esset studium pacis & concordie, tum locum habet Christi dictum: Non ueni mittere pacem in terram, sed gladium & ignem. Matth. 10. v. 34.

Sis maledictus amor, pax, & concordia sacra: Quia violat Christi dogmata sancta Dei.

Quomodo in omnibus Ecclesiis: Scilicet obseruatur. Ea quae Corinthiis praescripsit, dicit obseruari in omnibus Ecclesiis sanctorum. Idem enim est Spiritus, qui in omnibus praesert Ecclesiis: aequissimum est igitur, ut & vos Corinthij locum detis meis admonitionibus, ne certus uester adpareat dissimilis reliquis Ecclesiis sanctorum.

34. Mulieres uestra in Ecclesiis sileant: non enim conceditur ipsis, ut loquantur, sed ut subditae sint: quomodo dum & lex dicit:

35. Si quid uero discere uolunt, domi proprios maritos interrogent: turpe enim est, mulieres in Ecclesia loqui.

Mulieribus docere prohibitum.

Hactenus constituit ministerium, & iudicia & ordinem concionum in publicis congressibus, & viros erudit: nunc addit praecipuum de mulieribus, Et uetat ne mulieribus permittatur concionari in publico. Scriptura enim pronuntiat mulierem esse sub potestate uiri. Gene 3. v. 16. sub uiro tuo erit concupiscentia tua, & ipse dominabitur tibi. Quia mulier primum peccauit, & uirum seduxit, Ideo hanc poenam imposita: ut Deus, ut perpetuo sit sub potestate uiri. Cum ergo oratio in publico sit magna pars gubernationis, docet Spiritus sanctus non decere Ecclesiam Dei, ut mulieribus potestatem faciant concionandi in publico, ne videantur illis tradere aliquam partem gubernationis. Domi uero licet illis & discere a maritis, & instituere liberos in pietate, licet etiam eis edere confessionem: Hanna mater Samuelis gratiarum actione fidem suam testata est, & suum exemplum proposuit Ecclesiae. Debora Propheta reuelat Dei mandatum, iudicat & erudit Israel, sed domi suae, sicuti mater erudit liberos: non prodit ipsa in publicam ad concionandum: sequitur quidem exercitum Barack duce id urgente: sed a concionibus in publico abstinet. Hulda etiam Propheta domi suae dat responsa & exponit oracula Dei: non concionatur in Ecclesia.

Hanna.

Debora. Iudit. 4.

Hulda.

Maria.

In nouo testamento, Maria mater domini insignem dedit confessionem de immensa Dei misericordia erga se, & exhibitione Messiae: sed intra priuatos parietes apud Elizabetham, & Zachariam, & reliquos cognatos. Hoc modo licet sanctis matronis domi suae liberos & familiam suam erudire, intra priuatos parietes aegrotos & moerore tabescentes uerbo Dei erigere & consolari: & cum necessitas postulat, piam edere confessionem, & falsas sententias refellere. Et de hoc casu loquitur Paulus, 1. Cor. 11. v. 3. Omnis mulier orans aut Propheta de capite, praeuoluit caput suum: nimirum, cum intra priuatos parietes apud liberos vel cognatos Prophetas, hoc est, uerbum Dei tradit, hortatur suos ad pietatem, erudit & consolatur alios. In publico autem congressu primum a concionibus abstinerere debent, ne videantur sibi imperium in maritos contra scripturam sumere.

36. An a uobis sermo Dei profectus est? uel ad uos solos peruenit?

37. Si quis uidetur sibi Propheta esse aut

Spiritualis, cognoscat, quae scribo uobis, quia sunt mandata domine.

38. Si quis uero ignorat, ignoret.

39. Quamobrem fratres cum zelo studete, ut Prophetis, & linguis loqui ne prohibeatis.

Annectit in fine acrem obiurgationem, ut ferociiores & pertinacius defendentes suas opiniones compefcat & ad modestiam flectat. Haud dubie animaduertit Apostolus Corinthios de superbia uicio, & libidine contendendi, & pertinacia laborare. Itaque acerbior castigatione utitur, ut eos ad mentem sanioerem reuocet. Vult eos recordari, quod gentiles fuerint, & Euangelij doctrinam ab aliis, nimirum, a Iudeis & Apostolis acceperunt: par igitur est, ut leuiter patiuntur, & leges pietatis accipiant, non praescribant aliis. Non soli Corinthij sunt Ecclesia Dei: videre ergo debent, quae honestae conuetudines in aliis quoque Ecclesiis sanctorum seruentur. Utque eximat ipsis omnem dubitationem, num parere monitis debeant, nec ne: subiicit mandata Domini esse, quae proposuit, & hoc intelligi posse ab iis, qui spirituales sunt: quod si quis pertinaciter se opposuerit, certum esse iudicium, quod alienus sit a spiritu & praecpta Domini contemnat. Si quis ignorat, ignoret: Abigit hica se Paulus sine fine contentiantes: Ve sunt quaedam contentiosa & morosa ingenia, quae nunquam patiuntur sibi satisfieri, subinde mouent nouas quaestiones, subinde nouas adferunt glossas, subinde noua excogitant esugia: solida uero fundamenta, quae ipsis monstrantur, contemnant & non considerant. Huiusmodi in sanabiles iubet Paulus relinqui & contemni. Valeant (inquit) tales, qui nullum disceptandi & inquirendi finem faciunt: Non est quod moueamur talium hominum pertinacia & petulantia: non enim serio inquireunt ueritatem, imo data opera insistant in scitiae & delectantur tenebris. Frustra igitur ipsorum causa nos fatigamus. Concludit tandem donum Prophetiae, ut omnium utilissimum & maxime necessarium Ecclesiae, imprimis expetendum, & magno studio ad id nitendum esse: donum uero linguarum, nec contemnendum nec impediendum, nec inuidendum cuiquam, sed suo loco in pretio habendum.

40. Omnia decenter & ordine fiant.

Quia his tribus capitibus 12. 13. & 14. instituit Ecclesiam de donis spiritualibus, monstrauit eorum usum, constituit ministerium, tradidit ordinem lectionum explicationum, & precationum: monuit qua modestia & quo ordine dicenda sint sententiae in publico congressu Ecclesiae: dedit praecpta uiris & mulieribus, concludit totum hunc locum insigni hac regula. Omnia in Ecclesia oportere decenter & ordine fieri. Decenter autem & ordine fiunt, quae primum congruunt cum uerbo Dei: Deinde, quae congruunt cum recto rationis iudicio, hoc est, quae grauiter & honeste fiunt. Atque hic Spiritus sanctus tribuit Ecclesiae Dei potestatem ritus aliquos ordinandi, quae faciant ad edificationem, seruiant ordini, & sint ornamento Ecclesiae.

Communis Regula Potestas constituen- di ritus est penes Ecclesiam.

Loci doctrinae.

1. Primus est de dono Prophetiae, quod sit praestantius & uilius dono linguarum, eo quod magis aedificet Ecclesiam. Ideoque omnes, qui facultate dicendi instructi sunt, maxime ad hoc donum aspirare debent: ut tanto feliciore successu Ecclesia aedificetur.

11. De dono linguarum, quod suo loco in pretio habenda.

Na a

habenda.

habendum & inagni faciendum est: sed absque fructu Ecclesiae in publico non est ostentandum inaniter.

III. Omnia ad aedificationem Ecclesiae dirigenda esse, & hunc oportere scopum esse omnium donorum.

IV. In Ecclesia Dei vernacula & nota lingua praedicationes recitandas esse, ut populus possit Amen dicere.

V. De triplici genere concionum 1. Doctrina proponitur populo de omnibus articulis fidei: ad hoc genus pertinet expositio sacrae scripturae: Item refutatio errorum 2. Exhortatio, ad hoc genus pertinent conciones poenitentiae, graues reprehensiones scelerum, ediminationes poenitentiarum, commendationes virtutum, & promissiones praemiorum. 3. Consolationes.

VI. De causis, cur donum linguarum mundo sit datum supra indicauimus.

VII. Quod Ecclesia IESV Christi habeat ius & potestatem vocandi pastores, & ministros Euangelij.

VIII. Quod iudicium de doctrina Episcoporum, pastorum, conciliorum, & quorumcumque doctorum sit penes Ecclesiam: & quod vnicuique prohiberetur sit inquirere in pastorem sui doctrinam, & conciliorum decreta examini subicere.

IX. Quod is, qui gradu vel munere est superior, cedere debeat de sententia inferiori rectis scripturam interpretanti.

X. Quod ordine seruato, & ministerio Euangelij sua manente dignitate & vsu, singulis pijs in Ecclesia liceat dicere sententiam de doctrina, edere confessionem, erudire alios, confirmare dubitantes, & refutare blasphemias.

XI. Quod Spiritus Prophetarum sint subiecti Prophetis.

XII. Mulieribus permittendum non esse, ut in publico congressu Ecclesiae concionentur.

XIII. Omnia decenter & ordine in Ecclesia peragenda esse.

XIV. Ecclesiae Dei licere instituere ritus exteros & uestionum ordinem: modo omnia decenter & ordine fiant, & non atroxatur ritibus opinio cultus, aut necessitatis, aut meriti.

CAPVT XV.

Summa ca.

Totum hoc caput prolixa & insignis est explicatio articuli de resurrectione mortuorum ad iudicium & vitam aeternam: Qui est totius Christianae religionis vnicus scopus. Turbauerant Corinthios homines fanatici, qui contenderant peractam & impletam iam esse mortuorum resurrectionem per regenerationem, qua essemus viuificati cum Christo in Spiritu: Nec intelligendas esse conciones Prophetarum, Christi, & Apostolorum de resurrectione corporum, & vita altera post hanc vitam futura: sed post mortem corporis omnia finire, & ipsam. Atque ita e fundamentis euerterunt isti praestigiatores vniuersam religionem Christi. Paulus ergo iustam hic instituit refutationem huius blasphemiae & Epicuri erroris. Docet Christum Iesum vere a mortuis resurrexisse, & nos vna cum corporibus vere resurretuos, & Christum abolita morte & peccato in caelis cum beatis hominibus regnaturum, & nos in omni aeternitate cum Christo victuros & caelestis gloria fruituros esse. Haec est summa huius prolixae concionis.

Partes capituli.

Tota concilia Pauli in 8. membra commode diuidi potest.

1. Metabrum est Exordium, in quo Corinthiis reuocat in memoriam Euangelion, quod apud eos docuerit, ostendit eius efficaciam, & ad hanc doctrinam alligat Ecclesiam.

2. In secundo fundamentum ponit articuli de resurrectione mortuorum, nimirum, Resurrectionem Iesu Christi: eamque probat multis argumentis.

3. Tertium est propositio de vniuersali resurrectione mortuorum, & huius articuli probatio.

4. Quartum continet collationem Adae & Christi mortis & vitae.

5. Quintum continet collationem regni Christi in hac vita, cum regno eius, quod habiturus est in altera vita in omni aeternitate.

6. Agit de modo resurrectionis corporum: de diuersitate gloriae, quae fulsura est in beatis: & de circumstantiis.

7. In septimo membro docet causam mortis humanae, & officium legis diuinae.

8. Postremo, Gratias agit Deo pro victoria Christi, qua mortis & peccati imperium deuicit: & erigit pios hac consolatione, quod nostri labores & certamina in hac vita non abeant absque fructu, sed habeant mercedem copiosam repositam in caelis.

1. *Notum vobis facio, fratres, Euangelium, quod annuncians vobis, quod & suscepistis, in quo & statis.*

2. *Per quod & salutem habetis: quo pacto annuntiarim vobis si tenetis nisi frustra credidistis.*

Paulus refutaturus eos, qui resurrectionem mortuorum negabant, & articulum hunc illustraturus, deducit Corinthios ad primum fontem & immortum fundamentum omnium articulorum fidei: nempe ad Euangelion de Iesu Christo, quod Deus mundo per Prophetas & Apostolos annunciauit. Hoc enim vnicum est omnis salutis nostrae fundamentum: vt Paulus discrete docet, *fundamentum aliud poni non potest prater id, quod positum est, quod est Iesus Christus.* 1. Cor. 3. v. 11. Nec est alia commodior, nec optima revalidior ratio refutandi omnis generis corruptelas, futandi errorum quam si eis Euangelion Iesu Christi per Prophetas & Apostolos mundo reuelatum opponamus. Atque ita normam tradit nobis Paulus, & confirmandi nostram fidem, & refellendi praestigias errorum. Vniuersam enim Ecclesiam ad hoc Euangelion alligat, & omnia dogmata iuxta hoc Euangelion, quod Paulus docuit, vult examinare.

Quod dicit *notum vobis facio Euangelium, quod Euangelizauit, ostendit non esse satis semel sanam doctrinam in Ecclesia esse propositam, & articulos recte explicatos: sed propter hominum oscitantiam & negligentiam: tum propter insidias Saronae, qui subinde zizania spargit inter triticum, subinde repeti oportere doctrinam, & articulos reuocari in memoriam, & testimonium scripturae confirmari: vt pii constanter in agnita persistant: Paulus inquit, *ne negligas domum, quod tibi datum est per prophetiam.* 1. Tim. 4. v. 14. Significat etiam se non hoc studere, vt subinde nouas adferat conciones, & nouis sententijs curiositati vulgi interuiuat: sed se eandem semper repetere & inculcare doctrinam de Iesu Christo: & huic vni rei se totum incumbere, vt sanam fidem Iesu Christi instillet suis auditoribus.*

Euangelion hic significat non vnum aliquem articulum, sed totam Prophetarum & Apostolorum doctrinam de Iesu Christo, quam Paulus Corinthiis fideliter proposuerat: Cuius summa haec est praecipua, accipitur, quod *Iesus Christus secundum scripturas mortuus sit pro nostris peccatis, & secundum scripturas resurrexerit a mortuis tertio die ad nostram iustitiam.* hoc. ca. v. 3. Hoc est caput praecipuum vniuersae religionis, summa diligentia custodiendum.

Quod & accepistis, in quo & statis: Testimonium tribuit Paulus Ecclesiae Corinthiaca, quod Euangelion de

Non de Iesu Christo aude susceperit, ac constanter tenuerit. Ex ea igitur doctrina, quam petcepit ex Paulo, iudicium de erroribus fanaticorum hominum & falsorum Apostolorum facere potest. Indicat Corinthios magnæ leuitatis & in constantia notari inuersuros, si passi fuerint se abduci ab illa Evangelij doctrina, quam fide susceperunt, & huc usque constanter defenderunt spreto genium sarcasmo, variis periculis, & insultibus Satanæ. Non enim sine certamine nobis Evangelij retinetur, & constanter defenditur. Cum ergo non tantum susceperint Corinthij Evangelion, sed etiam perstiterint in eo hæcenus constanter, indignum esset eos nunc desistere ab eo, & sequi inanes prælugias.

Per quod & salutem consequimini: Hæc verò omnium grauißima est exhortatio, quæ illos excitat, & constanter in agnitione veritatis perstent, siquidem per hoc Evangelion, quod susceperunt, salutem consecuti sint: reconciliati enim sunt Deo per fidem in Christum: liberati sunt a potestate Satanæ: adepti sunt conscientiam pacem: donati sunt Spiritu sancto: & constituti sunt vitæ æternæ hæredes. Atque ex hac iam comparata salute, quæ in conscientia ipsorum obhærens erat, certo statuere poterant, se verum & iustificum Evangelion Iesu Christi ab Apostolo Paulo didicisse. Non igitur deserere debent doctrinam, cuius salutarem efficaciam iam erant experti. significat etiam sine salutis æternæ periculo non posse abici hanc veram & æternam Evangelij doctrinam.

Efficacia Evangelij.

Grauißimum est igitur hoc argumentum ad retinendos Corinthios in agnita veritate. Et illustre testimonium hic obseruetur de salutari efficacia Evangelij. Per hoc Evangelion, quod Paulus annunciauit Corinthiis, dicit eos salutem consecutos esse. Non est igitur tantum externi hominis exercitium prædicatio Evangelij, vt Schyvenckfeldiani delirant: sed vt Paulus inquit, *Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.* Rom. 1. v. 16. *Verbum meum*, inquit Dominus Zebaoth, *non rediit ad me vacuum: sed profpere expediet omne, ad quod miserum illud, sicuti pluuia non reuertitur in caelum sine fructu, sed fecundat terram.* Iesa. 55. v. 10. Consißit Deus hoc medium & organon, per quod velit hominibus in hac vita imperium, iustitiam & vitam, nimirum prædicationem Evangelij. Paulus inquit, *postquam in sapientia Dei, mundus non cognouit Deum per sapientiam, placuit Deo per stultitiam prædicationem saluos facere credentes.* 1. Corinth. 1. v. 21. Reuerenter ergo ministerium verbi habeamus. Certo statuamus hunc summum esse in terrens Theßaurum, notitiam Evangelij Iesu Christi: constanter tuamur puritatem doctrinæ Evangelij, vt pote qua nostra continetur salus.

Evangelij.

Sit tenetis, nisi frustra credidistis: Vt somnolentiores excitet, valde acrem interpergit commonestacionem: Attendendum est vobis, quid & quomodo docuerim Evangelion, quæ sit summa totius Evangelij, quod sit fundamentum nostræ fidei, qui est scopus vniuersæ religionis. Nisi enim attendetis, frustra credidistis, & omni fructu fidei, nimirum, æterna salute carituri estis. Singuli ergo operam demus, vt ipsa fidei nostræ fundamenta probe addiscamus, & in agnita Evangelij doctrina constanter aduersus qualis errorum prælugias perstidamus.

3. Tradidit enim vobis imprimis, quod & acceperam: quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.

4. Et quod sepultus sit, & quod resurrexit tertia die secundum scripturas.

Vniuersæ nostræ religionis summa & fundamentum est, quod dominus noster Iesus Christus pro nostris peccatis mortuus est, & resurrexit propter nostram iustitiam. Huic fundamento ianitur omnis consolatio, omnis salus & spes nostra. Hinc etiam manat summa illa consolatio de resurrectione mortuorum, & de futura vitæ æternæ gloria. Recte igitur Paulus hinc orditur Epicurei erroris, qui resurrectionem mortuorum negabat, refutationem. Hoc enim fundamentum probe munito, quod Iesus Christus filius Dei & mortuus sit propter peccata mundi, & resurrexit propter nostram iustitiam, Rom. 4. v. 25. Et blasphemum Sadduceismum seu Epicureismum, & vniuersas hæreses collabi necesse est. Sit ergo nobis perpetuo in conspectu hoc nobile & luminatum caput nostræ religionis. Quia Iesus Christus filius Dei mortuus & sepultus est pro peccatis nostris: certum est iudicio legis, & iustitiæ Dei factum esse pro nobis: certum itaque in Christo est Satanæ & peccati regnum esse euersum: certum ita in morte & sepultura Dei placatam esse, & merito Iesu Christi iustitiam coram Deo nobis impetratam esse: Quia etiam Iesus Christus non mansit in morte, sed virtute Dei tertia die resurrexit a mortuis, & nouam æcelestem vitam est ingressus, necesse est imperium mortis detrudam esse: necesse est genus humanum non tantum ad futuram vitæ miseriam conditum esse: necesse est æternam & coelestem vitam post hanc vitam restare: necesse est fideles non tantum in hac vita sperare in Christum: necesse est corpora nostra, quæ per fidem Christo interantur, non manere perpetuo in puluere mortis, sed aliquando resurgere ad vitam, vt fidei suæ fructum percipiant, & cum Christo in æternum viuant. Hæc amplissima consolationes necessario sequuntur ex illo Evangelio, quod Iesus Christus pro nostris peccatis est mortuus & tertia die resurrexit. Recte ergo Paulus repetit, & in capite refutationis Sadduceismi posuit hanc religionis nostræ summam & fundamentum: probat autem & mouit hanc artem nostræ religionis præcipuam, primum in sacra scriptura. *Christus*, inquit, *mortuus est secundum scripturam, & resurrexit secundum scripturam:* Hæc omnium firmissima est demonstratio nostræ religionis: Deus religionis essentiam mentiri non potest. Itaque maior fides sacra scripturæ adhibenda est, quam vniuersi mundi experientia. Recentem memoria tenebant Corinthij testimonia scripturæ de morte & resurrectione Christi: Itaque Paulus ea hic omittit: Debent autem piis quam notissima esse, in primis Psalm. 22. & Iesa. 53.

5. Et quod conspectus est Cepha, deinde duodecim.
6. Deinde conspectus est plusquam quingentis fratribus una vice: quorum maior pars adhuc est in vita, quidam vero ex illis obdormierunt.
7. Deinde conspectus est Iacobus: deinde omnibus Apostolis.
8. Postremo omnium conspectus est & mihi tanquam abortiuo.

Resurrectionem Christi probat grauißimæ autoritatis testimoniis, siquidem Christus resuscitatus visus sit Apostolis, qui eum viderant in cruce pendente atque expire. Non recitat Paulus omnia testimonia resurrectionis Christi: sed tantum præcipua quædam: sicut autem & cætera nota piis, vt fidem nostram muniant.

Ipsò die resurrectionis quinquies se conspiciens apparuit. Primum apparuit Mariæ Magdalene in hortu, Ioh. 20. Marci. 16. Secundo reliquis mulieribus, Apparitio Christi resuscitati.

ribus, quæ venerant ad vngendum dominum, Matth. 28. Tertio apparuit Petro: Lucæ 24. Atq; huius historię hic meminit Paulus. Quarto apparuit Cleophae & Nathanaeli euntibus in Emmaus. Luc. 24. Quinto sub vesperam diei Resurrectionis apparuit discipulis congregatis. Luc. 24. Marci. 16. & Ioan. 20. atq; huius historię rursus hic meminit Apostolus Paulus. Sexto apparuit Christus Apostolis & Thomæ congregatis octavo die post resurrectionem. Ioan. 20. Addit deinde plura testimonia resuscitati Christi, quæ obseruata sunt dignissima. Dicit enim Christum Iesum resuscitatum a mortuis vna vice plusquam quingentis fratribus visum esse. Hæc septima est apparitio Christi. Quando hæc adparitio contigerit, nõ exprimitur Existimo autem eam fuisse, cuius meminit Matthæus ca. 28. Quæ in monte Galileæ facta est: vbi ex mandato Christi & Angelorum Apostoli peracto festo paschato congregati fuerunt, ac sine dubio cum ipsis multi discipuli Christi & Apostolorum: huius insignis historię meminit hic Paulus, tanquam testimonij euidentissimi & angustissimi resuscitati Christi: magna enim pars discipulorum, qui fuerant ad Ierosolymam, adhuc superstes erat viua voce testari poterat se vidisse Christum. Octauo apparuit Christus ad mare Tiberiadis simoni Petro, Thomæ, Nathanaeli, filio Zebedæi, & duobus aliis ex Apostolis, quæ apparitio describitur Ioan. 21. Nonõ, vt hic testatur Paulus, visus est Christus Iacobo, qui dictus fuit frater domini, eo quod ex sorore Mariæ matertera Christus natus esset, qui primus fuit Episcopus Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Vbi autem & quando hæc adparitio contigerit, non scribitur. Decimo, omnibus Apostolis adparuit Christus, vt hic testatur Paulus, nimirum in die ascensionis domini prope Bethaniam in monte Oliuarum. Luc. 24. Act. 1. Vbi in conspectu Apostolorum & multorum discipulorum Christus in caelum ascendit.

Hæc adparitiones describuntur in historia Euangelistarum, vt his confirmati testimonis certo statuamus Iesum Christum vere a mortuis resuscitatum esse, & iam regnare ad dextram æterni patris. Haud dubie sapius se conspicendum præbuit Christus post resurrectionem a mortuis, siquidem Lucas Act. 1. testatur Iesum Christum, postquam a mortuis resurrexit, 40. diebus conuersatum esse cum Apostolis, & de regno Dei locutum esse: sed quia istæ narrationes tot adparitionem sufficiebant ad faciendam fidem: Ideo reliquas omiserunt. Paulus vero testatur & sibi visum esse Iesum Christum, a mortuis resuscitatum: ac quantum ex variis locis colligere licet, Paulus aliquoties vidit Dominum. Nam in itinere, cum Damascum pergeret, vidit dominum Iesum, vt Ananias testatur. Et de hæc reuelatione hic loquitur. Deinde in templo Hierosolymitano existens, in ecclasi vidit Dominum Iesum, præcipientem vt egredere-tur. Vidit præterea dominum Iesum in ecclasi Hierosolymitanis. Act. 23. Non dubium est, quin etiam viderit Dominum Iesum raptus in tertium caelum, & in paradysum cuius reuelationis meminit, 2. Corinth. 12. Merito igitur Paulo tanquã testi ad Ierosolymam fides habetur. Considerans Paulus magnitudinem beneficii, quo eum filius Dei Iesus Christus & adfecit, qui se Paulo multoties post resurrectionem & ascensionem in caelos conspicendum dedit, eumque Apostolis parem fecit: simul & indignitatem suam fate-tur, vt tanto illustrior sit Dei misericordia & clementia erga ipsum.

Mihi tanquam abortino visus est Christus: Quasi dicat, Ego non sum vna cum aliis Apostolis electus ad Apostolatam, non interfui concionibus & miraculis Christi, non sum regeneratus verbo ante Christi mortem, vt ceteri Apostoli, qui Christum viderunt 40. diebus: sed post ascensionem veluti extranea eram, massa feæda, carens vita, & expers lucis: non eram renatus ex Spiritu, non noueram Christum, de-

stituebar omni vita & iustitia, foedissima massa, erant in conspectu Dei: siquidem persequerebar Ecclesiam Dei. Tanta autem & tam immensa fuit Dei erga me misericordia, vt non solum vitam mihi impertuerit, me in gratiam receperit, & in filium Dei regenerauerit, sed etiam Christum Iesum resuscitatum a mortuis mihi conspicendum dederit, & Apostolum constituerit.

9. *Ego enim sum minimus inter Apostolos, qui non sum dignus, qui vocer Apostolus, eo quod persecutus sum Ecclesiam Dei.*

10. *Gratia vero Dei sum, quod sum: & gratia ipsius in me (collata) non fuit inanis: sed copiosus laboravi, quam ceteri: non ego autem, sed gratia Dei, quam mihi adfuit.*

Comminorat amplius suam indignitatem, vt amplificet atque illustret tanto magis beneficentiam & misericordiam Dei, qui tantam donorum amplitudinem contulit in ipsum. Evidentissimum sane est hoc argumentum, & testimonium luculentissimum, Magnam immensam esse Dei misericordiam erga indignos & arguendos peccatores, siquidem saeuum & vehementem Ecclesiæ persecutorem non solum conuertit ad ricordiam fidem, & recepit in gratiam, sed etiam tanta donorum amplitudine exornauit, vt Apostolis Iesu Christi annumeretur. Quos ergo delictorum magnorum conscientia terret & ad desperationem adigere conatur, hi semper hoc illustre misericordię Dei exemplum iucueantur.

Gratia Dei, inquit, sum, quod sum: Totum inquit, quod sum & habeo, non ex me, sed immensa Dei misericordia & sum & habeo.

Et gratia Dei in me non fuit inanis: Ne Pseudoapostoli contemptim habeant Apostolatam Pauli, ostendit dona, quæ ipsi collata sunt, non absque fructu extitisse: multas enim Ecclesias erudit & laudabiliter constituit: & doctrinam Euangelij, quã latissime sparsit. Quod dicit se plus ceteris Apostolis laborasse, non certat æmulatione cum reliquis Apostolis Iesu Christi, sed commendat suum ministerium, & ostendit Deum largiri laboribus eius felicem successum: Apostoli magna fide laborarunt in vinea domini, quisque pro sua mensura, sed Paulus omnibus fuit superior: In multas gentes sparsit semen verbi diuini: magnam partem Asiæ & Europæ peragravit Paulus, vt multas gentes ad fidem conuerteret, grauissima sustinuit Paulus certamina, plurima subiit pericula, quemadmodum narrat in 2. Epistola ad Corinth. Ipsi etiam Epistolæ nunc magis erudiant Ecclesias Dei in vniuerso orbe, quam reliquorum Apostolorum monumenta. Vera est igitur gloriatio Pauli: in qua potius fructum suorum laborum & sui ministerij respicit, quam suam laudem. Idcoque repetit: Non ego autem, sed gratia Dei, quam mihi adfuit: Ne quis suspicaretur eum inanis gloriæ esse cupidum, & ne superbis patronis liberi arbitrij ansam sophisticandi præberet, nihil sibi vult tribui in tanto successu suorum laborum, sed omnia adscribi gratiæ Spiritus sancti. Deus enim est, qui nobis suppeditat Spiritum, sapientiam, robur corporis & animi, munus, occasionem, efficaciam, successum prosperum, protectionem & omnia: Totum ergo Dei est, & nihil est nostrum.

11. *Sive igitur ego, sive illi: ita predicamus, & ita credidistis.*

Monts

Paulo quoties apparuerit Christus.

Monet Corinthios, ne propter ministeria & donorum diuersitatem arbitrentur diuersa esse dogmata Euangelij. Vna est enim celestis veritas, quae in libro nostra continetur, siue ea a Propheta, ab Apostolo, ab Angelo, vel ab Episcopo praedicetur: siue praeco veritatis summis siue mediocribus donis sit instructus, eandem doctrinam Euangelij sonare cogitur. Non enim ab hominibus vel Angelis inuentum aut excogitatum est Euangelion: sed solus Deus suam voluntatem de salute hominum & collectione Ecclesiae per filium patefecit. Hanc non licet vlli Angelo mutare. Ideo Paulus inquit, *si Angelus de caelo aliquid Euangelion docuerit, sit anathema* Gal. 1. v. 8. & 9. Non ergo ad diuersitatem donorum in ministris: sed ad authorem sacrosancti Euangelij Deum aeternum semper est respiciendum.

12. *Si autem Christus praedicatur, quod ex mortuis resuscitatus sit, quomodo dicunt quidam inter vos, quod non sit resurrectio mortuorum:*

3. Pars cap. Adversio resurrectionis mortuorum.
Occasio huius tractationis.
Sententia Sadduceorum.
5. Argum. pro resurrectione mortuorum.

Haec principalis est propositio huius 15. Capitis, in unum argumentum firmissimum, sumpto a causa efficiente, quod praemisit: falsum est inquit, dogma quod aliqui adserunt inter vos, non esse resurrectionem mortuorum: Iesus Christus enim vere a mortuis resurrexit, ut supra demonstratum est. Obiendit hic Apostolus, quae fuerit occasio ipsi scribendi hoc caput: nimirum Sadduceismus quorundam, qui cum non solum Christiani perhiberi vellent, sed & Apostoli Christi: tamen palam docebant, non esse resurrectionem mortuorum: quemadmodum & Sadducei palam in populo Dei docuerant. Haud dubie alij aliter hunc errorem pinxerunt: Alij simpliciter adfirmarunt, animas vna cum corporibus extingui, & hominem post mortem nihil differre a bruto animali: alij fixerunt animas quidem aliquandiu esse superstitas, postquam corporibus soluta sunt: sed corpora non resurgere. Quidquid vero de resurrectione mortuorum scriptura testaretur, id intelligendum esse de spiritali viuificatione & regeneratione per Baptismum, & totum ministerium: ut cum Paulus persecutor Ecclesiae conuertitur ad Deum per Spiritum sanctum, regeneratur & viuificatur, ut in nouitate vitae ambulet, resuscitatus est a mortuis. Quomocumque autem pinxerunt errorem, haec sunt summa, post mortem corporis omnia finiri, & non restare aliam vitam post hanc vitam. Hinc astitit pius lector, quam immanis sit potentia Satanæ, qui Iesu Christo filio Dei docente orbem ausus est per suos Sadduceos, tam impudens dogma proferre in Ecclesia Dei: & eo ipso tempore, quo filius Dei sua resurrectione ex mortuis vniuersam religionem, & quidem articulum de mortuorum resurrectione euidentissime demonstrauit: quo multi adhuc superstites erant, qui Iesum Christum resuscitatum a mortuis conspexerant: quo plerique Apostoli adhuc erudiebant Ecclesiam: quo per Apostolos & alios praecones Euangelij multi mortui in vitam reuocabantur: ausus est tamen palam & publice per pseudoapostolos disputare contra doctrinam de resurrectione mortuorum. Non igitur mirum est in hac delira mundi senecta, prophanum Sadduceismum inualescere: & homines prolabi in securitatem. Nos vero tanto diligentius muniamus nostra pectora contra hos turores Sadduceorum & Epicureorum: & animis nostris infigamus demonstrationem hanc irrefutabilem, quam hic suppeditat nobis Paulus. Christus inquit, resurrexit a mortuis: Ergo certissimum est, quod sit resurrectio mortuorum, & quidem corporum humanorum. Valet consequentia a causa efficiente ad proprium effectum. Christi resurrectio est

efficientis causa nostrae resurrectionis: sed Iesus Christus vere resurrexit. Ergo necesse est & nos resurgere. Christus ut sibi non est mortuus, sed nobis: ita nec sibi resurrexit, sed nobis. Non solum diuinitas Christi exiersit mortis, ad aeterno in omnem aeternitatem viuit, sed & humanitas eius immunitis ab omni labe peccati, in omni aeternitate viuere potuisset: nisi nostrae salutis causa mortem subiisset. Cum ergo Christus pro nobis & in nostram salutem & mortuus sit & resurrexit: necesse est nos, qui in Christum credimus, mortis & resurrectionis eius, fieri participes. Necesse est fructum resurrectionis eius, quae fregit potentiam mortis, nobis communicari: Necesse est nos conformes fieri imagini gloriae ipsius. Cumque membra simus corporis Christi, Christus autem, ut Caput Ecclesiae, corpore suo resurrexit a mortuis, necesse est nos, ut membra Christi, corporibus a morte resurgere. Haec est certissima demonstratio, quae nulla Sophistica labefactari potest, Si enim Deus voluisset nos relinquere in morte, & futurae vitae praesens expertes esse, nihil attinebat filium Dei de caelo mittere mediatorem, non erat necesse Christum subire mortem, nulla etiam causa erat, cur Christus ad inferos descenderet & tertia die resurgeret. Ac totum opus redemptionis generis humani frustra susceptum fuisset. Cum ergo Iesus Christus filius Dei vere a mortuis resurrexit, necesse est & nos resurgere, ut fructum passionis & resurrectionis eius percipiamus.

13. *Si vero resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.*

Idem est argumentum a connexionē causarum & 2. Argum. effectuum. Si nulla est resurrectio mortuorum, necesse est negari & Christum resurrexisse: Sublato enim omni effectu, & omni causa finali, etiam efficientem negari necesse est. Quorsum enim opus erat filium Dei mori & tertia die resurgere, si nolebat genus humanum a potestate mortis liberare? Si nolebat fidelibus aeternam vitam communicare? Et si in vniuersum negatur resurrectio mortuorum, omnino negandum est & Christum a mortuis resurrexisse. Hic enim dux & caput est omnium, qui a mortuis resurgunt. Hic nobis vitam fecit per mortem in vitam aeternam: Hic fregit potentiam mortis & carcerem inferni: propter hunc mediatorem mortui recipiunt vitam. Quod si ergo negetur resurrectio mortuorum, omnino & Iesu Christi mediatoris resurrectio euertitur.

14. *Si vero Christus non resurrexit, inanis igitur est praedicatio nostra, inanis vero est & fides vestra:*

15. *Et nos reperimur esse falsi testes Dei, si quidem contra Deum testificamur, quod excitauit, quem non excitauit, siquidem mortui non resurgunt:*

16. *Si enim mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.*

Absurda colligit, quae ex falso & impio isto dogmate necessario sequuntur, ut ita vanitatem & falsitatem eius demonstrat. Hypotheses enim ex quibus absurda & falsa sequuntur, falsas esse necesse est, eo quod ex vero nil nisi verum sequitur. Nihil magis absurdum est, quam vniuersam praedicationem Apostolorum esse inanem, & absque omni fructu. Vanum est de summis beneficiis, quae Deus ex

2. Argum.
 3. Argum.
 4. Argum.

5. Argum.

6. Argum.

7. Argum.

8. Argum.

immensa bonitate confert in genus humanum, quod ministerium Euangelij instituit in genere humano, excitauit, & illustribus donis ornauit Apostolos, vt mundo explicarent beneficia mediatoris, & monstrarent viam ad vitam aeternam: summus hic Thefaurus est generis humani, nimirum, praedicatione Euangelij, per quam adipiscimur veram Dei noticiam, vocamur ad poenitentiam, regeneramur ad vitam aeternam, donamur Spiritu sancto, & ex qua in omni necessitate omnis generis efficacissimas consolationes haurimus. Hanc igitur saluberrimam, & saluificam praedicationem, qua nihil est in mundo preciosius, nec magis necessarium, inanem dicere, summa est absurditas & impietas, vniuersam sacram scripturam euerrens. Sic summa esset absurditas dicere, quod inanis sit fides vestra. Per fidem enim liberati estis ab idolomania & furoribus Ethnicis, & peruenistis in agnitionem veri Dei: per fidem reconciliati estis Deo, impetrastis remissionem omnium peccatorum, erepti estis ex potestate tenebrarum, & tyrannide Satanæ: tranquillam habetis conscientiam: donati estis Spiritu sancto: exornati estis insignibus & multiplicibus donis: percipitis in omni tribulatione firmam consolationem: liberum accessum quotidie habetis ad thronum Dei: & spem certam tenetis de vitae aeternae hereditate: Hanc igitur fidem, cuius tam insignes fructus & effectus in corde experti estis, & quotidie experiri dicere inanem & irritam, extrema sane est absurditas & dementia. Necessario autem sequuntur haec absurda, si Christus non resurrexit a mortuis. Hoc enim est caput, & fundamentum vniuersae praedicationis Euangelij: quo euerlo, omnes fidei articulos collabi necesse est. Si enim Christus summam & causam praedicationis Euangelij monstrat, sic oportebat Christum pati, & mori & resurgere, & praedicari in nomine ipsius poenitentiam & remissionem peccatorum. Luc. 24. v. 26. Huic etiam fundamento omnis nostra fides innititur: qua & Deum nobis reconciliatum esse statuimus, & vitam aeternam speramus: nimirum quod Iesus Christus morte sua pro nostris peccatis satisfecerit: & sua resurrectione mortis potentiam fegerit, & iustitiam & vitam sempiternam nobis impetrauerit. Cum ergo nullo modo haec absurda, quae ex sententia (quod Christus non resurrexit) necessario sequuntur, sint concedenda, manifestum est falsum esse dogma, quod negat Christum resurrexisse a mortuis. Aliud deinde absurdum attexit. Inde sequeretur nos Apostolos esse falsos testes, qui manifesta mendacia spargerent de Deo. Siquidem in mundo testamur, quod Deus Iesum Christum a mortuis resuscitauerit, cum iuxta impium dogma Christus a mortuis non resurrexit. Horrendum est autem cogitatu Apostolos Iesu Christi falsi testimonij insimulari. Idem enim ac si quis Spiritum sanctum acculet mendacij: Spiritus sanctus enim per ora Apostolorum de resurrectione Christi testatur in mundo, Spiritus sanctus autem est Spiritus veritatis, qui mentiri non potest. Ergo omni exceptione maiores sunt testes Apostoli: & nefas est ipsorum testimonium in dubium vocare. Manet ergo firmum & immortuum, quod Iesus Christus a mortuis resurrexit, quemadmodum Apostoli de Deo testantur, & sequitur esse resurrectionem mortuorum, quae ex resurrectione Iesu Christi promanat.

Resurrectio Christi fundamentum praedicationis

Absurdum Apostolos esse falsos testes.

Sic argueretur Spiritus S. mendacij.

17. Si vero Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc estis in peccatis vestris.

18. Ergo & hi qui in Christo dormiunt, perierunt.

19. Si in hac vita tantum speramus in Christi

sumi, miserimi sumus omnium hominum.

Absurda, quae sequuntur ex impio dogmate quo negatur resurrectio mortuorum & Christi, repetit, inculca & exaggerat. Est enim hoc argumentum longe grauissimum, quod nulla oratione satis exponi potest. Si enim nulla est resurrectio mortuorum, tum vniuersa Christianorum religio ex fundamentis evertitur: concidunt profus omnes articuli fidei: & vniuersae consolationes, quae extant in verbo Dei, euanescent. Paulus igitur impietatem & prophanitatem sacrilegi dogmatis non potest satis detestari: & vt omnes plorum cogitationes inde deterreat, ostendit isto errore vniuersam deleri religionem. *Vana est, inquit, fides vestra.* Hoc est, frustra creditis in Deum patrem, filium & Spiritum sanctum: frustra amplectimini doctrinam Apostolorum: frustra agitis poenitentiam: frustra luctamini contra peccatum, mortem & Satanam: frustra sustentatis vos promissionibus diuinis: frustra suscipitis baptismum: frustra sumitis cenam domini: frustra speratis beneficia & gloriam regni Iesu Christi. Haec enim omnia eo tendunt, vt reconciliati Deo per fidem resuscitemini ex morte, & aeterna beatitudine fruamini. Vere igitur vana est fides vestra inquit, si nulla est mortuorum resurrectio. *Adhuc estis in peccatis vestris.* In peccatis esse, significat hic Paulo, non esse reconciliatum Deo: premi maledictione legis: esse reum coram iudicio Dei: sentire horrendum onus peccati: & esse sub tyrannide Satanæ ac destinatum esse ad aeternos cruciatus propter peccatum. Haec miseria nihil tristius dici, nec cogitari potest. Ea autem sequitur ex illo dogmate, quo negatur resurrectio mortuorum. Si enim mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si Christus non resurrexit, ergo non extitit victor peccati & Satanæ: ergo non fuit verus Messias; siquidem scriptura promittit Messiam resurrecturum. Ergo non liberauit vos a peccato & morte. Necesse est igitur vos adhuc in vestris haerere peccatis, quae extrema est calamitas, si mortui non resurgunt. *Etiam qui dormiunt in Christo perierunt:* Audierant Corinthij insignem consolationem a Christo, quod, qui in Christo obdormiuissent, beati essent: siquidem illos aeterna maneret vita & gloria. Iam inquit, si sacrilegum istum errorem Sadduceorum suscipitis, perit vobis omnis spes de beatitudine eorum, qui in Christo Iesu feliciter obdormuerunt: Imo inquit, non solum perit vobis spes de beatitudine mortuorum, sed etiam vniuersa Christianorum religio extremae condemnabitur dementiae. Nullum est enim genus hominum vel secta in mundo, quae tanta odia, tam varia pericula, tantas calamitates, & tam dira subbeat supplicia propter religionem atque nos Christiani: quemadmodum historia Ecclesiae, & imprimis Apostolorum & martyrum ostendit: mundus omnis generis sectas, errores, blasphemias & scelera ferre potest, saltem Christianos ferre non potest: Veritatem Christi seruo profiteates, extreme odit, ipsos & postolos tanquam *καθάρματα καὶ πρῶτα ἰμῶνα* detestatur. Iesaias serua dissectus est: Ieremias lapidibus in Aegypto obrutus: Paulus capite truncatus: Polycarpus igne combustus: Ignatius a feris dilaniatus: Blandina ferrea sedi candenti imposita: Tantaque rabie sequitur mundus in Christianos, vt defatigati sint & tyranni & carnifices, & excogitando noua supplicia & excruciendo Christianos. Iam si nulla est resurrectio mortuorum, nec vlla restat beatitudo post hanc vitam, certe omnium hominum miserimi & calamitosissimi, atque etiam stultissimi erunt Christiani, quos oportebat omnium hominum esse cum sapientissimos, tum felicissimos, eo quod soli luce verbi diuini illustrantur, ductu Spiritus sancti reguntur, soli verum Dei cultum exercent, & clementia Dei pra omnibus populis totius orbis fouentur. Cum ergo

Plura absurda deducit.

I. Vanam est fidem.

II. Haerere in peccatis.

III. Omnes qui dormiunt in Christo perierunt.

IV. Christiani nos esse stultissimos.

Vana est, inquit, fides vestra. Hoc est, frustra creditis in Deum patrem, filium & Spiritum sanctum: frustra amplectimini doctrinam Apostolorum: frustra agitis poenitentiam: frustra luctamini contra peccatum, mortem & Satanam: frustra sustentatis vos promissionibus diuinis: frustra suscipitis baptismum: frustra sumitis cenam domini: frustra speratis beneficia & gloriam regni Iesu Christi. Haec enim omnia eo tendunt, vt reconciliati Deo per fidem resuscitemini ex morte, & aeterna beatitudine fruamini. Vere igitur vana est fides vestra inquit, si nulla est mortuorum resurrectio. *Adhuc estis in peccatis vestris.* In peccatis esse, significat hic Paulo, non esse reconciliatum Deo: premi maledictione legis: esse reum coram iudicio Dei: sentire horrendum onus peccati: & esse sub tyrannide Satanæ ac destinatum esse ad aeternos cruciatus propter peccatum. Haec miseria nihil tristius dici, nec cogitari potest. Ea autem sequitur ex illo dogmate, quo negatur resurrectio mortuorum. Si enim mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si Christus non resurrexit, ergo non extitit victor peccati & Satanæ: ergo non fuit verus Messias; siquidem scriptura promittit Messiam resurrecturum. Ergo non liberauit vos a peccato & morte. Necesse est igitur vos adhuc in vestris haerere peccatis, quae extrema est calamitas, si mortui non resurgunt. *Etiam qui dormiunt in Christo perierunt:* Audierant Corinthij insignem consolationem a Christo, quod, qui in Christo obdormiuissent, beati essent: siquidem illos aeterna maneret vita & gloria. Iam inquit, si sacrilegum istum errorem Sadduceorum suscipitis, perit vobis omnis spes de beatitudine eorum, qui in Christo Iesu feliciter obdormuerunt: Imo inquit, non solum perit vobis spes de beatitudine mortuorum, sed etiam vniuersa Christianorum religio extremae condemnabitur dementiae. Nullum est enim genus hominum vel secta in mundo, quae tanta odia, tam varia pericula, tantas calamitates, & tam dira subbeat supplicia propter religionem atque nos Christiani: quemadmodum historia Ecclesiae, & imprimis Apostolorum & martyrum ostendit: mundus omnis generis sectas, errores, blasphemias & scelera ferre potest, saltem Christianos ferre non potest: Veritatem Christi seruo profiteates, extreme odit, ipsos & postolos tanquam *καθάρματα καὶ πρῶτα ἰμῶνα* detestatur. Iesaias serua dissectus est: Ieremias lapidibus in Aegypto obrutus: Paulus capite truncatus: Polycarpus igne combustus: Ignatius a feris dilaniatus: Blandina ferrea sedi candenti imposita: Tantaque rabie sequitur mundus in Christianos, vt defatigati sint & tyranni & carnifices, & excogitando noua supplicia & excruciendo Christianos. Iam si nulla est resurrectio mortuorum, nec vlla restat beatitudo post hanc vitam, certe omnium hominum miserimi & calamitosissimi, atque etiam stultissimi erunt Christiani, quos oportebat omnium hominum esse cum sapientissimos, tum felicissimos, eo quod soli luce verbi diuini illustrantur, ductu Spiritus sancti reguntur, soli verum Dei cultum exercent, & clementia Dei pra omnibus populis totius orbis fouentur. Cum ergo

ergo fieri non possit, ut hi, quos Deus summo amore complectitur, in quibus ipse Deus tanquam in templo suo habitat, quos illustribus testimoniis ornat, quod placeant ipsi, quibus amplissimas dedit promissiones de perpetua felicitate, & copiosa laborum mercede, sint omnium hominum miserimi. Ergo necesse est restare aliam vitam & mortuos resurrecturos, ut Deus pro suarum promissionum veritatem, quam distulit sanctis suis in hac vita, in resurrectione mortuorum & vita altera impleat. Atque ita docet hic Paulus hoc consilio pios in hac vita omnis generis calamitatibus exerceri, & saepe tristes habere exitus, ut ipsa innocentium supplicia illustre sint testimonium futuræ resurrectionis mortuorum, & futuræ vitæ. Deus de cælo testatus est Iesaiam Prophetam fidelem esse altissimi Dei ministrum: siquidem per eum stupenda edidit miracula: Et tamen permittit eum terra dissecari: Necesse est igitur alteram restare vitam, in qua Iesaias futurus est beatus, & re ipsa possessurus, quod illi in verbo Dei (Beati omnes, qui confidunt in eo. Psalm. 2. v. 13.) promissum est: siquidem in hac vita promissam beatitudinem non est consecutus.

20. Nunc vero Christus resurrexit a mortuis, primitiæ eorum, qui dormiunt.

Supplicia innocentium testimonia resurrectionis sunt.

Postquam absurda, quæ ex nefario dogmate Sadducæorum sequuntur, exaggeravit atque inculcavit, adversariam nunc ponit, & præcipuum fundamentum doctrinæ de resurrectione mortuorum, quod supra luculentis testimoniis demonstravit, repetit, atque etiam ex præcedentibus argumentis colligit & concludit: quasi dicat, Omnes sani, & qui vel vinciam pietatis habent, fateri coguntur, nullo modo ista horrenda absurda, quæ supra commemoravi, concedenda esse, nisi quis penitus universam religionem evertere velit: Firmum ergo & immotum manet, quod Iesus Christus vere a mortuis resurrexit: & quod sit mortuorum resurrectio: Primitiæ enim resuscitatorum ex mortuis est Christus. Ergo plenitudo Ecclesiæ ex mortuis secutura est. Christus veluti dux præiit Ecclesiæ, & viam fecit per mortem ad vitam æternam: Ecclesia fidelium Christum secutura est: quemadmodum Micheas prædixit. Ascendet perruptor ante eos, erumpent & transibunt per portam, exhibuntque per eam, rexque eorum ante eas transibit, & dominus in capite eorum: Mich. 2. v. 13.

21. Postquam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

22. Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur: sic & in Christo omnes vivificantur.

23. Vnusquisque vero in proprio ordine: Primitiæ Christus: deinde, qui sunt Christi in adventu ipsius.

Cap. pars. Causa mortis & resurrectionis. Adam causa mortis.

Quartum hoc est membrum huius concionis, in qua utrumque fontem, & mortis & resurrectionis, & monstrat & inter se confert: atque ita docet Christum non sibi solum resurrexisse a mortuis: sed nobis, & ex Christi resurrectione nostram manare resurrectionem. Per hominem, inquit, mors intravit in mundum, quasi dicat. Cum Adam in peccatum & mortem prolapsus est, non ille solus est mortuus: sed universam posteritatem protraxit ille in mortem & damnationem: Cum enim ille radix esset universi generis humani, ubi se spoliavit vitam & iustitiam, omnem posteritatem in mortem coniecit. Christus vero alter Adam, & nova radix electe Ecclesiæ, & servavit vitam & promeruit eam omnibus fidelibus. Resurrectio ergo ex resurrectione Christi, nostra colligitur resurrectio. Prolixius tractat hæc collationem Adam & Christi Paulus. Rom. 5. Hoc loco satis illi est monstrasse, & primam causam mortis, & pri-

mam causam resurrectionis. Unde consequentia manifesta est, quia Christus resurrexit, certum est & non resurrectuos a mortuis: quia Christus est secundus Adam: & totius generis humani personam sustinet: loco omnium hominum subiit mortem; & sua resurrectione omnibus meruit & paravit vitam. Observandum est hoc loco clarum testimonium de causa mortis humanæ, & de peccato Originis. Non fuit homo in prima creatione ante lapsum subiectus morti: neque fluxus materiæ subinde ruentis ad alias formas, causa est mortis humanæ: Nec temere aut casu moritur homo: sed per unum hominem venit mors, & in Adam omnes morimur: Hoc est, peccatum seu in obedientia Adæ mortem iniecit in mundum: Deus enim comminatus ei fuerat: Quacumque die comederis de arbore ista, morte morieris. Gen. 2. v. 17. Hoc præceptum Dei, cum transiret Adam & se & universam posteritatem præcipitavit in mortem. Hanc ergo causam mortis humanæ semper intueamur: nimirum peccatum, cui iure irascitur Deus. Ac sciamus aliud remedium contra mortem inveniri non posse, nisi obedientiam & resurrectionem domini nostri Iesu Christi. Hic enim secundus est Adam, cui secundo Deus universam salutem, iustitiam & vitam totius generis humani credidit: Doctrina etiam de peccato originis hinc petenda est. Docet enim Paulus omnes homines in Adæ mortuos esse. Ergo non tantum sibi nocuit Adam suo lapsu: ut Pelagiani delirant: Ergo natura humana non mansit integra post Adæ lapsum: sed universa infecta est peccato & morte destituta. Adam enim postquam in obedientia peccavit contra Deum, & iuxta comminationem in mortem est prolapsus, non potuit ex se elingere quidquam, nisi quod morti esset obnoxium. Natura enim depravata & Spiritu carens, non producit ex se integrum quiddam. Unde Christus inquit, Quicquid ex carne natum est, caro est. Ioan. 3. v. 6. Hoc est, quicquid ex natura corrupta, peccato infecta, morti obnoxia, Spiritus experte, & ad damnationem destinata procreatur: id necesse est esse corruptum, peccato infectum, morti obnoxium, Spiritus expers, & ad damnationem destinatum. Hinc illa sunt tristissima dicta de corruptione totius humanæ naturæ: Corrupti & abominabiles facti sunt. Omnes declinaverunt, & inutiles facti sunt. Non est, qui faciat bonum, ne unus quidem. Psal. 14. v. 1. Item: Eramus omnes natura filij iræ. Eph. 2. v. 3. Item: Sensus carnis est mors & inimicitia adversus Deum. Rom. 8. v. 7. item, 1. Cor. 2. v. 14. Animælis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim sunt ei. Ratio hæc est, quia in Adam omnes mortui sumus. In lumbis enim Adæ totum erat genus humanum, ut arbor in semine. Ut igitur Adam per peccatum iustitiam, vitam, & Spiritum amisit, ita peccato Adæ totum genus humanum iustitia, vita & Spiritu spoliatum est. Nec potuit quisquam vitam, & iustitiam & Spiritum recuperare, nisi filius Dei descenderet de cælo, humanam carnem adsumeret, & suo merito & efficacia nos vivificaret & Spiritu sancto donaret. Quotquot ergo vivificantur, per dominum nostrum Iesum Christum vivificantur. Deum & hominem constitutum a Deo mediatorem.

remedium mortis Christus.

Hic ergo doctrina repetatur de officio & beneficiis mediatoris Iesu Christi: & quod Iesus Christus secundum vitamque naturam sit mediator. Paulus enim discrete hic adfirmat per unum hominem existere resurrectionem mortuorum: Hinc etiam patet omnes homines, qui sunt ignari mediatoris Iesu Christi, aut non credunt in ipsum, manere in morte, ut & Ioannes testatur: Qui non credit in filium, ira Dei manet super ipsum. Ioan. 3. v. 36. Quisque in proprio ordine: primitiæ Christus, deinde qui Christi erunt in adventu ipsius. Subinde inculcat prærogativam & præminentiam Christi: quemadmodum, Coloss. 1. Paulus nominat eum ἀρχηγόν ἐκ τῶν νεκρῶν: principium & primogenitum ex mortuis, ut in omnibus primas teneat. Vult eam fontem nostræ resurrectionis nobis semper in conspectu

Enoch Elias Moyses ante Christum resurrecti. Si quis obiciat, Enoch & Eliam viuos translatos esse in caelum: & Moſen ante Christum esse resurrectum: respondendum est: id factum esse merito & virtute filij Dei mediatoris, in quem crediderunt. Mors enim & resurrectio Christi certo tempore definita, ad omnia se extendit tempora. Ne etiam quis miretur, quod nostra corpora in sepulchris putrescant: eum Christi caro corruptionem non viderit: Paulus docet hunc ordinem a Deo constitutum esse, vt Christus teneat primas in omnibus, & sit primogenitus ex mortuis: deinde vt nos singuli, qui in hac vita credimus in Christum, in ipsius glorioso aduentu resuscitemur.

- 24. *Postea finis quando tradiderit regnum Deo & patri, quando aboleuerit omnem principatum & omnem potestatem & virtutem.*
- 25. *Oportet enim ipsum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos.*
- 26. *Novissimus hostis, qui destruetur mors est. Omnia enim subiecit sub pedes eius.*
- 27. *Cum vero dixerit, quod omnia subiecta sint, clarum est, quod ille excipiat, qui illi subiecit omnia.*
- 28. *Cum vero omnia illi subiecta fuerint, tunc & ipse filius subicietur ei, qui subiecit illi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.*

militiae nostrae. Hic nobis sustinenda sunt odia, exilia, mileriae, morbi, supplicia, terrores: hic nobis adſiduè præliandum contra carnem, mundum, Satanam, mortem & peccatum: At tum abolebit Christus omnem principatum: Non solum de fine impiorum loquitur, sed etiam de tyrannide Satanæ, & omnium hostium nostrorum: Imo etiam de abolitione ministeriorum & officiorum in Ecclesia. Omnem enim principatum abolebit: primum abolebit imperia & principatus mundi: Nullus Cæsar, nullus Rex, nullus Princeps vel Consul tum futurus est: deinde abolebit ministeria & officia in Ecclesia: nullus tum Apostolus, nullus Episcopus, nullus Pastor, nullus gubernator tum futurus est. Ad hæc & Angelorum principatus & ministeria abolebit: non enim per Angelos custodiet aut defendet Ecclesiam. Quarto Diabolorum quoque tyrannidem prorsus destruet, & eos ad ima tartara detrudet. Postremo omnium & ipsam mortem penitus abolebit. Ita tandem triumphabit Ecclesia & æterna fruatur victoria in conspectu æterni Dei.

Oportet autem ipsum regnare, donec posuerit inimicos sub pedes suos. Id est, Interca manet hæc forma regni Christi usque ad aduentum Christi & vniuersalem resurrectionem mortuorum. Sedet Christus ad dexteram æterni patris, est summus sacerdos, rex & mediator Ecclesiae. regit Ecclesiam suam verbo, vocat homines ad poenitentiam, regenerat eos Sacramentis, consolatur eos in afflictionibus: obicit illos variis periculis, defendit illos contra furores mundi & Satanæ, sanctificat eos per Spiritum sanctum, subinde auget in illis notitiam Dei sustentat illos in fide: finit illos in ergi in mortem, & reſeruat eos futuræ resurrectioni. Hoc regnum oportet Christum exercere, donec totam collegerit Ecclesiam, quam pater ab æterno in Filio elegit, & omnes deuicerit hostes in toto orbe. Hoc enim pater mandauit filio: *Ponam, inquit, inimicitias inter te & mulierem: inter semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum: Gen. 13. v. 15. & Psalm. 110. vers. 2. Sceptrum regni tui emittet dominus ex Zion: dominare in medio inimicorum tuorum.*

Vltimus hostis, qui aboletur est mors: Nam omnia subiecit sub pedes eius, ex Psalm. 8. v. 7. & 110. probat Paulus Christum oportere omnium hostium fore victorem: Non ergo satis est, vt in hac vita Christus nos liberet a tyrannis & terroribus mortis: sed necesse est eum etiam abolere mortem, & omnem principatum, vt ille solus sit sublimis. Patrem excipit Paulus, nam hic est author & conditor regni Christi: Non igitur subicietur Christo: sed tum omnium clarissime conspicietur eius diuina maiestas, & immensa sapientia & potentia, qua regnum Christi constituit. Non pugnat Si Christus hæc sententia, quod *Christus tradet regnum Deo & patri tradet* tri: cum tot promissionibus factæ scripturæ de æternitate regni Christi: vt Ies. 9. v. 7. *Et regni eius non erit quomodo finis.* Non enim desinet Christus esse rex & mediator & æternum caput Ecclesiae: tantum forma illa regni mutabitur, esse possit, desinet ministerium verbi & Sacramentorum, fides & ipsius regis: Et coram intuebimur ipsam diuinitatem: Et nam, quia vna est essentia diuina Patris, Filij, & Spiritus sancti, cum pater obtineat regnum in omni æternitate, necesse est filium retinere regnum.

Tum & filius subicietur patri: Christus Deus & homo, vbi adduxerit Ecclesiam in conspectum patris, tum ostenturus est, quod regnum acceperit a patre æterno, quodque eum ineffabili reuerentia & obedientia colat, quod omnia ab ipso profecta sint, quod omnia eius mandato peregerit, quod omnia ad ipsius gloriam retulerit. Hæc autem subiectio filij non tollit æqualitatem essentiae patris & filij: ipsa enim appellatio filij & docet eum eiusdem esse cum patre essentiae, & eum reuerentia erga patrem arctissime deuinctum esse.

Vt Deus sit omnia in omnibus: Hoc est, vt ipsa diuina maiestas luceat in filio, & in tota Ecclesia: Tum non reget Deus amplius Ecclesiam per ministerium Euangelij, & Sacramenta, sed diuinitas immediate communi-

Omnis principatus quomodo abolebitur.

5. Pars cap. Collatio regni Christi in statu huius & futura vita. Digressio.

Restat alia vita.

Per regnum Ecclesiam intelligit.

Regnum patri quomodo tradetur.

Quintum est hoc membrum huius capituli, in quo confert formam regni Christi, quod in hac vita gerit, cum forma regni, quod in altera vita, postquam omnes hostes eius deuicti fuerint, habiturus est. Quia enim vniuersalis resurrectionis, que in aduentu Christi ex nubibus futura est, meminit, paululum digrediens a scopo disputationis, docet non semper manuram hanc regni Christi formam, quæ consistit in verbo & fide sedet quidem filius Dei resuscitatus ex morte ad dexteram æterni patris & per verbum & Spiritum sanctum, docet, defendit & gubernat vniuersam Ecclesiam: fregit quidem potentiam Satanæ & mortis: sed tamen Satan adhuc tentat nos: & mors deuorat omnes homines: fideles nondum fruuntur illa beatitudine æterna, quæ ipsis in verbo promissa est. Restat enim alius status, quem aduentus Iesu Christi inchoabit. Ideo inquit: *Postea finis, quando tradiderit regnum Deo & patri*, quasi dicat, Vniuersa hæc forma regni Iesu Christi, in qua militamus contra Satanam, peccatum, mundum, carnem, mortem, & omnis generis hostes, finem habebit in aduentu Christi in nubibus. *Tradet Christus regnum*, id est, Ecclesiam collectam Euangelio ex toto genere humano adducet in conspectum Dei & patris: vt Ecclesia coram intueatur patrem, in quem credidit, & iam læta triumphet de omnibus hostibus per Christum deuictis, & dulcissima consuetudine Dei in omni æternitate fruatur. Tum non amplius aget Deus nobiscum per verbum, per Sacramenta: tum non opus erit credere, quæ non videmus: sed immediate intuebimur diuinitatem, immediate Deus perfundet nos sua luce, sapientia, iustitia, vita & lætitia: *Videbimus Deum sicuti est, facie ad faciem.* Cor. 13. v. 12. sine omni inuolucro: tum experiemur & re ipsa possidebimus, quæ hic secundum Dei verbum credimus. Hoc est regnum Deo & patri tradere, nimirum triumphantem Ecclesiam de omnibus hostibus suis statuere in conspectum patris.

Postquam aboleuit omnem principatum: Docet tum in aduentu filij Dei mediatoris suam fore vniuersam

Subiectio Christi qua

Christi qua

communi-

communicabit cœlestia bona, implebit nos perfecta luce, ornabit nos integra iustitia, perfundet nos solido gaudio, accendet in nobis æternam vitam: nulla nos impediēt infirmitas, nullis indigebimus organis, nihil nostro negabitur desiderio: Deum vidēre & summa suauitas, & maxima felicitas, & æterna erit læticia: sapientiam Dei discemus sine fastidio: iustitiam præstabitur sine molestia: læticia fruēmur sine perturbatiōe. Diuersa quidem erit gloria beatorum: sed nullus isthic inuidiæ, nullus æmulatiōis erit locus. Omnium enim desideria explebit dominus: & omnia erit ipse Deus in omnibus, nemo quidquam expetet amplius, dum licet ei conspectu Dei frui. O domine Iesu, ubi cursum nostrum, quem tu nobis mandasti, felicitet tui spiritus auxilio absolueimus, perducito nos ad hanc summam & vnicam læticitatem, & æternum gaudium: ut tuæ passiōis fructus in nobis quocumque loci: ut que patrem æternum te & S. S. sine fine diligamus, & sine cœdore celebremus, Amen.

29. *Quid alioquin facient, qui pro mortuis baptizantur? Si omnino mortui non resurgunt, cur baptizantur pro mortuis?*

31. *Quotidie morior per nostram glorificationem, quam habeo in Christo Iesu domino nostro.*

32. *Si secundum hominem pugnavi cum bestiis Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Edamus & bibamus: cras enim moriemur.*

33. *Ne erretis: Præua colloquia: corrumpunt bonos mores.*

¶ Argum. Pro resurrectione mortuorum a Testimonio Ecclesiæ.

Absoluta digressiōne redit ad probationem articuli de resurrectione mortuorum, & usurpat argumentum a testimonio & auctoritate Ecclesiæ. In quibusdam Ecclesiis consuetudo erat, Catechumenos baptizari ad sepulchra mortuorum, ut illi hic prius ederēt confessionem de resurrectione mortuorum, & hoc modo sinceram suam fidem in Iesum Christum testarentur. Iudicant enim hunc esse finem & scopum vniuersæ religionis Christianæ: Si quis adfirmabat se credere in Christo mortuorum corporum, quæ in sepulchris iacebant, resurrectionem, huius fidem arbitrantur sinceram & rectam esse: Si quis dubitaret de resurrectione mortuorum, hic clare ostendebat se non intelligere regnum Christi, nec credere promissionibus eius. Cū ergo hac publica consuetudine Ecclesia testetur se certo credere resurrectionem mortuorum, manifestum est Pseudoapostolos, qui negant resurrectionem mortuorum, Spiritui sancto in os contradicere. De Phrasibus τῶν νεκρῶν, pro mortuis, non solum recentes, sed & veteres varia disputarunt. Qui exposuerunt pro mortuis, id est, vice & loco mortuorum: Prorsus hallucinati sunt. Huiusmodi enim viciōsam consuetudinē Paulus non transisset sine reprehensione. Pugnat enim cum articulo de iustificatione. Iustus (inquit Propheta) fide sua vivet. Habac. 2. v. 4. Alii exposuerunt pro mortuis, hoc est, moribundi, breui morituri, qui tanquam mortui habebantur, & tamen Baptismum expecebant, ut eius fructum non in hac, sed etiam in altera sentirent vita. Verum hæc expositio coactior videtur. Omnium igitur simplicissima est: Baptisante dicitur confessione pro mortuis: testificantes, quod mortui certo resurrecturi essent.

¶ Falsa interpretatio.

¶ Argum. a testimonio martyrum.

Quid & nos periclitamur omni hora: Aliud argumentum a testimonio & auctoritate Apostolorum & omnium martyrum. Si nulla esset mortuorum resur-

rectio, cum Apostoli & martyres omnium hominum essent stolidissimi: siquidem sine causa singulis horis exponunt se periculo mortis confessione veritatis, cuius constantiæ & voluntatis nullum sint post hanc vitam percepturi fructum, nisi quod tanto celerius hæc vitam abruptunt. Extrema autem dementiā esset Apostolos & martyres, in quibus tanta sapientiā & lux spiritus sancti fulgēt, stultitiæ vel stoliditatis contemnerent.

Ergo reuera est resurrectio mortuorum, quam intuentes Apostoli & martyres nulla non sustinent supplicia & cruciatus: & constanti voluntate contemnunt omnium tyrannorum minas, & vniuersa huius vitæ bona: certa enim fiducia statuunt, se cum gloriosis corporibus resurrecturos ex morte, & copiosa mercede laborum fructuros. Quod iureiurando testatur, se quotidie mori significat, se continuis exerceri calamitatibus, periculis, terroribus propter ministerium Evangelii. Foris inquit pugna, intus paiores. 2. Cor. 7. v. 5. Non solum enim tyranni, & hæretici, & falsi fratres adlungebant Paulum, sed etiam mali spiritus vexabant eum terroribus, & Angelus satanæ cædebat eum colaphis. Quotidie igitur de morte imminente admonitus fuit, atque id mori est potius, quam vivere: Hos vero cruciatus adfidos patienter sustinet spe resurrectionis mortuorum, quæ ipsum ab omnibus ærumnis & teterrimis liberabit. Ex Pauli ergo testimonio, quod lucet patientiā ipsius in tantis ærumnis & terroribus, quos experitur propter doctrinam Evangelii, colligere & statuere poterat, omnino resurrecturos esse mortuos, & hæc spe omnes martyres omnis generis supplicia constantiter subire.

Si secundum hominem pugnavi ad bestias, quid mihi prodest: Idem argumentum a testimonio Pauli, quod ostendit in pugna ad bestias Ephesi. Maluit Paulus ad bestias pugnare cum gravissimo periculo vitæ, quam omittere veritatis confessionem: Hac ergo constantia demonstravit Paulus se credere resurrectionem mortuorum, cuius læta spe hanc vitam & eius commoda, post posuit confessioni veritatis. *Gloriationem* suam intelligit, fiduciam, lætitiā & spem, quam habet in domino Iesu: ac perinde est, ac si per vniuersam suam salutem iurasset. Grauis igitur est hæc attestatio.

Gloriatio Pauli. Iuramentum Pauli.

Edamus, bibamus, cras enim moriemur: Mimesi recitat prophanas & impias voces Sadducæorum & Epicureorum: Hoc enim concessio, ut Pseudoapostoli volebant, quod nulla sit resurrectio mortuorum, necessi est homines tuere in prophanam securitatem, & omnem exuere timorem Dei: Ita ut tantum seruiant ventri, & quarant huius vitæ voluptates. Atque ita Christus, Prophetæ, Patres, Apostoli, Martyres, & omnes sancti extremæ stultitiæ condemnabuntur, quod sponte se exposuerunt variis vitæ periculis, & horrendis suppliciis, cuius voluntatis & constantiæ nullum fructum sperauerint. Redarguit igitur Paulus tam prophanas & impias voces, & ne per iocum quidem vult usurpari eas a piis. Impurus enim & impius sermo etiam mores corrumpere solet: Quod adeo manifestum est, ut Poeta Ethnicus Menander experientia id didicerit, & versu expresserit.

34. *Euigilate iuste, & ne peccetis: Ignorantiam enim Dei quidam habent: Hoc ad pudorem vobis (incutiendum) dico.*

Acrem reprehensionem interspergit, ut somnolentis & securis Corinthiis torporem excutiat, & excitet eos ad diligentem veritatis inquisitionem, eiusque constantem defensionem. Vbi que impellat eos ad verum timorem, seriā poenitentiam, & sinceræ pietatis exercitia. Facile colligitur magnam & detestandam

standam securitatem fuisse apud Corinthios, cum tam faciles aures præbuerunt errori prophano & impio, qui vna litura vniuersam delet religionem. Itaque excitat eos tanquam e somno securitatis: Et horreatur, ut caueant sibi, ne in peccata prolabantur. Paulatim enim decrescunt, & extinguuntur dona Spiritus sancti, nisi excitentur ad sidua pœnitentia, studio, meditatione, precatione, & lucta contra insuleus & insidias Satanæ. Semper aut proficit aut deficit miles Christianus. Quod si dederit se ocio & securitati, variis insidias Satanæ est expositus, qui in hoc est intentus, vt vel in errorem seducat, vel in peccata præcipitet Christianos, atque ita fidem in ipsis obruat & extinguat. Quibusdam obicit ignorantiam Dei: Mite sibi placebant Corinthii ob sapientiam & eruditionem, sed Paulus arguit eos, quod nondum nouerunt Deum, sicuti debebant: Qui enim patitur sibi persuaderi mortuos nõ resurgere, is reuera nec Deum nouit, nec credit Euangelio, neque dignus est nomine Christiano. Pudore merito suffunduntur Corinthii, quod cum magnam sibi religionis scientiam arrogarent, præcipuum pondus Christiani nominis, & vnicum scopum vniuersæ spei nostræ euertebant.

- 35. *At dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? Qualicorpore venient?*
- 36. *Stulte tu, quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit.*
- 37. *Et quod seminas, non corpus, quod nascetur, seminas: Sed nudum granum, exempli causa, tritici aut alterius cuiusuis generis.*
- 38. *Deus autem dat illi corpus, quemadmodum uale, & uariis seminum suum corpus.*

¶ Pars cap. De statu corporum resuscitatorum.

¶ Sextum est hoc membrum huius capituli, quo describit modum futuræ resurrectionis, & refutat blasphemias eorū, qui doctrinā de resurrectione mortuorum, tanquam absurdas fabulas & rem prorsus impossibilem exagitabant. Quemadmodum & Sadducæi, multa absurda colligebant ex resurrectione mortuorū. *Fœmina quadam, inquit, nupst ordine septem fratribus: cuius ergo uxor erit in resurrectione mortuorum?* Matthi. 22. v. 25. Similia Epicurei obieciabant: Videmus corpora redigi in puluerem & dissipari: quomodo igitur fieri potest, vt resurgant corpora? Et quænam futura est eorum forma & ratio in altera vita? Indigebant ne cibo & potu, quieta & somno? exercebant ne labores? obnoxia ne erunt morbis & doloribus? Mire placet sibi ratio insingendis huiuscemodi cauillationibus. At Paulus Apostolico Spiritu extremæ stultitiæ condemnata, eiusmodi impias humanæ rationis argumentationes & cauillationes contra expressum Dei Verbum: & ostendit Deum nobis quotannis ob oculos ponere in natura imaginem resurrectionis: Atque a deo cibo ipso, quo nutrimur refutari illorum dementiam, qui cauillantur, fieri non posse vt corpora in puluerem resoluta, resurgant. Semina spargimus in terram, & videmus computrescere, & mori in terra: nec tamen dubitamus nos post aliquot menses, cum maiore fructu & copia recepturos: Cur ergo dubitatis corpora, quæ semel computruerunt & dissipata sunt, posse resurgere? Qui mortua semina viuificat, & producit ex eis magnam vim frumenti: Idem potest & mortua corpora hominum viuificare, & ex terra producere. Est sane miraculosa res, ipsa frumentorum generatio: Si quis abiciat in terram, & sinat ibi emori, fructum producit, fert culmum, arista, multa grana: Ita corpora sanctorum resurgent ex terra cum magno scœnore & gloria.

Simile primum.

Et hoc quod seminas, non est hoc corpus, quod nascitur: Sed nudum granum proiicit in terram: Inde uero Deus profert admiranda Sapientia producit primum herbam, deinde culmum, deinde arista, deinde de grana multa in arista, munita vndique spicis: Et singulis frumenti speciebus dat Deus sua corpora. Talis erit & resurrectio mortuorum: Non resurgent corpora ea fœditate & imbecillitate, qua mandantur terræ: Sed noua profert & gloriosa corpora producet Deus ex terra. Non quod diuersa corpora sint resurrectura: sed hæc eadem, quæ nunc gestamus, resurgent: *Circumdabor* (inquit Iob. Cap. 19. v. 25.) *pelle mea, & in hac carne mea uidebo Deum.*

At longe alia ratio corporum futura est, quam nunc sit. Nunc indigent cibo, potu, somno, quiete, egestione, uetibus: sunt obnoxia morbis & ægritudinibus: Et varia habent impedimenta: At tum corpora erunt gloriosa, sine cibo & potu perpetuo uiuentia, sicuti Spiritus: nullis malis obnoxia, plena splendore. Fatuæ igitur sunt cogitationes, quas ratio humana fingit ad irridendam doctrinam de resurrectione mortuorum.

- 39. *Non omnis caro eadem caro: Sed alia caro hominum, alia uero caro pecudum, alia uolucrum, alia piscium.*

¶ Secunda hæc est similitudo, qua docet nihil esse absurdum, quod credimus præstantiora corpora resurrectura, quam nunc circumgestamus. Siquidem nunc videmus in hac uita, non omnem carnem vnius esse generis aut qualitatis. Siquidem aliam carnem format Deus homini, aliam pecudi, aliam uolueri, aliam pisci, aliam canem, aliam felioni, aliam uariolo, aliam aliis, speciebus. Cur non possit Deus aliam & præstantiorem carnem dare homini in resurrectione mortuorum, quam nunc habeamus. Ita præsentem statum corporum, confert cum futuro, & demonstrat Deo non esse difficile magis gloriosa corpora resuscitare, quam nunc geramus.

2. Simile.

- 40. *Sunt & corpora cœlestia: Sunt & terrestria: Et alia est gloria cœlestium, alia terrestrium.*

- 41. *Alia gloria solis: Alia gloria Lune: Alia gloria stellarum: Et stella a stella differt in gloria.*

¶ Tertia similitudo, qua probat Deo non esse difficile resuscitare corpora nostra aliis ornata qualitibus, & magis gloriosa, quam nunc sint. Eadem est materia corporum cœlestium: Et tamen Deus magno discrimine cœlestia illa lumina exornauit. Et maius & splendidius lumen est solis, quam Lune, vel aliarum Planetarum: Multo splendidior est Lucifer, quam vna est stellis fixis. Si ergo coram videmus aliam stellam maiore, aliam minore splendore a Deo exornari, cum omnes sint eiusdem materiae & substantiæ: cur dubitamus Deum id præstare non posse in nostris corporibus? Vt ea magis ornent luce, robore, gloria, uita, quam in hac uita? Sic & terrestrium meminit: Alia est substantia auræ, alia argenti, alia cupri, alia stanni, alia plumbi. Aliud lignum quercus, aliud fagi, aliud alni, aliud abietis, aliud tiliæ: Qui Deus tam varias species metallorum & arborum, tanto discrimine qualitatum producit a terra: Is etiam corpora nostra ex morte resuscitata exornare poterit præstantioribus qualitibus, quam nunc sunt prædita.

3. Simile.

¶ Et si autem Paulus ita adducit has similitudines, ut iis dicat, aliam fore conditionem & gloriam nostrum corporum

Gradus fore sanctorum in altera vita.

corporum in resurrectione mortuorum, quam nunc sit; Tamen recte etiam hinc colligitur gradus fore sanctorum in altera vita: Et in aliis maiorem fore gloriam splendorem, in aliis minorem: Ita tamen ut quisque sua mensura futurus sit contentus, absque omni invidia & aemulatione: Sic Daniel dicit eos, qui erudiunt multos ad iustitiam, fuluros, tanquam stellas in caelo. Cap. 12. v. 3.

- 42. Sic & resurrectio mortuorum: Seminatur in corruptione, resurgit in corruptione.
- 43. Seminatur in ignominia, resurgit in gloria: Seminatur in infirmitate, resurgit in potentia.
- 44. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale: Est corpus animale: Et est corpus spirituale:
- 45. Quemadmodum scriptum est: Et factus est primus homo Adam in animam viventem: Postremus Adam in Spiritum viuificantem:
- 46. Sed non primum quod spirituale est: Sed quod animale: Deinde, quod spirituale est.
- 47. Primus homo ex terra, terrenus: Secundus homo Dominus e caelo.
- 48. Qualis terrenus, tales & terreni: Et qualis caelestis, tales & caelestes.
- 49. Et quemadmodum portauimus imaginem terreni: Portabimus & imaginem caelestis.

Accoimmodat similitudines ad doctrinam de resurrectione mortuorum: Et demonstrat longe praestantiora & splendidiora corpora nostra fore in resurrectione mortuorum, quam sint in hac vita. Quod corpora nostra mandantur terrae, sementi confert. Agricola est enim Pater caelestis. Et nos sumus ipsius agricultura & triticum. Corpora nostra seminantur in corruptione: Hoc est, obnoxia sunt corruptioni: Quam diu in hac vita versamur: Donec in mortem mergamur. At in resurrectione corpora nulli corruptioni, nec mutationi erunt obnoxia: Sed immortalia erunt. Seminatur in ignominia. Resurgit in gloria. Ignomina corporum est, quod sunt polluta reulis peccatis: Et carent puritate, qua ornata, fuerunt in prima creatione, quodque propter peccatum obnoxia sunt irae Dei & morti: Et necesse habent recondi in puluerem. Cum quis ad supplicium ducitur propter scelus, ignomiam grauem sustinet. Sic corpora nostra ignominiam sustinent grauem: Quia propter peccatum merguntur in mortem. At resurgent in gloria: Ornabuntur pristina puritate, nulla peccatorum sordes in eis conspicientur: Fulgebunt claritate & integritate: Induentur decore & gloria. Seminatur in infirmitate. Corpora enim nostra in hac vita obnoxia sunt variis morbis, & casibus: Indigemus cibo & potu, egestionem, vestibus, tuguriis. Et difficulter nos munimus contra frigus, tempestates aestum, feras: Subinde expositi sumus mille periculis, vel acinus vuae vel musca, vel mica panis hominem interficere potest. Ingens ergo infirmitas corporum est in hac vita: Et ea tandem putrescere necesse est. At resurgent in potentia, tum inquit praedita erunt integro robore: Non fatigabuntur labore, non vexabuntur morbis, non exponentur periculis, non sentient impedimenta. Seminatur corpus animale, & resurgit spirituale. Animale corpus vocat, quod animali vita est praeditum,

& actiones habet omnium potentiarum animae: Anima in hac vita, corpori praebet vitam, ciet omnes actiones, & vegetat, ne sit cadauer. Ab anima igitur, a qua vegetatur, animale dicitur. Et quidem cibo, potu, somno, vestitu, indiget hac animalis vita. At spirituale corpus est, quod a Spiritu viuificatur, & spiritualiter viuuit. Non hoc vult Paulus substantiam corporis mutatum iri in substantiam Spiritus: Hoc enim esset negare corporum resurrectionem. Manet ergo eadem corporum substantia: qualitates vero & conditiones mutantur. Corpus, quod antea ab anima viuificabatur & cibo, potu, somno indigebat: Cum resurget viuificabitur a Spiritu, qui nec cibo nec potu eget, & viuet spirituali modo, sicuti angeli Dei. Adsumet conditiones & qualitates spirituales. Non solum idem indiuiduum manet, sed etiam eadem species: Qualitates vero & conditiones mutantur: nam quod fuit mortale, fiet immortale, Spiritu viuificante corpus in omni aeternitate. Exuet tum homo resurgens omne peccatum & omnem infirmitatem: Nihil retinebit ex vetustate Adae: Sed corpore & anima totus erit Spiritus & nouus homo, in quo lucebit Spiritus sanctus & tota trinitas. Hoc est ergo habere corpus spirituale, etiam corpore spiritualiter viuere, spirituali vita & gloria frui.

Quemadmodum scriptum est. Primus homo Adam factus est in animam viventem. Appellationem animalis corporis probat testimonio sacrae scripturae, Gen. 2. v. 7. Et inspirauit Deus in faciem eius spiraculum vita, & factus est homo in animam viventem. Vtrumque complectitur hic Moyses, & quod animam rationalem indiderit atque inspirauerit Deus homini, & quod coniunctione animae cum corpore dederit ei vitam animalem, quae cibo, potu, somno, vestibus indiget. Ac docet Paulus, etiam si Adam non peccasset, sed in illa integritate & iustitia perstitisset in qua fuit conditus, tamen vixisset vitam animalem, quae alimentis indigeret, donec eum Deus ad vitam caelestem & spiritualem transfuisset. Non est dubium, quin Adam conditus ad imaginem Dei fuerit hospitium Spiritus sancti, fuit enim conditus in iustitia & sanctitate vera. Iustitia autem & sanctitas non existunt absque Spiritu sancto. Atque ideo Adam habuit motus Spiritus sancti: Sed non vixit vitam plane spiritualement, seu caelestem, sed animalem, quae cibo & potu indigebat nec viuificabat alios, Scripturae ergo testimonio docet Paulus, quod primus homo ad vitam animalem fuerit conditus, vnde vita animalis omnium hominum existit.

Postremus Adam in Spiritum viuificantem. Confert hic rursus Adamum & Christum, ut auctores vtriusque vitae praesentis & futurae: Et ostendit quale sit discrimen inter hanc praesentem & futuram vitam. Animalis vita, quae cibo & potu eget, cepit in Adam, & propagatur in omnes posteros. Nam etiam postquam lapsus est homo, Deus concessit illi vitam animalem saltem ad tempus, ut genus humanum propagari, & homo ministerio verbi conuerti posset. At Christus alter & postremus Adam, tanquam noua radix Ecclesiae electae, factus est nobis in Spiritum viuificantem, hoc est, ille nobis auctor est vitae spiritualis & caelestis, quae nullo eget cibo vel potu: Et durabit in omnem aeternitatem. Ipse Christus resuscitatus a mortuis, exorsus est hanc vitam spiritualement, & ad eam vitam nobis vitam fecit. Ipse resuscitabit nos ex mortuis, & humile nostrum corpus faciet conforme glorioso suo corpori, ille Spiritum suum sanctum in nos effundet, replebit nos luce, vita, laetitia, & iustitia, & in omni aeternitate atque illissime nos copulabit cum Deo. Christus ergo nobis est Spiritus viuificans, hoc est, auctor nouae & spiritualis vitae per spiritum sanctum, quem ille accepit a patre & nobis impertit. Monet hic Paulus Solus Christus nullum hominem fieri participem vitae spiritualis, nisi per dominum nostrum Iesum Christum, qui est spiritualis vita.

Spirituale.

Qualia corpora resuscitabuntur. Corruptibilia corpus.

Ignominiosum.

Infirmitas.

Animale.

Solus Christus auctor vitae spiritualis.

Sed non fuit primum spirituale: Monet Deum hunc ordinem seruasse, ut primum daretur vitam animalem: Subsequatur vero vita spiritualis. Expectanda est igitur futurae vitae gloria iuxta ordinem a Deo constitutum.

Primus homo de terra terrenus: Secundus homo Dominus ex caelo: Ut differentiam insignem ostendat inter futuram & praesentem vitam, rursus inter se confert primas quodammodo raices, cum generis humani tum Eccl. Adamum & Christum. Ab Adamo propagatur vita animalis: a Christo donatur nobis vita spiritualis: quantum inter se differant, in personis licet videre: Adā de limo terrae est factus, & terrenus fuit, creatura Dei. At secundus homo Christus est dominus ex caelo: Hoc est, non est tantum verus homo carne nostra, quam ex Maria virgine adsumpsit, indutus: sed simul est ipse dominus Iehoua, Deus aeternus & omnipotens, qui de caelo descendit & homo factus est. In infinitum igitur praestantior & potentior, est futurae vitae author secundus Adam, quam primus Adam, in quo cepit vita animalis. Non igitur mirum si a Christo Deo vita praestantior proficitur, quam ab Adam.

In Christo
certe duc. Obseruet hic lector in signe testimonium de vtraque natura Iesu Christi. *Hominem secundum* nominat Iesum Christum: Veram. n. carnem humanam ex virgine Maria suscepit: deinde adfirmat hunc Iesum esse *Dominum ex caelo*: Testatur ergo Christum esse Iehoua Deum aeternum & omnipotentem, qui de caelo descendit propter nostram salutem: Non tamen sunt duo Christus: Sed vnus, & idem homo est dominus ex caelo. Vm faciente huic loco, Valentini & Anabaptistae, qui hinc extruere conantur, carnem Christi de caelo fuisse allatam, & non fuisse eiusdem generis cum nostra. Non. n. hoc dicit Paulus: sed hoc vult, Christum non esse tantum hominem, vt Adam purus fuit homo: Sed simul esse dominum Iehoua Deum aeternum ex caelo. Dicitur Christus ex caelo est: siquidem filius de essentia patris ab aeterno natus est. Humanitas eius est ex vtero Mariae virginis. Quia vero duae naturae personali vnione vnita sunt, recte Paulus dicit hominem secundum esse Dominum ex caelo, vt recte etiam dicitur, hominem Christum esse ab aeterno: Licet humanitas Christi non sit ab aeterno: Sed per communicationem idiomatum, id quod vni naturae est proprium, tribuitur toti personae in concreto propter vnionem hypostaticam. Illa enim persona, quae est homo, est Dominus ex caelo: Et illa persona est ab aeterno, scilicet, secundum diuinam naturam.

Valentini
et Anabap-
tistae carne
Christi coe-
lestem signa-
uerunt.

Qualis est terrenus, tales sunt et terreni: Qualis est caelestis, tales sunt et caelestes: Ostendit Paulus diuersitatem vitae animalis & spiritualis, potissimum conspici in authoribus, in Adamo & in Christo. Ab Adam vitam habemus animalem, quae cibo & potu eget: Per Christum habituri sumus vitam spirituales, quae nec cibo, nec potu eget, & tamen in omnem aeternitatem est duratura.

Antea dixit de vita animalis Adā, quae in ipso ante lapsum accensa fuit, vt fontem animalis vitae monstraret: nunc vero descendit ad Adamum corruptum lapsum: Haud dubie. n. cum nominat Adamum terrenum, testimonium intuetur: *Terra es & in terram reuertaris, quia de terra sumptus es*: Gen. 2. v. 19. quod dictum testatur corpora nostra corruptioni esse obnoxia. Qualis ergo fuit Adam terrenus: tales & nos terreni sumus, nimirum, corruptioni obnoxii. Qualis vero caelestis est Iesus Christus resuscitatus a mortuis, & nunc spirituales & caelestem vitam viuens: tales & caelestes erunt, hoc est, fideles, qui in Christum credunt: nam hi resuscitabuntur ex morte, & cum Christo spirituales vitam viuent in omni aeternitate. Quemadmodum portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestem: Hic dilucidius adhuc ostendit, quod de corrupto Adamo loquatur: nec dubium est, quin haec verba sumptis ex quinto cap. Gen. v. 3. vbi Adā dicitur genuisse Seth ad imaginem suam. Adam enim non propagauit imaginem Dei in posteros, ad quam conditus fuit: sed eā horribiliter deformauerat peccato, & parte

eius potissimam, nimirum, iustitiam & vitam spirituales amiserat. Imaginem igitur terreni gestare, est Imago terreni quidem & anima consistere, viuere vitam animalis, praeditum esseratione humana: at simul destitutus gloria Dei & naturae integritate, esse pollutum peccato: obnoxium morti & corruptioni: Portauimus ergo omnes imaginem terreni: hoc est & vita animalis, & corruptioni obnoxii sumus, in eo representamus parentem nostrum Adamum. Ac sanetam omnium tristissimam significat sacra scriptura, quum nominat imaginem terreni hominis. Docet eam imaginem Dei, ad quam primum fuit conditus homo, non ita lucere in nobis a natura, vt fuit in Adam ante lapsum. Sed nos peccato plane infectos, deformatos & corruptos esse, caemur nunc natura noticia Dei, vera iustitia, libertate arbitrii, & vita spirituali: *natura sumus filij irae*. Eph. 2. v. 3. & inimici Dei: & indigemus renouatione & regeneratione per S. S. Idem voluerunt dicere, cum veteres vt Ambrosius tum recentiores, quum vocarunt hominem peccato corruptum & a Deo auersum, imaginem vel potius laruam Satanæ: mendacior. n. & peccato representat corruptus homo immundum spiritum, patrem mendacii & primum authorem peccati.

Hæc vero imago vel larua Satanæ in homine non est substantialis, vt Illyricus cum Manichæis delirat: sed est accidentalis, substantiam n. corporis & animae etiam corruptus homo habet a Deo, non a Satana. Blasphemia in Deum est, quod Illyricus adierit impios essentialiter a Satana generatos esse. Blasphemia est quod dicit hominem corruptum esse opus & creaturam Satanæ. Blasphemia est quod dicit Satanam transformasse hominem essentialiter in suam imaginem. Hæc errores portenta orthodoxis & Luthero proflus ignota fuerunt. Accidentalem vero laruam seu imaginem Satanæ intellexit Lutherus, nimirum hominem scedis qualitibus, prauitate, mendacio, deformitate, impuritate representare immundum & scedisimum Satanam. Atque ideo Paulus dicit deponendam esse imaginem terreni: vt portemus caelestem: Nam Christus exterget peccati venenum in nostra natura vt in ea luceat iustitia & vita accensa per Spiritum sanctum. Vnde & Lutherus dicit, sunt. n. peccatum & mors separabilia mala: si quis ergo sobrie & iuxta fidei analogiam vsurpet has phrasas, hominem corruptum gestare imaginem vel laruam Satanæ, & de accidentalibus hoc est de corruptione, impuritate, mendacio, & sordibus peccati intelligat, non improbo eas, etiam si phrasas ipse non extant in sacra scriptura. At Illyrici portentosa figmentum, de substantiali imagine Satanæ in homine, executor & detestor, eo quod Manicheismus sapit & vel Deum facit authorem peccati, vel Satanam constituit conditorem. Verecundia Apostoli Pauli, qui ex fontibus Israel mutuatus est suas sententias laude digna, & Ecclesiae salutaris est. Qui hæc verba Pauli (*Portemus imaginem caelestem*) intelligunt tanquam exhortationem ad studium nouae & caelestis vitae, non quidem errant: Sed tamen coacte hunc locum exponunt, vbi Pauli mens est, vt vita animalis & peccatis representatae

Homo cor-
rumpus ima-
go Satanæ.

Illyrici et-
ror.

Imago Sa-
tanæ acci-
dentalis.

tuimus archetypum nostrum Adamum: Ita expectere debemus resurrectionem mortuorum, vt integrati iustitia & vita spirituales nouum archetypum Iesum Christum ex morte resuscitatum representemus.

50. Hoc autem dico (fratres) quod caro & sanguis regnum Deo hereditate possidere non possunt neque corruptio incorruptionem possidebit.

EX Egeli declarat Paulus, cur nobis imago caelestis hominis sit expetenda, nimirum quia hæc peccato infecta & corrupta natura non sit idonea ad regnum caeleste & aeternum, peccato. n. & morti, seu corruptioni locus non est in conspectu Dei & regno spirituali atque aeterno. Necessè est igitur exui imaginem terreni Adā: necessè est purgari, illustrari, & restitui nostram carnem, necessè est peccatum & mortem extergi ex no-

Obacta es-
posuo.

tra

Acta natura: & in ea accēdi iustitiam & vitam spiritua- lem, Ideo Paulus dicit: *Caro & sanguis non possunt hereditate possidere regnum Dei*, scilicet sine mutatione. Nisi caro fuerit mundata a peccato, & ornata nouis qualitatibus non potest ingredi in regnum cœlorum. Atq; ideo filius Dei renouat nostram carnem & sanguinem, corpus & animam, per Spiritum sanctum, vt sit idonea ad regnum cœlorum.

Manichœ-
um & Mar-
cionharum
error.

Veteres Manichæi & Marcionitæ scelerate & impu- denter abusi sunt hoc loco Pauli. Hac enim sententia Pauli abstruere voluerunt, nullam fore corporum no- strorum resurrectionem. Quis vero pius non deteste- tur tam profligatam hæreticorum impudentiam, Cū hæc nobili concione Paulus gratissime refellat prodigiosam errorem, qui negat corporum resurrectionem & euidentissimis argumentis demonstrat, corpora no- stra etiam resurrectura esse: tamen impudentes Mani- chæi, hinc sui commenti colores petere ausi sunt. An- tiquitas autem grauer eos refutauit: Irenæus & alii docent Paulum non denegasse carni salutem: sed qua- litatum mutationem postulasse. Caro & sanguis sine mutatione regnum Dei possidere non possunt. Vbi vero caro & sanguis resuscitata fuerint ex morte & vi- uificata spiritu, tunc certe hereditate possidebunt regnum Dei. *In carne enim mea videbo Deum* inquit Iob Cap. 19. v. 26. Et Christus Iesus corpus nostrum traherem, conformem faciet glorioso tuo corpori.

Irenæus.

Illyrici cor-
ruptela.

Matthias Flacius Illyricus Manichæos potius quā orthodoxam sequitur Ecclesiam dum hunc locum de- prauat, & contendit carnem significare ipsum pecca- tum originis, & ipsam corruptionem: Et ipsam carnē quemadmodum abolendam, & in nouam speciem nimirum in essentialē iustitiam, transformandam esse. Hæc Manichæa portenta aliena sunt a mente Pau- li. Non dicit Paulus carnem & sanguinem esse pecca- tum originis, sed hoc dicit, carnem & sanguinem cor- rupta esse: siquidem regnum Dei possidere non pos- sunt. Diuersissime autem sunt sententiæ, esse corruptū & esse ipsum peccatum originis. Anima hominis cor- rupta est, sed nō est ipsum peccatum originis. Nec di- cit Paulus abolendam esse essentialē carnem & sangui- nis: sed immutandas eius condiciones & qualitates, nimirum mortalitatem, & immundiciam, & prauita- tem. Euerit Illyricus fundamentum salutis nostræ cū contendit, essentialē carnem, quæ sit peccatum originis esse abolendam: Iesus Christus non venit ad destruen- dam carnem humanam: sed ad destruentium peccatū & mortem in carne: & ad saluandam carnem: Iesaias Cap. 25. v. 8. inquit, *Absorpsit Deus mortem cum victo- ria. & abstersit omnem lachrymam a facie omnium ho- minum.* Non absorpsit Christus carnem, sed mortem quæ grassabatur in carne. Quod fingit Illyricus Paulo idem significare carnem & corruptionem, & carnem esse ipsum peccatum originis, in eo conditorē car- nis humanæ adicit atroci contumelia. Solus n. Sata- nas est author peccati originis: Deus non est author peccati vilius, neque originalis, neque actualis: Carnis vero & sanguinis etiam corrupti, condi- tor, conseruator & reparator est æternus & omni- potens Deus. Itaq; caro licet corrupta, non est ipsum pec- catum originis, sed est subiectum in quo hæret fœdis- sima labes peccati originis. Neq; hoc dicit Apostolus quod caro & corruptio sint vnum & idem: figuratum est hoc Illyrici. Caro enim significat subiectum cor- ruptum, & in quo est corruptio: At corruptio signifi- cat malum, quod est in subiecto: & Paul: illa exegesi: *(corruptio nō potest hereditate possidere incorruptionem)* sese declarare voluit, q̄ in præcedente sententia, non de abolitione substantiæ carnis, sed de mutatione quahtatum dixisset. Caro quamdiu corruptioni ob- noxia est, non est capax regni Dei: Vbi vero caro ab omni corruptione liberata fuerit, tum omnino possi- debit regnum Dei: Euidens enim est testimoniū Iob. 19. v. 25. *Circumdabor rursus cute mea: & spectabo Deum in carne mea. Ego ipse videbo eum, & oculi mei & nō*

Caro nōn
idem est,
quod cor-
ruptio.

alius. Mendacium est igitur, quod noui Manichæi fingunt peccatum originis esse ipsam carnem & sangui- nem: mendacium est, quod fingunt peccatum origi- nis esse corruptam naturam: mendacium est carnem & corruptionem esse vnum & idem sine omni disci- mine: mendacium est substantiam carnis nostræ quo- dam modo abolendam & in nouam formam substanti- alem transformandam. Illud verius est, quod Augustinus dicit, *si nos fieri idoneos cœlesti dono ad in colen- dum calum, non amissu natura, sed mutata qualitate.* sic & Lutherus & Philippus enarrantes hunc Pauli locū, discrete adfirmāt substantiam carnis & sanguinis ma- nere: sed conditionem mortalitatis & qualitates infir- mas mutari & aboleri: nec tantum recentes Theolo- gi, sed & veteres orthodoxi in hanc sententiam Pauli verba exposuerunt. Graui igitur reprehensione digna est Illyrici exegesis: qua nouas & peregrinas, & pro- digiosas sententias ad fingit Paulo, vt suo commento de substantiali peccato originis colores vndiq; colligat. Consideret lector seriem disputationis Paulinæ, & non obliuere deprehendet sententiam. *Portemus in- quit imaginem cœlestis: Nam caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt*: mens ergo Pauli est, carnem & sanguinem indigere renouatione per Spiritum & re- suscitationem ex mortuis, & Christum vita & Spiritū referat. Manebit ergo substantia carnis, & tota homi- nis species, tam materia, quam forma substantialis: sed mutabuntur qualitates, abolebitur mortalitas, & cor- ruptione sublata, caro & sanguis induentur immorta- litate & gloria cœlesti.

August.

51. *Ecce mysterium vobis dico: non omnes quidem dormiemus, sed tamen omnes immutabimur.*

52. *In puncto temporis, in ictu oculi, cum postrema tuba: tuba enim canet: & mortui resurgent in corruptibiles, & nos immutabimur.*

53. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.*

Postquam Paulus absurda refutauit, quibus Saddu- cæi & Epicurei exagitabant doctrinam de resurre- ctione mortuorū: & discrimen monstrauit inter vi- tam animale, & vitam spirituale, mysterium reuelat mundo, tanquam Apostolus ex patefactione diu- na, & describit quod modo mortui sint resurrecturi. Esi enim decebat nos simpliciter adsentiri promissio- ni diuinæ, sine omni inquisitione vel causarum, vt el circumstantiarum: tamen tanta est Dei bonitas, vt nobis sepe & modum & causas sui consilii patefaciat, vt tanto promptiores simus ad credendum eius v- erbo, & omnis nobis ansa dubitandi præfendatur. Hæc vero patefactionem nominat mysterium: quia vni- uersa rationi humanæ ignota est doctrina de resurre- ctione mortuorum, & tantum diuinitus est reuelata.

Modus re-
surrectio-
nis.

Non omnes quidem dormientes: Id est, non omnes morituri sunt: Sed aliqui erunt superstites die nouissimo: *Omnes tamen immutabimur*: Illi, quos comprehendet dies nouissimus, non transferentur in vitam æternam cum huiusmodi animali vita, & cor- ruptibili carne. Sed subito diuina virtute immutabū- tur: ex mortalibus fient immortales: exuent omnem infirmitatem huius vitæ: induent nouam lucem, vi- tam æternam, & immortalitatem. Nam caro corrupta regnum Dei possidere non potest. Cum Paulus dicit, *omnes immutabimur*, discrete significat non esse abo- lendam carnem & sanguinis nostri substantiam, sed mutatum iri eius qualitates & mortalitatis conditio- nes. Lutherus mutationem intelligit, & de translati- one in alium locum, ex terra in cœlum, & de mutati- one qualitatū, quæ corpora nostra luce perfundentur.

In puncto temporis in victu oculi, postrema canente tuba: In credibili celeritate Deus ostendet nubibus filii sui aduentum: angeli colligent omnes sanctos & quatuor plagis mundi: filius Dei celeritate suum peraget iudicium: & suos transferet in regnum coeleste & aeternum. Vltimae tubae meminit Paulus etiam 1. ad Thessal. 4. v. 16. Quoniam ipse Dominus cum clamore, & voce archangeli, & cum tuba Dei descendet de caelo. Et Christus Ioan. 5. v. 28. inquit. Omnes, qui sunt in monumentis, audient vocem filii Dei. His ergo iam illustrabuntur testimoniis, in quibus & circumstantiae resurrectionis mortuorum describuntur, fidem nostram confirmemus, & ad laetum hunc diem aduentus Christi e nubibus serua nos praeparamus poenitentia.

Tuba enim canet, & mortui resurgent incorruptibiles, & nos immutabimur: De fidelibus loquitur Paulus, quos & erudire & consolari instituit: Ideo dicit incorruptibiles resurrekturos mortuos.

Oportet enim corruptibilia hoc induere incorruptionem: & mortalia hoc induere immortalitatem: Repetit & exponit, quod supra dixit de mutatione. Quamdiu haec caro obnoxia est corruptioni, morbis, & morti, non est idonea ad regnum coeleste percipiendum: mutabimur igitur, & quidem ita: substantia corporis & animae mansura est: sed haec exuet omnem infirmitatem, mortalitatem, & corruptionem: Christus enim exterget ex nostra natura peccatum & mortem: siquidem sunt separabilia mala. Induet autem substantia corporis & animae nostrae lucem coelestem, iustitiam perfectam, & immortalem vitam. Resurrectio igitur mortuorum, non tantum de renouatione in hac vita, & inchoatione nouae obedientiae, intelligenda est, sed etiam de corporum resuscitatione ex mortuis, & totius naturae nostrae mutatione, clarificatione & ad coelestem vitam translatione.

Resurrectio non est renouatio tantum.

54. Quando vero corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est, absorpta est mors cum victoria:

55. Vbi est mors aculeus tuus? Et vbi est inferne victoria tua?

56. Aculeus autem mortis peccatum est: virtus autem peccati lex est.

7. Pars cap. Septimum est hoc membrum huius capituli, in quo primum duobus illustribus testimoniis sacrae scripturae probat, Deum per Prophetas dudum praedixisse ealem abolitionem mortis humanae, & victoriam gloriosam, quae vniuersam Ecclesiam nunc morti obnoxia vitae immortalis restituet. Deinde vero monstrat causam mortis humanae, & usum atque officium legis diuinae.

Praedicta mortis abolitionis.

Locus Esae explicatur.

Cum corruptibile hoc induet incorruptionem, hoc est, vbi corpora nostra mortalia resuscitata fuerint ex morte & ornata immortalitate, tum vere erit impletum, quod Iesaias & Osee de abolitione mortis humanae diuino Spiritu praedixerunt. Quamdiu corpora sanctorum detinentur adhuc in sepulchris, nondum sunt impleta Prophetarum vaticinia de abolitione mortis.

Primum testimonium desumpsit Paulus ex 25. v. 7. Cap. Iesa. Tollet quoque Dominus in monte isto faciem inuolucris, quod inuoluit omnes populos, & operimentum quod operit omnes gentes. Absorpsit enim mortem cum victoria, & absterfit Dominus Deus lachrymam ab omnibus facibus, &c. Manifestum est totam Prophetiae concionem loqui de immenso hoc beneficio Mediatoris Iesu Christi, qui deleturus sit peccatum & mortem, & destructurus opera Satanae, & reducturus iustitiam & vitam aeternam. In hoc monte, id est, in hoc regno, in hac Eccl. quae Euangelio colligitur praecipitabit Deus faciem inuolucris, & operimentum. Sic appellat mortem: linteis. n. inuolui solent mortua cadauera, & sic in tetram recondi; &

huic miserae conditioni omnes gentes sunt obnoxiae. Per meroniam igitur mortem nominat tegumentum, quod omnes gentes tegat: vt mox propriis verbis sese exponit. Absorpsit enim mortem cum victoria, filius Dei Iesu Christus subiens mortem pro nobis, & resurgens tertia die fregit vniuersam potentiam mortis, deleuit eius tyrannidem, & viam nobis patefecit ad vitam aeternam: Qui credit in me inquit Ioh. 5. v. 24. in condemnationem non venit: sed de morte in vitam transiit: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ac de vniuersali mortuorum resurrectione locutum esse Prophetam manifestum est quia addit, & absterfit dominus Deus lachrymam ab omnium facibus.

Mirantur aliqui, cur Paulus maluerit passiuè uti verbo: *absorpta est mors cum victoria*, quod in Hebraeo legitur actiue. Ego vero existimo Paulum graui causa motum esse. Animaduertit Apostolus pios ambiguo sensu legisse breue dictum Iesaias. Nam LXX. interpretes legerunt *κατεσθην ο θάνατος τοιοῦτος*. Deuorauit mors praeualecens: quae sententia nullam continet consolationem: sed etiam Ethnicis nota fuit, vt:

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Qui vero propius mentem Prophetiae adspexerunt, legerunt: Dominus absorpsit mortem praeualecens, vel cum victoria, gloriose superans mortem. Atque hanc omnium summam consolationem de victoria Christi contra mortem nobis proponere voluit Iesaias. Vt igitur Paulus tolleret hanc ambiguitatem & monstraret nobis indubitatam consolationem contra tyrannidem mortis, passiuè transiit, Apostolico Spiritu, illustrans vaticinium Prophetiae. Non amplius mors erit deuorator generis humani, sed mors iam deuorata est, per victorem & triumphatorem dominum nostrum Iesum Christum, qui hostes nostros gloriose decuit. Haec immensa consolatio demonstrabitur, ipsa resurrectione mortuorum. Hoc illustri exemplo docet nos Apostolus Paulus, quomodo sit exponenda & tractanda sacra scriptura: S. S. non mouet inanes *κατασκευασίας*, sed vult vt quam planissime, simplicissime & clarissime sensus scripturae explicetur, & omnis tollatur ambiguitas: non mutauit sententiam Iesaias Paulus, sed eam insigniter illustrauit. Alterum testimonium sumptum est ex Propheta

Osee Cap. 13. Estque vtriusque testimonii idem sensus, nimirum per dominum nostrum Iesum Christum crucifixum, non tantum & resuscitatum tertia die destructam esse potentiam mortis, de bellatum esse infernum, & viam nobis factam esse ad vitam coelestem & aeternam. Propter lapsum Adae, & peccatum generis humani, mors dominabatur in omnes homines, nemini parcebat. nemo hominum quantauis vel nobilitate generis, vel sapientia, vel virtute praeditus esset, tutus erat contra mortis tyrannidem: omnes pariter huic domino parere cogebantur: & in omnem aeternitatem tenuisset nos deuinctos, nisi contigisset nobis liberator. Datus autem nobis est filius Dei Iesus Christus dominus noster, qui subiens mortem & resurgens diuina virtute, fregit mortis imperium, destruxit, deleuit, & potius absorpsit mortem: ita vt nec in pios vim suam exercere, nec corpora nostra in sepulchris detinere possit: Na Christus dux & author vitae: & resuscitabit nostra corpora: & vita aeterna nos perfundet. Recte ergo pii cum Propheta & Paulo in Spiritu insultant tyranno crudelissimo & saeuissimo per Christum nunc exarmato, deuicto, & prospectaculi, in triumpho ducto. Vbi nunc est aculeus tuus o mors? Vbi nunc est victoria tua o inferne? Antea contra mortem nobis insultabas & ridebas nostras vires & consilia, quae tem. agitabamus, ad pellendam mortem: sciebas. n. nos ludere operam: quae praeualebas nobis omnibus. At nunc vicissitudo est: insultamus tibi & ridemus tuas minas & spectra: scimus. n. te exarmatum esse, & totam tuam potentiam fractam esse per Iesum Christum. Aude nunc, si potes nocere quidquam: Imo nostro commo. do seruire cogeris: Et Iesus Christus nostra est resurrectio, per quem tibi illudimus, & Spiritute conculcamus.

Locus Osee explicatur.

Insultatio tua o mors? Vbi nunc est victoria tua o inferne?

Contra In-
fernum.

canus. O inferne antea horrendas tuas fauces, pande-
bas, & omnes absorbebas inexplebili gula. Vbi nunc est
vastus ille tuus gurgis? Vbi nunc est immanis tua ty-
rannis & victoria? Qua omnibus etiam potentissimis
Monarchis praeualecebas? Nimirum filius Dei Iesus
Christus fauces tuas dilatauit, & captivam duxit ca-
ptivitatē: ita ut pios in Christum credentes cum ig-
nominiā dimittere cogaris. Christus enim ex inferis
rediecit animas nostras, & ex sepulchris resuscitat: cor-
pora nostra, & transfert nos in vitam aeternam & reg-
num caeleste. *Poenitentia* (inquit Dominus Osee 8. v.
13.) *abscondita est ab oculis meis*: nunquam ducar ego
poenitentia super hac re: nunquam mutabo meam hanc
voluntatem & promissionem. Hæc ut est planissima
sententia & Prophetæ, ita a Paulo disserente de resur-
rectione mortuorum concinne & com modissime ad-
ducta est.

Diversa in-
terpretatio.

Quod vero hic Prophetæ locus hinc iam transferri
solet ab interpretibus, non est, quod quæquam tur-
bet aut remoretur. Eadem enim sententia surgit vtro-
bique. Et utraque interpretatio eandem suppeditat
consolationem. Ideoque Paulus vtrataque lectionem
retinuit. Illa enim irritio mortis per Christum absor-
pta, & insultatio contra infernum per Christum de-
bellatum a Spiritu Dei profecta est, & plena est conso-
lationis. Alioquin in fontibus sic habetur. *De manu
inferni ralemam eos: & de morte liberabo eos. Ero pe-
stis tua mors: ero lues tua inferna.* Verba sunt Iesu Chri-
sti, promittentis liberationem ex morte & resurrectio-
nem in vitam aeternam iis, qui credunt in ipsum. Fili-
us Dei nominat se pestem mortis: Hoc est, potentem
hostem, & victorem mortis, qui deuoraturus sit mor-
tem, quemadmodum mors antea nos deuorauit. Hæc
consolatio cum sit certissima, recte illudimus Spiritu
morti: & dicimus, *Vbi nunc est pestis vel stimulus tuus
mors?* Christus te interfecit, & tibi fuit bellis: exarma-
ta es, nihil te iam metuitus. Sic ero lues tua inferne:
Hoc est, sicuti laeva lues euestigio enecat potentissimū
egranum, ita ego filius Dei Messias subito interfici-
am te infernum, ut deinceps tyrannidem in meos nō
sis habiturus. Merito igitur insultamus huic deuictō
& oppresso tyranno his verbis: *Vbi nunc est inferne vi-
ctoria tua?* Gloriaberis antea te omnes vincere robore
tuo, & neminem tuæ tyrannidi eximi posse. At nunc
prostratus & deuictus es, erepta est tibi victoria per
Christum ita prorsus eadem est sententia & consola-
tio, siue Prophetæ verba, siue LXX & Pauli interprets-
ationem sequaris. Prophetæ verba insignibus meta-
phoris ornata, victorem mortis & inferni clarius mō-
strant LXX & Pauli interpretatio insigni *Χρῖστος*
orationis victoriae fructum & consolationem immen-
sam illustrat. Semper ergo danda est opera, ut spiritua-
lem scripturæ sensum & amplitudinem consolationis
probe teneamus & sequamur.

Causa mor-
tis & officii
legis.

Testimonio Prophetæ attexit Paulus illustrem de-
clarationem doctrinæ de causa mortis humanæ, &
officio legis diuinæ. *Aculus mortis peccatum est*:
Spiritus sanctus confert mortem trucis tyranno, qui
horribili & præacuto telo sit armatus, quo confecerit
totum genus humanum: Hoc telum, quia extorsit
morti Christus, qui fuit pestis mortis: idcirco insul-
tant pii morti: Vbi nunc est mors telum tuum? Paulus
vero nunc addit hoc telum mortis esse peccatum. Nā
propter peccatum genus humanum coniectum est in
mortem iuxta comminationem. *Quacumque die com-
mideris de arbore ista, morte morieris.* Gen. 2. v. 27. Et
Paulus Rom 6. v. 23. inquit. *Mors est stipendium pecca-
ti.* Et Moses inquit: Psalm. 90. v. 7. *Quoniam defecimus
in ira tua, & in indignatione tua turbati sumus; posuisti
iniquitates nostras in conspectu tuo, occulta nostra in lu-
mine vultus tui.* Non ergo morti obnoxius fuit primus
homo ante lapsum: Nec temere, nec casu moritur
genus humanum. Nec perpetuus fluxus materiæ ru-
entis ad alias formas, vel Aristotelicum figmentum
de priuatione est causa mortis hominum: sed pecca-

tum, quod per Adam inuauit in mundum, & in om-
nibus hæret hominibus: siquidem peccatum origi-
nis labe sedulima, & radix amarissima omnium pec-
catorum carnis propagatione transfertur in omnes
posteriores Adæ: causa est mortis, ut veluti telum, quos
hos conficit mors. Christus vero extorsit hoc telum:
morti: Nam deleuit Chirographum nostrum, expia-
uit peccata nostra, & hostia pro peccato damnauit pec-
catum: proiecit omnia peccata nostra in mare. Atque
mortem hostem nostrum acerbissimum exarmauit.
Hic docet & monet nos Paulus consolationem & vi-
ctoriam contra mortem obtineri non posse, nisi fide
remissionem peccatorum per CHRISTVM im-
pettemus.

Victoria
mortis sola
fide obti-
netur.

Potentia autem peccati lex est: Ratio per se non vi-
det peccatum huiusmodi humana natura, tam scilicet
& potens telum esse: non enim intelligit subtilitē Dei
iudicium: nec videt magnitudinem & turpitudinem
peccati: In primis malum originis non videt. Sine le-
ge igitur peccatum dormiens in homine, & cubat præ-
toribus. At lex diuina quæ de celo reuelat iram Dei,
excitat peccatum, & facit supra modum peccans pec-
catum. Ostendit enim ardentissimam Dei iram, quæ
nullius creaturæ officio placari possit. Parescit mag-
nitudinem & turpitudinem peccati, quo sanctissimum
Deum offendimus: deuiciat presentes & æternas pec-
nas, quas nostris peccatis meriti sumus. Ibi tum terro-
res in conscientia ineffabiles accedunt: in conspectu
peccatorum nostrorum nobis nihil sit terribilius. Ve-
re igitur *potentia peccati lex est*: Lex enim excitat dor-
miens peccatum, adfert cogitationem & consideratio-
nem peccati: & operatur iram: Non ergo per legem est
iustitia & vita, sed potius lex est ministerium mortis.
Nam *lex est potentia peccati: peccatum est stimulus mor-
tis.* Ita lex conuincit nos exutos esse omni iustitia, &
plenos peccato: & tradit nos carnifici, nimirum
morti.

Legis offi-
cium true-
lare pecca-
tum.

57. *At Deo gratia, qui dedit nobis victo-
riam per dominum nostrum Iesum
Christum.*

Totam concionem & disputationem de resurrecti-
one mortuorum concludi insigni gratiarum actio-
ne, in qua repetit & inculcat præcipuam consolationē
de abolitione mortis & peccati per Iesum Christum.
Verum quidem est (inquit) peccatum esse stimulum
& causam mortis: & peccatum fieri modum supra pec-
cans peccatum per legem: sed laus Deo æterno & o-
mnipotenti, qui nobis dedit victoriam per dominum
nostrum Iesum Christum: hic enim abiogauit legem
& redemit nos a maledictione legis, factus pro nobis ma-
ledictum. Gal. 2. v. 13. Hic sustulit peccata mundi: &
destruxit mortem & infernum & omnia opera Diabo-
li. Hæc illustris nostra est victoria: pro qua tibi æterno
Deo patri, & tibi filio Dei Iesu Christo, & tibi Spiritui
sancto in omni æternitati cupio toto pectore gratias
agere.

Gratiarum
actio.

58. *Quamobrem fratres mei dilecti, firmi
sitis, immobiles, abundantes, in omni
opere domini semper: hoc sciētes, quod
labor vester nō erit inanis in domino.*

Optimum & vltimum est hoc meum abrum huius ea-
pit. Absoluta disputatione & monstrans funda-
mentis doctrinæ de resurrectione mortuorum sub-
iungit seriam adhortationem, ut Corinthii & omnes
pii sedulo dent operam, ad cognoscenda immota fun-
damenta doctrinæ Christianæ: utque inagnita veritate
constanter persistant: non patiantur se perturbari
fanaticis opinionibus, non sinant se duci quosuis
errores. *Qui enim perseverauerit usque ad finem,
hic saluus erit.* Matth. 10. v. 22. Monet Paulus hæc ex-
hortatione fidem sinceram sine certamine & lucta re-
tinere non posse: *Sana sunt varias suscitāt sectas, &*

8. Pars cap.

Exhortatio
ad constan-
tiam.

omnem mouet lapidem, vt nos a simplici veritate abducatur. Non igitur oscitanter cognoscenda est doctrina pietatis: nec secure viuendum: sed magno studio scrutanda sacra scriptura: inquirenda solida fundamenta articuloꝝ fidei: prudenter cauēda fanaticæ opinionēs: & ad lidue iouocandus filius Dei Iesus Christus, vt suo Spiritu sancto ducat nos in omnem veritatem.

Abundantes in opere domini. Postquam confirmauit eos resurrectione mortuorum, hortatur, vt strenue pergant in ministerio verbi, confessione, dilectione proximi, patientia & omni opere domini colligere Ecclesiam, & illustrare Dei gloriam: & atrexit dulcissimam & valde nobilem promissionem. *Non erit labor vester inanis in domino.* Blasphemum dogma, quod negat resurrectionem mortuorum, vt omnem aufert consolationem, ita extinguit omne studium conatum & voluntatem laborandam in Ecclesia & bene operandi.

Omnia enim officia nostra, omnia certamina, omnes labores carent fructu, si nulla est resurrectio mortuorum. Itaque nullum perniciosius dogma excogitare posset Satan. Quia vero Paulus euidentissimis demonstrationibus, probauit mortuorum resurrectionem, restituit omnes consolationes, & has vult nobis perpetuo in conspectu esse. Et si Paulus præcipue totu[m] grauiſſimos labores, pericula & certamina eorum, qui sunt in ministerio: tamen non tantum de his loquitur sed extendit consolationem ad vniuersos labores & omnia officia omnium fidelium & sanctorum. Nullius labores vel officia, vel certamina, erunt absque fructu: copiosa enim piis reposita est merces in cælis. Significanter autem addit: *In domino:* innuens omnes labores, contentiones, studia, certamina, officia, præclara facta, ærumnas, & supplicia eorum, qui alieni sunt a fide Iesu Christi, perire in æternum & esse absque fructu.

Magnos labores sustinuit Hercules, sed frustra: Perit enim in æternum cum suis laboribus. Hector occubuit pro patria: Multia des exposuit se periculis: Scipio post præclara facta magno animo tulit ingratitude[m] patriæ: Camillus ingrata patriæ opem tulit: Regulus supplicia atrocia subire maluit, quam fidem fallere. Omnes hi labores inuti & inanes sunt, propterea, quod in fide Iesu Christi non sunt suscepti. Non ergo Ciceronis, sed omnium impiorum, qui in mundo sunt, verissima & tristissima vox est: *O fallacem hominum spem, fragilemq[ue] fortunam, & inanes nostras consentiones, qua in medio spacio franguntur & corrumpunt:* addere debuisset & omni prorsus fructu carent. At labores Moſis, Dauidis, Iosaphat: Hilkia, Ieremias, certamina Pauli: exilia Arthanasi: supplicia Ignatii, Polycarpi, Vincentii, Blandinae, pericula Lutheri & omnium sanctorum officia, studia, conatus, quidquid præstant sedulo, & quidquid sustinent patienter, nequaquam abit sine fructu: sed æterna & immortalis gloria compensabitur. *Qui erudiant multos ad iustitiam, quasi stella lucebunt in firmamento cæli.* Dan. 12. v. 3.

Loci doctrinæ.

1. Primus & principalis locus est in hoc capite doctrina de resurrectione mortuorum: Estque hoc caput sedes huius articuli: siquidem solida fundamenta huius articuli hic monstrantur & quomodo futura sit resurrectio mortuorum, hic explicatur.
2. De efficacia ministerii Evangelici: quod prædicatio Evangelii non sit inanis sonitus: sed quod per eam operetur Deus salutem in cordibus hominum, conuertat voluntates, & illuminet mentes.
3. Summa totius sacrae scripturae, quod Iesus Christus mortuus est pro peccatis nostris: & resurrexit tertia die.
4. Historiæ adparitionum Christi a morte resuscitati, quibus demonstratur ipsius resurrectio.
5. Exemplum illustre immensæ misericordiæ Dei: siquidem Paulum persecutorem Ecclesiæ suam, non

tantum recepit in gratiam, sed etiam insignem constituit Apostolum.

6. Testimonium gratiæ Dei, contra superbos liberi arbitrii patronos: Quidquid præstamus boni, non est a nobis, sed a gratia Dei, quæ in nobis est.

7. De causa mortis humanæ: quæ non oritur ex concursu atomorum, neq[ue] ex priuatione materiæ: sed ex peccato, quo genus humanum offendit iram Dei. *Per unum hominem inquit, venit mors: nimirum, per lapsum Adæ: Item, Aculeus mortis peccatum est.*

8. Doctrina de peccato Originis: quod in Adam vniuersa hominum natura sit corrupta, & peccato infecta, & morti atque corruptioni facta obnoxia.

9. Quod Iesus Christus sit secundus Adam, cui Deus vniuersam mundi vitam, iustitiam, & salutem secundo credidit & commisit: qui & restituat & reciperet nobis ea, quæ in Adam amissimus, nimirum iustitiam, lucem, vitam, læticiam & sempiternam salutem.

10. De diuersis formis regni Christi in hac & futura vita. In hac vita regit Christus sedens ad dexteram patris æterni inuisibiliter per verbum & Sacramenta, in fide & spe. At post hanc vitam adducet totam Ecclesiam in conspectum æterni patris: & tum sine verbo & Sacramentis impertiet nobis vitam, iustitiam & læticiam cœlestem.

11. Testimonium de diuina natura Iesu Christi: Paulus enim fatetur omnia illi subiecta esse, & restatur eum esse filium Dei.

12. De glorioso regno Iesu Christi, quod futurus sit victor omnium hostium suorum: tyrannorum, hæreticorum, mundi, peccati, Satanæ, mortis & inferni.

13. De interitu & abolitione omnium regnorum & imperiorum in mundo.

14. De variis calamitatibus & miseriis, quibus Apostoli & omnes pii expositi sunt in hac vita: quod singulis horis expositi sint periculis atrocissimis, & crudeliter tractentur in mundo.

15. Quod praua colloquia corrumpant bonos mores.

16. Quod distincti gradus gloriæ sanctorum futuri sint in vita æterna.

17. Quod corpora nostra resurrectura, & spiritualiter victura sint, ornata admiranda luce, robore, & immortalitate.

18. De discrimine inter vitam animale[m], quæ in Adam incipit: & vitam spiritualem, quam filius Dei nobis promeruit & suppeditat.

19. De duabus naturis in Iesu Christo: quod sit verus homo, & dominus ex cælo.

20. De duplici imagine, quæ a piis gestatur: hominis terreni, & hominis cœlestis. Imaginem terreni gestamus, dum peccato, imbecillitate, mortalitate, vita animali representamus Adamum primum hominem: Imaginem cœlestis portabimus, cum non solum in hac vita renouati erimus per spiritum sanctum, in eandem Dei imaginem a claritate in claritatem: sed etiam per Christum resuscitati a morte, & induti noua luce, iustitia, vita & gloria cœlesti.

21. Quod caro & sanguis propter peccatum & corruptionem sine mutatione regnum Dei hæreditate capere non possit. Vnde manifestum est humanam naturam peccato totam corruptam & horribiliter deformatam esse: & egere reparatione & transformatione per Iesum Christum & spiritum sanctum.

22. De vsu & officio legis diuinæ: quod non hoc fine Deus promulgauerit legem suam, vt per eam iustificaremur & salutem consequeremur: sed potius hoc fine, vt ea excitaret dormiens peccatum, ostenderet nobis immundiciem nostræ nature, denuncieret iram Dei, & terrores conscientia incuteret. Sic enim lex est potentia peccati, dum facit peccatum supra modum peccans peccatum, & per peccatum mortem operatur.

Labor pio-
rum non
est inania.

In fidelium
labores va-
ni.

Ciceronis
vox despe-
rationis.

23. Vera gratiarum actione celebrandum esse immensum Dei beneficium, quod per filium suum dominum nostrum Iesum Christum victoriam nobis dedit contra Satanam, peccatum & mortem, & transfudit nos in regnum lucis.

24. Solida esse inquirenda fundamenta nostrae fidei, & constanter in agnita veritate persistendum, & omnis generis corruptelas & errorum praestigias magna diligentia cauendas esse.

25. Quod labor sanctorum non sit inanis in domino.

te alieni sunt, tantum quaerunt, quae sua sunt, & plerumque laborant pleonexia.

In quibus vero lucet fides sincera, & ducuntur spiritu sancto hi misericordia mouentur, & patrem, qui in caelis est, a quo innumera beneficia accipiunt, imitari student. Sint ergo pii semper memores amplissimae promissionis Christi: *Amen, Amen dico vobis, Si quis potum aquae frigidae dederit uni ex minimis hisce, non perdet mercedem suam.* Matth. 10. v. 42.

Λογίας, vocat Paulus eleemosynas ex contributione sanctorum collectas. *Vnam Sabbathorum*, vocat diem dominicum, quo pii conuenire solebant. Ad refutandam enim Iudaeorum superstitionem, Sabbatho abrogato, diem dominicum ut insignem resurrectione Iesu Christi, instituerunt Apostoli ut eo singulis septimanis Ecclesia ad audiendum Dei verbum & distribuenda Sacramenta conueniret.

CAPVT XVI.

Partes cap. **I**N hoc ultimo capite tria agit. Primum hortatur Corinthios ad conferendam Eleemosynam, qua possit subleuari inopia Ecclesiae Hierosolymitanae. Et consilium suum de professione sua exponit Corinthiis; Et monet ut Timotheum excipiant humaniter, & non contemptim habeant. Excusat Apollo, quod non venient ad ipsos. Secundo grauem & summe necessarium commonefactionem repetit: Ne sint securi, ne oscitanter, discant Ecclesiae doctrinam, sed semper vigilant, constanter in fide persistent, fortiter sustineant pericula & arumnas, & viros se praebant contra insultus Satanae & praestigatorum. Ultima pars salutationibus consumitur.

1. *Ceterum de collecta qua sit in sanctos, quemadmodum orauimus Ecclesiam Galatiae sic & vos facite:*

2. *In vna Sabbathorum, quisque vestrum apud se ponat thesaurizans, quod prospere obtigerit: ne cum venero tum primum collecta fiant.*

3. *Vbi autem adsuero, quos probaueritis per Epistolas, eos mittam, ut perferant beneficium vestrum in Hierusalem.*

4. *Quod si opera praecium fuerit me quoque proficisci, mecum proficiscantur.*

5. *Veniam autem ad vos, cum Macedonia transfero: Macedonia enim transiturus sum.*

6. *Apud vos vero forte permanebo, aut etiam hybernabo: ut vos me deducatis quocumque proficiscar.*

7. *Nolo enim nunc vos in transcurso videre: sed spero me ad aliquod tempus mansurum apud vos, si dominus permiserit.*

8. *Mansurus autem sum in Epheso usque ad Pentecosten.*

9. *Ianua enim mihi aperta est magna, & efficax & aduersarij multi.*

Promittit se Corinthum venturum, ut coram eos confirmet. Et consilia professionis suae exponit, ut significet suum studium in propagando Evangelio Iesu Christi: & aliis suo perluceat exemplo. Commemorat & felicem successum, quo dominus praedicationem eius ornet: ut doceat non humana diligentia, aut prudentia, aut industria colligi Ecclesiam, & late diffundi Evangelion: sed diuinitus. Cum in omnibus aliis negotiis, tum in primis verum est in ministerio Evangelij, quod Nazanzenus dicit.

Successus praedicationis Pauli.

Θεὸς διδοὺς ἡμῖν ἰσχυρὰ ἰερισθῶν.

Καὶ μὴ διδοὺς ὑμῖν ἰσχυρὰ πόνων.

Latur igitur Paulus ostium sibi diuinitus esse apertum ad late spargendam lucem Evangelij, & Deum per vocem eius efficacem esse. Interea aduersarij, qui vel praestigiis simpliciorum mentes auertere conantur a puritate doctrinae Christi, vel tyrannide lucem verbi diuini extinguere & fideles ministros opprimere conantur, non desunt **CHRISTI** enim est dominari in medio inimicorum suorum. Psalm. 110.

10. *Quod si venerit Timotheus, videte ut absque metu sit apud vos, opus enim domini operatur, quemadmodum & ego.*

11. *Ne quis igitur eum spernat, sed prosequamini eum cum pace, ut veniat ad me: Expecto enim eum cum fratribus.*

12. *Perro*

Inopia Ec- Hierosolymitanam Ecclesiam in opia magna laborasse, aliquot loci scripturae testantur. Nam in Epistola ad Galatas Apostoli rogant Paulum, ut gentes hortetur ad iuuandam Ecclesiam ex Iudaeis collectam, Gal. 2. Et ad Rom. 15. Paul. commendat pios in Macedonia & Achia, quod inopiam sanctorum in Hierusalem subleuarint. Et subiungit gentes hoc officium debere Iudaeis: siquidem gentes a Iudaeis Evangelion acceperunt. Graues haud dubie persecutiones, quae exortae sunt Hierosol. post resuscitatum Christum, & famēs, quae sub Claudio pressit orbem, quam Agabus Propheta Act. 11. praedixerat, ad tantam egestatem sanctos in Iudaea redegerat. Passim igitur Paulus diligenter hortatur gentes, ut inopiae & necessitati sanctorum in Hierusalem subueniant.

Pastorum officium a Ac suo exemplo docet piorum pastorum officium esse curam agere pauperum, & diligenter hortari auditores verbi, ut inopiae miserorum subueniant. Omnium autem dignissimi sunt auxilio & ope ditiorum, qui propter Evangelij professionem premuntur paupertate & exilio. Ac liberalitas in egenos, ut virtus est necessaria in Ecclesia, quae plerumque exilio & paupertate exercetur, ita & propria piorum: Qui enim a pietate

Liberalitas erga egenos.

12. Porro de Apollo fratre, multum hortatus sum eum: ut veniret ad vos cum fratribus, & omnino non fuit voluntas nunc eundi: Veniet autem quum oportunum ei fuerit.

Ministri Ecclesie non tristitia afficiendi sunt.

Hortatur Corinthios ut humaniter excipiant Timotheum Synergum Pauli & reuerenter eum habeant propter opus domini, hoc est, propter prædicationem Euangelij. Et vetat ne eum vel fastidiant propter ætatem, vel arrogantia terrefaciant. Vt enim prædicationis Euangelij opus est difficilimum: ita qui in ea seruiunt consolatione potius confirmandi, quam fastu & dicitur terrendi sunt: ne sanctum studium & pius conatus propagandi Euangelion in ipsis extinguatur. Non ad personam, neque ad ætatem est respiciendum: sed ad opus quod exercent, quod non est ipsorum, sed altissimi & omnipotentis Dei, cuius sunt legati ad nos, nostram procurantes salutem. Apollo deinde excusat, quod non venerit Corinthum.

13. Vigilate, stete in fide, viriliter agite, robusti estote.

14. Omnia vestra in charitate fiant.

2. Pars cap. Secundum est hoc membrum huius capituli, in quo repetit & inculcat maxime necessariam adhortationem. Indefinenter struit nobis insidias Satanas, ut securos & incautos vel in errores vel scelera præcipitet. Vigilandum est igitur studio & præcautione, ad fidue voluendum est manibus sacra scriptura: inquirenda fundamenta nostræ religionis: & ponderanda oracula Spiritus sancti. Prudenter cauendi sunt præstigiatores: Et assidue orandus Deus, ut dirigat nos Spiritu suo sancto in veritate. Constantia etiam in agnita veritate præstanda est, ne ingenij lenitate vel ambitione noua dogmata vel excogitemus, vel excogitata ab aliis adprobemus. Fortitudo virilis, & robur Spiritus præstandum est in sustinendis laboribus, periculis, conuiciis, miseris, & tentationibus, quæ pijs euenire solent. In hoc enim certamine nemo coronatur, nisi qui fortiter & constanter pugnaverit & palmam consecutus fuerit.

Repetit etiam præceptum de exercenda charitate in omni genere officiorum: Hæc enim esse debet moderatrix omnium actionum & consiliorum nostrorum. Ac supra quidem multis verbis inculcauit hoc præceptum: Hic vero in fine Epistolæ repetit illud, ut hæreat infixum memoriae.

15. Hortor autem vos fratres, nostis dominum Stephanæ primitias esse Achaia: & quod se in ministerium sanctorum ordinauerint:

16. Vt etiam vos subiecti sitis talibus, & omnibus qui cooperantur & laborant.

17. Gaudeo autem de presentia Stephana, & Fortunati, & Achaici: Quia desertum vestrum ipsi impleuerunt.

18. Refocillarunt enim Spiritum meum & vestrum. Agnoscite ergo tales.

19. Salutant vos Ecclesia Asia. Salutant vos multum in Domino Aquilas & Priscilla, cum domestica ipsorum Ecclesia.

20. Salutant vos fratres omnes: Salutate vos inuicem osculo sancto.

21. Salutatio mea manu Pauli.

22. Si quis non amat dominum Iesum, sit anathema, Maranatha.

23. Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum.

24. Dilectio mea cum vobis omnibus in Christo Iesu, Amen.

AD CORINTHIOS PRIOR SCRIPTA EST PHILIPPIS PER Stephanam, & Fortunatum, & Achaicum, & Timotheum.

POSTREMA pars huius capituli, continet commendationes sanctorum, salutationes, comminationem, & precationem. Commendationes testantur pietatem eorum, qui officia præstant ministris Euangelij & sanctis Deo esse gratissimam: Et Ecclesiam debere gratitudinem talibus. Christus inquit: Qui Prophetam suscipit in nomine Prophetæ mercedem accipiet. Matth. 10. v. 41. Salutationes vero docent Ecclesias passim de aliis quoque piorum coeribus debere esse sollicitas, ut membra totius corporis communem salutem tuentur. Imprecatio monet non impure laturos hypocritas, quod sub prætextu & specie pietatis, quæ sua sunt, quæruunt: standæ ambitioni, cumulat opes, indulgent voluptatibus, seruent contentionibus. A vera autem Christi dilectione totis sunt alieni. Non enim iuuant ædificationem Ecclesie, non illustrent gloriam Christi, sed potius excitant schismata, promouent laica dogmata, adfingunt pios doctores, scandalis deformant Ecclesiam talibus denunciat anathema, hoc est, excommunicationem, maledictionem & perpetuam damnationem. Anathema enim partem in regno Christi non habet: sed premitur maledictione Dei. Atque hic docet Apostolus Paulus non tantum eos esse anathemata coram Deo, qui publico iudicio & voce Ecclesie excommunicantur: sed illos quoque, qui externa specie religionis tegunt suam impietatem: & magna arte simulant zelum pietatis: cum pleni sint odio Christi & veritatis: aut eo loco & gradu sunt in Ecclesia, ut fulmen excommunicationis in eos torquent non possit. Hic licet se venditent vel etiam habeantur pro columbis Ecclesie tamen quia carent sincera dilectione Christi, sententia Apostoli sunt anathema, hoc est, res damnata a Deo & destinata ad cruciatus æternos, nisi conuerli ad Deum fuerint. Interpretes de voce adiecta, Maranatha varie disputant & plerique sequuntur Ambrosius interpretationem, quæ dicit: Maranatha, in lingua Syriaca significat Dominus noster venit. Mihi vero videtur hæc sententia parum conuenire præcedenti voci: quid etiam opus erat, Paulo Syriace loqui apud Corinthios? Magis igitur placet Bibliandri, Capitonis, & Burgensis interpretatio, qui legunt Meherematha, & adfirmant hanc vocem idem esse, quod Hebraeis Cherem, id est, anathema. Idem ergo repetit Paulus, anathema: Maranatha, vel Meherematha. Anathema tu excommunicatus & maledictus, tu scilicet quisquis es, qui Christum Iesum mundi saluatorem non diligis. Peregrinæ lingue vocem vel aliter ab Apostolo scriptam vel a liberariis corruptam esse nihil est mirum. Vt vero hypocritis & impus minatur, ita tuis bene precatur pirs. Gratia Iesu Christi

3. Pars cap.

Commendationes piorum:

Salutationes.

Imprecationes.

Hypocritæ anathema sunt.

Maranatha.

Interpretatio officii etc.

Christi sit vobiscum. Gratia significat misericordiam Dei & omnia beneficia mediatoris. Testatur etiam se vt Apostolum omnes, qui sunt in Christo Iesu, propter Iesum Christum ardenti dilectione complecti. Tu vero domine Iesu æternæ Deus & redemptor mundi, accende pectora nostra tuo sancto Spiritu, vt te fide sincera diligamus, ne fiamus anathemata: sed vt tibi arctissimo nexa Spiritus copulati, tuam cœlestum videamus gloriam, tecum viuamus, & te in omni æternitate celebremus, Amen.

Loci Doctrinæ.

I. **A**D pastorum pertinere officium, vt rationem habeant pauperum in Ecclesia, & sæpe hortentur pios ad conferendas Eleemosynas.

II. Deum requirere hoc officium a piis in Ecclesia, vt pro modo suarum facultatum subleuent inopiam eorum, qui propter Euangelij professionem sustinent exilia & paupertate premuntur.

III. Eos qui opus domini tractant, & in prædicatione Euangelij fideliter seruiunt, humaniter excipiendos & reuerenter habendos esse: non arrogantia vel austeritate terrendos.

IV. Vigilandum esse nimirum studio alacri inquirendi solita fundamenta veritatis: & indefinente precatione, vt Spiritu sancto custodiamur in puritate doctrinæ cœlestis. Constanter in fide persistendum esse, & fortiter resistendum cum sectariis, tum variis Sathanæ prestigiis.

V. Qui dominum Iesum Christum non diligunt etiam si publico iudicio Ecclesiæ non damnentur, tamen coram Deo sunt anathemata.

Θεω δ' ὄξα.

Finis Tomi primi.





M V L H V S I I
T Y R I G E T A R V M
T Y P I S E T S V M P T I
B V S M A R T I N I
S P I E S S I I



M. D C. VI

